rem, petere, atq; icere. Sic illi pro Dei cultu, quo ad zelum usq; ardere putabantur, stultitiam & impietatem suam in conspectu omnium abunde prodiderunt.

p. 667. 1556. *

Minacia ostenta.

In Hungariæ civitate Babatscha, 6. Octobris die, ante solis exortum, visa est in aëre duorum puerorum, nudorum quidem, sed clypeis militaribus ac gladiis armatorum, & ad monomachiam congredientium pugna, in qua is, qui scutum duplici aquila ornatum habebat, armatura Turcica munitum adeo prosternebat, ut corpus multis ictibus vulneratũ è nubibus in terram cadere visum sit. Eodem etiam tempore ac loco, visus est arcus cœlestis, naturalibus suis coloribus depictus, ac duo ex utraq; eius parte soles. Xenocarus. Imp. & Pp. V. *S.*

1556. *Paulus Fabricius Mathematicus.*

Scripsit, anno Domini 1556. extitisse Cometam eodem in signo cœlesti, in quo apparuit illa stella, nato Christo, ex cujus motu didicerunt Magi, Salvatorem mundi esse natum, unde eum salutatum Hierosolymam concesserunt. V. S.

1556. * *Horribilia signa.*

Quinto Septembris in Marchiæ oppidulo Costerino, hora nona vespertina, innumeræ flammæ undiq; cœlo emicuerunt: in medio vero cœlo trabes duæ ignitæ visæ: ad extremum autem incerto autore vox desuper audita est: VEH, VEH ECCLESIÆ. Iobus Fincelius de miraculis sui temporis. V. *S.*

Dira.

1556. Latomus hæreticæ prãvitatis inquisitor, Christiq; fidelium persecutor immanissimus, paucis abhinc annis in horrendam desperationem incidit. Nam cum ex ambitione, contra conscientiam, veritatem Evangelii atrociter impugnasset, corpore vegeto & sano, subita trepidatione & terroribus ita perculsus est, ut, quos ex amicis noverat, doctissimos ad se accerseret, suamq; impietatem in extrema constitutus desperatione ultro fateretur: Grave est, inquiens, peccatum meum qui prudens scienśq; in verbo Dei persequendo & opprimendo aliis meam locavi operam. Quare adversus Spiritum sanctum peccavi: nec ulla vel in hac vita, vel in æternum peccati mei condonatio mihi speranda est: sed diaboli & corpore & anima æternum sum mancipium, adeoq; jam in regnum eius incorporatus. Quin imo haud porro Latomus: sibi non ignotas esse plurimas ex sacris literis depromptas sententias, quæ præclaræ admodum sint, & consolationis plenissimæ: sed deesse sibi fidem & fiduciam in Deum. Erne vobis dubium sit, certa esse, quæ de mea damnatione locutus sum: videbitis, quod lecto jam affixus moriar. Sim autem vobis exemplo, eaq; de causa vos accersi jussi, ut per me moniti resipiscatis, & in persequendis fidelibus finem faciatis. Hæc & plura cum dixisset, inter horrendos mugitus mortuus est: eaq; oris eius totiusq; corporis apparuit fœditas, ut omnibus esset terrori. Fincelius. Imp. & Pp. V. *S.*

PETRVS PAVLVS VERGERIVS I.C. EPISCOPVS IVSTINOPOLITANVS, LEGATVS PONTIFICIVS, DE Idolo Lauretano, quod Julium III. Rom. Episcopum non puduit, in tanta luce Evangelii undiq; erumpente, veluti in contemtum Dei atq; hominum, approbare.

Illustrissimo, & vere Christiano Principi ac domino, D. Othoni Henrico Palatino Rheni, inferioris & superioris Bavariæ Duci, Domino meo clementissimo.

Intra hosce fere 40. annos, quibus DEVS accendit post tot tenebras lucem Evangelii, non puto, fuisse pauciores sexcentis militibus Jesu Christi, qui mox, ubi acceperunt arrham Spiritus sancti, superstitiones & idolomanias Papatus magna fide & diligentia susceperunt, libris editis, patefaciendas & profligandas: certũ enim est, hoc ipso anno evulgatum fuisse ab ipso Papatu *Mediolani* Catalogum, in quo trecenti eius hostes numerantur, quanquam non omnes adhuc numeramur, qui aut latine aut Italice scripsimus: illi vero omnes, qui tantum Germanice aut Gallice, prorsus fuerunt omissi. Sed cum tam multi & tam multis annis tantopere in eo genere laborarint: tamen adhuc plures superstitiones & idolomanias, non quidem ex gravioribus horribilioribusq; plane scio supereśse, quas nemo adhuc attigit.

Unde facile judicare totus terrarum orbis potest, quanta sit altitudo, profunditas, &

stri, ejus dilecti filii Jesu Christi & Spiritus sancti non modò contaminaret & obscuraret, sed absorberet, ut nec vestigium ejus ullum, aut odor supereſſet. Quanquam verò, ad patefaciendas & confodiendas superstitiones ipsas, inprimis neceſſe arbitror, ut ipsum Evangelium & Jesum Christum prædicemus: hæc enim est præcipua machina: tamen ipsâ experientiâ didici, multum utilitatis solere affertre Ecclesiæ Christi eos, qui se aliquando dimittunt ad patefaciendum hunc & illum errorem & abusum nominatim, & admota illa machina conantur evertere.

Quæ cum ita se habeant: suscepi nunc ego Deo monente & impellente, hoc opus, ut aliquo ex illis superstitionibus & idolomaniis, quas nemo adhuc, ut dixi, attigit (aut si aliquando uno atq; altero verbo attigit, non tamen, quales essent, indicavit, neq; pro meritis exagitavit) & quæ sunt valdè horribiles, patefacerem: cujusmodi est inprimis Lauretanum idolum, quod rectè appellâris Principem & Regem reliquorum idolorum omnium, quæ sunt in regno Antichristi: nisi velimus excipere illud unum, quod sacrificuli in eorum Missis proponunt adorandum. Itaq;, quale illud sit, & ex quàm horrendis impostoris & blasphemiis concinnatum & extructum, in hoc libro ostendam, in aliis verò, qui non multo pòst subsequuntur, & in lucem prodibunt, spero, me patefacturum alia quædã hujus farinæ nihilò impudentiora, & cum doctrinâ, & gloria Dei nihilominùs pugnantia.

Cum verò cœlestis noster Imperator atque idem pater, qui ante creationem mundi constituerat, velle hac nostra ætate suo Spiritu, suis scripturis & potentia bellum gerere adversus Papatum, jam tunc Celsitudinem Tuam elegerit in Christo, & nunc vocaverit, ornaveritq; & corroboraverit fide & spiritu sancto: hæc enim inprimis necessaria sunt in eo, qui Jesu Christi exercitum ducturus sit: deinde etiam autoritatem omni genere laudum addiderit, ut esses unus ex præcipuis Principibus & Ducibus, quorum operâ in asserendâ & vindicandâ ejus gloria uteretur: volui eidem Celsitudini Tuæ mea hæc, quæ de Lauretano idolo nuper scripsi, offerre & donare.

Nam omninò spero fore, ut ubi hæc legeris & pernoveris, quàm sint non modò inepta & putida, sed horrenda, & historiæ & doctrinæ Jesu Christi ex diametro adversantia ea, quæ adhuc audet Papatus tueri in tanta adeo luce Evangelii undique erumpente, & nullo non crudelitatis genere in apertum contemtum ipsius Dei & pi-

familiæ, sed propter excellentem tuam pietatem, sapientiam, fortitudinem animi, & reliquas tuas Heroicas virtutes plurimum potes gratia & autoritate, sis acturus ferè in hunc modum. p. 669.

Adhuc sunt, qui possunt sibi persuadere, Papatum fuisse à Deo constitutum, Spiritum sanctum habere, à quo perpetuò regatur, atq; errare non posse. Sed legite, obsecro, optimi Principes, legite hic & cognoscite, quale idolum, quàm fabulosum & abominandum, contemtâ & pedibus calcatâ doctrinâ & præceptionibus Domini Dei nostri, summa tyrannide ipse Antichristus & Papatus velit sustentare. Ferro enim, igne, & crucibus crudelissimè grassatur adversus omnes eos, qui tali idolo spurcissimo negant flectenda esse genua: neque hæc fiunt in abdito aliquo orbis angulo, & clanculum: sed palàm in ipso amphitheatro & luce Italiæ, dissimulantibus illis tam multis Principibus, ad quos inprimis pertinet non sinere, doctrinam & gloriam Dei tam turpiter eo contaminari & imminui.

Certè ex doctrina Christi monemur, ut ex operibus & fructibus æstimemus, qualis quisq; sit. Quod verò opus, aut quis fructus erit unquam dicendus Diabolicus, si is nõ erit? Et quidem si solum hunc ex eo monstro enasci vidissemus: jure merito nos ab ejus obedientia atq; consortio subducere debuissemus: sed quantò justius, si totus constitus est ex hujusmodi turpissimis mẽdaciis & fecibus? Quare omnis nostra prudentia & cautio, omnisq; autoritas & potentia adhibenda erit, fortissimi Principes, ut eam sanctam libertatem, in quam nos Deus prædicatione Evangelii dilecti filii sui, fractis Antichristi carenis, asserere dignatus est, constantissimè tueamur & conservemus ita, ut mori potiùs staruamus: quàm de ea deferenda & abjicienda, deq; revocando jugo & servitute Antichristi cogitare.

Ita, inquam, spero, tuam Celsitudinem Otho Henrice, verè Christiane Princeps, ubi noveris ex meo hoc libro, quid sit Lauretanum idolum, cum reliquis Principibus acturam esse, & valdè profecturam, ita præsagit animus, & nulla præterea officia prætermissuram, quibus videris te posse promovere doctrinam & gloriam æterni patris Domini nostri Jesu Christi, & nostri patris, quem oro, ut suis Ecclesiis hoc difficillimo tempore diu servet tuam Celsitudinem incolumem. Tubingæ, pridie Cal. Octobris Anno Domini 1556.

Translatio miraculosa Ecclesiæ beatæ Virginis Mariæ de Loreto.

in dictâ Camerâ fuit beata Virgo *Maria* nata, & ibi educata, & postea ab *Angelo* Gabriele salutata: & demum in dictâ *Camerâ* nutrivit filium suum Jesum *Christũ*, usq; ad ætatem duodecim annorum. *Demum* post ascensionem Domini nostri Jesu Christi in cœlum, remansit Virgo Maria in terrâ cum *Apostolis* & aliis discipulis Christi, qui videntes, multa Mysteria divina fuisse facta in dicta *Camera*, decreverunt de communi consensu omnium, de dicta camera facere unam Ecclesiam, in honorem & memoriam beatæ Virginis Mariæ: & ita factum fuit, & deinde *Apostolici* ac discipuli illam *Cameram* consecraverunt in Ecclesiam, & ibi celebraverunt divina officia, & beatus Lucas *Evangelista* suis manibus fecit ibidem unam imaginem ad similitudinem beatæ Virginis, quæ ibi est usque hodie.

Demum dicta Ecclesia fuit habitata & honorata cum magna devotione & reverẽtia ab illo populo Christiano, qui erat in illis partibus, in quibus stetit dicta *Ecclesia* quousq; ille populus fuit Christianus: sed postquàm ille populus dimisit fidem Christi, & recepit fidem Mahometi, tunc Dei *Angeli* abstulerunt prælibatam Ecclesiam, & portaverunt illam in partes *Sclavoniæ*, & posuerunt eam ad quoddam castrum, quod vocatur Flumen, & ibi minimè honorobatur, ut desiderabat beata virgo Maria.

Iterum de eodem loco *Angeli* abstulerunt illam, & portaverunt eam supra mare in partibus territorii *Recanati*, & posuerũt eam in quadam sylva, quæ erat cujusdam nobilis dominæ civitatis *Recanatensis*, quæ vocabatur Loreta, tunc accepit ista Ecclesia nomen ab illa domina, quæ erat illius sylvæ domina & patrona, sancta *Maria* de Loreto.

In illo tempore propter Gentium nimium concursum in ea sylva, qua ipsa Ecclesia permansit, maxima latrocinia & innumerabilia mala committebantur. Quapropter per Angelorum manus rursus assumpta est, & portata in montem duorum fratrum: qui fratres ob maximum denatiorũ & aliarum rerum introitum & lucrum, simul atq; ad invicem ad maximas discordias & lites venerunt.

Propterea pari modo Angeli abstulerunt eam ab eodem montis loco, & portaverunt in viam communem, & in eadem illam posuerunt, & firmaverunt eam: ubi est nunc cum magnis signis & innumerubilibus gratiis & miraculis, collocata a, fuit in eadem via ista alma Ecclesia. Tunc igitur

niret ad ruinam, fecerunt dictam Ecclesiam circundari alio muro bono, grosso, & optimo fundamento, prout hodie videtur manifestè: tamen nullus sciebat, unde ista Ecclesia originaliter venirer, nec unde recessit.

Nota, quomodo suprà dicta sunt scita in anno Domini M.CC.LXXXX. quia beata Virgo apparuit in somno cuidam sancto viro & devoto, cui ipsa suprà dicta revelavit, & ipse statim omnia divulgavit quibusdam bonis viris istius provinciæ, & ipsi immediatè deliberaverunt velle scire veritatem hujus rei, & sic communicato consilio decreverunt, quòd essent eligendi 16. homines notabiles & boni, qui simul irent ad sanctum sepulchrum, & demum ad illas partes de Hierusalem Judææ, & *in civitate* Nazareth, ad investigandum suprà dicta inventa, & ita factum est. Nam ipsi secum portaverunt mensuram dictæ Ecclesiæ, & vestigia fundamentorum dictæ *Ecclesiæ* invenerunt, & illã mensuram ad unguem, sicut est ista, & in uno pariete ibi propè est scriptum in muro, quomodo ista Ecclesia fuit ibi, & postea recessit, demum quippe ibidem viri reversi sunt ad istã provinciam, & notificaverunt, suprà dicta inventa per eos esse vera. Et ex tunc fuit scitum, quòd ista Ecclesia fuit *Camera* sanctæ Mariæ virginis, & exinde populus Christianus habuit magnam devotionem, & habet: nam omni die ibi beata Virgo Maria mediante dicta Ecclesia, facit infinita miracula, veluti experientia docet.

Hic fuit unus Eremita, qui vocabatur *frater Paulus* de sylva, qui habitabat in uno tugurio in sylva, prope istã Ecclesiam, qui omni manè erat in ista Ecclesia, ad officium *divinum*: & fuit homo magnæ abstinentiæ, & vitæ sanctæ, de eo mihi quidam dixit: sunt anni decem vel circa quòd in die nativitatis *Mariæ*, quæ est octava dies Septembris, ante diem per duas horas, stante aëris serenitate, & dicto fratre Paulo exeunte de suo tugutio, & veniente versus Ecclesiam, vidit, unum lumen descendere de cœlo supra dictam Ecclesiam, quod in longitudine videbatur 12. pedum, & in latitudine sex pedum: & cum fuit illud lumen supra dictam ecclesiam, disparuit: ob quam rem ipsam dicebat, quòd fuit beata virgo, quæ ibi appuruit in die nativitis suæ, quæ venit, ut videret suum festum, & hoc non vidit quisquam alius, nisi ille sanctus homo.

In quorum omnium fidem & testimonium mihi præposito Teremano, & gubernatori prænunciatæ Ecclesiæ quidam duo

eius vidit, quando Angeli duxerunt prædictam Ecclesiam per mare, & posuerunt illam in dicta sylva, & pluribus vicibus ipse cum cæteris personis ipsam Ecclesiam in prælibata sylva visitavit. Item dictus Fran. multoties retulit ac dixit mihi, quod avus ejus, qui erat centum viginti annorum, dixit, quòd pluribus vicibus visitavit dictam Ecclesiam in eadem sylva: & pari modo ipse Francisc. retulit atq; dixit mihi per plures vices.

Item ad hujus rei credulitatem atq; certitudinem declaramus, quomodo ista alma Ecclesia fuit & stetit in dicta sylva, pluribusque probis personis dictus Fran. dixit, quòd avus avi ejus habuit domum, & habitavit ibi, & ejus domus erat penes prætaxatam *Ecclesiam*; & in suo tempore elevata *fuit per Angelos* à loco sylvæ, & portata in montem duorum fratrum, & ibi sita & collocata est, ut dictum est superiùs. Deo gratias. Impressum Venetiis per *Benedictum* de Bindonis, *Anno* Domini 1544.

In exemplari Italico addita sunt pauca hæc, quæ versa ita sonant: In fidem verò rerum prædictarum, notum facimus, totum hoc scriptum desumptum fuisse ex originali authentico scripto in dicta Ecclesia S. Mariæ de Loreto, die 10. mensis Martii, 1491. Don. Bartholomæus Monachus vallis umbrosæ, & Prior S. Viridianæ Florentinæ commotus maxima devotione curavi, ut ex Latino in Italicum verteretur, atq; imprimeretur, ut tantum miraculum & tam devotum publicetur & manifestetur pluribus personis, & inde accipiant consolationem spiritualem.

Ad Papatum de idolo Lauretano.

Primus autor horum insignium & impudentissimorum mendaciorum, quæ hic initio proposui, fuit sacrificulus ille, qui ferè ante ducentos annos erat parochus in eo pago, quem Laurerum appellant: hoc enim ipsemet testatur, ubi inquit: Duo boni viri hujus pagi dixerunt hæc mihi gubernatori dictæ *Ecclesiæ*. Tunc erat illic pagulus quispiam, in quo vix unicus sacrificulus victitabat, nunc verò, [cum ad summum creverit superstitio atq; idolomania, à te invecta: ô Papatus, hi sunt fructus, quos tu soles parere] ex pago factum est frequens oppidum, cinctum mœnibus & propugnaculis munitissimis: atq; ubi ferè 40. partim Canonici, partim capellani inhabitant, & in delitiis atq; luxu vivunt: & usq; adeò crevit simul existimatio & commoditas loci, ut Cardinales inter se litigent & digladiabat, quàm ut plurimos posset invitare & commovere, ut eò accurrerent, & opimas eleemosynas ad se afferrent, facilè judicare poterit; qui vel mediocri judicio præditus fuerit, præsertim verò cum constet ex suo ipsius scripto, illum esse non modò indoctum & rudem, sed impudentissimè mendacem. Congessit enim ingentes fasces, imò verò plaustra aliquot turpissimarum fraudum & impostrarum, quæ ex diametro pugnant cum historia & doctrina Evangelii, *Actuum Apostolorum*, & totius *S. Scripturæ* quemadmodum nunc ordine ostendam.

Primò, omninò repugnat veritati, quæ est in *Evangelio* de Christo comprehensa, illum fuisse enutritum & educatum in eamet *Camera*, in qua virgo Maria, ejus mater, nata erat. Matthæus enim ita scribit c. 1. Cùm esset desponsata mater Jesu Maria, Joseph, antequàm convenirent, inventa est in utero habens de *Spiritu sancto*, Joseph autem cùm esset justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Joseph fili David, noli timere accipere *Mariam* conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de *Spiritu sancto* est. Itaq; si Joseph paruit Angelo, nec timuit accipere Mariam conjugem ejus apud se; quis non videt, eam fuisse in ipsius Josephi domum adductam, ut mos est maritis: non autem Josephum fuisse receptum, ut unà cum sponsa in domo soceri & socrus, nempè Joachimi & Annæ, habitaret.

Et quamvis nihil necesse sit, ut hoc aliorum auctoritate confirmẽ, cum satis omninò esse debeat, si clarissimum Evangelii textum adduxi: nihilominus adducam adhuc autorem unum, atq; is erit Nicephorus, autor Ecclesiasticæ historiæ, unus ex his, qui tibi, ô *Papatus*, sæpe, solet valdè favere. Is ergò cap. 8. primi libri ita inquit: Itaque in Nazareth cum Josepho domicilium illa habens ab Archangelo Gabriele lætum accepit nuncium, dicente: *Ave* gratiâ plena. Et cap. 12. ejusdem libri, *Christus* in domo Josephi circumciditur. Annón clarè tibi ostendo, te falsum narrare, cum dicis, Christum fuisse enutritum in illomet cubiculo, in quo fuerat nata ejus mater? Nam enutritus fuit partim in domo ipsius Josephi, partim etiam in Ægypto. Annón hoc disertè dixit Evangelista, Josephum, cum Herodis crudelitatem metuerat, cum *Maria* & puero, monente *Angelo*, in AEgyptum secessisse?

Præterea est contrarium aut diversum

fiebant. At cur non expressit Missarius ille ruralis, cujusmodi fuerint ea mysteria? Prędicabantné ibi verbum Dei? Administrabaturné Baptismus & Cœna? Sanabantur. né ægroti? Suscitabanturné mortui? Quid tandem mysteriorum videbant Apostoli illi fieri in ea Camera, & per quem? Lucas quidem divina quadam diligentia, scripsit res gestas Apostolorum, conciones, administrationes duorum Sacramentorum, quo Christus instituit, fugas, itinera, orationes, miracula, contentiones cum Pharisæis, carceres, flagella, concilia: quin & ipsasmet eorum epistolas: sed nunquam fecit ullam mentionem de Camera illa, neque de ullis mysteiris divinis, aut aliis, qui illic fierent.

Cur ergò ausus est sacrificulus ille Evangelistam veluti mendacem insimulare? Nam qui in describenda historia tacet ea, quæ vera & magna sunt: is profectò dignissimus est, qui pro mendace habeatur. Et procul dubiò inter res magnas est censenda illa, quam parochus fingit, Apostolos vidisse, quòd in illa Camera multa divina mysteria fiebant. At, si hæc, quæ sanè magna, atq; adeò maxima fuissent, Lucas, divinus scriptor non attigit: cur ausus est ille ineptulus ea confingere? Et tu Papatus, cur autoritate tuæ istius Romanæ sedis ea mox confirmare? & isti superstitiosulo & indocto asino credere potiùs voluisti, quàm divo Lucæ, qui in illa Historia scribenda fuit Spiritus sancti organum?

Sed id, quod sequitur in fabulâ, adhuc magis falsum & detestabile est, id est, omnes Apostolos concordibus votis statuisse, velle eam Cameram in Ecclesiam cõvertere, in honorem & memoriam Virginis Mariæ. Tales sunt tuæ doctrinæ, quas tu Papatus Catholicas atq; sacrosanctos, & quas adeò pertiuaciter & tyrannicè crucibus, rogis, ensibus, & nullo non crudelitatis genere defendis, id est, doctrinæ, quas tu ipse tibi finxisti aut somniasti, falsissimæ scilicet & Diabolicæ. Atq; ut, verum hoc esse quod dico, constet: peto abs te, ut nobis demonstres, in quo capite ejus libri, cui titulus est Actus Apostolorum, aut etiam in quo alio libro (præterquàm in hoc scripto tui Missatoris mendacissimi) scriptum fuerit, Apostolos ullam fecisse Ecclesiam? loquor de his Ecclesiis materialibus, quæ muro aliquo cinguntur. Nam collegisse eos multas Ecclesias spirituales, quarum electi & filii Dei erant lapides vivi, sat scimus.

Quin etiam peto, ut demonstres nobis, quo in loco totius Sacræ Scripturæ Deus literis præceptum: solumq; adeo Hierosolymitanum templum fuisse Dei jussu ædificatum, & nullum præterea.

Nec minùs falsum & enorme illud est, quod mox additur, Apostolos non modò constituisse, ut illa Camera deinceps haberetur pro Ecclesia, in memoriam & honorẽ Virginis Mariæ, sed & ipsosmet voluisse eam consecrare, & dedicare. Proh mendacem & falsarium Papatum.

Quis enim ex his, qui Spiritum Dei sentiat, queat se contineri, quin te ita honorificè compellat: cum videat te non pudere, tam crassa & horribilia mendacia, quibus scilicet tuos ineptos & impios ritus confirmes, effutire? Sed eho dic nobis, quis unquam ante hac audivit aut legit, Apostolos Jesu Christi dedicasse aut consecrasse ullam Ecclesiam? Itané delectaris mendaciis & imposturis? Itané juvat populum, qui nomen Christi gerit, ludificare & perdere, si modò pergeret te audire? P. 67.

Sed, quemadmodum in alio quodam tuo libello inepto & impio, cui titulus Rosarium virginis, finxisti, quod in funere virginis Mariæ quispiã ex Apostolis prætulerit crucem, alius thuribulũ, alius aquã benedictam, & singuli cereos accensos (ita etiam te non puduit omnia hæc scripsisse & approbasse, ut tuis exeqniis refertissimis impietaie, ambitione & avaritia, autoritatem sic conciliares] cur, inquam, si isthæc affirmare de Apostolis celebrantibus illas exequias ausus es, non hoc in loco diserte dixisti, unum ex illis, dum consecraretur & dedicaretur illa Ecclesia pinxisse in parietibus 12. circulos, & totidem cruces, deinde clavos ferreos totidẽ cum singulis certis illic affixisse. Alium verò ex Apostolis cinerem in ea sparsisse, & pedo aut pastorali (ut tu appellas) Alphabetum Latine & Græce in eo inscripsisse. Alium novies intus & foris omnes eos muros circuisse, & fasciculo cujusdam herbæ, cui nomen Isopus, baculo imposito, eos aspersisse, & simul totum solum quadam aqua mixta sale, vino & cinere. Alium deniq; usum fuisse oleis quibusdam incantatis & rancidis, & pollice dextræ manus unxisse muros illic tantùm, ubi erant facti circuli, & affixi clavi.

Hic forsitan dicat mihi aliquis ex tuis rudibus superstitiosis, videris nunc irridere & contemnere pulcherrimas nostras ceremonias, quibus nostri Episcopi & suffraganei, cum Ecclesias dedicant, utuntur. Sed in Veteri Testamento legimus, tunc fuisse factam dedicationem templi: cur non debemus credere, etiam Apostolos ea usos

illis,quibus ſægæ illæ aniculæ uti ſolent, aut illi,qui magicam artem exercent. Et dignisſimæ profectò ſunt,quæ ab omnium piorum linguis & calamis exagitentur & explodantur.

Deinde addo,nos certò ſcire, Apoſtolos in nulla unquam templorum dedicatione verſatos eſſe : quia vetiſſima hiſtoria divini illius autoris,qui Lucas eſt, minimè dicit eos eſſe verſatos : præterea quia dedicatio illa,cujus eſt mentio in Veteri Teſtamento,erat una ex ceremoniis Judaicis & legalibus,unaq; ex umbris & figuris,quæ defitura erat una cum reliquis ceremoniis, figuris & umbris,cum primum Jeſus Chriſtus,inclinato capite,expiraturus, inquit: Conſummatum eſt,& velum templi ſciſsũ eſt. Verùm tuus carnalisſimus Papat⁹, partim ex omnibus ceremoniis & ritibus Hebræorum,partim ex illis, quibus Ethnici uſi fuerunt,faſce ingenti concinnato,illum in ſuum nothum Chriſtianisſimum transferre voluit.

Majus mendacium, & magis nefarium, & planè Diabolicum adhuc ſequitur in fabula,nempè poſt factam conſecrationem, divum Lucam manu ſua concinnaſſe pulchram imaginem ſimilem beatæ Virgini, & eam in Eccleſia illa collocaſſe, & hanc ipſam eam eſſe,quæ hodie Laureti viſitur: Non queo me continere, quin clariſsima voce tibi dicam : Deus te perdat, Deus te perdat,Papatus, qui es autor & defenſor ſceleratisſimorum iſtorum mendaciorum, & horribiliũ idolomaniarum. Extat enim æternum & clariſsimum Dei præceptum, quod ita habet: non facies tibi ſculptile, aut aliquam omninò ſimilitudinem, non adores eam neq; coles. Tu verò omnino à Diabolo, præcepti Dei hoſte, perpetuò edoctus, ut poſſes in populis conſervare eos falſisſimos & abominabiles imaginum & ſtatuarum cultus,quos invexeras,hîc voluiſti impudentisſimè mentiri,uſum collocandarum imaginum aut ſtatuarum in templis,Apoſtolorum ætate cœpiſſe.

Sed quæro abs te,putasne,Lucam ſciviſſe,& ſimul cum eo omnes reliquos Apoſtolos,extare in prima adeò tabula certisſimum præceptum Dei, de non habendis imaginibus aut ſtatuis,quæ colerentur aut adorarentur? Et,ſi quidem putas eos ſciviſſe : cur audes affirmare, eos tale præceptum voluiſſe turpiter & blaſphemè contemnere?

Sed reſponde ſimul ad hæc, nonne Hebræi mordicus obſervabant illud præceptum primæ tabulæ? Si itaq; illi Pontifices Sacerdotum,ſcribæ & Phariſæi,penes quos tanta erat autoritas,videre potuiſſent: neſolum eam dedicare & conſecrare, verùm etiam imaginem aut ſtatuam illic, ut coleretur atq; adoraretur, collocare : quid tu putas illos potentes Satrapas fuiſſe facturos? laturosné? certè non permittebant, ut ullo in loco Apoſtoli poſſent vel loqui de Chriſto: itaq; quo pacto ferre voluiſſent imaginem?

Ego quidem crediderim,illos Apoſtolorum hoſtes acerbisſimos omnia pati maluiſſe,quàm ut ullo in loco totius Judææ aliqua imago coleretur aut adoraretur, præſertim quæ eſſet ab ipſis Apoſtolis propoſita. Et ſi propoſitam vidiſſent : accuriſſent omnes,& non modò eam ſuſtuliſſent, & fractam in multa fruſta combuſſiſſent, ſed domum aut Eccleſiam illam à fundamentis evertiſſent,trucidatis Apoſtolis, & quotquot præterea unà cum illis deprehendere potuiſſent.

Sed nondum finis turpisſimorum mendaciorum, quæ tuus ſacrificulus in iſto ſcripto evomuit,& tu mox approbaſti,imò p. 678. nova ſemper ſcatêt fœdiora & enormiora, cujusmodi hoc eſt: Apoſtolos in ea Eccleſia celebraſſe divina officia: Proh pudor! Itáne ſentis,eos matutinas & laudes,paulò poſt tertiam & ſextam (ut tu ſoles dicere) cantitaſſe,aut etiam reboaſſe, & quidem cum Antiphonis & reſponſoriis intertextis? Deinde ſe miſſæ accinxiſſe,& eam legiſſe,aut fortè cantaſſe? Deinde rurſus ad canendum veſperas & completorium acceſsiſſe? Annon omnia hæc intelligis,cum divina officia dicis? Nam quæ alia ſunt apud te,quæ ſoleas hoc nomine appellare?

Mirum certè eſt,te,ſi neque Deum neq; Chriſtum times,quia putas fabulam & ſomnium eſſe,quicquid de eo affirmat Spiritus ſanctus in ſacris literis, ſaltem non timuiſſe judicium hominum, & naufragium honoris & exiſtimationis tuæ : cum iſtas tuas abſurdisſimas fabulas & nugas ex diametro cum Evangelio pugnantes concinnares & approbares. Sed ſcio,quid te fefellerit. Cùm enim tam magnam videres eſſe (tua adeò opera invectam) in toto orbe Chriſtiano apoſtaſiam à Deo, & tam magnas in omnibus Eccleſiis tenebras & cæcitates : nunquam credidiſſes fore, ut hæc tempora venirent,quibus pater noſter cœleſtis rurſus accenderet faces Evangelii, filios ſuos illuminaret,& ad obedientiam ſui verbi revocaret,tuis nefandisſimis fraudibus impoſturisq; orbi terrarum ad deridendum propinatis, & omnium pedibus conculcatis.

Ut verò brevi quodam epilogo claudã ea,quæ hactenus in te reprehendi, tu hucusque tuo iſto ſcripto diſertisſimè affirma-

Nunquam enim attigisti, eos vidisse, multa divina mysteria fieri in ea Camera, fecisse Ecclesiam, eam dedicasse & consecrasse, te pinxisse imaginem virginis *Mariæ*, & in eo templo collocasse, omnes Apostolos Missas & reliqua divina officia illic celebrasse. Verùm, si tu, qui præsens fuisti unà cum aliis Apostolis, atq; omnia hæc tractasti, & pars magna eorum fuisti, noluisti ea fide, qua decebat, recitare omnia illa, quæ ad sedis *Romanæ* existimationem & majestatem retinendam & conservandam magnoperè pertinent: qua in re jure possum te crimine falsi accusare [nam omninò falsus & mendax autor dicendus est, qui talia in describendâ Historiâ omittit, cum alia multò minora narraverit:) si tu, inquam, hæc neglexisti: volui ego curare, ut à meo parocho scriberentur, deinde omnia mea authoritate confirmare.

Scio enim ego, scio: nam quispiam mihi revelavit, esse verissima: propterea mãdo atq; impero, ut omnes inviolabiliter ea credant, sub pœna temporalis atque æterni ignis. Et profectò, ô Papatus, si ista ita apertè, ut à me nunc recitantur, non pronuncias: tamen usque adeò malè te geris contra Deum, contra Christum, & contra ejus *Evangelistas* & *Apostolos*, ut reipsa omninò sic loquaris, ut te ego nunc loquétem induxi.

Sed ut confutem & transfodiam istas tuas horrendas blasphemias: dic mihi, nónne mortuus est, quando nos te jure accusamus, quòd ausus fueris addere & cumulare supra humeros Christianorum multa præcepta, multas ceremonias, & multas alias novitates, præter id, quod ex lectione libri sancti Evangelii, & actuum *Apostolicorũ*, Epistolarumq; apparet, Christum filium Dei instituere & docere voluisse: nónne est, inquam, tuus mos, ita nobis respondere? Christum atque *Apostolos* multas doctrinas, multasque ceremonias instituisse, quarum in libris scriptis ab *Evangelistis* & ab *Apostolis* nulla est facta mentio, sed eam reperiri deinde in aliquo ex his autoribus, qui post Christi & Apostolorum ætatem scripserunt? Has verò soles appellare Traditiones, ut potè quæ non fuerunt comprehensæ in ulla ex divinis Scripturis, sed oretenus absque eo, quòd unquam fuerint ab *Apostolis* scriptæ, traditæ fuerunt posteris veluti per manus. Nónne soles ita dicere? Nónne ita affirmas multis in locis, præsertim in Canone Ecclesiasticarum distione XI? Et nónne ea de re in primo actu concilii aut comœdiæ Tridentinæ solenne

viculis & incertis, nempè ut voluerit, alteram partem ejus sanctissimæ & æternæ doctrinæ literis mandari à divinis suis Prophetis & Evangelistis ita, ut esset certissima: alteram verò minimè mandari abillis, sed quæri eam oportere in voluminibus hujus aut illius humani autoris, quemadmodum olim apud *Ethnicos* quærebantur responsa *Sibyllæ*, quæ foliis inscripta data fuissent: de qua materia cum alibi scripserim, non est necesse, ut rursus eam hîc inferam.

Sed si tua ista opinio esset vera, quòd tamen nunquam tibi concesserim, dic mihi, si Lucas, qui descripsit *Acta Apostolorum* si Petrus, si Jacobus, si Judas, si Paulus, qui omnes de doctrinis & rebus gestis in illis initiis & incunabilis nascentis *Ecclesiæ* scripserunt, nullam mentionem de illa Camera, & de ullis ministeriis, quæ in ipsa facta fuerint, fecerunt, neque de illa dedicatione, neq; de illa imagine aut statura, fuitne fortè ullus unquam ex illis autoribus, qui mox *Apostolis*, successerunt, qui illis de rebus mentionem fecerit? Certè nemo. Successit *Apostolis* Clemens, successit Dionysius, successit *Polycarpus*, Ignatius, Irenæus, Quadratus, *Evodius*, Hippolytus, & scripta vim ferunt, in quibꝰ de rebus gestis Apostolorum non pauca attigerunt. Sed nullum verbulum de illa Camera, aut de consecratione, aut imagine, aut de divinis officiis illic celebratis. Itaque possumus planè affirmare, ea fuisse delira mentis tuæ, & mẽdacia à diabolo in tuo capite, in quo ille regnat, conficta, quibus posses decipere & prædari animas, & gloriam adimere Deo patri nostro cœlesti, ut est tuum perpetuum ingenium & institutum. p. 914

Sed hic dices, ut opinior, cur inter successores & discipulos Apostolorum non connumerasti etiam Abdiam Episcopum Babyloniæ, cujus decem libri de historia certamnis *Apostolici* nuper inventi sunt, & opera Wolfgangi Latzii medici in lucé editi? Respondeo, propterea me non connumerasse, quia nihil minùs verum esse puto, quàm quòd tales libri fuerint scripti Apostolorum temporibus. Nam quid tandé est in illis, quod nobis vel umbram *Apostolici* pectoris & Majestatis referat? Omnia illic frigent, & inepta sunt & superstitiosa: & tamen neque illic quidem ulla est mentio de illa camera, & de reliquis tuis nugis. Ac de libris tui istius nescio cuius Abdiæ, tui etiam Nicephori, & tui Joachimi Perionii, qui tot feces collegit ex Voragine, atq; eas, ut pro veris posset populo obtrudere, luminibus quibusdam eloquentiæ

entem.

Interea pergam in meo instituto, & sic te interrogo: si hi primi successores Apostolorum non fecerunt ipsi ullam mentionem illis de rebus, quas tu affirmas: fecerunt ne alii illi autores, qui post aliquot secula vixerunt, & Chronica & Historiam Ecclesiasticam scripserunt, cujusmodi fuit Eusebius Pamphilius Cæsariensis, Ruffinus Aquileiensis, Theodoretus Episcopus Cirenensis, Sozomenus & Socrates Constantinopolitani? Certe neq; hic cum tamen quædam alia attigerint de Chtisto, & de Apostolis, de quibus in sacris literis nullum extat verbum.

Sed audi amplius, ò Papatus. Historiographis his successit Hieronymus, qui cum superstitiosus aliquando esset, solebat se conferre ad suum illum Bethlehem, atque ibi lubens degebat, & lubens aliquid scribebat de illo præsepi, ubi Christus natus fuerit, de aliis locis, ubi non modo Christus, sed mater & apostoli versari solebant: & tamen neq; ipse unquam de tali Ecclesia aut Camera vel minimum verbum attigit, & nihilominus vir fuit diligentissimus, atque illic vivebat, ubi noscere omnia illa, quæ tu narras pro veris (modo unquam fuissent gesta) potuisset.

Quod bonus ille Hieronymus scribit bene longam Epistolam, quæ est 72. in ordine ad Eustochium, in quo recenset multas illas peregrinationes, quibus altera illa superstitiosa eius discipula Paula delectabatur, atq; illum voluisse invisere locum, ubi fuerat diversorium, in quo beata Virgo non potuit hospitari, præsepe ipsum, in quo natus erat Christus, Montem Calvarium, Sepulchrum, & domum illam, in qua supra centum & 20. personas descendit Spiritus sanctus: & tamen de illa Ecclesia, quam tu (Papatus) ais ab Apostolis fuisse consecratam, nullum unquam facit verbum, & si ullo in loco debuisset eius mentio fieri, tunc profecto erat occasio & tempus opportunissimum, & etiam necessarium. Sed audi ulterius: post tempora Hieronymi Anno Domini circiter 700. vixit Nicephorus ille Callistus Xanthopli, cujus non multo ante memini, is fuit superstitiosus (ut fere solent Græci) atque in eius historia recitat ingentes fasces rerum quarundam levicularum de sancto Ioachimo, de sancta Anna, de sancto Josepho, de educatione, de forma & statura, de ætate virginis Mariæ, præterea de miraculis eius de morte, de funere, de resurrectione, atque adeo de ascensu in cœlum una cum corpore, ut etiam duo hæc postrema voluisse ne lentio præterire, si eo tempore, quo suam illam laboriosissimam historiam, 18. libris comprehensam, scripsit, de ea Ecclesia aliquid sensisset, aut odoratus fuisset?

Ecce itaq;, ô Papatus, mendacia & pudenda tua, quæ aliquandiu latuerunt, veluti sub foliis ficuum, & sub infirmis quibusdam prætextibus & coloribus: tandem, cum apparuerint radii ex Evangelio, & flaverint Spiritus Dei, esse nudata & toti terrarum orbi parefacta, & torquea te, quantum vis, atq; utere quanta vis astutia & versutia tuorum adulatorum, tuisq; ensibus, crucibus, & rogis (his enim armis soles uti contra nostrates, loco sacræ Scripturæ) jam non potes te amplius tegere & defendere.

Sed progrediamur adhuc vlterius, & videamus, quid subdat tuus sacrificulus, subdit: cum populus, qui in Judæa habitabat, deseruisset fidem Christi, Angelos fecisse eam Ecclesiam juxta terram à suis fundamentis, quæ in eorum loco illic manserunt (audi, audi alia mendacia crassissima, & ignominias tuas incomparabiles, quæ, quanto longius in tua fabula progredimur, tanto magis scaturiunt) atque ita à suis fundamentis avulsam, detulisse eam in Illyricum, & collocasse prope oppidum, cui nomen Flumen.

Hic paulatim procedendum: nam habeo, quo te possim consolari, mi papatus, audi modo Machometus plantavit falsissimam suam religionem anno sexcentesimo: quo tempore etiam tuus Antichristus cœpit vires & existimationem acquirere. Is fuit à Mahometo, & Mahometus ab illo magnopere adjutus (ut videre est in Historiis, & ego alibi fuse docui: nempe in 12. concionibus de Antichristo.) At non multo postquam fuit plantata illa pestilentissima secta, ea per totam Asiam, non solum in Judæa sparsit suas radices, hoc vero contigit jam fere noningentis ante annis.

Cum itaq; tuus Missarius in hac fabella scriptum reliquerit, Angelos sustulisse ex Judæa eam Ecclesiam sine ullis fundamentis, posteaquam populus, qui illic habitabat, deseruerat fidem Christi: tu declara nobis, tu inquam, qui tibi vendicas atque arrogas autoritatem & sapientiam interpretandarum divinarum scripturarum (& tu istam habes pro divina procul dubio, quia imperas, omnes debere illi credere sub pœna non modo temporalis, sed æterni ignis) declara tu, inquam, num Angeli abstulerint inde Ecclesiam statim, ubi Turcica secta cœpta est recipi, aut forsitan post quingentos aut sexcentos annos? P. 675.

tot Chronica scripserint, nunquam vernicus fuerit, qui vel uno verbulo, attigerit rem ita mirandam, ita prodigiosam, & nulla unquam ætate aut memoria auditam, qualis ista est, integram scilicet Ecclesiam fuisse secatam aut avulsam per manus Angelorum à suis fundamentis, quæ in Judæa manserint, & totam illam, veluti materiem, delatam ab ipsis Angelis itinere trium millium milliariorum Italicorum, & amplius, partim terrestri, partim maritimo, & non semel quidem, sed quater eam transtulisse de loco ad locum, & interim in tanta jactatione. nullum unquam lapidem dimotum fuisse, aut cecidisse?

Si vero respondere volueris, Angelos eam Ecclesiam ex Judæa sustuliss, jam circiter 300. annis (ut tuus ille nugator videtur voluisse dicere) tunc quæram, cur sustulerint? Dices, quia ille populus desciverat fidem Christi. Audivi, hanc causam fuisse etiam in ipsa fabula adductam. Sed hic velim mihi dicas (si quidem scias) quare Angelis passi fuerint, eam Ecclesiam per quingentos aut sexcentos annos manere inter eos populos, qui à fide Christi desciverant: quod scio tuo carnali ingenio & spiritui vertiginoso & fanatico absurdissimum videri. Nam putas, populos illos omnino indignos fuisse, penes quos illa sacrosancta Ecclesia, & ille veluti divinus thesaurus, relinqueretur. Sed cum ita tibi omnino persuadeas: cur tam diu illic relictus est & contemtus thesaurus ille?

Verum aliud adhuc habeo, quod hic quæram: Si ita censes, quia animalis es, atque ideo non potes non præpostere his de reb. sentire: Angelos non debuisse pati, talem Ecclesiam diutius hærere inter eos, qui fidē Christi contemnerent, cur passi sunt, & cur adhuc patiuntur, in eadem provincia, atq; inter eosdem fidei Christi contemtores hærere locum, in quo Christus natus est? Item sepulchrum, in quo jacuit, & ipsum adeo montem Calvarium? Nec dubium est (si modo harum externarum rerum ratio esset habenda, quæ certe non est habenda) quin tanto honore & reverentia dignus esse deberes (si non etiam majore) ille locus, ubi Christus primum in lucem editus est: quæ res militiam ipsam Angelorum cœlestem ad lætitiam excitavit: & alius locus, in quo Christus sanguinem fundens, & moriens triumphavit de morte, de peccatis, de inferno, & de Mundo: & certus item locus, in quo divinum illud corpus jacuit, parti oblatum pro victima & sacrificio electorum, quanto honore & reverentia dignum tu esse putas locum illum, in quo eius ma-

Camera illa ex Judæa ad Illyricos ab Angelis delata est, quid mox accidit? Proh quam dignus es, qui hoc loco exagiteris, ac profecto non modo hoc meritus es, ut te multis probris & conviciis oneremus & infectemur, utpote hostem Domini Dei nostri, tam multis & tam turpibus mendaciis ejus doctrinam & gloriam comminuentem & conspurcantem: sed ut totius Europæ populi, una adeo cum uxoribus & liberis, qui fuerunt tam diu abs te isto maledicto Idolo Lauretano decepti & delusi: in eo quidem, quod ad honorem, ad rem, ad vitam, atq; ad animam pertinent, isto accurrerent, Imagunculam illam, & idolum è spelunca illa latronum (ita enim verius dixerim, quam Ecclesia) tollerent, pedibus calcatam confringerent, quinetiam muros illos omnes demolirentur, satis in mare, quod non longe abest, precipitatis aut quovis modo consumtis: quo sanctissimo opere patrato, mox Romam venirent, ut tunc demum tui Antichristi pedes pro dignitate suaviarentur. Sed forsitan non longe abest hoc judicium Domini, & flagellum.

Sed ad fabulam. In hac te non pudet dicere, quod cum Ecclesia in Illyrico esset, virgo Maria videbat, se non ita illi honorari, ut desiderabat: itaque Angeli nautæ aut bajuli facti rursus accesserunt, & sublatam inde repente eam Ecclesiam per dorsum totius maris Adriatici itinere decem torum & amplius milliariorum bajulantes collocaverunt in quadam sylva. Ergo tibi persuades, sanctissimam matrem Jesu Christi esse (quemadmodum tu es) idolatram, ut cupiat in imaginibus & statuis atq; hujusmodi rebus externis, & à Deo prohibitis honorari & adorari? & putas etiam, eam esse (sicut tu es) ambitiosam, & nil nisi fumum, & ventum.

Quid potest pejus dici aut cogitari de illa humillima serva & ancilla Domini? Quæ cum magno spiritu & fide adundet, & propterea omnino respuat & abhorreat ab illis adorationibus, cultibus & honoribus, qui DEO & CHRISTO debent exhiberi in spiritu & veritate: quanto magis persuadere nobis debemus, illam respuere & abominari tales populi concursus ad Ecclesias, quæ illi fuerunt à carnalibus & hypocritis dedicata? & ad adorandum eius imagines & statuas?

Verum hic aliud addam. Tu soles affirmare, eam esse Regiam cœli, tutricem & & patronam Dei & Christi: & conaris toti orbi persuadere, hebere omnia præsentia,

delata: quanquam de eius imprudentia non semel ita judicasti, sed bis deinde eodem modo. Addis enim in fabula, illam Cameram neq; in illa quidem Sylva, in quam postea fuit ab Angelis ex Illyrico delata, diutius constitisse: quandoquidem multa latrocinia, ob opportunitatem loci, illic patrabantur. Itaque affirmas, Angelos tertio eandem Ecclesiam humeris sustulisse, & in montem duorum fratrum transtulisse. Quin addit, neq; hic quidem potuisse illam diutius consistere. Nam illi duo fratres, cum magnas opes ex maximo peregrinorum concursu compararent, earum occasione discordes esse factos ita, ut ad arma inter se ventum fuerit. Quare boni illi angeli quarto impositam sibi totam illam machinam in humeros, deportaverunt extra illum montem, ubi erant fratrum discordiæ, & illic ubi ea nunc est maxima dexteritate atq; elegantia, collocaverunt ita ut erecta possit consistere neq; ulla ventorum aut tempestatum vi dimoveri, neq; suo ipsius pondere dissolvi, tametsi nulla secum haberet fundamenda, quæ eam sustinerent & corroborarent. Nam semper oportet meminisse, fundamnta eius in Judæa remansisse.

Quis unquam audivit stultiora & absurdiora his? Quid fuit unquam post orbem conditum ab ullo quantumvis mendace & perdito scriptum, quod magis stomachum moveret, & magis esset prodigiosum? Quam putas Turcas & Hebreos solere Christianos irridere hoc adeo nomine? Ac profecto non injuria. Ipsi enim in eorum Alcoranis & Talmudis nunquam scripserunt ineptias & freneses similes istis tuis, quæ ita sunt stultæ & horribiles, ut certo credendum sit fore, uti posteri cum illas legerint, vix queant sibi persuadere, fuisse unquam gentem usq; adeo stupidam, mente captam, atq; impiam, ut tu es, Papatus.

Sed pergamus suam majora adhuc reliqua sunt. Hactenus recitatæ sunt tuæ nugæ, & nulla testimonia adduxisti. Nunc vero incipies ea adducere: eia igitur profer tandem, cujusmodi ea sunt? Ex quibus historiis, aut Chronicis, & quorum virorum autoritate ea tibi sumes? Res certe maximas, atq; aliis ætatibus omnino inauditas, & prodigiosissimas quasdam narrasti. Itaque non mediocribos testimoniis tibi opus est si velis ea confirmare ita, ut persuadere sibi homines possint, ea esse vera. Profer ergo nunc in medium, quæcunq; habes. Beata Virgo anno 1296. apparuit cuidam eius devoto dormienti, & illi hæc omnia

Jnflatis buccis, magna superbia & tyrannide ita tonat:

Quanquam nec Lucas Evangelista, neq; alius ex Apostolis aut Scriptoribus veteribus aut recentioribus, nunquam scripserit, Jesum Christum fuisse enutritum in eadem Camera, in qua Virgo Mara nata est, imo quanquam contrarium legatur: quanquam nunquam scripserit, Apostolos vidisse multa divina mysteria, quæ facta fuerint in ea Camera: quanquam nunquam scripserit, eosdem Apostolos eam convertisse in Ecclesiam: quanquam nunquam scripserit, eam Ecclesiam mox fuisse ab Apostolis dedicatam & consecratam: quanquam nunquam scripserit, Lucam eius imaginem pinxisse, & in ea Ecclesia collocasse: quanquam nunquam scripserit, Apostolos illic divina officia celebrasse: quanquam nunquam scripserit, eam Ecclesiam post aliquot secula fuisse sine ullis suis fundamentis ab Angelis ex Judæa in Illyricum delatam, atque hinc (quia Virgo videbat, se non esse ita honoratam, ut cupiebat) transmare Adriaticum in sylvam quandam, & deinde in montem: postremo prope Recanatum.

Denique, quanquam omnia hæc sint omnino contra id, quod docet & præcipit historia, doctrina Jesu Christi: tamen jubeo atq; impero, ut omnes hæc, quæ à me dicuntur, sine ulla exceptione credant esse verissima, perinde ac credunt articulos fidei comprehensos in Symbolis, sub poena æternæ damnationis, quin etiam sub poena temporalis ignis, quo veluti hæretici mox exurentur omnes, qui ita, ut ego impero, non crediderint: contra vero totum id, quod in sacris literis continetur (quandoquidem mihi tota scriptura subdita est) satis est, si ego pronunciem aliquem ex meis ea, quæ mihi adlubescunt, somniasse, sive is revera somniaverit, sive mihi libitum fuerit aliquando confingere, & mentiri eum somniasse. Nam tum somnia & deliria mearum creaturarum, tum mea mendacia volo haberi pro articulis fidei: quicquid garriant Lutherani.

Hæc tua, ô Papatus, oratio est. Mea vero hæc: Videm⁹ nunc omninò completam esse prophetiam Danielis, qui dixerat fore, ut quispiã impudens ad tyrannidẽ evectꝰ extolleret se supra omnẽ divinitatẽ, & illi diserrimè & arrogantissime contradicere, spretis vero divinis oraculis esset prolocuturus, atque imperaturus maxima quædam horribilia & prodigiosissima, quemadmodum illi libido suggessisset. Tu ergo Papatus, tu cum tuo Antichristo, ille ipse tyra-

scio quas tuas revelationes, deliria & irenefes atq; imperas: ut hæc habeantur pro rebus verissimis & divinis, quemadmodum nunc agis in isto Lauretano negotio. Nam libuit tibi confingere, virginem Mariam cuidam eius devoto in somniis revelasse o-
p. 677. mnia illa tam multa prodigia & deliria, quæ hactenus non semel recensui, & vis, ut talibus revelationibus & deliriis credatur, non autem Spiritui sancto, qui prorsus contraria docet in ipsis Bibliis.

Et quod indignius & intolerabilibus est, si quis aliquando velit interrogare à tuis, quisnam fuit ille devotus, cui facta est revelatio? quonam tempore? quod fuit viri nomen? quæ patria? quæ professio? quæ vita? quæ autoritas? non solum non vis respondere, sed soles comburere eos, qui non statim professi fuerint, se credere, quæ tu pronunciare semel voluisti. Atq; his præclaris modis quotidie invehis diversas tuas opiniones & dogmata, & talibus dico somniis & spectris tui illius Gregorii (inter alios) importasti in Ecclesiam enormem illam imposturam Purgatorii. Imo nunc succurrit, de hujusmodi revelatione nuper alium ex tuis luculentam mentionem fecisse, quæ usq; adeo tibi arrisit, ut eam volueris edito diplomate commendare: scis quam dico? annon meministi? de illa loquor, quam tuus Mutius in suo quodam libro attigit, ubi affirmat, revelatum fuisse cuipiam (cujus nomen nemo potest scire) virginem Mariam mirandum in modum oblectari, cum audit aliquem erga ipsam proferentem illa duo jucundissima verbula: DOMINVS TECVM: atq; ideo omnes qui orant salutationem angelicam, debere illa tertio repetere.

Hæc vero sunt ingenia, & judicia gravia, quæ perplacent tuis carnalibus atq; hypocritis: hæc tu Papatus, & tu præsertim Juli III. soles commendare, atq; approbare tuis bullis. Certum est, te aliam hanc anilem atq; insipidam revelationem de verbulis illis, Dominus tecum, magno totius Europæ risu, diserte brevi edito, utpote verissimam & gravissimam approbasse, nec te pudet. Sed videor te audire dicentem, non propter eam solam revelationem, quæ anno 1296. contigit illi devoto, te commotum fuisse ad imperandum, ut totum negocium Lauretanum pro vero haberetur, sed te habere alia graviora argumenta & probationes.

Eia, videamus ergo, cujusmodi sint. Tu ita dicis: Cum devotus ille, quem nemo unquam novit, indicasset omnia ea, quæ dormiens audierat, quibusdam bonis homi-

tempore navigarent, investigarentq; de rebus illis omnibus. Cum itaq; essent profecti & redjissent: eos renunciasse, se invenisse, vera esse omnia, quæ devotus nunciaverat se in somnis audivisse. Sed hic consistamus. Primum omnium dixerim, viros eos, qui tunc incolebant Anconitanam Marchiam, qui alioquin solent esse cordati & astuti, fuisse habendos pro ineptioribus & stultioribus, quam tu sis, ô Papatus, si commoti verbo unius homuncionis, qui ajebat, se somniasse nescio quid, mox voluissent totius provinciæ viros, & consilium convocare, & statuere, ut 16. ex insignioribus aggrederentur iter, qvod est trium millium milliariorum, deinde inter periculosum, cum ob naufragia, quæ sæpe patiuntur, qui per illa tam vasta maria navigant, tum ob pyratas, qui quotidie illic prædantur: deinde maximo sumtu, fere millium coronatorum. Nam singuli, qui illud iter suscipiunt 60, coronatos ad minimum pro vectura & simul pro victu solvunt: postremo ad invevestigandas res vanissimas & incertissimas. Quamobrem censeo, stupidissimum esse, & communi sensu carere, qui non videt, has esse nugas inanissimas, & mendacia ridicula. Quod etiam inde apparet: nam in hac narratione, quæ fit de concilio in tota illa Marchia congregato, & de tam honorifica lagatione missa, nunquam expressum est vel unicum nomen alicujus ex illis, qui convenerunt, vel ex illis, qui fuerunt in legationem missi. Certe si agebatur de concilianda fide rebus gestis tam magnis, erant exprimenda non solum nomina, saltem aliquorum, si non omnium Senatorum & legatorum, sed & locus, in quem convenerunt, atq; etiam tempus.

Sed demus, verum fuisse, viros illos ex Marchia Anconitana una convenisse, unoq; verbo illius superstitiosuli Somniatoris impulsos, constituisse 16. Legatos in Judæam mittere (quod falsissimum esse existimo, mentium vero, ut major fides fabulæ conciliaretur) videamus, quid renunciaverint se invenisse, & an possimus illo modo putare esse vera, qua se invenisse dixerint. Itaq; tuus ille vanissimus & mendacissimus sacrificulus inquit, illos tenunciasse, se invenisse signa aut vestigia fundamentorum eius Ecclesiæ, cumq; ea magna diligentia fuissent metiti mensura, quam secum domo attulerant, omnino se ea ipsa fundamenta, & non alia, conspexisse, unde Camera fuerat avulsa.

Proh infelecissimum Papatum, proh quantopere brevi vituperandus es hoc a-

Virgo, mediante illa Camera, illic facit infinita miracula, & sit ita ut dicis. At si etiam hoc argumentum statim excutiam tibi è manib. quid ages, miser Papatus? quo te convertes? quam invenies machinam, qua possis sustentare istud tuum idolum, ne in præceps collabatur & corruat, tridente & plaudente maxima totius orbis terrarum parte, sed, lugentibus & gementibus apud te tuis superstitiosulis & hypocritis? certe excutiam, & quidem verbo Dei: an non tibi videor magno telo velle uri? Quare ad id, quod nugatis de tam multis miraculis, quæ virgo Maria illic agat, mediante illa Camera, duo hic responsa habeo.

Alterum est hujusmodi: dico enim, tuosmet adulatores & defensores, qui vel mediocriter sint in sacris literis versati, solere damnare istam tuam opinionem, quod virgo Maria faciat ipsa ulla miracula: sed adjunt, ea fieri à Deo ob preces & intercessionem matris. Nos vero utrumq; negamus: quotiescunq; enim Pater cœlestis largitur nobis gratias aliquas, id agit sua propria bonitate & misericordia, tum etiam precibus & intercessione dilecti filii sui. Cujus nostræ doctrinæ habemus firmissima p. 676. testimonia in scripturis, cum tu tuæ istius ullum omnino habeas. Nam Christus inquit: quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Joannes vero, *Advocatum* habemus apud Patrem Jesum Christum. Paulus vero, interpellat pro nobis (de Christo loquitur) Quamobrem non modo nos possumus te accusare, quod falsam doctrinam hic doceas, sed etiam tuimet cucullati, qui licet alias sint valde impudentes & impii, tamen nondum eo dementiæ venerunt, ut audeant dicere, quod tu hic audes, virginem Mariã facere ipsam miracula, atq; adeo mediante illa Camera, quasi virtute eius Cameræ diva Virgo possit edere miracula, & alioquin non posset. *Quæ hæc fatuitas?*

Sed accipe alterum responsum: Tu, quia vides tam multas tabellas pictas, tam multas statuas & imagines tam multas vestes, naves, funes & anchoras tam multa arma, denique tam multos cereos pendentes in isto tuo templo Lauretano, putas, totidem miracula facta fuisse illic, & propterea jubes credi oportere, eam fuisse Cameram virginis Mariæ. Primum itaq; possem dicere, non continuo credendum esse, vera esse illa tam multa, quæ peregrini afferunt, & in Ecclesiam affigunt, quia sunt illic affixa. *Sæpe* enim solent sine ullo pudore fingere li urbe contigisse, illud in alia, & mentiri, sed ita fingere, ut suis idolis autoritatem concilient.

Sed esto, facta fuerint miracula illa tam multa, fac, nullum esse confictum & emeritum, sed revera illos tam multos, quorum nomina illic recitantur, miraculo evasisse ex tempestate maris, alioquin perituros: sanatos ex mortiferis vulneribus, atque ex aljis morbis insanabilibus: ista, inquam, miracula facta inter tuos istos superstitiosos, qui nihil aliud sunt, quam caro & mundus, fiunt ab ipso Diabolo altero ex duobus modis: aut enim ille, qui in suis membris regnat, & efficacissimus est, potest efficere sua illa efficacia & vi, ut sui sibi plane persuadeant, se omnino vidisse apparitionem, quam unquam viderint, aut verba audivisse, quæ nunquam audiverint, & se liberatos fuisse ab aliquo maximo vel belli, vel maris vel incendji, vel ægritudinis periculo, ope vel intercessione virginis *Mariæ*, cum tamen alias etiam sine miraculo essent evasuri.

Hic, inquam, unus modus est: alter verò hujusmodi. Dico diabolum ipsum non modo posse suos ita fascinare, ut cogat eos sibi pro veris persuadere ea, quæ omnino falsa sunt, sed posse etiam signa & miracula edere in suis, ad confirmationem ejus falsæ doctrinæ, id est, Papisticæ, qua ipse delectatur. Verbi gratia: Jactabitur in magna maris tempestate infidelis aliquis (Infidelē vro cum dico, non intelligo nunc Turcum aut Hebræum, sed merum aliquem Papistam, qui careat dono vivæ illius fidei, qua Christiani efficimur, & qui sibi persuaserit, Papatum à Deo fuisse institutum, & omnes eius institutiones & dogmata ita servanda, ut sanctum Jesu Christi Evangelium: eos veto, qui cum illis non consentiunt, esse Hæreticos, hos in summa ego proprio vocabulo infideles appello,) Si itaq; aliquis hujusmodi in aliquo vel maris vel alio periculo extiterit & putaverit, si votum fecerit Idolo Lauretano, velle se ad illud accedere, tabellam affere, & *Missa*torem conducere: Diabolus, inquam, ut omnes eos errores constabiliat, & suum illud membrum, nempe infidelem virum dementet & ludificet, edere potest miraculum & ex periculo liberare.

Unde tibi hæc doctrina? clamabis, unde tibi? A Christo & à Paulo: nos ab his purissimis fontibus nostras doctrinas hauri, mus, tu ex lacunis, imo vero ex stygia palude tuorum Decretalium, Sextorum, &

Papatus, audi, quid Christus dicat de te, & de tuis creaturis, id est, de membris Diaboli) surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri possit) etiam electi. Audisne? signa magna & prodigia edita à membris Diaboli? Ne ergò affirmet, Ecclesiam Lauretanam fuisse Cameram virginis Mariæ, quòd ibi fiant miracula. Non enim valet consequentia, omnem locum esse sanctum, ubi fiant miracula.

Sed audiamus Paulum unà cum Christo, attende Papatus. Nam *Spiritus sanctus* per os Pauli hîc loquitur de te & de tuo *Papa*, id est, de *Antichristo*: Et tunc revelabitur ille iniquos, quem *Dominus* Jesus interficiet *spiritu oris sui*, & destruet illustratione *adventus sui*, cujus est adventus secundùm operationem *Sathanæ* [Audis, *Sathanam* operari in tuo *Antichristo?*) in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus (*Audis*, signa & prodigia mendacia, id est, ad confirmanda mendacia, edita à *Sathana*) & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt eò, quòd charitatem non receperunt, ut salvi fierent (hi sunt infideles illi, de quibus dixi, qui nihil Evangelio, omnia verò *Papis* credunt, ita ut nolint salvi esse] ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, & judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed oblectati sunt iniquitate.

Pro operatione vero erroris Paulus intelligit vim ipsam ingentem & efficacissimam, quæ reprobos in errorem propellit, & magno impetu præcipitat. Cum vero dicit, eos oblectatos falsitate, illos voluit exprimere, quos solemus videre, ita habere superstitiones & idolomanias in deliciis, ut malint omnia pari, quàm finere se ab illarum complexu & amore divelli.

p. 680.

Sed quanquàm plurimùm valere apud te ratio istorum miraculorum editorum apud imagines & statuas solet: tamen tu ipse nunc videris diffidere, ut te eadem ratio hîc ad persuadendum juvet, Ecclesiam illam fuisse Cameram Virginis Mariæ, in qua filium ejus nutrierit. Nam duos veluti Gigantes aut Achilles, sub finem fabulæ, in subsidium vocas. Vides enim, causam tuam esse inclinatam, & summo in periculo, ne succumbas. Si itaq; fortè possem istos tuos Achilles debilitare, & prosternere, jam esses omni auxilio destitutus jam tumet cogereris fateri, te tua ista fabula per trecentos ferè annos totos Christianos orbi imposuisse, do & rinamq; & gloriam Dei & Do-

Paulus à Sylva, virum magna abstinentiæ, aliquando dixisse, se die octava Septembris, qua celebratur festum Nativitatis divæ Virginis, duab9 horis ante exortum Solis, vidisse lumen è cœlo descendens suprà eam Ecclesiam: quod lumen erat longitudine 12. pedum, latitudine verò 6. atq; ubi pervenit prope summum Ecclesiæ, evanuit. Eremitam verò interpretatum fuisse, lumẽ illud fuisse virginem *Mariam*, quæ tunc venerat, ut suum festum videret.

Itaque hîc Eremita est alter ex tuis Gigantibus (ut dixi) quem adducis in postrema acie, ut tibi laboranti suppetias ferat, & est omninò aliquid: quid enim possum hîc respondere? dicis, fuisse monachum, & quidem sobrium, quod rarum est, ne quis suspicaretur, te ista audivisse ab ebrioso aliquo aut helluone: adducis diem, imo & horam, addis, ita illum fuisse interpretatũ, quod lumen longum longitudine 12. pedũ, & latitudine 6 significarer, illic divam Virginem esse. Et siquidem tuo monacho ità libuit interpretari, tibi vero, quod ille interpretaturus est, approbare: jam reliqvũ est, nisi ut omnes submittamus cervices, cedamus, credamus, illam verè fuisse Cameram divæ Virginis, præsertim vero cum Monachus postremum illud addiderit, divam Virginem in lumine illo propterea venisse, ut videret suum diem festum?

Quis autem possit dubitare, eam venisse ob tam gravem causam: non enim facilè quis dixerit, quantoperè soleat suis illis diebus festis oblectari & placari. Deindè ex alto illo cœlo non potuisset ità singula contemplari, itaq; ad summum usq; Ecclesiæ descendit, atque ubi omnia diligenter lustravit & circumspexit, evanuit: sed tamen audi, Papatus, unicus mihi hîc restat scrupulus: nam nihil dubium, quin credã reliqua. Si enim diva Virgo propterea ex summo cœlo descenderat in forma illius luminis, ut suum festum videret: cur ante diem descendit? Cur non distulit profectionem usque ad horam tertiam diei, qua videre potuisset totum clerum sericis atq; aureis vestibus indutum, cum suis crucib9 argenteis, cum vexillis, & cum tam multis cereis accensis? Deinde frequentiam tot virorum & tot mulierum? deinde tot diversoria benè instructa, tot tabernas, ubi venduntur globuli precari, imagines, statuæ, cerei, tabellæ, quin etiam ut potuisset audire Tibicines, atq; etiam Lyristas, quib9 festum solet undiq; strepere, non modo campanarum tinnitu.

Addo etiam, me mirari, cur beata virgo

etiam illic itur ad arma, neque est injucundum spectaculum, si hinc cernas 20. aut 30. viros, illinc totidem, qui strictis ensib. congrediantur, & strenuè pugnent ita, ut nonnulli in pugna etiam occumbant, nonnulli vulnerentur, alii fugiant, alii exultent, trucidato hoste & parta victoria. Sentisne, ô Papatus, ut te irrideo atq; exagito, quanquam hîc non ita exclamo contra te, ut alibi? At profectò, cum tam stulta & tam fatua ausus fueris effutire palàm, ut Christi gloriam obrueres, dignissimus es, qui ab omnium vocibus & calamis modò irridearis & exagiteris, modò exclamationibus & omni convitiorum genere obtundaris, nequid dicam durius & odiosius. Ote miserrimum & infelicissimum, primò quidem, quod ad salutem animarum attinet, à qua omninò excidisti, actum, actum de te: deinde quod ad honorem & existimationem, cujus tam magnum fecisti naufragium, & quotidie facis, nec minora te vel pauciora damna & ignominiæ manent his, quas forè 40. annis passus es. Et scio, quid affirmem.

Sed prostrato priore tuo Achille, nunc invadam alterum, qui hujusmodi est. Ais enim, tibi esse duorum rusticorum præclara testimonia, quibus omnia ea, quæ hactenus recensuisti, queas probare: quorum alteri fingis nomen esse Francisco Priori, alteri Paulo Rinalducio: itaq; videndum erit, quid dixerint isti duo rustici: quanquam aliud erit priùs dispiciendum, nempè, an fuerint legitimè, atq; ita, ut jura ipsa civilia & canonica jubent, examinati, quod omninò non fuit, nam neque præsente aut jubente magistratu, neque scribente notario, mandata fuerunt literis eorum dicta, verùm solus sacrificulus ea seorsim & privatim scripsit.

Cui verò unquam permissum fuit, ut in sua ipsius causa testes citaret, interrogaret, & verba eorum describeret? Nulli hoc profectò conceditur, quemadmodum nec judicium & sententiam ferre. Et quis non videt, sacrificulum illum Lauretanum, cũ dicta duorum rusticorum susciperet, id in sua ejus causa feciss̃e? Quid enim aliud elaborabat, quàm ut suæ rurali parochiæ existimationem præ cæteris auguret, unde cõsequeretur concursus populi, qui oblationes ferret? Deinde uterque testis est singularis in suo dicto: nam quod unus ait, non confirmatur ab altero, imò quilibet eorum seorsim aliquid dicit, atq; id valdè diversum.

p. 631.

Quare, cum Christus ipse dicat, veritatem rei apparere, quando a duobus vel avi. Quid enim? Is avus avitorian fuerit non modo rusticus quispiam rudis & stupidus (hoc enim omninò fuit) sed nebulo aliquis & furcifer, atque ita indignissimus, cujus verbis quis fidem habeat?

Rectè mecum agitur, inquiet Papatus. Nam cum tam multa objicias contra personam meorum testium, hoc propterea facis, quia vides, eorum dicta tam gravia, tam vera & tam sancta esse, ut, cum infirmare ea nulla tua astutia & cavillatione possit, invadas in personam. Itane seriò censes, eorum dicta gravia & vera esse? Visne, ut credamus te usq; adeo stupidum & insanum? Sed profecto, quandoquidem, vidente & audiente toto Christiani orbis amphitheatro, tu tam audacter adducis dicta illorum testium, & jubes tam disertè, ut omnes habeant ea pro gravibus, pro veris, pro sanctis, aloquin exurantur, & in profundum inferni detrudantur: necesse est, ut te vel stupidum & insanum affirmemus esse, vel insignem impostorem, veræ doctrinæ Christianæ corruptorem, & gloriæ Dei & Christi atrocissimum hostem.

Ac ne diutius moremur, adducamus jam in medium rusticorum attestationes, ut totus orbis eas diligenter respiciat, & summa cum ignominia irrideat atque explodat, & te autorem & defensorem earum unà cum illis multò adhuc magis. Alter ergò ex Rusticis ita inquit? (proferam ipsiusmet sacrificuli verba, quæ tu vis pro divinis oraculis haberi) Paulus dixit, quòd avus avi sui sibi dixerit, quòd vidit, quando Angeli conduxerunt dictam Ecclesiam per mare, & collocaverunt in dictâ sylvâ, & pluries ipse cum aliis personis dictam Ecclesiam visitavit.

Quo pacto queam hic me continere, quia exclamem, ô cœlum, ô terra, ô maria, ô inferne, qui mendacissimum hunc Papatum expectas, pro dignitate à tuis diabolis eum omnibus suis rasis & unctis tractandum! Aspice ô cœlum! aspice o terra! aspice o inferne! cum omnibus, qui illic sursum, qui hic in medio, & qui inferiùs degunt: aspice & contemplare, inquam, qualia sint dicta Rustici hujus, quæ sacrosanctus Papatus jam dudum obtrusit orbi pro veris, gravibus & sanctis, & quæ nunc tanta tyrannide & crudelitate adhuc audet defendere, in tanta luce Evangelii, quæ undiq; erumpit. Proh pudor, quid potuit stultius & putidius dici aut excogitari? nempè rusticum, nescio quem, vidisse Angelos bajulantes Ecclesiam ultra mare. At cur non interrogabatur, quot fuissent illi

fluctaret?

Proh stultissimum & impudentissimum Papatum, qui isthæc verè deliria ægrotorum proponis credenda. Et profectò si nulla alia essent in te mendacia, nullæ aliæ superstitiones atq; idolomaniæ, quibus ita undiq; scates: tamen ob solam adeò hanc insignem fatuitatem, quam prædicas de Rustico, qui Angelos viderit, ingentem machinam murorum ferentes per dorsum maris, dignissimus esses, quem omnes deserent & exsibilarent, quemadmodum planè desereris & exibilareris. Sed cum hanc inanissimam fabulam, concinnares aut approbares, nonné tibi veniebat in mentem, fore, ut multi essent ita erga te dicturi?

Quæ prodigia nobis narras de Angelis, muros per aëra portantibus? *Putas* forsitã, nos esse stipites aut asinos, quibus talia pro veris obtrudas? *Sed fac, Angelos* solitos fuisse videri ab oculis nostris, talia onera vehentes aut bajulantes, quid ais? Unicúsne fuit rustic⁹ in toto orbe, qui eos videre potuerit? *Atqui* non parùm itineris emensi sunt: primùm enim ex Nazareth ad mare, deinde, ais, ex littoribus *Aliæ Angelos* illam totam *Cameram* in *Illyriam* detulisse, deinde ex *Illyrico* trans mare Adriaticum in *Picenum* in quandam sylvam, deinde ex sylva in montem duorum fratrũ, postremò ex monte non longè à *Recanato*. Ista certè excedunt tria millia & quingenta milliaria: & cum totus orbis refertus sit tam multis viris, pueris, fœminis, cur nullus alius inventus est, præter *Rusticum* unum, non nauta, non piscator, non pastor, non arator, non venator (omnes enim hi frequentiùs degunt sub dio) qui illud tam magnum monstrum viderit aperto cœlo, & per medium mare divagari?

Quid, inquam, ad istos, qui ita te interrogarent, posses respondere, ô *Papatus*? Quis enim non videt, infigniter mentitum fuisse avum illum, cum diceret, se solum Angelos eos vidisse (si modò unquam dixit) & mentitum Paulum *Rinalductium*, cum diceret) si modò unquam dixit) se ab avo avi ea audivisse, deniq; mentitum fuisse sacrificulum, qui ea scripsit, (si modò & is scripsit) Nam hîc patet esse ingentem fascem mendaciorum, & falsissima esse omnia, præter illud, quòd tu ea pro veris approbasti, hoc unicum certò scimus. *Aut* si fortè posses alicunde [quod tamen non potes) probare, proavum illum aliquid revera dixisse, quod de Camera per mare vecta ab Angelis viderit: ad summum potest tibi concedi, illum rusticum, cum vel ligna secaret, vel boves pasceret in Illis montib⁹ Piceni agri, qui imminent mari, vidisse procul navim, quæ passis velis ferretur ad

Jam ostendi, & quidem paucis, alterum testem planè ridiculum esse atq; falsum. Nunc paucis item ostendam, alterum etiã, nempè Franciscum Priorem, & ridiculum & falsum esse nihilominùs. p. 681.

Quid enim ait? *Avum* ejus, qui attigerat annum 120. sæpè invisisse eam Ecclesiam, quæ nunc Laureti est, cum adhuc ea esset in sylva. Subsistamus hîc, primùm si peterẽ absre, *Paparus*, cujus fidei & existimationis fuerit avus ille tam grandævus, quẽ ferunt dixisse (si modò is etiam unquam aliquid hujusmodi dixit) se eandem Ecclesiam alibi vidisse, quid aliud posses respõdere, nisi rusticum aliquem stupidum & delirum decrepitum? Vide igitur, qualem habeas authorem tui mendacii. *Et* si aliud peterem, nempe cur nullus alius ex toto Piceno invent⁹ fuerit, qui ausus fuerit nugari, se eandem *Ecclesiam* alibi aliquando vidisse, quid tum posses respondere?

Certè eo tempore, quo tu dicis, Franciscum hunc dixisse, se ab ejus avo ea audivisse, potuissent multi præterea inveniri, qui dicerent, se à suis avis aut proavis eadẽ sæpè audivisse: sed ideò non sunt inventi alii, qui talia effutirent, quia nemo alius, præter Franciscum illũ, tunc fuit tam perfrictæ frontis, qui falsa voluisset testari. *Et* movet me nonnihil cognomen illud, quod dicis fuisse *Rustico*, id est, quòd alias *Prior* appellaretur: id verò crediderim, eum ex monasterio aliquo, in quo aliquamdiu vixerit, & monachis inservivrit, reportasse. *Ex* qua quidem schola Diaboli cum prodire soleant superstitiosissima ingenia, in primisq; ad mentiendum instructa: nihil mirum, si ea contagio & in *Rusticum* inde emanârit.

Verùm, si hîc affirmas, eam ipsam *Ecclesiam* aliquando in sylva substitisse, deinde & in monte duorum fratrum: mirum, non inveniri illic vestigia aliqua fundamentorum, aut loci, unde fuerint avulsa. Nam ea longè faciliùs invenire possent post unum seculum, quàm ea, quæ nugaris fuisse quæsita in Judæa post decem aut plura. Quin monuerim, debere te adhuc quærere, num in illa sylva, aut in illo monte reperiri adhuc possent, nam profectò hoc aliquid esset.

Sed quid ago? Proh quàm oblivioſus sum, qui moneo, quærenda esse in sylva aut in monte vestigia fundamentorum, quemadmodum in Judæa quæsitæ sunt, quasi nõ legerim, te sancte affirmasse, avulsam quidem fuisse ex media Judæa *Ecclesiam* ab *Angelis*, sed fundamenta illic remansisse, & nihilominus molem & machinam illam, etsi nulla haberet fundamenta, à quibus sustentaretur & corroboraretur, potuisse per mare ferri, potuisse in Illyria in sylva, in

comuni sensu, ut existimen⁹, tuas istas aniles nugas & imposturas non esse dignas, quæ exagitentur? Sed sine, sine, ut adhuc magis innotescant. Nam plurimi sunt, qui eas nondum planè nôrunt, & spero fore, ut à meo hoc scripto benè multi doceantur & tunc videbis, in qua existimatione futurus sis, & quomodo tecum agetur.

In fine totius scripti ita est legere: In fidem præmissorum omnibus denunciatur, totam hanc Scripturam sumtam esse ex originali Autentico scripto in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ de Laureto. Tu vehementer timebas, nequis fortè putaret, te nullũ autographum habere, unde exemplum hoc descripsisses, quod Latinè & Italicè per totam Europam curas spargendum, & quod audio hoc ipso año fuisse Venetiis impressum, propterea hîc veluti pro sigillo, & cõfirmatione rerum omnium, quas narrasti, addendum putasti, te habere autographũ ipsum, in tua ista Ecclesia servatum. At ego dico, nos agere tibi gratias, quòd palam profitearis, ista, quæ hactenus exagitavi, non fuisse ab uno, aut ab altero ex tuis monachis aut sactificulis superstitiosulis (te invito aut inscio) conficta, & te ea negligere, Sed gloriaris, te autographum habere, id est, ipsammet manũ sacrificuli, qui omnia ista descripsit, & illud veluti preciosum quendam thesaurum, & rem sanctam summa veneratione servare, eadem scilicet, qua autographum Donationis Constantini in secreta Bibliotheca.

Sed per nos quidem licebit, ut serves utrumq; quanta volueris religione. Certè rem falsissimam & fatuissimam servas, & omninò dignam te, qui totus ex nugis es, ex fabulis, ex mendaciis, ex superstitionibus atq; idolomaniis consutus. Annón videor tibi clara voce loqui? Annón multa etiam adversus tuam istam Lauretanam fabulam dixisse? Sed quanquam multa omnino dixerim: tamen multa adhuc supersunt, quæ nunc à me audies non sine magno tuo dolore, fremitu, atq; indignatione.

Cum attentè perquisierim, quónam anno contigerint ista tam multa valdè mirãda, quæ tuus Missarius narravit: animadverti, ea anno Domini 1296. (ut tu quidem dicis) contigisse. Tunc enim quidam ille devotus apparitionem vidit in somnis, & jam erat Ecclesia delata, non modò ex Judæa in Illyricum, & jam viderat eam Angelis circumdatam Rusticus ille, cum ultra Adriaticum mare veheretur, sed etiam ex sylva in montem, & ex monte ad Recana-

Eodem verò anno etiam concilium totius Marchiæ Anconitanæ puto fuisse convocatum, destinatosq; 16. Legatos: quin eo ipso anno etiam navigasse in Judæam, redisse (nam iter quatuor ut quinq; mensib⁹ solet confici) & renunciasse palàm, se fundamenta invenisse, & literas eas muro inscriptas: res itaque erat notissima & vulgatissima, si tibi velimus credere.

Audi itaq; eo ipso tempore, quo affirmas illa fuisse jam evulgata, fuit in vivis Dantes Aligerius, qui natus fuerat anno 1260. mortuus verò 1321. Eodem tempore fuit etiam in vivis Franciscus Petrarcha, qui natus fuerat anno 1304. mortuus verò 1374. Denique eo ipso tempore fuit in vivis Jo. Boccatius, qui natus fuerat anno 1314. mortu⁹ verò 1372 Hi tres fuerunt Itali (ut omnes nôrunt) & Florentini, maxima laude, maximaq; autoritate viri, quippe qui erant doctissimi & prudentissimi, & omnibus Principibus aliisq; præclaris viris charissimi, cum quibus assiduè versabantur in celebrioribus civitatibus Italiæ, modò Romæ, modò Neapoli, modò Bononiæ, Ravennæ, Venetiis, Patavii, Veronæ, Mediolani: hi deniq; plurima scripserunt versu & prosa, Italica lingua (in qua sine controversia principes & reliquorũ præceptores fuerunt) atque etiam Latina, in qua tamen non usq; adeo felices extiterunt, & quidem magno intervallo.

At in summa, in tam multis eorum scriptis varii generis, nunquam indicium dederunt, ad eorum aures pervenisse, in Marchia Anconitana, quæ à Florentia & Roma non valdè distat (certe vix duorum, aut ad summum trium dierum itinere) mira illa prodigia & miracula visa fuisse, nempe nõnullorum Angelorum, qui visi fuerint, ingentem quandã molem murorum per aëra & per mare bajulasse, & sedecim Legatorum, qui in Orientem fuerint missi, & maximi populorum motus, qui modo in sylvam, modo ad montem, modo ad Recanatum præcipites ruerent: postremo aliquorum, qui à gravissimis morbis & vulneribus, aliisq; ingentibus periculis fuissent apud Imagunculam quandam liberati. Quarum certe rerum omnium maxime memorabilium, minime sibi temperare tres illi sumi viri potuissent, quin alicubi in eorum scriptis disertam mentionem facerent, si modo audivissent, eas ætate sua contigisse.

Imo crediderim, eos non modo versu & prosâ, Italicâ linguâ & Latinâ facturos fuisse earum mentionem, & celebraturos

fuerentur & admirarentur: & si eo venissent, procul dubio aliquot versus voluissent illic concinnare, ut solent Poëtæ, qui tales occasiones non deserunt, qui versus postea ad nos unà cum aliis eorum tam multis pervenissent: & hi, qui vitam eorum trium virorum tam diligenter scripserunt, id etiam attigissent, nempe Dantem, Petrarchã & Boccarium, rei maximæ novitate permotos, voluisse Lauretanam Ecclesiam, quã ex Judæâ illis diebus sine ullis fundamentis audierant advolasse, invisere, præsertim verò cum vita Petrarchæ fuerit descripta à viro, qui omnia ejus dicta, facta, & cogitationes; etiam habebat compertissimas quippe qui cum eo in extrema parte ætatis familiarissimè & conjunctissimè apud principes Carrarienses vixerit, nempe à me illo Petro Paulo Vergerio Justinopolitano, quê postea in ea Petrarchæ vita describenda secutus est Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus.

Quid jam sentis, Papatus? Annón hoc meum putas maximum esse argumentum, cum dico, Dantem, Petrarcham, & Boccarium eodem illo tempore in vivis fuisse, quotudicis monstra & prodigia illa Lauretana contigisse, ac eos nihil horum unquam audivisse: ergò falsum esse, quod tu dicis? Respondebis dissimulando & cavillando, (ut tuus est mox) & dices, non esse mirum, si earum rerum nullam mentionem fecerint eò, quòd nulla ipsis obtigit occasio, neque soliti fuerint tales materias, quæ ad Religionem attinent, tractare, cum Theologi non fuerint: sed potiùs amores & fabulas, ut Poëtæ solent. Quare audi, quod tibi ad hæc sum responsurus.

Dantes scripsit plurimis Carminibus Italicis de Paradiso, de Purgatorio, & de inferno. Quæro ergò abs te an materiæ de primatu, de purgatorio, de inferno, & de paradiso, videantur tibi Theologicæ esse? & an Dantes, cum eas tractaverit, potuisset opportunè aliquid inserere de Angelis, qui cum alioquin sint invisibiles, tamen tunc visi fuerint ferentes Ecclesiam per tam longa itinera maritima & terrestria? Nisi fortè velis dicere, Dantem Rom. sedem usque adeò reverenter coluisse, ut nihil quod illa aliquando probasset, putaverit esse reprehendendum. Quod si diceres, possem tibi respondere, illum virum magnâ ex parte agnovisse eam ipsam veritatem, quam nos profitemur, & istam tuam urbem & sedem unâ nobiscum putasse Babylonem ipsissimam esse illam, cujus meminit Evangelista in Apocalypsi. Audi, num ita revera existimaverit?

Nel' inferno nel canto XIX.

Di voi pastor s' accorse il Vangelista,
Quando colei, che siede sopra se acq̃,
Fin che virtute al suo marito piacq̃,
Fatto vi havete Dio d' oro & d' argento,
Et che altr' é da voi al idolatre
Se non ch' egli un & voi n' orate cento?

Hoc de verbo ad verbum ita sonant Latinè.

De vobis pastor intellexit Evangelista,
Quando illa, quæ sedet super aquas,
Fornicari cum Regibus ab illo fuit visa: p. 684.
Illa, quæ cum septem capitibus nata est.
Et á decem cornibus habuit audaciam.
Douec virtus suo marito placuit.
Fecistis vobis Deum ex auro & argento,
Et quid interest inter vos & Idolatras,
Nisi, quòd illi unum, & vos oratis centum?

Ac non modò hoc sensit, & multis aliis in locis te mirificè exagitavit, sed & disertissimè perhibet, Imperium non pendere ab Ecclesia: quin omnibus Ecclesiis Imperatorem præesse, etiam Romanæ. Quod dogma Marsilius Patavinus eodem tempore in eo libro, cui titulus defensor Pacis, diligentissimè asseverat, neq; id Dantes affirmavit obiter paucis verbis, sed edito libro, cui titulum fecit Monarchia, cujus meminit Bartholus in L. Divi. §. præsides. ff. de requiren. reis, ubi addit, Dantem ipsum propter eum librum fuisse post mortẽ pro Hæretico condemnatum. Quin etiam Archiepiscopus Mediolanensis Arcimboldus ejusdemet libri in catalogo hæreticorum, quem nuper adornavit, meminit, & prohibet, ne quis eum legat: & satis imprudenter, cum liber ipse nondum sit impressus, & paucissimi sint, qui illum habeant. Imprimetur tamen brevi, ne dubita.

Sed ad Petrarcham. Is fuit Archidiaconus Parmæ, deinde etiam Canonicus Patavinus: Benedictus verò XII. voluit eum Cardinalem creare, si modò sororem suam elegentissima forma adolescentulam, quã ille Antichristus deperibat, pati voluisset ab ipso constuprari: à quo abhorruit bonus Petrarcha, dixitq; sibi non esse opus tam fœdo galeto. Girardus tamen, ejus frater, avaritia & ambitione impulsus, sororem Benedicto stuprandam adduxit. Sed cum ex sceleratissimo lenocinio vidisset se non potuisse id consequi, quod speraverat: desperatione doctus, non quidem suspendit se, ut Judas, sed non longè abfuit à tali infamia, nam repentè factus est Monachus Cartusianus. Hoc enim genus & infame est apud omnes bouos viros (quemadmodum & reliqui monachi) & seipsos conficiunt, si non statim laqueo, tamen paulatim superstitiosa quadam & perpetua abstinentia carnium solitudine & melancholia.

commendata ab atavis & proavis noſtris, & quidem ſine ulla ſuſpicione alicujus invidiæ aut odii, & paſſim extant, præcipuè in vita ipſius *Petrarchæ*, quæ ſcripta eſt primùm ab eodem meo Vergerio, deinde à *Squarzafico*, niſi fortè nova & incredibilia videor dicere, quaſi orbis terrarū ignoret, reliquos Papas teterrima libidine ſolere æſtuare, mitras & galeros promittere illis, qui ad ſe conſtuprandas ſorores adducant, quin & fratres etiam, quod horribilius eſt: & demum etiam ita ingratos eſſe, ut homines ad inſaniam & monachatum ſæpè adigant. Sed ad rem.

Petrarcha, inquam, erat ex tuis vatis, & non modò amatorios quosdam rhythmos Italicos ſcripſit, ſed & genus Carminis, quod *Capitula* appellant, in quibus deſcripſit triumphos *Amoris*, *Caſtitatis*, *Mortis*, famæ, temporis, atque etiam Divinitatis. *Annón* ſunt hæ materiæ graves, & admodū opportunæ, in quib. admiſcere potuiſſet quantumvelis gravem articulum? Sed audi reliqua, quæ de hoc viro dicam. Is præter Italica ſcripſit & Latina, multò ſanè plura, colloquia, tractatus, epiſtolas, invectivas, itineraria, & quid non? Quin operæ precium eſt hîc recenſere, illum tam multa & tā varia Latinè, & quæ ad religionem pertinebant, ſcripſiſſe, ut quiſpiam *Solipodius*, monachus Dominicanus, qui inquiſitorem agebat, cœperit illum vehementer vexare: nam hæreſeos eum accuſabat, ut ſolent iſti tui nebulones atq; rudes aſini, qui lucem literarum ferre non poſſunt, & optimos & doctiſſimos quoſq; inſectantur. Sed cum *Petrarcha* multorum magnorum virorum præſidio tegeretur: horum autoritate Monachus deſiſtere ab accuſatione juſſus eſt.

Non modò itaq; in amoribus & jocis poeta ille verſatus eſt, ſed & in rebus ſeriis & gravibus, ubi non potes dicere illi occaſionem defuiſſe, qua etiam de tuis *Angelis* & de tua Lauretana Camera mentionem feciſſet, & pluribus verbis diſſeruiſſet etiā, ſi quid de ea audiviſſet unquam.

Quin audi, is ſcripſit itinerarium, in quo monet quempiam Mediolanenſem amicū ſuum, qui erat in *Judæam* peregrinationis ergò profecturus, quænam loca illi forent inviſenda, & nominat præſæpe, ubi *Chriſti* natus fuerat, ſepulchrum, ubi jacuerat, & omnia reliqua, quæ non multò antè oſtendi fuiſſe ab Hieronymo nominata. Quare nónne hîc erat occaſio & opportunitas, qua potuiſſet meminiſſe de *Angelis* illis

ſent nimio pondere, ſi etiam fundamenta unâ cum reliquo ædificio ferre voluiſſent.

Sed adhuc aliud de Petrarcha audi. Scripſit librum benè longum, cui titulus De rebus memorandis, in cujus ſex poſtremis Capitibus narrat prodigia quædam, & alia memorabilia, quæ contigerant, & quidem ipſius tempore, *Brixiæ*, in agro Veronenſi, Florentino, & *Patavino*, Venetiis & *Mediolani*, id eſt, auditos fuiſſe quosdam ſtrepitus in cœlo, ſine ullis fulguribus aut nubibus, natam equam novem pedibus, equū verò humano capite, puerum bicorporem, hominem fuiſſe, qui per 40. dies ſine cibo vixerit, deniq; Viperam repertam in Galea *Azonis* Vicecomitiis Mediolanenſis. Quare nónne etiam hîc fuiſſet commodiſſimus locus, ubi ſi nō pluribus, ſaltem uno verbo meminiſſet de eisdem Angelis, qui bajuli & nautæ erant facti? Annón hæc erat dignum ſcriptione & memoria, & procul dubio majoris momenti, quàm ea, quæ nunc recitavi?

Sed quando hujus *Petrarchæ* mentionē feci, pergam reliqua, & quæ maximè ad rem pertinent, de eo dicere. *Is* itaq; magna ex parte, quemadmodum etiam Dantes, agnovit, qualis eſſes, *Papatus*, nempè hujusmodi, qui mirificè oblectareris mendaciis atq; impoſturis, ita ut eas pro delitiis haberes: audi pauca hæc, quæ ille detet Schola d' errori, templo di hæreſia, gia *Roma*, hor Babylonia falſa è via, id eſt, ſchola errorum, templum hæreſeon, quondā Roma, nunc *Babylonia* falſa & mala. Quid porrò poteſt gravius dici? Dices, opinor, hoc ſemel ludens carminibus illis Italicis, forſan ſubita aliqua iracundia impulſus ſcripſit, ſed non ita in tam multis latinis, quæ proſa oratione ab eo ſunt edita. Quid, ſi oſtendam, latinè illam longè plura & graviora dixiſſe? Verùm, ne hîc impediam curſum orationis meæ, qua *idolum* iſtud tuum conſtitui evertere: lege diligenter, quæ ex ejus ſunt ſuperiùs epiſtolis decerpta. *Mira* enim, & quæ nunquam putaſſes fore, ut ab illo viro ſcriberētur, videbis. Vocat enim *Papam Antichriſtum*, ejus aſſeclas Phariſæos, urbem *Romam* ipſiſſimam Babyloniam.

Sed jam de *Boccatio*, is præter Italica ſcripſit librum ingentem de Genealogia Deorum. Eſto, nulla hîc fuerit occaſio, qua commode potuiſſet Angelorum, qui ponderoſiſſimos illos muros humeris geſtaverint, meminiſſe: ſed cum alium librum ſcri-

nempe Leandrum Alcerti Bononien: in eo libro, cui titulum fecit, descriptio Italiæ occasione hujus fluvii ingressum esse ad scribendum multa valde putida de tuo isto idolo mendacia: nam id defendendum suscepit (si Deo placet) & Julius III. approbavit, nec puduit.

Verum de *Italico* quodam Boccatji libro loquamur, id est, de eo, quem Decameronem vel principem Galeotum appellat, in quo centum partim fabulas, partim historias narrat. Certe hic tanta est rerum varietas, ut nulla sit materia magna vel parva, sacra vel prophana, de qua non quiverit sibi commodissime nancisci occasionem de ea loquendi, quantum voluisset, præsertim vero cum fuerit eo ingenio, ut semper quæsierit occasionem, quo pacto irrideret & traduceret & ineptias & *Idolomanias* regni tui, & inveheretur in mores rasorum, unctorum, & totius Romanæ curiæ. Vide, qua dexteritate in prima ad eo fabula exagitet tuam confessionem auricularem, qua soles dicere homines salvari ex opere operato, deinde tuos istos, quos soles *Sanctos* appellare. Ostendit enim, eos esse meros hypocritas: postremo istos tuos tam anxios populorum concursus ad ipsa Hypocritarum cadavera & simul tabellas, cereos, vestas, quæ circum eorum sepulchra stulte affinguntur, quod ante duos annos Venetijs contigit, cũ improbissimi & avarissimi illiligni pedes incolẽtes lustra illa, quæ S. Francisci à Vinea vocant, propinassent adorandum popello cadaver cujuspiam superstitiosuli & plane stulti monachi Matthæi.

Deinde vide in fabula sancti *Arigonis* Tauruisini, quam caute & falsè irrideat te, quin soles affirmare, campanas in morte alicujus ex his, quos tu vis pro sanctis haberi, nemine funes trahente, sua sponte sonare. Quin vide, ut illic patefaciat impostruram eorum, qui ducunt, se, cum essent omnibus membris debilitati, fuisse ab imaguncula aliqua vel contactu cadaveris alicujus hypocritæ sanatos. Vide præterea, quid de tuo purgatorio, ut aperte docet in fabula Ferondi, illud fuisse invectum impostoris, quibus monachi ludificarunt miseram plebeculam. De inquisitioribus vero tuis, proh bone Deus, quam turpia & flagitiosa narrat: rem acu tetigit, cum dicit, ipsos solere à febribus cupiditatis & avaritiæ, quibus torquentur, sanari abdomine & unctione sancti Joannis illius, cui cognomen est Os aureum.

Deniq; in totum tuum regnum hypocritarum, totamq; Rom. curiam in toto illo libro invehitur solidissimis verbis, ut nec Lutherus, nec Clvinus liberius invecti sint: & mirandum profecto est, te Buccatium

prehendunt) non projeciſſe: ſed audivimus, te ante paucos annos de eo libro vetando, in conſiſtorio apud purpuratos Patres, accuſante quodam monacho concionatore, egiſſe: hinc ſcilicet auſpicandam putaſti tuorum errorum emendationem. Et tu putas talem virum tam magno judicio atq; ita liberum & acrem in dicendo, potuiſſe ſe continere, quo minus te ſuo illo modo irrideret, ſi animadverte potuiſſet, populum eo tempore cœpiſſe accurrere, ut videret quoſdam muros ab *Angelis* delatos, & te talem impoſturam fovere & approbare? Erras vehementer, ſi ita credis.

Vide (obſecro) in fabula Liſetæ illius Venetæ, ex familia Quirinorum, quam dextre patefecerit, quales eſſe ſoleant Angeli illi, quos tu dicis & vulgus credit, humana forma noſtra ætate circumvolare & vagari huc & illuc, modo huic, modo illi apparere. Et vide etiam in fabula Cepolæ, qua dexteritate derideat famoſam illam impoſturam de ſtigmatibus Franciſci. Cum enim fama ſit, *Angelum* ex ordine Seraphinorum humana forma Franciſco apparuiſſe, & quinque ſtigmata ſemotis arbitris illi inflixiſſe: Boccatius inquit, capillos illius Angeli fuiſſe ſervatos inter ſacras reliquias. Quid vero putemus eum fuiſſe ſcripturum, ſi quid audiviſſet ſua ætate narrari populo de quibuſdam Angelis, qui ex Judæa uſq; attuliſſent vel vexiſſent in Italiam ingentem neſcio quam Cameram? p. 616.

Verum audi ô Papitus, nunc ego hoc tẽcum ago, an veriſimile ſit, *Dantem*, Petrarcham, Boccatium audiviſſe, quod eorum ætate omnia ea, quæ de negocio Lauretano tu affirmas, contigerint. Itaq; expiſcare aliorum hac de re judicia, eorum inprimis, qui in illis tribus autoribus diutiſſime & magna diligentia ſunt verſati ita, ut in Italica lingua atq; eloquentia magnopere profecerint, & ſunt noſtra hac felici ætate (non tamen pro te felici) bene multi, Mula, Venerius, *Gabriel*, Badoerus, Canalis (hi Veneti ſunt, & quidem ex patricio genere, & aliqui eorum in maxima exiſtimatione, præſertim Mula, vir omni virtutum genere ornatiſſimus, qui nuper tanta cum laude Legatione apud Cæſarem functus eſt) Beazanus, Manutius, *Picolomeneus*, Varchus, Carus, *Caſtellus*, Brazetus, Danielus, Ieſualdus, Citolinus, Caſa, Alemanus, Tolomæus, Donus, *Ceſanus*, *Ruſbellus*, & eius antigoniſta Dulcis, *Gellius*, Iambularus, *Pigna*, Contilis, Petrus, Mutius, Moles, Dominici, *Bini*, Spina, Anguillara, Taſſus, *Beſalius*, Sanſovinus, Coccius, Mozarellus, Paraboſcus, Bentius, Capilupus, *Crivellus*, Conſtantius, *Amaltheus*, Opherus.

solertudine veritatis esse in illo triumviratu Dantis, Petrarchæ, & Boccatij & nosse eorum intimos sensus, imo aliquot vestrum fere eundem spiritum hausisse, aut in eorum personas esse [ut ita dixerim] transformatos: eho dicite mihi, putatisne, eos potuisse aut voluisse committere, quo minus ea de re aliquid vel ad laudem vel ad dedecus scripsissent: si tunc audivissent, *Angelos* per tam multa maritima & terrestria itinera integram *Ecclesiam* adduxisse? Deinde etiam hoc obiter ab illis quære: *Nunc* accusor, quod Lauretanum hoc negocium foveo & tueor: videte, quid adversum uobis scripserit quispiam, qui olim noster erat, & nunc transfuga est: & diligenter cogitate, possetisne vestra me eloquentia & *Rhetorica* defendere?

Sic (inquam) age cum illis, & videbis quid ad hæc sint responsuri: certe non debes dubitare, illos non syncere & amanter tecum acturos. *Scimus* enim, te uihil sinistri de his (uno atque altero exceptis) suspicari, ut de multis literatis soles, sed habere eos pro fidelissimis & iis, qui ad unguem obediant tuis doctrinis, ceremoniis, & moribus, atq; utinam tales non essent, sed cum tam multa præclara dona ingenii, doctrinæ atq; eloquentiæ à *Deo* Opt. *Max.* sint consecuti, ea converterent ad defensionem ejusmet & doctrinæ, quam ipse è sinu suo una cum *Christo* terris immisit, atq; ad eius laudem & gloriam amplificandam. Quod profecto facerent, & abs te, qui diversa & contraria in Ecclesias invexisti, & quotidie invehis, repente desciscerent, si unum hoc, quod nunc attingam, possent percipere.

Putant enim (nec male quidem, mea sententia) oportere eum, qui velit recte, proprie, & cum dignitate & laude Italica lingua uti, versari in illis tribus autoribus, & ab eorum imitatione non discere: missos autem facere alios, nescio quos, posteriores, qui aliam *Orthographiam*, aliam quandam *Grammaticam*, alioq; modos dicendi barbaros & ineptos voluerunt docere. Itaq; eadem prorsus ratione deberent sibi persuadere, oportere eum, qui velit *Christiane*, pie & sancte vitam instituere, in ipsis fontibus Evangelii versari, & in ipsa Christi imitatione: missos autem facere posteriores quosdam vere barbaros & impuros tuos autores, qui novam & diversam ab ea, quam Christus tradidit, doctrinam, ceremonias & ritus somniarunt, & docuerunt.

Hic, hic est status celeberrimæ causæ, quæ hac ætate de religione controverti-

somnia aut deliria quædã invexisti, quæ ex diametro pugnant cum doctrina Prophetarum, Christi & *Apostolorum*, & Dei gloriam vehementissime obscurant. Et si quidem hoc tam magnum scelus & nefandum sacrilegium patrasses: nonne dignissimus esses, qui ab omnium hominum & nationum linguis & calamis exagitareris.

Si vero dixeris, non commisi hoc tantum crimen: cur ergo refugis liberum concilium? cur negasti audientiam legatis aliquorum principum Germaniæ, qui erant Tridentum missis? cur non pateris, rem ventilari, atq; tuos ritus & doctrinas ad normam Evangelii exigi? Cur prohibes tanta crudelitate, ne quis legat nostros libros, in quibus exactæ sunt tuæ doctrinæ ad illum veluti *Lydium* lapidem? Cur in carcerem conjicis? Cur in exilium mittis? Cur ad remos relegas? imo cur interficis & exoris eos, qui cupiunt tua dogmata ad normam illam sacrosanctam Evangelii exacta?

Quid enim aliud dicebat se optare & petere ille sanctus martyr Jesu Christi, Franciscus Gambus *Brixiensis*, quam tu vix ante mensem novo atque inaudito quodam crudelitatis genere mactasti Comicum perpetua eius civitatis (alioquin bonæ, & non mediocris nominis) infamia? Neq; n. satis putasti, si vel laqueo gulam fregisses, vel caput truncasses, aut exussisses, sed omnia simul hæc tria supplicia crudelissime in unum hominem cumulasti. Utinam omnia hæc, utinam isti tui, quos nominavi, ingenio, eloquentia, & eruditione insignes diligenter aliquando expenderent, neq; ita semper ex te penderent & in humanis atq; ethnicis autoribus versarentur, sed se ad divinos aliquando, id est, ad sacra *Biblia* converterent, & *Spiritum* sanctum loquentem vellent audire.

Sed ad institutum redeo. Quid ajebas paulo ante? nihil mirum, si Dantes, Petrarcha, & Boccatius de negocio *Lauretano*, quod eorum tempore contigit, nullam mentionem fecerunt ideo, quod non fuit illis oblata occasio, & minime tractarunt materias *Ecclesiasticas*, cum Theologi non fuerint, nonne ita dicebas? Sed quid, si ostendam: non multo post eorum tempora fuisse Theologum quendam, & quidem Monachum insignem, imo & *Archiepiscopum*, qui Chronicon summa diligentia scripserit, habueritq; occasiones plurimas, & tamen illorum *Angelorum*, illius Cameræ atq; idoli nunquam meminerit? Hoc faciam profecto, tu modo attente legas.

Anno Domini 1459. fuit in vivis illa tua

perfitiosissima secta, aut quavis alia, sed itidem diligentissimus scriptor, hunc quidem non potes dicere Theologum non fuisse: inter alia vero scripsit historiam seu Chronicon laboriosissimum, in tres partes divisum, ab Adamo usq; ad nostra tempora: majore vero diligentia, quam reliqua omnia, videtur suscepisse describenda ea, quæ ad religionem pertinebant, & centum aut ducentis annis ante se contigerat. Itaque incipiens ab anno 1200. in titulo 23. & 24. & à suo Dominico, forsitan centum foljs monacho acciderunt, & simul miracula, quæ vivus & mortuus edidit, & eius etiam canonizationem.

Deinde aggreditur Thomam de Aquino, Vincentium, & Jordanum, monachos, quos item appellat sanctos, affirmatq;, eos etiam multa miracula, tum vivos, tum mortuos edidisse. Mox ingreditur ad explicandas res gestas Franciſci Asciſſiani, plenoq; ore buccinat de quinq; ejus stigmatis, & de subligaculis, quæ sæpe solerent fœdari eo sanguine, qui ex lateri profluebat, ita est, de sanctis illis subligaculis non panca recitat, & sunt in tuo Breviario repetita. Postea annectit stigmata Catharinæ Senensis, vitam Antonii Hispani itidem monachi, quem de Padua vocant, illius, qui solitus erat piscibus (si Deo placet) prædicare, sicut Franciscus aviculis. Deinde vitam Bernardini Senensis & Clarę, & cujusdam Brigidæ, atq; ejus revelationes.

In summa, bonus ille Antonin⁹ nihil prætermittit, quod non scripserit summa diligentia, ex his, quæ ipse potuit scire, centum illis aut ducentis annis ante se contigisse. Quare peto abs te, Papatus, an tu putes, eum in sua historia aut Chronicis non facturum fuisse mentionem de Angelis, qui Ecclesiam quandam ex Judæa in Illyricum usq; detulissent, deinde ex Illyrico in Picenum in quandam sylvam, & ex monte prope Recanatum sine ullis fundamentis tanta dexteritate illic collocasset, ubi nunc est, ut nihilominus pulchre posse consistere, si modo aliquid hujusmodi legere aut audire suo tempore potuisset? Respondeo: putasne, inquam, Antonium, qui de stigmatibus & subligaculis Franciſci, & de nescio quib. mulierculis Catharina, Clara, & Brigida tam anxie locutus est, si qui audjisset de stupendissimo, & nunquam antea in ulla ætate audito miraculo, nempe quod Angeli detulerint per aëra quendam veluti montem lapidum, & si suo tempore vidisset, populos cœpisse jam ad illam Ecclesiam peregrinationes instituere? putasne, inquam (quod tam sæpe cogor petere) hoc illum in sua historia prætermissurum?

Sentisne (Papatus) vim mei argumenti? aut forsitan ita es stupidus & fascinatus, ut unquam verbum attigit de Angelis & de Camera illa, hoc esse certissimum argumentum, eum nullam unquam papyrum vidisse, in qua aliquid hujusmodi fuerit scriptum, ac ne audivisse quidem tanta de re ullum unquam verbum. Quamobrem adduxi tibi Theologum, adduxi Historiographum, adduxi hominem, qui miras occasiones habuit de illis Angelis scribendi, si quid scivisset, qui tamen nihil attigit. Sed hic aliud addam majoris adhuc ponderis.

Eodem tempore, quo Antonius scripsit, aut paulo post, vixit Vincentius monachus Hispanus, ex eadem secta, quem tu sanctum appellas ita, ut jam non sit integrum tibi eius autoritatem respuere. Is itaque cum scripserit aliquot sermones de sanctis, qui in Hispania, in Gallia & in Italia sunt impressi, & magno in honore & precio habentur à tuis, in eo sermone, qui est de assumtione Virginis, ita scribit: Homines & mulieres peregrinando frangunt sibi collum, & efficiuntur pejores, quia aliquando vadunt castæ, & redeunt meretrices. Ideo spiritualiter fiat peregrinatio, sicut dicit Paulus: Spiritu vivimus, ambulemus. Hodie & quolibet die potestis ire in Nazareth ad Cameram, ubi filius Dei fuit incarnatus, & sic de aljis locis.

Percipisne, Papatus, quorsum hæc tibi adduco, an vis, ut clarius exprimam? Lubens faciam, ut etiam pueri me intelligant [ubi igitur de tuo honore & existimatione] cum tibi usq; adeo bene velim. Primum itaq; tuus Vincentius eos reprehendens, qui solent proficisci ad istas, quas tu tantopere laudas & meritorias appellas, peregrinationes, ait: viros mulieres cum in illis versantur, præcipitare se, & pejores evadere: mox subjungit, peregrinationes spiritu oportere fieri, ut docet Apostolus, qui ait: Spiritu vivimus, spiritu ambulemus.

Quis videtur nunc tibi tuus Vincentius? Nonne hoc, quod ille tam diserte affirmat, idem illud est, quod nos, qui abs te Lutherani & Hæretici vocamur (sed magna injuria) solemus dicere de istis tuis peregrinationibus? Mirum itaque, te potuisse pati, Monachum tuum, & quidem ex tam chara secta, hoc literis mandasse. Quin peto abs te, quo pacto possis eum habere pro sancto, cum tuas peregrinationes tam aperte damnet & contemnat, & quidem omnes: nam ubi mentionem fecit de Camera, in qua natꝰ fuit filius Dei, statim subjungit? ET SIC DE ALIIS LOCIS?

Sed ponderemus reliqua verba, addit Vincentius iste tuus, quod suo tempore Camera illa, in qua filius Dei nostram car-

tum fere annis. Necesse est, me talia sæpe inculcare, quandoquidem rudis es nec libenter nec facile soles percipere ea; quæ tibi displicent. Itaq; moneo te, ut diligenter hæc consideres. Nam cum tu velis affirmare Cameram illam fuisse ab Angelis in Italiam ex Nazaretho delatam multo ante tempora Vincentii: Vicentius pernegat, & diserte dicit, suo tempore illam Cameram fuisse Nazarethi. Respondeo, & utrique simul respondeo, tuo Antonino, qui clarissime indicat, se ante centum annos nullum ea de re verbum audivisse; & tuo Vincentio, qui fere eodem tempore disertissime affirmat, eam Cameram tunc Nazarethi fuisse. Sed quid potes aliud respondere, nisi, istum tuum sacrificulum Lauretanum insigniter atq; impudentissime fuisse mentitum, & te sacrosanctum Paparum, qui te jactas non posse errare, una cum illo nebulone etiam mentiri, cum illum approbes?

Jam vides papatus, jam sentis, quibus vulneribus te tuosq; Achilles, quibus tantopere fidebat, confecerim: videsq; te una cum illis prostratum, & omnibus armis; quin & omnibus vestimentis, quibus regebaris, exutum atq; nudatum. Quid jam facies, aut dices? Certe omnes nunc tua pudenda conspiciunt, & te suavissime deridenti. Scio, quid sis dicturus, novi ingenium, novi mores tuos. Nam cum excesserim quinquagesimum annum, per quadraginta duos tecum conjunctissime & amantissime vixi (quia eram cœcus) dices, me negare omnipotentiam Dei, cum nego potuisse contingere ea, quæ tu de Angelis Cameram bajulantibus affirmas, deinde addes, me esse hominem immodestum, & nunc famosum libellum contra te scribere nec decere in causa Christiana uti hujmodi asperitate atq; invectivis. Itaq; respondebo ad hæc duo, deinde finem faciam.

Primo quod ad omnipotentiam Dei attinet, absit, ut eam ullo modo velimus negare, ea est comprehensa in Symbolo, quod Apostolorum appellant, eos vero artticulos omnes constantissime & reverenter recipimus & tuemur. Sed cum videamur, omnipotentem illum Deum & patrem nostrum clarissime patefecisse in Scripturis æternam eius doctrinam & voluntatem, huic inhæremus, hanc complectimur atq; exosculamur, conamurq; juxta hujus methodum aut regulam omnem vitam instituere: nullius vero homines quantumvis magni autoritate aut vi, ac ne Angelorum quidem, finimus nos inde avelli & abduci.

Cum deinde in ipsis Scripturis videamus ipsam & internam doctrinam, quam à me audivistis. Præterea cum clare videam, ipsos Apostolos omnino eam ipsam, quam à Christo acceperant, docuisse, & veluti consignasse posteris (legantur eorum epistolæ, in quibus nihil carnale, sed spiritualia & interna omnia) cum, inquam, clarissime perspiciamus, hæc omnia ita se habere, non possumus nobis persuadere Apostolos fuisse versatos in extruendis materialibus Ecclesiis, aut in illis consecrandis, neq; in affingendis imaginibus & statuis, & illis in templis collocandis, ac neq; in celebrandis divinis officiis (ut tu soles dicere, cum loqueris de tuis missis & breviariis) quæ quidem omnia neq; congruunt cum doctrina & sensu Christi (imo pugnant ex diametro) neq; cum humanis quidem Historiis, quippe quæ multis in locis indicant, multo post Apostolorum ætatem, cum jam fervor veræ pietatis cœpisset desinere, translatum fuisse ex Veteri Testamento ritum dedicandorum templorum; & invectum fuisse usum imaginum & statuarum, atq; celebrandarum Missarum.

Et si forsitan velles dicere, Papatus, quandoquidem Deus omnipotens est, saltem fieri potuit, quod illa domus aut Camera non fuerit eversa; aut incensa etiam, si integri pagi, oppida atque urbes totius Judææ eversæ fuerunt, & fieri etiam potuit, quod Angeli illi eam toties huc atque illuc transtulerint: si, inquam, hoc velles dicere, tunc ego te ita interrogarem. Si ostendi tibi, nullo modo credendum esse, Apostolos manu admoviisse illis superstitionibus & nugis, quas tu affirmas, quia egissent prorsus contra doctrinam & voluntatem Dei & Christi, quorsum voluissent Angeli subire tantum laboris & totam illam machinam circumferre per Judæam, per Illyricum, & per Italiam, si eam Apostoli non consecrassent, neq; ullam imaginem à se factam in ea collocassent? Pulchre enim consequitur, si falsa sunt (ut proculdubio sunt) ista, quæ tuus Missator de Apostolis narrat, falsissimum esse oportet etiam illud nempe, quod muri illi fuerint ex Judæa in Italiam ab Angelis delati.

Scimus quidem, tuum hunc esse morem, ut multa tibi confingas, quæ omnino adversantur æternæ Dei voluntati, atq; ideo vera esse nullo modo possunt: tu tamen vis affirmare, esse vera, quia Deus sit omnipotens, & potuerit ea fecisse. At nos tibi dicimus, eam omnipotentiam oderari, ut ita dicam ab eius voluntate, quæ est in sacris literis comprehensa, aliter frustra ipse suo

atq; eas cum eius voluntate pugnantes nobis confingeremus, deinde vera esse conterderemus, quia Deus est omnipotens.

Sed venio ad id, quod dicebas, me famosum libellum nunc adversum te scribere. Famosi libelli hi appellantur, qui, suppresso nomine aut etiam palam addito, in vitam & in mores alicujus scribuntur, de quo alioquin omnes boni bene sentiant, præsertim vero si falsa crimina objiciantur & ille, qui objiciat, sit primus autor infamiæ. Nam si ego norim publicum latronem, parricidam atq; hostem patriæ exultantem, furentem, & à sceleribus non desistentem: atq; hunc latronem, parricidam, & hostem patriæ in meo aliquo scripto appellaverim, nemo jure dixerit, famosum libellum esse editum, propterea quod verissima scripserim, neq; ego infamiæ autor fuerim, sed ille se suis facinoribus infamem reddiderit. Quamobrem, cum hæc ita se habeant, nemo jam est, qui non videat, nec meos nec alterius, qui in eodem genere versatur, libros, famosos posse appellari.

Nam longe lateq; jam patet tua infamia
p. 689. non quidem falso, sed tuis selectissimis factis exstitata, deinde multorum piorum & doctorum virorum scriptis & autoritate exagitata atq; aucta. Quanquam me non puderet, si hoc Dominus Deus meus mihi dedisset, ut unus ex præcipuis autoribus tuæ istius infamiæ una cum Luthero atque aliis servis Jesu Christi esse potuissem. Sed obsecro, cum tu me atq; alios meos commilitones & fratres, qui adversus te pugnamus, immodestos, quia te reprehendimus, appellas: nonne te pudet?

Foves enim apertissimos errores in tuis synagogis (ita enim verius dixerim, quam Ecclesiis) defendis turpissimas Idolomanias, & conspurcas totam doctrinam & gloriam Dei & Domini nostri Jesu Christi, nullo non sæviens crudelitatis genere, carceribus, triremibus, exiliis, ferro, laqueis, rogis! & quia nos te hoc nomine à Deo inflammari reprehendimus, tu nos audes appellare immodestos, & vitæ nostræ struis insidias, scilicet nos erimus immodesti & mali viri, qui tuas impostoras tuamq; crudelitatem reprehendimus: tu vero modestus eris & bonus, qui impostoras doces, & crudelitatem exerces. Sed cum nos appellas immodestos, quia causæ, quæ est non humana, sed Jesu Christi, necessitas nos cogit, ut te aliquando durioribus verbis excipiamus: annon tibi venit in mentem, qua modestia & mansuetudine verborum nos omnes exceperis ante tres vel quatuor annos? Recognosce nunc ea, hic enim subjiciuntur aliquot.

tiis nuper impressum apud Gabrielem Jolitum, ubi hæc habentur: Considera in illis (loqueris de omnibus Germanis, qui Evangelio nomen dederunt) contemtum matris Dei, Sanctorum, Templorum, Sacerdotji, sacramentorum, & rerum omnium sacrarum, rapinas bonorum Ecclesiarum, impudicitiam vitæ eorum actæ in hypocaustis, intra vinum, stupra, adulteria, & sacrilegia patrata in tot virginibus consecratis Deo, cornua Christo eorum sponsa affigentes. Tune ergo audes Papatus accusare nos immodestiæ? Sed quid potest ad tuam istam maledicam procacitatem, imo rabiem addi? Nec eo contentus fuisti.

Nam universam nationem, adque adeo ipsum Regem Romanorum, ipsos imperii electores voluisti falsissime & impudentissime accusare, & dilacerare, his nempe verbis: Barbara Germaniæ natio non satis sibi esse putavit, quod in præjudicium Italiæ usurpaverit sibi dignitatem Imperii, invida; quod vicariatus Christi apud nos sit, ut nos omni gloria atq; omni bono privet, ingressa est in hanc phrenesin atq; rebellionem. Proh quam putida probra & convitia hic evomuisti, sancte Papatus, qui vis alios accusare immodestiæ: numeremus ea, tu inclytam nationem Germaniæ nunc appellasti rebellem, phreneticam, invidam, usurpatricem Imperji, & barbaram, his scilicet armis pugnas contra absentes, contra præsentes vero igne, gladio, cruce. Vide igitur, quam sis modestus.

Dixerit hic mihi aliquis ex media quadam classe (ut ita dicam) qui sunt nostra ætate plurimi, id est, qui neq; omnino audent probare Papisticas idolomanias, neq; tamen veritatem Evangelii aperte volunt complecti: & propterea medios quosdam & neutrales appello, Scriptura tepidos vocat. Dixerit ergo aliquis ex his vel tepidis vel neutralibus vel mediis: Quicquid Papatus agat, deceret vos sedatius & moderatius hanc causam agere, & parcere aliquando durioribus quibusdam atq; odiosis verbis. His itaq; respondeo, nos procul dubio longe moderatius agere, quam Papatus agat. Neq; enim quis unquam legit in nostris libris talia convitia & probra, & tales verborum lanienas, & quidem sine sale, quales nunc ostendi Papatum evomere solere: & quod majus est, nemo videt, nos ferro, crucibus, & rogis grassari & debacchari in suos, ut Papatus facit in nostros.

Licet enim suis accedere ad ea loca, ubi sunt nostræ Ecclesiæ, versari tuò, mercaturam exercere, aut quicquid illis libitum est, loqui, quæ voluerint, circumferre, venales habere & legere, quos libros volue-

dire. Quare certum est, nos moderate & Christiane agere, quod an papatus faciat, omnes jam norunt. Si vero interim, dum de hac causa scribimus, impulsi à zelo Dei, aliquando utimur aliquibus verbis paulo liberioribus, hoc profecto jure optimo facimus, neq; enim Papatus suis mendaciis falsisq; cultibus læsit tantum privatos & publicos homines, neq; hic agitur de honore & de opibus hujus mundi, quæ si amittuntur, haud multum interest, sed Papatus suis illis pessimis artibus afficit injuria Deum patrem, filium eius Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum. Itaque qui vere amat patrem illum, filium illum Spiritum illum sanctum, & quia sentit eum in se operantem, non potest se continere, quin velit, quantum potest, eum ab injuria vindicare, & qui se continet, profecto non amat.

Deinde hoc æstimare hic est operæ precinm, non enim nunc primum incipimus clamare, & Papatum accusare, non sunt niva, neq; ita parva vulnera illius, ut possimus ea vel dissimulare vel unguentis & unctionibus quibusdam leviculis paulatim delinire & curare. Iam præteriere duo integra secula, quibus aliquot filii Dei & membra Christi instituerunt easdem accusationes & querelas, sed Papatus loco emendationis, quotquot potuit comprehendere ex illis fratribus nostris, qui emendationem & curationem Ecclesiarum magna humilitate petebant, conjecit in igne crudelissime & tyrannice: est enim passim nota historia de Joanne Husio, & de Hieronymo Pragense (ut duos postremos nominem) qui fuerunt in concilio Constantiense, & contra fidem datam summa tyran- p. 690. nide exusti & martyrio coronati.

Post quæ tempora cum Deus majores faces Evangelij accendisset, majoremq; Spiritus mensuram multis fuisset elargitus, rursus easdem accusationes & querelas instituimus, & simul rogavimus, supplicavimus, adjuravimus Paparum ipsum, ut, rejectis doctrinis pugnantibus cum verbo Dei, vellet eas tandem aliquando complecti, quæ conformes sunt huic divino verbo. Sed quid profecimus? surdo scilicet fabulam. Continuit enim aures suas, ut olim veteres illi Pharisæi ad verba Apostolorum: sed eo tandem illum adegimus, ut aliquando disertissimis verbis fassus fuerit, nomen Christi esse oblitum, Ecclesiamq; suam gravissimis morbis ad desperationem fere salutis laborare.

Ita enim clarissima voce testati sunt no-

ni. Sed quanquam ita plane Papatus confessus fuerit, extorquente eam confessionem Deo, ut cum tanto justius damnaret, & toti orbi deridendum propinaret, tantum tamen abest, ut curationem ullam voluerit unquam admittere, ut etiam majore furore ac insania cœperit in nostros grassari & debacchari. Nam ubicunq; illi in tota Europa per principes licuit, instituit crudelissimam illam inquisitionem & carnificinam, qua vix 30. annorum spacio, partim ense, partim laqueis, partim aquis, partim carceribus & inedia trucidavit & consumsit non pauciores, quam centum quinquaginta millia nostrum fratrum, neq; adhuc definitur, ut omittam eos, qui fuerunt in exilium electi, bonis omnibus spoliati, ad negandum Christum compulsi, & omni contumeliæ genere affecti ita, ut, si conferas crudelitatem & tyrannidem istorum Rom. Pharisæorum, ea major futura sit, quam ullius Neronis, Domitiani, aut Caligulæ: vix enim hi tantum Christiani sanguinis profunderut.

Neq; contenti illa inquisitorum carnificina, qua nihil unquam vidit terrarum orbis truculentius, atq; ubi magis odium Diaboli adversus Christum exarserit, colligere suos exercitus voluerunt, & inflammare aliquorum Principum animos, ut suos itidem colligerent, itaq; aggressi Germaniam funderunt sanguinem filiorum Dei, incenderunt ædes, pagos, oppida, civitates, quotquot potuerunt, & provincias vastarunt & exterminarunt, quantum item potuerunt, omnia certe vastaturi & exterminaturi, si illis licuisset. Potestne hæc negare Papatus? Annon omnium oculi conspicere potuerunt exercitum eius, qui, Alexandro Farnesio Card. Octavio eius fratre duce Parmensi, ducibus, anno Domini 1546. ex Italia in Germaniam ingressus est, quo tempore jactabant Farnesius ille, se tantum sanguinis Germanorum fusurum, ut in eo possit eius equus natare.

Quin adhuc non desinunt (ut dixit) furere: nihil enim aliud agunt, nihil meditantur aliud, qnam quibus artibus Cæsarem, & alios Principes ad arma contra Christianos sumenda queant iterum concitare, & eos delere, si modo possint. Huc spectant omnes eorum tam crebræ legationes, huc omnes practicæ, huc omnia consilia, hoc inprimis nunc agit viva voce in sua legatione Cardinalis Polus, qui idem egerat ante aliquot annos edito libro illo suo pro Antichristi defensione (quem nos nunc excudimus cum antidotis) Cæsarem enim ex bello contra Turcas suscepto tunc

rim plus haberi) ex Germania atq; Anglia evelleret, & gladio mulctaret eos, qui eo semine delectarentur.

Quòd si aliquando præclarus is Papatus cum suis pharisæis, qui ita perfrictę frontis est, ut cum ipse sit totus furor & rabies, totusq; sanguis & totus ignis, tamen nos appellat immodestos, instituere aliquando Concilium voluit: certè ita hac in re se gesserit, ut eo ipso non minorem injuriam atque ignominiam intulerit omnibus bonis & *Deo*, & Christo, & *Spiritui* sancto, quàm inquisitorum carnificinis & instructissimis suis copiis. Quod enim potuit unquã excogitari genus impostura, fraudis & insidiarum, quo ille non sit illic usus, ut suam posset autoritatem existimationemq; conservare & constabilire, Christi verò immi. nuere, imò extirpare?

Alibi explicavimus omnia ista, itaq; nó sunt hîc iterum ingerenda. *Sed* dicam in summa, istos medios, neutrales, ac tepidos parum considerate nos monere, dum monent, ut tibi parcamus. Papatus cum usque adeò sis sanguinarius & pertinax, ut in tuis erroribus, inq; tua crudelitate & tyrannide omninò statueris velle sordescere. *Ac* non modò inconsideratè ita nos monent, qui monent, sed nefariè & impiè, & contra id, quod Spiritus sanctus jubet: ita enim jubet, audiant hæc verba isti belli nostri monitores, & tu cum illis diligenter audi Papatę: nam ubi hæc recitavero, finé faciam: *Redite* illi, sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera ejus, in poculo, quo miscuit vobis, miscere ille duplum: quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentũ & luctũ.

Quid sibi volunt hæc postrema, date illi tormentum & luctum? Certè non puto, Spiritum sanctum velle hîc dicere, ne desistite clamare, monere Papatum, si fortè possitis illi persuadere, ut cogitet de se curando & corrigendo: non hoc, non hoc *Spiritus* sanctus, sed potiùs ita, reddite Papatui, sicut reddidit vobis: clamate, urgete, detis illi tormentum & luctum, ut se conficiat dolore, dum ego illum perdam & funditus extirpem: nam actum est de eo, nulla est spes, posse eum resipiscere & convalescere.

p. 691. *Idem*. Patrum nostrorum memoria, Cardinalis quidam, Venetus, è Pisana familia, inter reliquas suas interiores & reconditas literas, duos libellos sepositos habuit: variis obscœnis picturis, & detestandis nefariraũ libidinum simulachris refertos. *Exta*bant in eorum altero complures viri cum muliere concubitus formæ, omnis turpitudinis & fœditatis plenæ, atque à natura prorsus alienæ: in altero execrabilis illius Veneris, quam (quia *Sodomitis* familiarẽ Cardinalis, propter flagitia, & simultates, nescio quas, ab Urbinatum Duce confossus interiit.

Ibi tunc, post ejus obitum excussa libraria supellectile, quàm domi suæ instructam habuerat, alter è duobus illis veneris libellis repertus, tempore *Papæ Julii* secundi Romæ typis in lucem evulgatus: denique Pontificatum gerente Adriano sexto, publicè divenditus distractusq; fuit. Eum Prieras *Silvester*, Monachus Dominicanus, & Pontificiæ aulæ Comes Palatinus, qui censor eo tempore in libellos Papæ adversarios animadvertere solebat, censoria notatione judicioq; approbavit: addita subscriptione, se palã testificari: Libellũ hunc, quia nihil habeat, quod *S.* Romanæ Ecclesiæ fidei, vel bonis moribus sit contrarium, aut aliquam hæresin redoleat, dignum esse, qui lucem videat.

Idem in *Catalogi* Hæreticorum Romæ conflati annotationibus, pag 7. *Paulus* III anno virginei partus 1548. pridie Cal. *Septembres* in Germaniam Episcopos, qui novâ quadam legatione fungeruntur, misit: hi fuerunt Fanensis, Veronensis, & Ferentinus, titulus legationis erat: *Pro* reductione multorum populorum Germanicæ nationis, qui ab unitate Ecclesiæ se separaverũt. *Magnam* ergò hi Germaniæ partem lustrantes, offerebant conditiones iis, qui reduci, & Papatui rursus inseri vellent. Conditiones erant paucæ quædam, eæq; perridiculæ.

Quòd scilicet gratis absoluturi essent à pœnis, quas gravissimas fuissent omnes commeriti: maximè illi, qui cum uncti fuissent, uxores tamen duxissent: quibus tamen ipsis veniam quoque essent daturi, dum verâ & non simulata pœnitentiâ humiliter postulassent recipi ad orthodoxã fidem, rejectis & expulsis tamen priùs uxoribus, sic de facto sibi conjunctis & copulatis (sunt verba ex ipsa bullâ.) *Quòd* essent concessuri, ut *Quadragesimalibus* aliisq; anni temporibus & diebus, quibus esus ovorum & carnium aliàs esset prohibitus, butyro caseo, & aliis lacticiniis, insuper dictis ovis & carnibus (adhuc sunt verba bullæ) uti & vesci liceret. Quod essent numerum dierum Festorum aliquantulum diminuturi. Quòd permissuri, ut possent Cœnam Domini integram sumere, & postremò non exiguam liberalitatem (de alieno tamen) pollicebantur his, qui Ecclesiarum vel mobilia vel immobilia bono possiderent, transigendo scilicet cum illis & donando aliquam partem.

Hæ in summâ erant cõditiones. At cũ anxiè plurimis eas obtulisset, diuq; in Germaniâ hæsissent: tandem qui reduci voluissent, in-

trus Aloysius, Pauli nothus, exercitus Romani primarium ducem agens, Fanum appulisset: ibiq; Cosmum Cherium, ejusdem urbis episcopum, qui tricesimum annum excesserat, summâ prudentiâ, summâ eruditione, summaq; pietate virum invenisset: illi per vim ferinâ quadam, imò diabolica rabie, stuprum intulit hoc modo: Usus est opera suorum, qui illum distinerēt, donec perpetraret hoc nefandissimum ac teterrimum post orbem conditum scelus. Quod quidem facinus misero illic sic doluisse ac displicuisse ferunt: ut præ mœrore & indignitate sit triduo post mortuus. Non desunt tamen, qui venenum ei datum ab illo fuisse putent, ne flagitium illud tam impetuosum ad Cæsarem deferret. Quoniam in acerbissimo suo dolore imprudenter effutiverat, se ad ipsum Cæsarem iturum, conquestum de tam atroci injuriâ. Cum sorore sua, & noverca Constantia (quoniam & pater ab illa non abstinebat) consuetudinem habuisse frequentē hic Petrus dicitur.

Ibidem pag. 25. Annón hanc quoq; adducit Antichristus causam, quamobrem nolit serenissimum Ferdinandum pro Cæsare agnoscere? quod scilicet, cum superiore anno Francfordiæ declararetur Cæsar, interfuerint tres Electores Laici, quos ipse non censet amplius pro Electoribus habendos, cum Lutheranismum Ecclesiæ Romanæ præferant? Non est dubium, quin hoc jactet, ut neque dubium est, quin ista jactantia, impudentia, atque tyrannis corruitura sit propediem, impellente spiritu oris Dei.

Idem Paulus 3. Alexander Farnesius antea dictus, Episcopus dum esse Hostiensis & Cardinalis cuperet, hac arte usus est: sororem habuit Juliam Farnesiam formosissimam: quàm cum bellator ille Julius secundus Pp. vehementissime deperiret, neq; spes esset, parentibus eandem solicitè admodum observantibus, optatis amplexib⁹ frui posse: Paulum hunc ita expugnavit, ut facienti sororis copiam Cardinalitium galerum polliceretur: ficq; Paulus hic suam sororem Julio 2. tunc pontifici nefariè prostituit, & incestum lenocinium faciens Cardinalis creatus est.

Idem Vergerius in annotationibus ad Catalogum hæreticorum. Vix ulla fuit unquam crassior fabula, & nocentior Ecclesiæ Dei impostura, quàm quæ de stigmatibus Franciscanis Papistæ, ut adimerent Christo gloriam, confinxerunt: hanc ut magis exornarent commendarentq;, in quodam libello, qui Italica lingua per Italiam circumfertur, cui est titulus Flosculi sancti

unquam viderit: & tanta est Papistarum cæcitas, tantus furor, ut ea divinis honoribus colant] possit servare à morte æterna viros, qui vixerunt à tempore Franciscani usq; ad finem mundi. Ajunt enim Christum illos duntaxat servare, qui fuissent usq; ad tempora Francisci: deinde addunt, Virginem filii Dei matrem, merito suæ virginitatis servasse mulieres, quæ vixerunt usq; ad tempora cujuspiam Claræ monialis, Francisci contemporaneæ, quam, quod eā Papæ canonizarint (ut vocant) sanctam appellant: Claram vero ejusdem virginitatis merito, in suo ipsius corpore renovatæ (sic nugantur) eas servasse, quæ essent usque ad finem mundi adhuc futuræ.

Ibidem, Johannes Casa Archiepiscopus Beneventanus, in tota Venetorum ditione Pauli III. Papæ Legātus, conscripsit ejus mandato primum Catalogum eorum, qui à Papa pro hæreticis habentur. Is autem, cum esset non inelegans poëta, versus quoque Italicos quosdā ediderat, apud Trajanum Navium Typographum Venetiis impressos in quibus celebravit laudes (oro, boni cōsule pie lector: tametsi, quod aures tuas merito offender, audies) celebravit inquam (invitus recito, iterum oro, ut ignoscas) laudes vitii pessimi illo tempore, additis suo nomine carminibus, aut certè tunc primùm innotescere & conspici cœpit: in quibus homo sanctus semel atque iterum affirmare non exhorruit, id esse divinum opus & divinam artem, seque ea mirum in modum, imo ea sola delectari.

Hunc impurissimum sathanicumq; Archiepiscopum Paulus 4. victus importunitate mea & exprobratione, quod talia mōstra pro judicibus ecclesiis obtrudantur, tandem condemnavit. Verùm quid? inseruit hunc exsecrandissimi illius poëmatis autorem in eo ipso Catalogo, in quo doctrinæ filii Dei propugnatores recensentur. Sicut enim Antichristus, horribile illud atq; abominabile scelus eodem loco & numero habendum esse, quo cœlestis, quā profitemur, doctrina.

Ibidem. Locus absurdus & enormis in blasphemo hoc Catalogo est. Paulus 3. ex omni Episcoporum & Cardinalium numero novem delegit, quibus gravissimis verbis mandavit, ut Ecclesiæ morbos accuratè circumspicerent, & nulla aut ipsius Papæ, aut cujusquam alterius habita ratione, sibi demonstrarent: jurejurando eos obstringens, addita etiam excommunicationis

ruptas speciatim doctrinas manus admoverunt, tametsi usi fuerint aliquando verbis paulò liberioribus. Scripserunt enim:

Ecclesiam Christi jam pridem collapsam esse apud eos.

Papas coacervare ad desidera sua magistros prurientes auribus: non scilicet ab illis ut discant, quod facere ipsos convenit, sed ut illorum studio & calliditate ratio ineatur, quà breviter quodlibet liceat.

Per eosdem Papas Cardinales atq; Episcopos blasphemari nomen Christi inter gentes.

Indignissimè atq; impiissimè facere eos, qui prætextu potestatis clavium pecuniam emungeant; contra apertissimum Christi mandatum: Gratis accepistis, gratis date.

Ordinationes clericorum, Presbyterorum præsertim, fieri apud illos incredibili negligentia: atq; ordinari improbos rudesq; asinos.

Exerceri nundinationes Sacerdotiorum sive beneficiorum; omnino Simoniacas ac flagitiosissimas.

Cardinales æstuare ambitione atq; avaritiâ, ambire à regibus & Principibus Episcopatus, alere factiones, bella serere.

Episcopus creari nullâ neq; eruditione neque vitæ honestate commendabiles, ut qui, desertis atque contemtis Ecclesiis, ovibusque Christi sibi commissis, huc illuc otiose per luxum vagentur.

Pœnitentiariam atque Datariam (sic enim vocant) sceleratissimum quenq; clericum, eundemq; nebulonem, pecuniâ præstitâ, absolvere, atque ordinarii juris dictione eximere.

In monasteriis tam virorum quàm mulierum horrenda fieri flagitia: quo in loco etiam de pueris (proh pudor) qui apud monachos degunt, fit mentio, quos Theatinus ex illis fornicibus summovendos ipse censuit.

Urbem Romam refertam esse mulieribꝰ impudicis atq; scortis, quæ vestitu omniq; apparatu cætero nihil differant à matronis honestis, quæq;, dum per mediam urbem mulis vehuntur, sectatores habeant in luce mediâ primi nominis Cardinalium familiares atq; domesticos.

Vigere in urbe odia & factiones: Christi nomen tamè cordibus hominum, quàm operibus eorum abolitum esse.

Hunc ergò libellum ipsi delecti Cardinales asq; Episcopi Paulo 3. obtulerunt, qui in summâ nihil emendavit prorsus unquâ, ut fuit revera omnis correctionis impatiens, si quis unquam Paparum fuit. Quid enim Ecclesiam emendaret homo Epicureus? Accidit, ut libellus, licet Pontifex totum illud negotium arcanum (ut dixi) esse voluisset, opera tamen Nicolai Archi-

illud consilium irridebat, in Germaniam emanârit, de quo statim Lutherus primùm deinde Joan. Sturmius scripsit, deinde ego quoque non semel, & alii etiam.

Cum ergò Paulus 3. sensisset, sibi ac suæ Romanæ synagogæ inflicta esse atq; infligi cotidie existò libello vulnera non levia, propter liberiores scilicet illas, quas recitavi, voces & confessiones, hunc quoq; libellum (si Deo placet) projecit nunc inter eos, quos velit à nemine deinceps legi, hoc est, inter hæreticos, Sed quod caput est, & pluris quàm omnia, ipsemet Paulus 3. fuit unus ex præcipuis, qui concinnârunt & dictârunt libellum. Quis non stomachetur? Quis non horrescat? cum tantam insolentiam, tantam tyrannidem audiat? haud dubiè putat, omnes nos caudices esse aut stipites, qui ista non fuissemus intellecturi & evulgaturi, fortassis etiam in omnem posteritatem, ad gloriam Dei, & ad perpetuam ipsius Antichristi infamiam. p. 693.

Sed quis possit satis mirari etiam confidentiam & impudentiam illam incomparabilem. Cum enim in suum Catalogum legationem, de quâ suprà dixi, retulerit, & centum gravamina, deinde etiam consilium delectorum Cardinalium, sibi constanter persvasit, fore, ut nemo deinceps ausurꝰ esset legere, imò ut crederetur, omnia fuisse à nostratibus conficta, hoc speravit veterator. At legatio, & centum gravamina sunt in Archivis sacri Romani Imperii inserta, inde (si quis dubitaverit) cognoscere licebit, an sint à nostratibus conficta. Consilium verò de emendandâ Ecclesiâ, cum anno 1538. prodiisset, semper deinde in manibꝰ omnium & in luce versatum est, multorum telis undiq; impetitum (ut dixi) & nemo interea unquam vel somniavit, esse à nostris confictum.

Quin cum Sturmius de eo scripsisset, & modo ad Sadoletum, modò ad Contarenũ Cardinalem, qui fuerunt ex autoribus, oratione conversâ periisset, quam ob causam non graviora Papæ petenti commonstrassent: cur non responderunt ipsi, aut quispiam alius ex tam multis propugnatoribꝰ Papisticis: nescimus (Sturmi) quid dicas, nos nullum libellum Papæ dedimus in hoc genere, vide ne tibi finxeris?

Dicam ampliùs. D. Brentius in prolegomenis prudenter exprobrat Asoto astruenti, Romæ esse perpetuam successionem Apostolorum, ex eodem libello verba non pauca, & tamen tantum abest, ut Asotus (qui est rerum Papisticarum non imperitus: nam diu Romæ, diu apud Card. Dilingensem substitit) neget, eum libellum fuisse mandato Papæ ab his (quos dixi) conscriptum, ut etiam disertissimis verbis cõfirmet.

Asoti : delecti Cardinales à Paulo 3. ad consultandum de Rom. Curia & Ecclesiâ emendandâ, liberâ & sincerâ veritate, prout sibi injunctum fatentur, significant ei gravissimos morbos, quibus jam pridē Ecclesia, & præsertim Romana curia laborāt.

Annon mendacii suum Papam convincit, qui audet negare, illum libellum Romæ, Paulo 3. mandante, à se atq; aliis quibusdam delectis Cardinalibus, & prælatis fuisse conscriptū & propterea condemnat? Nam cur alioqui condemnaret, & ne legeretur prohiberet? Sed quale testimonium Asotus ex eo petat, hoc qnoq; videamus. Ait: Spiritum, qui in prophetis fuit, cum arguerent vitia populi & Sacerdotum, & dicerent: à plantâ pedis usq; ad verticem non est sanitas: eundem se in his Cardinalibus & prælatis agnoscere, quare lætandū esse, quòd Romæ sit verus sensus malorum, nec desint viri gementes & dolentes super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus. Hæc Asotus. Ad quæ primùm respondeo, me non negare, quin Romæ (ut etiam in totâ Italiâ) non sint nonnulli, qui & bene de nostrâ doctrinâ sentiant: & ingemiscant, quòd videant, Papas non desinere eam persequi: sed horum dolores & gemitus comprimuntur atq; devorantur, & nequaquam literis mandantur. Non enim audent.

Tales verò dolores & gemitus, quales in istis delectis Cardinalibus atque Episcopis legimus, qui scilicet conscribuntur, ajo esse simulatos atq; hypocriticos, quod ex eo apparet: quod nihil unquam emendant, imò in deterius proficiunt: licet aliquando fateantur, Domino cogente, & eas confessiones extorquente, in ipsorum infamiā atq; pernicie, opus esse emendatione. Sunt enim ex eo genere, de quo inquit filius Dei, dicunt & non faciunt. Quæro ab Asoto: si quis in adulterio, & in pessimo fœnoris genere exercendo vitam duceret, accusaret tamen se apud homines aliquando, quòd pessimè agat, quòd velit ex teterrimis illis peccatis atq; cœno emergere, nec emergeret tamen unquam, sed in eisdem pertinacissimè hæreret, an is habere verum sensum peccati, verum gemitum & dolorem dicendus esset? Nihil certè minùs. Nam qui verè gemit, & peccatum sentit, à peccato regnante discedit tamen aliquando. Quod si minimè discedat, simulatum atque hypocriticum illius dolorem & gemitum esse, quis non intelligat?

Deinde alio modo respondeo: Si Asotus lætabatur, apparere in illo libello ali- & doluisse. Sed valeat Papa cum suâ negatione impudentissimâ: & Asotus cum suâ Sophisticâ, & cum suâ adulatione: quā nō puduit illum dicere, eundem esse spiritum Romæ in illis delectis Cardinalibus, qui in Prophetis fuit, scilicet, ô gravem exploratorem spirituum?

Ibidem, Johannes Boccatius, patria Florentinus, diem suum obivit anno 1375. Sepulta tunc jacuisse bonarum literarum studia, nemo ignorat: & nihilominùs tanta fuit Boccatiani ingenii vis atque præstantia, ut in eruditissimum summumq; virum evaserit. Is multa Latinè, multa Italicè scripsit, verùm non pari felicitate. Nam ut in solutâ oratione Italicâ palmam tulit, & eodem in precio habetur, quo apud Latinos Cicero, apud Græcos Demosthenes: ita in latinis parùm omnino felix fuit. Inter alia Italica scripsit librum, cui dedit titulum Decameron, quod decem diebus narrentur centum partim historiæ, partim parabolæ aut fabulæ. Hunc ergo Papa nunc primùm inter Lutheranos libros connumeravit, non sine magno (ut spero) renascentis per Italiam purioris doctrinæ fructu, Deo ita mentem Antichristi obcæcāte. P. 446

Cum enim tota Italica nunc sit plus, quàm dici possit, eloquentiæ suæ linguæ dedita, ut permulti magnam sibi gloriam inde comparârint: tota nunc adversus Papam accensa est. Cumq; non possit ferre, eripi sibi tam excellentem magistrum: plurimi sunt, qui noluerint è manibꝰ eum deponere: neq; illis suorum Principum, puta Venetorum, Ferrariensis, Florentini, Mantuani, Vrbinatis, & Parmensis Ducis tutela (quod ad Boccatium saltem attinet) atque patrocinium (ut audivimus) deest. At quod caput est, qui adhuc ignorant statum hujus causæ, & quænam ea sint, quæ nos in Romanâ Ecclesia reprehendamus, hac oblata occasione, id haud dubiè intellecturi sunt. Neque enim deesse puto, qui dextrè submoneant; cur Boccatius ex improviso sit à Papa proscriptus ceu hæreticus. Quare hæc futura est quædam veluti prædicatio, quâ nonnulli ad cognoscendam veritatem excitentur, mirabili Dei consilio. Hæc autem sunt, quæ Papa in Boccatio ferre non potest.

Statim in primâ fabulâ falsè ridet, & quidem summâ dexteritate, sanctos papisticos, qui scilicet per hypocrisin venantur sanctitatis opinionem: cum aliquando sint omnium mortalium nequissimi: ridet, quòd ad eorum sepulchra afferantur

cestionem ridet, cum ait: nihil referre, fuerintne revera boni & sancti viri, an fortasse maximi nebulones hi, quorum opem atq; intercessionem apud Deum imploramus. Respicere enim Deum ad bonam intentionem, & nihil eum facere, si erramus in cognoscendâ ejus voluntate atq; doctrina. Ubi rursus taxat Papistas, quorum hæc est perpetua oratio: nihil scilicet referre, si ignoremus, quod filius Dei docuerit, licere verò nobis alios cultus fingere pro arbitrio.

Inducit Monachum, qui dicat: Papas, Cardinales & Episcopos non pervenire ad salutem per doctrinam istam, quam palàm videmus eos servare, sed aliam habere penes se, quam clanculum observent, neq; aliis facilè communicant. Quid potuit verius dici, eos per istam, quæ palàm illis est in usu, non posse servari? quam scilicet Boccatius quoque visus est noviſſe, eamq; non nisi fucum & umbram esse.

Alium inducit monachum, qui mirè exagitat reliquias, ut appellant: Ait enim, se attuliſſe ex Oriente nonnihil ex sono Campanarum, quæ erant in templo Salomonis. Deinde, ut ementita Francisci stigmata perstringeret: inducit eundem monachum, qui pro concione dicat: Angelo Seraphino excidiſſe capillos aliquot, cum Francisco apparuiſſet stigmata impressurus, quare se illos capillos quoq; habere penes se inter alias reliquias. Quis non videt, quorsum componat sonum campanarum cum stigmatibus Francisci, & cum capillis Angeli? Nimirum quia, ut nullus fuit in templo Salomonis campanarum usus, qui admodum recens est: ita fabulosa quoq; sint, quæ de angelo Seraphino, quòd scilicet Francisco Christi vulnera impreſſerit, credit Romanensis Ecclesia.

Alibi narrat fabulam de Abbate: qui cum maritum rusticæ cujuspiam mulieris, cujus amore erat aptus, detinuiſſet aliquàdiu in obscurisimo carcere, cum tandem emitteret, persuaserat illi, quòd in purgatorio fuiſſet, ubi de Miſſis, de pane & vino, quod pro mortuis offertur, & de candelis, quæ ad miſſas accenduntur, falsissima quædam recitantur, ut qui fabulam illam attentè legat (si non sit ineptus) facilè videat Boccatium voluiſſe declarare, quibus artibus monachi invexerint, confirmârintque opinionem de purgatorio.

Hæc & complura alia Boccatius, sed mirâ (ut dixi) dexteritate (aliud enim agere videtur) ita, ut nulla unquam fuerit vel levis de eo suspicio, quòd à Romana Ecclesia diſſenſerit, ut revera diſſentit. Sed cum animadverti ſſet, hominum gustu, propter corruptum, atq; ideirco abhorrere eos à veritate imbibenda, utpote amara, ut quidem solet esse carnalibus: Boccatius addendum puravit mel fabulatum, ut amarore nonnihil mitigato alliceret lectores ad bibendum, ut vetus ille poëta cecinit:

Ac veluti pueris, absynthia tetra medentes
Cum dare conantur prius ora & pocula circum
Aspirant dulci mellis flavoq; liquore.

Ibidem. Dantes Aligèr, etiam Florentinus patria, ferè cõtemporaneus Joan. Boccatii, summus Philosophus, suinusq; Theologus, Italicè multa, paucisſima latinè scripſit, vix libellum de monarchia. Cum enim in ea tempora incidiſſet, quibus Ludovicus Bavarus Cæsar à nonnullis Papis per plurimos annos durisſimè vexabatur, quòd se & Romanum Imperium illis subjicere recuſaſſet, arrepto calamo, liberè, quid de eo sentiret, teſtatum reliquit, quod etiam Marsilius Patavinus fecit eodem tempore, scripto libro, cui dedit titulum defensor pacis: quin & Petrarcha aliquid de eo, in quadam ad Nicolaum Laurentii Epistola, qui se Tribunum Augustum appellitavit: ac non modò Dantes, Marsilius, & Petrarcha: sed Guilhelmus Occam quoque (is Franciscanus fuit, sed acerrimus Scoti impugnator) scripſit contrà hunc Joan. Papam, Ludovici hostem, vehementem librũ, in quo de paupertate Christi & Apostolorum agit. p. 695.

Jam Dantes articulos tres disputat: Nũ sit è re Christiani orbis, ut unus existat justus Imperator & Monarchia? Num officium atq; honor imperii & Monarchiæ de jure sit penes populum Romanum? Num Monarchia atq; Imperium pendeat à Papa atque ex Romana Ecclesia? Definit autem partim Philosophicis, partim ex sacris literis petitis argumentis, è re Christiani orbis esse, unum existere justum Imperatoré, officium Monarchiæ penes populum Rom. esse. Denique imperium immediatè à Deo, & nequaquam à Papa vel à Romana Ecclesia pendere. Atque hoc est, quod Papam pessimè habet. Nam imperium à se pendere, & sibi omninò subesse, affirmat, & propterea nunc cum Ferdinando Cæsare injustissimè litigat, ut nondum voluerit eum pro Cæsare agnoscere. Cum enim Carolus Quintus Cæsar in manibus amplissimorũ septem virorum aut Electorum Imperium resignavit: ait papa, debuiſſe eum in suis manibus resignare, quare addit: Aut Ferdinandus à me acceptam ferat dignitatem (non enim recuso dare) aut non sum illum pro Cæsare habiturus.

Hoc etiam in libello Dantes aliquoties Rom. Pontificem cum toto ipsius grege pro dignitate accipit. Ait enim, eum esse veræ Theologiæ rudem, ut decretalista,

jactent se ecclesiæ *Dei* filios: qui (ut commodiùs queant perficere, quæcunq; libido suggerit) opprimant matrem, ejiciant fratres, nec possint judicem pati. Quid potest de illis verius dici? quid magis oppositè? Oppresserunt enim eam *Ecclesiam*, quam nobis filius *Dei* ceu matrem dedit, exturbant & projiciunt non modò in exilia, sed in ignes quoq; eos, qui veram matrem sublevatam, atque in pristinam dignitatem restitutam volunt. *Deniq;* ajunt, se velle, ut solis sibi liceat omnes Ecclesias, omnem religionem pro suâ libidine judicare: se autem minimè posse judicari à quopiam mortalium.

Quare nonnulla sanè præclara attigit Dantes, quanquam nonnulla etiam insunt in quibꝰ apparet, illum nondum satis fuisse verâ fide & *Spiritu Dei* illustratum in omnibus articulis cognoscendis, utinam in nostra tempora, atq; in hanc divinæ doctrinæ lucem incidisset excellens illud ingenium. Hujus libelli mentionem facit *Barthol.* in L. Divi. §. præsides. ff. de requirendis reis: ubi inquit, eum ferè damnatum fuisse hæreseos post autoris mortem.

Hunc ante 60. annos in *Italicam* linguâ convertit Marsilius Ficinus. magna eruditione atq; autoritate vir: cujus versionem habeo. Illud est certum, nunquam fuisse typis excusum, & apud pauciſſimas reperiri: ego non sine difficultate potui adipisci. Et nihilominùs usq; adeò metuunt sibi Papæ ab isto libello, qui nondum prodiit: ut eum in quatuor Catalogis semper condemnârint. Satis de Dante, quæ fortassis non erât omnibus obvia, ut pauci intelligere potuissent, quid condemnârit Papa, cum illius Monarchiam condemnavit.

Ibidem. *Adrianus* Papa VI. Flandrus, Episcopo *Aprutino*, suo ad Noribergenſia Comitia internuncio formulam actionis dederat, in quâ nonnulla fuerunt non inepta, neque impia: Ajebat enim, se scire, in illa *Rom.* sede aliquot jam annis multa abominanda fuisse, & omnia esse in perversum mutata (sunt verba ex ipsâ formulâ) deinde addebat, non mirum esse, si ægritudo à capite in membra, à summis pontificibus in alios inferiores prælatos descenderit: omnes prælatos Ecclesiasticos declinasse unumquemque in vias suas, nec fuisse unũ qui faceret bonum. *Et* paulò pòst: se omnẽ operam adhibiturum, ut primùm *Rom. Curia* (unde nimirum omne malum processisset) reformetur: ut, sicut inde corruptio in omnes inferiores emanârit: ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium varium & multiplicem.

Internuncius ubi omnia hæc in frequentibus comitiis clarâ voce pronunciasset, ipsam actionis formulam protulit, deditq; Sacri Imperii principibus: ad quam illicò responderunt, se permagnâ lætitiâ affici: quòd tandem unum ex omnibus Papis audiant, qui voluerit fateri, plurimis annis graviter multisque modis peccatum esse Romæ, & inde à Pontificio culmine malorum omnium lucem ad inferiores omnes Ecclesiarum præfectos defluxisse: neminem esse, qui suum faciat munus: aberrasse omnes: & ne unum quidem ex omni numero culpâ vacare: & inprimis illud gratum erat, quòd polliceretur, se velle errores atq; vitia tollere.

Repetierunt (inquam) *Principes* ex instructione verba aliquot, non modò sensum, tam præclaram confessionem gratanter accipientes atq; ex osculantes. Postea addiderunt, multa reverâ gravamina & incommoda nationi *Germanicæ* à Curiâ *Romanâ* illata fuisse (sunt ipsamet Principũ verba) Ad hæc internuncius (ejus quoque verba recitare operæ pretium est) si in aliquibus Germani populi sunt à curiâ Romanâ gravati, illud declarent: nam semper *Apostolica* sedes, quæ est mater pientissima omnium oppressorum, parata erit illos sublevare, ac pro viribus juvare & tueri. Quare *Principes* ab internuncio provocati atq; invitati, centum illa (quæ passim extant) gravamina protulerunt, petieruntque, ut ea *Romam* secum afferret. Contigit hoc anno *Domini* 1522. p. 696.

Cum ergò *Pontifices*, qui *Adriano* succesſerunt, iniquissimo animo tulissent, quòd is in *Actionis* formulâ de Rom. Ecclesia ea, quæ suprà recitavimus, confessus fuerit: quòd per legatum petierit, ut proferrentur gravamina: cumq; nihil minùs cogitent, quàm errores atq; vitia emendare: nihil minùs, quàm oppressam tam indignis modis Germaniam & reliquas provincias sublevare: imò velint in pristinâ tyrannide exercendâ magis, quàm unquã antea perseverare: nunc rejecerunt cum omnem illam Adriani legationem, tum centum illa gravamina inter hæretica scripta: grave supplicium comminantes omnibus, qui illa legerint, aut domi habuerint.

I nunc, & spera emendationem ab *istis Antichristis*. Proh Deũm atq; hominum fidem, quid potuit ab illis fieri insolentius? quid magis tyrannicum? quodq; magis declaret, eos (si totus collabatur orbis) velle pedibus *Germaniam* & totum orbem proterere, atq; in idolomaniarum abominati-

thiepiſcopo Salernitano Cardinalis creatus, & quidem invitus: cum magna moderatione animi, magna virtute fuerit: acceſſit proxime ad cognitionem noſtræ doctrinæ, & initia quædam ita hauſit: ut, cum Papæ cœpit eo nomine ſuſpectus eſſe, frequens fama ſit, fuiſſe veneno ſublatum: ut Contarenum etiam, quod, cum Legatum Rom. Eccleſiæ in Comitiis Ratisbonenſib. ageret, nimium noſtræ cauſæ in articulo Juſtificationis faviſſe viſus fuerit. Ambo hi fuerunt in numero eorum, qui una cum Cardinale Theatino, qui nunc Papa eſt, & cum Reginaldo Polo, etiam Cardinale, concinnarunt conſilium de emendanda Eccleſia: quod Antichriſtus nunc impudentiſſime nagat ſe concinnaſſe.

Scripſit Fridericus libellum de modo orandi, cum animadvertiſſet, errare in Papatu fere omnes in hoc genere quoq;, ut revera errant turpiſſime. Modo enim, ut conceptis verbis orent, neceſſe putant: modo ut certis horis, & certo loco, & certis etiam geſticulationibus: modo orationem Dominicam, aut ſalutationem Angelicam, aut pſalmos recitent, in honorem alicujus ſancti: aut etiam pro mortuis. Quare ut has ineptas impietates corrigerent: libellum, inquam, ſcripſerat Fregoſius. At ſtatim, cum iſti nequeant ferre ullam emendationem, neq; in craſſis quidem & palpabilib. erroribus: inter hæreticos relatus eſt.

Idem de Julio III. Romano Pontifice, qua pompa & magnificentia coronatus ſit, Summus ille Pontifex magno cum faſtu & pompa ſedet: potentiſſimi quinq; accedunt, & proſtrati humi illum adorare, ſimul & ipſius deoſculari pedes neceſſe habent. O ſumme Deus, ut quid ſuperbiam iſtam à Deo execrabilem tam diu ſuſtines? Filius tuus, cui poteſtas data eſt in cœlo & in terra, detracta iſta veſte viliſſima, & linteo ſuccinctus, ut ſolent qui famulaturi ſunt, inclinat, ac ſeſe demittit, ut ſordios Apoſtolorum pedes ſuis ipſius manibus abluat: & hic tantum non vermis, & fœtidum plane cadaver, qui Chriſti ſeſe vicarium atq; imitatorem profitetur, Tyrannorum more, inter ornamenta illa, in media ſtipatorum caterva, inter bipennes, tubas, tympana, tormenta bellica ſedens, ſeſe adorandum, & calceamenta hominibus deoſculanda præbet.

Heu heu heu, quam hæc horrenda ſunt! Et qui tandem Antichriſti erunt, ſi iſti non ſunt? quorum ſtudia ac mores tanto intervallo à Chriſti ſtudiis ac moribus diſtant. O cœcos principes! O ſtultos ac ſtupidos populos, qui iſtos nondum noveritis, voſq; tam craſſis erroribus implicatos ab illis

contulit, miſſam (ut vocant) ibi de more tum primum celebraturus. Adverte hic Petre, atq; expende diligentius miſſæ iſtius inſtructum & apparatum omnem. Inprimis locum ipſum miro depictum artificio, altare ablutum perunctumq;, & magna ſtatuarum mole onuſtum, quas comitantur innumeræ cruces & candelabra. Item ſparſum in eo thus, mortuorum oſſa, varias ſchedas, crebra illa candelarum & funalium lumina, ipſius Miſſatoris ornatum, tum diaconi & ſubdiaconi. Conſidera aſtantium ibi Cardinalium atque Epiſcoporum pompam: audi harmoniam & concentum illum muſicum. Contemplare varia illa ceremoniarum, ac geſticulationum genera: obſerva, quo hic ordine gerantur omnia, & quid Miſſarius ipſe agere inſtituat, quamvis multi de illo pane edituri, deque illo calice bibituri ſint.

Adverte, inquam, & conſidera, num cœna iſta, quam Julius III. hic celebrat eam ulla ex parte referat, quam tu cum reliquis Apoſtolis, ab ipſomet autore Chriſto didiciſti, cum diceret: Hoc facite in mei recordationem. Et an illa panis fractio quam tum prædicando paſſim Evangelium p. 697. ſolitus eras facere, cum hac commune quic. quam habeat. Quin etiam Paule, qui, qualis poſtrema illa Chriſti cœna fuerit, optime noſti, expende una cum Petro, an hæc, quæ Romæ hodie peragitur, ſit illi necne ſimilis: & num tales etiam illæ fuerint; quas tu olim cum diſcipulis tuis celebrabas? Ah. Deus, ah Chriſte, cur tu ſanctiſſimum illud ſacramentum tuum ita pollui ac prophanari pateris?

Verum ſi tibi hæc ad tempus tolerare viſum eſt, fiat voluntas tua. Nos vero interim ingentes tibi gratias agimus, quod bonam Europæ partem luce veritatis illuſtrare dignatus ſis. Quamvis miſeri iſti Romaniſtæ craſſioribus adhac tenebris circumfuſi ſint, quam unquam antea: atq; indies, etiamnum deploratiores evadant adeo, ut quoties radios advenientis gloriæ tuæ comparere vident, pene adigantur ad inſaniam.

Sequitur deiude, quod, cum jam jam coronandus eſſet pontifex, mox in eius conſpectum prodierint Romani aliquot patricii, & quidem præcipuæ nobilitatis, preciſiſſimis ornati veſtibus, partim ex auro, partim ex ſerico occineo violaceove, aut nigro contextis: magna eius comitante famulorum caterva, qui & ipſi ſericis veſtibus, ſed verſicolorib. induti erant: quodque ibi Pontifex conſcenſa ſella, his Romanis (inquam patriciis) præceperit, ut ſe in humeros ſublatum ad Petri ſcalas (ita loco nomen eſt) deferrent.

Hac nempe pompa & magnificentia ge-

pro Christi Vicario agnoscere? Et quid alia cum Christo simile habet? Prodeant huc omnes pontificij adulatores, & (quæ illorum est impudentia) scribant, respondeant, defendant tyrannicam hanc magnificentiam, & pompam plane diabolicam, atque illas adeo horribiles blasphemias, quibus per summam contumeliam Deus ab istis sic illuditur.

Vehitur Christus asino, eoq; velisfime ornato, ut vilissima istiusmodi jumenta alioqui solent. At noster hic Antichristus horum Romanorum, & quidem nobilissimorum, multoq; auro refulgentium, humeris gestandus imponitur. Annon id cum Christi paupertate simul atq; humilitate pugnat? & tamen hunc non pudet pro Christi vicario atq; imitatore sese venditare. O fecbus, ô portentum, atq; ò ipsissimum adeo Saranam.

Describitur postea ipsius loci, in quo præclara illa coronationis pompa celebrata est, apparatus atq; ornatus. Principio theatrum erectum erat elegantissimum ac magnificentissimum. In eo ingentis altitudinis statuæ aliquot circumquaq; dispositæ erant, quarum nonnullæ in muliebrum figuram habitumq; formatæ, aliquot virtutum similitudinem exprimebant. Nonnullæ vero specie ac forma virili duo partim Italiæ flumina Arnum & Tyberim, partim duos illos insignes Apostolos Petrum & Paulum referebant. Ea permistionem egregiam. In ipsa statuarum basi descripta erant varia carmina, quibus plurimæ sententiæ, Ethnicæ plane atq; impiæ, comprehensæ erant, una tantum excepta, quæ sub pedibus ipsius Prudentiæ inscripta erat in hæc verba: *Super aspidem & basiliscum ambulabo, & conculcabo leonem & draconem.* Quanquam nec ipsa, si rem ad Christi institutionem & doctrinam exigere velimus, recte usurpata est.

Neq; enim humana prudentia basilici atq; aspidis superantur venenati morsus, aut ea adversus carnis impetus, vel ad sustinendas afflictionum tempestates, quicquam valet: sed est ipsius fidei, ac Spiritus sancti opus: quæ quidem fides nobis pro scuto ac lorica data est. Hac excepta sententia, ut dixi, omnia prorsus Ethnicam impietatem redolebant omnia, Martem, Jovem, Genium ibi resonabant: ibi cuncti mortales spargere flores coronasque, ac Julji tertji celebrare laudes jubebantur, omnia Ethnicorũ more, nec injuria. Nã cũ Roma Christum, & una ipsius leges, & ritus expulerit, Gentilissimum instauraverit nunc, ut Antichristum suum meritis prosequatur honoribus, quod exemplum,

quidem religionis hactenus apparuit. Quanquam ipsius epistolæ autor eam magnificentia comitem facit. Nos hanc quidem ubiq; facile cernimus: at illa nusquam apparet, nisi forte duas illas Petri & Pauli statuas, quos ipsi, dum in terris agerent, tam acriter infectati sunt, ut nedum sibi, sed nec alji cuipiam mortalium sic fieri voluerint, religioni adscribere velimus. Inter reliqua loci ornamenta recensentur etiam tabulæ quædam, in quibus nonnullæ historiæ summo artificio depictæ erant. Præterea columnæ quædam, quibus ingens subnixa trabs, una cum elegantissime extructa fronte, speciem referebat porticus.

Sed quid in ea depictum esset, autor ipse nihil commemorat. At mea quidem sententia nihil aptius, nihilve congruentius depingi in ea poterat, quam facta illustria Julii tertii Pontificis, sed ea præcipue, quæ in Tridentino concilio ab ipso gesta sunt. Vbi damnata vera Christi doctrina, superstitiones, vitia, idololatriam atque impietatem omnem confirmavit, comprobavitque. Propterea, ut eadem epistola habet, tam magnificos Romæ adeptus est titulos. Quippe illum Ecclesiæ libertatis, id est, (ut ego interpretor) tyrannidis assertorem appellant. Nec vero absurdum fuerat, in tabulis illis totam ipsius vitam expressam fuisse, quam etsi ipsiusmet aulici suis versibus, quos de illo tam multos Pasquillo effixerunt, decantare ac celebrare non erubuerint: pudor tamen obstant, quo minus ego tam fœda, tam obscœna ac turpia nominare ausim.

Subnectitur deinde, Pontificem in medio illo apparete consedisse, atq; ibi à Cardinale Cibo diadema (regnum ipsi vocant) ipsius capiti impositum fuisse. Erat autem is tum Decanus inter Cardinales, inque ea celebritate Diaconum agebat: qui paulo post vita functus, nunc jacet sepultus in inferno: quod detestandæ illius impietatis sese ministrum præbuerit. Hæc ubi peracta fuissent, tantus undiq; bellicarum machinarum auditus est fragor ac strepitus, mundum ut ruere dixisses. p. 655.

Sed heus tu fili perdite, de quo sacra nobis oracula tam clare vaticinata sunt, quem nobis adeo etiam graphice depinxerunt, quemq; Deus ipse hoc tempore spiritu oris sui paulatim deregit bonificitque, adeone hæc tibi digna eo homine esse videntur, qui se in terris Christi vicarium profiteatur? non te pudet miser? Christus, cum intelligeret, à nonnullis se in regem expeti, clam sese subduxit. Christus affirmat, regnum gentium esse affectare principatus & imperia: à qua ambitione servos suos quam a-

jactent se ecclesiæ *Dei* filios: qui (ut commodiùs queant perficere, quæcunq; libido suggerit) opprimant matrem, ejiciant fratres, nec possint judicem pati. Quid potest de illis verius dici? quid magis oppositè? Oppresserunt enim eam *Ecclesiam*, quam nobis filius *Dei* ceu matrem dedit, exturbant & projiciunt non modò in exilia, sed in ignes quoq; eos, qui veram matrem sublevatam, atque in pristinam dignitatem restitutam volunt. *Deniq;* ajunt, se velle, ut solis sibi liceat omnes Ecclesias, omnem religionem pro suâ libidine judicare: se autem minimè posse judicari à quopiam mortalium.

Quare nonnulla sanè præclara attigit Dantes, quanquam nonnulla etiam insunt in quibꝰ apparet, illum nondum satis fuisse verâ fide & *Spiritu Dei* illustratum in omnibus articulis cognoscendis, utinam in nostra tempora, atq; in hanc divinæ doctrinæ lucem incidisset excellens illud ingenium. Hujus libelli mentionem facit *Barthol.* in L. Divi. §. præsides. ff. de requirendis reis: ubi inquit, eum ferè damnatum fuisse hæreseos post autoris mortem.

Hunc ante 60. annos in *Italicam* linguâ convertit Marsilius Ficinus. magna eruditione atq; autoritate vir: cujus versionem habeo. Illud est certum, nunquam fuisse typis excusum, & apud pauciſſimas reperiri: ego non sine difficultate potui adipisci. Et nihilominùs usq; adeò metuunt sibi Papæ ab isto libello, qui nondum prodiit: ut eum in quatuor Catalogis semper condemnârint. Satis de Dante, quæ fortassis non erât omnibus obvia, ut pauci intelligere potuissent, quid condemnârit Papa, cum illius Monarchiam condemnavit.

Ibidem. *Adrianus* Papa VI. Flandrus, Episcopo *Aprutino*, suo ad Noribergenſia Comitia internuncio formulam actionis dederat, in quâ nonnulla fuerunt non inepta, neque impia: Ajebat enim, se scire, in illa *Rom.* sede aliquot jam annis multa abominanda fuisse, & omnia esse in perversum mutata (sunt verba ex ipsâ formulâ) deinde addebat, non mirum esse, si ægritudo à capite in membra, à summis pontificibus in alios inferiores prælatos descenderit: omnes prælatos Ecclesiasticos declinasse unumquemque in vias suas, nec fuisse unũ qui faceret bonum. *Et* paulò pòst: se omnẽ operam adhibiturum, ut primùm *Rom. Curia* (unde nimirum omne malum processisset) reformetur: ut, sicut inde corruptio in omnes inferiores emanârit: ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium varium & multiplicem.

Internuncius ubi omnia hæc in frequentibus comitiis clarâ voce pronunciasset, ipsam actionis formulam protulit, deditq; Sacri Imperii principibus: ad quam illicò responderunt, se permagnâ lætitiâ affici: quòd tandem unum ex omnibus Papis audiant, qui voluerit fateri, plurimis annis graviter multisque modis peccatum esse Romæ, & inde à Pontificio culmine malorum omnium lucem ad inferiores omnes Ecclesiarum præfectos defluxisse: neminem esse, qui suum faciat munus: aberrasse omnes: & ne unum quidem ex omni numero culpâ vacare: & inprimis illud gratum erat, quòd polliceretur, se velle errores atq; vitia tollere.

Repetierunt (inquam) *Principes* ex instructione verba aliquot, non modò sensum, tam præclaram confessionem gratanter accipientes atq; ex osculantes. Postea addiderunt, multa reverâ gravamina & incommoda nationi *Germanicæ* à Curiâ *Romanâ* illata fuisse (sunt ipsamet Principũ verba) Ad hæc internuncius (ejus quoque verba recitare operæ pretium est) si in aliquibus Germani populi sunt à curiâ Romanâ gravati, illud declarent: nam semper *Apostolica* sedes, quæ est mater pientissima omnium oppressorum, parata erit illos sublevare, ac pro viribus juvare & tueri. Quare *Principes* ab internuncio provocati atq; invitati, centum illa (quæ passim extant) gravamina protulerunt, petieruntque, ut ea *Romam* secum afferret. Contigit hoc anno *Domini* 1522. p. 696.

Cum ergò *Pontifices*, qui *Adriano* succesſerunt, iniquissimo animo tulissent, quòd is in *Actionis* formulâ de Rom. Ecclesia ea, quæ suprà recitavimus, confessus fuerit: quòd per legatum petierit, ut proferrentur gravamina: cumq; nihil minùs cogitent, quàm errores atq; vitia emendare: nihil minùs, quàm oppressam tam indignis modis Germaniam & reliquas provincias sublevare: imò velint in pristinâ tyrannide exercendâ magis, quàm unquã antea perseverare: nunc rejecerunt cum omnem illam Adriani legationem, tum centum illa gravamina inter hæretica scripta: grave supplicium comminantes omnibus, qui illa legerint, aut domi habuerint.

I nunc, & spera emendationem ab *istis Antichristis*. Proh Deũm atq; hominum fidem, quid potuit ab illis fieri insolentius? quid magis tyrannicum? quodq; magis declaret, eos (si totus collabatur orbis) velle pedibus *Germaniam* & totum orbem proterere, atq; in idolomaniarum abominati-

non doceri debuit. Aderat vero ingens cantorum Epicureorum turbe ex aa hominum nota, qui Antichristi sumtibus totos dies helluantur, lurcones, comedones, & fruges consumere nati: hi nescio quid ineptum ac putidum cecinêre, atq; illud est, quod isti pro Dei laudibus putant. O cæcos illos! ô miseros atq; infelices! Vbi isti canendi finem fecissent, Pontifex, sumto aureo malleo, portam illam sanctam aliquoties percussit, quæ illico dejecta ac patefacta est: per quam deinde ingressus, ad aram Petri maximam pervenit. Hæc ille. Qua re inter Papisticas omnes ineptias nihil ineptius, nihilve ridiculum magis fingi vel excogitari potest, præter id, quod tota est conficta atq; commentitia,

Sed audi quæso, frater charissime, ut rem omnem penitus intelligat, hactenus fortasse tibi minimè cognitam. Ipsa peccatorum remissio fide tantum in Jesum Christum comparatur: atq; ita ipsi Apostoli docuere, ita persuasi ac scriptis suis testati sunt, quotquot autores Evangelio constanter adhæserunt: nec totis jam inde à Christo mille & trecentis annis ulla inter Christianos Jubilæi vel portæ sanctæ mentio extitit. Sed Bonifacius Pontifex, homo & ipse impurissimus, primum omnium instituit, ut centesimo quoq; anno Romæ Jubilæus celebraretur: quod postea Clemens Pontifex emendans, quinquagesimo quoq; anno id fieri sanxit.

Successit deinde Sixtus, & Paulus II. qui rem ad vigesimum quintum quemque annum reduxerunt adeo, ut recens natum, & priscæ illi Ecclesiæ plane incognitum id esse institutum, videas. Jam vero ipsa ædes Petri licet portas complures habeat, non tamen omnes ideo patent: sed pars haud ita pridem cemento & calce obturatæ manent. Cum vero ementiti illius Jubilæi tempus adest: accedit Pontifex, & unam aliquam ex obstructis illis malleo aureo percutit, moxq; admotis ferreis vectibus mutus ille dejicitur. Facto itaq; pervio loco, Antichristus ipse primus omnium ingreditur. Post quem quotquot deinde limen illud intraverint, muros ibi & statuas adoraturi, consalutatis præterea nonnullis aliis Divorum templis, ij, cœli ipsius januam sibi tunc patefactam esse, persuasum habent. Decurso deinde omni illius spacio, sancta illa porta denuo obstructa, ipsa quoque remissio peccatorum, ut ipsa cœli janua, occlusa rursus esse, ab insanis istis creditur.

Vide, quam innumeras artes cacodæmones isti machinati sint, ut miseros homines à Dei & Christi fiducia abducant, dum eius in nos misericordiam, charitatem

cum hanc ceremoniarum pompam manib. ipsiusmet Pontificis tractari, spectante ac plaudente universo Cardinalium cœtu, in tanto Episcoporum conventu, illo vestium & reliquorum ornamentorum splendore conspiciunt: externa illa actione, & opionine quadã, quam de istorum sapiẽtia ac sanctimonia (quod eos omnibus circumfluere copiis vident) conceperunt, tanto mentis atq; animi stupore corripiuntur, adeoq; perstringi sibi oculos sinunt, ut in his inanibus nugis & blasphemjis sitam esse peccatorum remissionem ac vitam æternam, putent. Atq; ita à Christo miseri desciscunt, & eius stigmata, sanguinem, cruciatum & mortem insigni contumelia afficiunt.

Verum enim, qui fieri potest, ut in tanto Cardinalium atq; Episcoporum numero, quorum nonnullos sacris literis operam dare, & aliquem etiamnum veritatis gustum habere, fama est, unus saltem aliquis non surgat, qui rem ipsam aperiat, & amentiam atq; impietatem istam coarguat. sed falso ullam veritatis cognitionem illis tribui existimo. Neq; enim, si id verum esset, adeo obmutescerent, etiamsi, de capite ac vita, nedum de galero vel mitra agi, intelligerent. Sed perpendite illud etiam quæso. Nisi pontifex malleo aureo portam prior feriret, ni prior per rupturam illam ingrederetur, & ni post illum etiam intraret multitudo, nulla hic peccatorum remissio foret.

Id vero unde habent? Apud quem Evangelistarum, vel in qua tandem canonicarum Epistolarum parte ista legerunt? Aut, quoniam in his standum esse Evangelio minime putant, age proferant mihi ex Patribus aliquem, qui hanc ludicram artem exercuerit unquam. Aut probent saltem, ex Concilii alicujus decreto ceremoniam hanc emanasse. Deniq;, quoniam adeo obstinate affirmant, esse traditiones quasdam in Ecclesia, quæ usu & moribus receptæ, scripto nullo comprehensæ sint, quasq; non minore religione, quam ipsum adeo Evangelium, observari oporteat: Age, ubi didicerunt, fuisse hanc in Ecclesia consuetudinem, ut malleo aureo feriatur porta, ut primus omnium Pontifex ingrediatur, deinde quicunq; frui Jubelæo, & veniam peccatorum consequi cupiunt.

Ego vero affirmo vobis, illos nunc nuper eam sibi somniasse: & ea ceremonia superiores Pontifices usos fuisse, nusquam, ne quidem in ipsorumet libris scriptum inveniri. Cæterum eius usum invehere nunc in Ecclesiam, & modis omnibus tueri ac defendere vestrates conantur, ut nugis istis ac detrimentis, quoad ipsi poterunt, invol-

P. 700

sumserimus, abi & lege Levit. 25. cap. Ibi enim reperies. *Egregia scilicet responsio.* Audite vero, audite (inquam) ipsius Iubilæi Iudaici fundamentum & originem.

Dominus, ut liberationem illam, quam Christus electis omnibus allaturus erat, figura quadam nobis adumbraret, dixit, ut quinquagesimo quoq; anno libertas & debitorum omnium condonatio clangóre tubæ proclamaretur. Hæc figura tandem adimpleta fuit. *Et* Christus ideo se venisse ait, ut verum uobis Jubilæum impartiret. Quin etiam *Paulus*, tempus acceptabile illum nominat. *At* isti belli Pharisæi adimpleras jam olim figuras, atque adeo Iudaismum ipsum rursus instaurare cupiunt, eadem ratione & sacrificia taurorum & hircorum mox revocaturi. *O* infamiam, ó ignominiam singularem, quam isti his *Evangelji* & gratiæ temporibus inferunt.

Sed demus, quod fieri nullo modo potest, figuras Judaicas etiam hodie recte usurpari posse, nunquid Judæi unquam vel portam obstruxerunt, quam malleo aureo ferreoúe postea aperirent vel istiusmodi ceremonjis usi sunt? nequaquam sane. Merito itaque hæc omnia inventa vel deliramenta potius *Antichristorum* nostri seculi censenda sunt: non sane in alium finem excogitata, quam ut Christum prorsus ex hominum oculis tollant, & suo illum honore spolient.

Ipse enim peccata semel omnia, præterita, præsentia, atque etiam futura, electis suis condonavit: cum semel malleo isto atrocissimo, & clavis illis amarissimis cruci affixus fuisset, latus & cor ipsum transverberandum obtulisset, sanguinem, quantus in illo fuerat, effudisset: deniq; nullo non ludibrii & contumeliæ genere affectus, horrores & cruciatus mortis omnes pertulisset. *At* filius iste perditus, instar tyranni sella inaurata sedendo gestari solitus, cum illo horribili tympanorum & tormentorum strepitu, vigesimo quinto quoq; anno semel tantum peccatorum concedi remissionem, vult: idq; effracta prius malleo aureo porta, quæ muro antea obstructa fuerat, dejectoq; ac dissipato in terram cæmento & calce omni.

Sed quoniam in mentionem calcis incidi, audito insignem improbitatem. Cum murus tartareæ illius portæ (neq; enim fas est aliter nominare, præsertim quibus jam veritas innotuit) dejectus fuisse: accurrens statim misera plebs, virorum (inquam) & mulierum confusa multitudo, fragmenta illa calcis & cæmentorum colligebat tanta anxietate & solicitudine, ut nihil supra, quæ Xylino pulchre involuta, velut rem sacram asservarent, colloq; appenderent, nivebat scilicet. imo cum errorem istorum & manifestam idololatriam cerneret gaudebat ipse in sinu, & una cum satrapis suis leniter arridebat.

Obsecro, nisi hic revera *Antichristus* esset, nunquid ad miseros illos ita clamasset? ut quid inepti calcem illam legitis? sinite, sinite, edico, nec spem ultra in his reponite. *Sed* non est è re istorum, ut homines à superstitiónibus & falso cultu revocentur: quibus ceu fundamento aliquo ipsorum regnum nititur, fulcitur, ac sustinetur. Eant nunc, & *Romam* magistram atque exemplar reliquarum omnium *Ecclesiarum* vocirent: unde veræ religionis, doctrinæ, pietatis modestiæ, frugalitatis, charitatis, exempla peti debeant. Facile enim hic videtis, que doctrina, quæ pietatis & quæ virtus ex magnificentissimarum istiusmodi coronationum, pomparum, effusissimorum sumptuum, ceremoniæ illius in aperienda Jubilei porta, idololatriæ, & tot deniq; blasphemiarum contemplatione, ad nos redire possit.

Quid, quod autor Epistolæ affirmabat, ibi religionem magnificentiæ conjunctam fuisse? Ubinam est illa religio? Annon vobis recte prædixisse video, fore, ut eius ne scintilla quidem appareret? Concludamus igitur ex his ipsis rebus, quæ de Pontifice vulgo leguntur, quæq; ab illius aulicis, atque adeo ab ipsomet, literarum monumentis sunt prodita (non id quidem sine *Dei* opt. max. nutu, ac singulari providentia: ut suapte voce ipsi se traducant, & non minus doctrinam, quam suos ipsorum mores omnibus prodant) illam rem quandam pessimi exempli, ac Christo prorsus contrariam esse: nec certiore, vel proprio magis vocabulo exprimi posse, quam quo ego jam sæpius illum nominavi, nempe Antichristi.

At quoniam involucris simulationum, & externo atq; specioso illo cultu adhuc tegitur, ut illum internoscere non sit mediocris ingenii: possetq; sua illa hypocrisi & vafricie aliquandiu adhuc excurrere, atq; ita incautos forte opprimere, nisi *Dominus* assidue præsidio nobis esse velit: ad ipsam orationem confugiendum est. Exorandus nobis est cœlestis ille pater, qui radiis Spiritus sui ac lumine Evangelii detegere, manifestare, ferireq; istum jam cœpit, ut plena manu, affatimq; Solem & lumen effundat suum: & feram illam atque immanem beluam miseris illis, quib. nondum est cognita, patefaciat, atq; indicet, & tandem conficiat exterminetq;, in laudem & gloriam nominis sui, per Christum Dominum nostrum, *Amen.*

Ex

rum S. S. Romanæ Ecclesiæ lib. 3. atq; ex eo capite, quod est in primo libro, ubi agitur de coronatione Rom. Pont.

Electus Pontifex paratus, cruce præcedente, progreditur ad *S.* Petrum, Diaconis Cardinalibus hinc & inde fimbrias pluvialis sustinentibus, caudam autem pluvialis portabit nobilior laicus, qui erit in Curia, etiamsi esset *Imperator* aut *Rex*. Supra eum octo nobiles seu oratores portant baldachinum, postea sedens in sede sibi parata, recipit omnes Cardinales & alios Prælatos cum suis cappis ad reverentiam, Cardinales ad manus sub auriphrygio, Prælatos ad pedis osculum.

Et paulo post: Ante *Pontificem* Minister ceremoniarum præcedit cum duabus arundinibus super alteram stuppam, super alteram candelam ardentem portans: & cum Pontifex capellam S. Gregorii exierit, Ceremoniarius ad eum conversus, ignem stuppæ immittit, & genu flexo dicit: Pater sancte, sic transit gloria mundi: quod tertio facit.

Et paulò post: Ungitur caput Pontificis, deinde manus, & tum imponitur ei annulus, & demum datur ei liber Evangeliorum & ducitur ante altare, & de manu prioris Diaconorum accipit pallium, de corpore & alteri beati Petri sumtum, ut inferius dicemus.

Inferius vero, nempe in capite quinto ejusdem primi libri, hæc de pallio illo habentur: Cura conficiendorum palliorum ad *Subdiaconos* pertinet, qui ex lana munda & alba illa hoc pacto conficiunt. Moniales monasterii S. *Agnetis* offerunt quotannis agnos duos albos super altare illius Ecclesiæ in die festivitatis sanctæ Agnetis, dum cantatur *Agnus Dei*: qui agni recipiuntur à duobus canonicis Ecclesiæ Lateranensis, & ab eis consignantur *Subdiaconis*, qui agnos ipsos in pascua mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipsos, ex his agnis lana tondetur, quæ mixta cum alia lana alba reducitur in filium, ex quo pallia hujusmodi contexuntur, postea ponuntur super cadavera Petri & Pauli, ubi sanctis de more vigiliis, illa per noctem demittunt.

Usus autem palli hujusmodi antiquissimus est, & à Lino Pontifice, Petri *Apostoli* immediate successore originem habuit. *Nec* pudet eos mendaciorum & ineptiarum, & adhuc audent appellare hæreticos, imo exurere eos, qui illos superstitiosos appellant. Fac Domine, ut aperiantur oculi eorum.

Non mœchaberis? Dilectus filius etiam vetuit in novo instrumento, repetijt. n. idem verbum, non mœchaberis Matth. 5. Deinde Apostolus Corinthijs inquit: Nolite errare, Scortatores & adulteri non possidebunt regnum Dei, Corint. 1. c. 6. & ad Ephes. 5. Fornicatio & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis. Deinde quis nescit, in Epistola ad Heb. c. 1. 3. illum minitatum fuisse cum pœnas æternas, tum in hac vita, cum dixit: Fornicatores & adulteros judicabit Deus? Quare prohibitio fornicationis est sine ulla controversia de jure divino, nec potest aut negari, aut ulla glossa evitarii.

Cum ergo pertineret ad eum, qui se vicarium Christi jactat, divinas institutiones & præcepta integre custodire aliisque præbere custodiendas: noster Papa eas aperte conculcat. Persuasit enim sibi, se posse in suo regno tolerare, quod apertissime jure divino vetitum & condemnatum est. Proh quanta hic arrogantia, ut, cum significantissimis verbis tota divinitas fornicationem prohibuerit: Papa audeat eam ferre inter suos. *An* non est ipsissimus *Antichristus*? Fert enim, tanquam minime esset peccatum, publica lupanaria (salvo honore) ubicunq; dominatur, sed *Romæ* præsertim, quam hypocritæ ajunt esse magistram & caput totius Christianissimi. Hoc vero præclarum caput, & egregia magistra alit *Romæ* singulis annis XL. aut L. meretricum millia, quæ à *Papis* defenduntur. Exigunt enim annuum tributum ex earum abominabili labore, & scelere.

Quanto autem major est ipsarum numerus, tanto plus emolumenti redit ad suam sanctitatem (ô sanctitatem nec tributum tamen soluunt omnes æqualiter, sed pro modo negotiationis, & frequentiæ: quæ sunt trivialia & sordida scorta, binos duntaxat coronatos soluunt quotannis. *Credi*derim, hoc illud esse, quod scriptum est in Apocalypsi: quod reges eum defendendum fuissent susceperi, ubi bibissent ex vino fornicationis *Romanæ* meretricis, hoc est, ubi participassent de eius quæstu & turpissima mercede sanguinis: *Sophisticentur* modo, quantum voluerint. Ranæ atque theologastri, qui nugantur, posse hoc tolerari a suo *Papa*, propter majus malum evitandum (sic enim ajunt) quæ est humanæ prudentiæ glossa, atq; carnis.

Revera enim, qui id tolerat, contra jus divinum apertissime facit; quasi vero ignorarit Pater cœlestis, ignorarit *Filius*, ignorarit *Spiritus* sanctus, cum fornicationem prohibuerit, quod majora mala essent subsecutura: si quis vero non noluerit, conti-

tota illa Germaniæ pars, quæ sincerum Evangelium complexa est, exterminavit ex suis civitatibus hanc turpitudinem atque tolerantiam, cum priùs fuisset ubiq; grassata. In summâ verissimum est, quod suprà dixi, solenne & peculiare Papatum esse, ut sese efferant supra omnem divinitatem, quod etiam in Apocalypsi legitur.

p. 702. *Ibidem.* Legatus Gallicus idem egerat privatim cum Pontano, Melanchthone, Landgravio, & Jacobo Sturmio, de multis dogmatis, & quæ Regis esset de singulis opinio, quæ Theologorum sententia, per Galliam, Lutetiæ præsertim, explicabat, de primatu Pontificis, de cœna Domini, de Missa, de mortuorum invocatione, de statutis, de libero arbitrio, de purgatorio, de justificatione, de votis monasticis, de cœlibatu sacerdotum.

Dicebat, in plerisq; Regem nõ esse alienum à libro Philippi, quo locos ille tractat communes theologicos: de pontifice verò placere dicebat regi, non esse primum neque præcipuum jure divino, sed humano, sicut Philippus affirmet: sed Angliæ regẽ utrumq; negare: & sanè pontificem sibi arrogare nimiam potestatẽ, dum reges atq; Cæsares in ordinem pro suo arbitratu redigit: quod quidem exemplum nunc etiam in Britanniæ regem statuere cogitet, quantumvis & rex & pleriq; Cardinales intercedant: theologos quidem affirmare, caput illum esse ecclesiæ, jure divino, sed tamen poscenti regi nõ illud potuisse demonstrare: vulgatam quoq; de purgatorio ignẽ opinionem ab eis defendi. Nam ex eo fonte manare missam, exequias, anniversarias, legata, & quicquid est nundinationis. Missa verò sublata, rationem ipsis omnem auferri tuendæ potentiæ suæ, ac veluti nervos incidi sanguinis atq; vitæ: cumq; Rex illis aliquot esset largitus menses, intra quos de purgatorio sententiam scripturâ docerent, hoc demum respondisse: adversariis non esse porrigenda tela, quæ post retorqueant.

Ad vota monastica quod attinet, Regem putare, posse hoc à Pontifice impetrari, ne qui juvenes ante maturam ætatem illi vitæ generi devinciantur, utq; liceat illis, cum videbitur, ab eo discere, & contrahere matrimonium: ut autem ejusmodi collegia diruantur, Regi non videri consultum, sed educandam esse tibi potiùs juventutem ad literas atq; pietatem: theologos etiam urgere cœlibatum sacerdotum: sed regem hanc veluti mediam inveniisse viam, ut, qui jam sunt in matrimonio, permaneant, reliquis autem non liceat uxorem ducere, illo tempore sacerdotes contraxisse matrimonium, sed antequàm in ordinem sacerdotum allegerentur, uxores habuisse, non ipsos diffiteri.

De cœnâ Domini integra percipienda, vel quòd ajunt, sub utraq; specie, sermonẽ fuisse Regi cum Clemente VII. sperare etiã, ab hoc impetrari posse pontifice, ut facto decreto liberum permittat usum ejus rei pro cujusq; conscientiâ: Regem hoc propterea dicere, patrum memoriâ distributã fuisse per Galliam quibuslibet integram cœnam, non quidem in medio templo, sed in sacellis: hoc illum à nonnullis accepisse grandi ætate, qui ritum illum in Galliis confirment ante centum & viginti annos: deinde Galliæ regibus administrari totam & cum inter disputandum, theologis hoc ipsum Rex objicit, illos respondere: unctos esse reges æquè ac sacerdotes, & scripturam loqui de sacerdotio regali: quod autem regibus liceat, non item esse permittendum aliis.

In precationibus etiam illis quotidianis & familiaribus ordinis sacerdotum, agnoscere regem multâ posse resecari, quædam etiam esse prorsus tollenda: Clementem VII. quoq; ejus rei curâm demandasse Cardinali Cruceio Hispano, cujus nunc extet liber, quem theologi Parienses, ut hæreticum, damnaverint. Nam esse genus hominum, quod non modo Germanos, ut impios & malè sentientes de religione, condẽnet; sed ipsos quoq; Cardinales atq; pontificẽ, si res ita ferat: cum verò negotium hoc omne sit cumprimis arduum: Regem in hoc esse totum, ut Ecclesiæ pax & concordia restituatur: se quoq; cum Bavariæ principi, eâ de re sermonem contulisse, qui sibi multò sint visi duriores Parisinis: tametsi quidam illorum consiliarius postea dixerit, factos esse mitiores, quod ipsum etiam Julius Pflagius de Georgiæ Saxoniæ principe, deq; Moguntino sibi confirmaverit.

Regem itaq; sic existimare, conferenda esse omninò consilia. Pergratum autem ei futurum, si, priusquàm conveniatur, aliquot è præcipuis ipsorum theologis, pauci tamen, in Galliam mittantur, qui cum Lutetianis conferant: ad ejusmodi colloquiũ Regem esse delecturũ aliquot præfractos & acres, & his additurum esse quosdam non alienos à puriore doctrinâ, quò per hanc rationẽ veritas patefieri possit, & elici.

Ibidem. Vester Papa primo (quo est electus) anno deinde septimo quoq; solet cõsecrare (ut dicitis) quasdam formas cereas, quæ vulgo appellantur Agnus Dei: omittamus nunc inanissimas atq; blasphemas,

ſamo, ut magiam dixeris: ubi incipit orare, in hunc modum orat: Benedicas & benedictus ſanctifices, quatenus ipſorum Agnus Dei veneratione & honore nobis famulis tuis crimina diluantur, abſtergantur maculæ peccatorum, impetrentur veniæ, gratiæ conferantur.

Quale videtur hoc principium, domine Legate? Ergò veſter Papa credit, ex veneratione & honore neſcio cujus ceræ, poſſe diluicrimina, abſtergi peccatorum maculas, impetrari veniam, gratiam conferri? Quænám erit blaſphemia, ſi hæc non eſt? cur hoc non tollit? imò cur non projicit cũ ſtomacho? Sed dicam ampliùs. Pauló pòſt in hunc modum pergit orare: Has cereas formas innocentiſſimi Agni imagine figuratas benedicere digneris, ut per ejꝰ tactum & viſum fideles invitentur ad laudes. Audit veſtra dominatio, quòd per tactum & viſu m cerearum formarum fideles commoveantur invitenturq; ad laudes? numné aniculæ præſtigiatrices ſolent dicere, ut quis hoc vel illud portet in ſinu, ſi velit à quibusdam periculis præſervari? Papa autem, quem vos ſemideũ proclamatis, imò diſertè adoratis pro Deo, anicularum magiam & ſtulticiam imitatur, cur hanc quoquen on tollit? cur ſuo ore in cœtu Cardinalium pronunciat? Eſtné hæc ſincera do-
p. 703. ctrina? ſed audiamus tertium locum horribiliorem: pergit enim in eadem ceremoniâ orando, atq; inquit: Quemadmodum ille Agnus innocens tuâ voluntate immolatus in arâ crucis, Jeſus Chriſtus filius, nos de diabolicâ poteſtate eripuit: ſic iſti Agni immaculati virtutem illam accipiant. Jeſu, Jeſu, Jeſu, quid poteſt excogitari enormius! quàm quòd veſter Papa, quem tanti facitis, pronunciet ipſemet & oret, ut cera (neſcio quæ) uncta atq; incantata, eãdem accipiat virtutem, quam habuit ſanguis filii Dei! quis non exhorreat cum hoc audit? Cur hoc non tollit, inquàm, imò cur totum librum, in quo ſunt ſcripta, non lacerat, & pedibus proterit? cur ait, ſe velle mores per Concilium emendare, & interim iſta blaſphemiſſima retinere? quid poteſtis hîc dicere, domine Lagate? defendite, defendite, ſi poteſtis: urſi autem hæc loca quàm potui maximè.

Legatus tacuit, atq; humeros contrahebat: tantùm petebat, unde hæc habuiſſem, Reſpondi: ſervari diligentiſſimè, tanquã theſaurum quendam à Sacriſtâ Papæ librum, qui hæc & alia horribilia continet, ab ipſo diabolo dictata, quæ vir pius non poſſit legere ſine maximo horrore. Imò preſſum autem eſſe Venetiis & Coloniæ quæ contineantur in ipsâ hiſtoriâ B. blicâ, obtruduntur credendæ & vorandæ miſero popello, atq; in ſiccum vitesq; convertendæ aliquot fabellæ, deſcriptæ de verbo ad verbũ ex libro *Metamorphoſeos*, atq; ubi etiam turpiſſima quædam atq; obſcœniſſima recitãtur omninò deditâ operâ, ut mores ipſius populi corrumpantur. Exempli gratiâ Narratur illic, Cainum fuiſſe inventorẽ præpoſteræ Veneris, ſalvo honore, & rẽ habuiſſe cum filio. Cum enim odio haberet genus humanum filios noluiſſe ampliùs procreare, imò aliquid adhuc turpius (vide quid dicam) illic invenies quod animus abhorret referre.

Nicolaus Ammdorff. Vir nobilis.

Nicolaus Amsdorffius Naumburgenſis, Eccleſiæ Thoringicæ antiſtes & epiſcopus, verusq; vir Dei, paucis ante hæc tempora menſibus, ex arcanâ & myſteriorum plenâ D. Joannis apocalypſi, locum decimi capitis admodum illuſtrem præclarè explicuit & tanquam cygneam cantionem, præcipuis orbis terrarum principibus, diligenter cogitandam, ipſe, ut ſenio confectiſſimus, brevi ad ſanctorum Dei concivium æternam conſvetudinem ex hoc impio ſeculo abiturus, reliquit. Duas omninò (inquit) non ſolùm in hoc mundo eccleſias eſſe affirmamus, quarum una Cainica malignantium ac veri Dei contemtorum: altera verò pii & ſancti Abelis, Chriſtianorum videlicet Eccleſia appellari poſſit, eorum nimirùm, qui verum Deum fatentur, trinũ illum ac unum, quem patrem, filium ac Spiritum ſanctum nominamus.

Sed in hoc ipſo Chriſtianorum eccleſiaſtico cœtu (qui ſanctam & individuam Trinitatem ore profitetur, & æterno filio Dei, Domino noſtro Jeſu Chriſto nomẽ dedit) omnino duplicẽ etiã eccleſ. eſſe, ex hoc ipſo ſuprà memorati Ioañis loco oſtẽdem. Habet autem is hæc myſteriis plena verba:

Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi: ſurge & metire templũ Dei, & altare, & adorantes in eo: atrium autem, quod eſt foris templum, ejice forás, & ne mutiaris illud. Vaticinium id eſt, & memorabilis prophetia Angeli prædicentis, verè in Chriſtianorum cœtu duas fore eccleſias, unam videlicet Templum DEI pulchrè dimenſum, & ad perfectiſſimam elegantiſſimæ harmoniæ ſymmetriam decenter inſtitutum: & interius quoddam atrium, quod foras ejiciendum ſit.

Templum Dei elegantiſſimè dimenſum ſeu menſuratum, eſt illa eccleſia, quæ extera ritis ceremoniis, traditionib. legib. & decre-

Pontificum, Cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, & breviter ipsius Antichristi ecclesia est, decretorum & legum chiliadibus ita in certum ordinem redacta & ita certo & firmiter fundata: ut necesse sit, has ceremonias externas omniuò & irremissibiliter observare, facere & præstare: quemadmodum videmus strictissimè eas servari in monasteriis, & ad hoc ipsum fundatis canonicorum tot amplissimis, tamq; splendidè dolatis collegiis, quæ in hoc solum & unum condita sunt, ut Missam ornent, & ejusdem adeo multiplices & varias ceremonias celebrent atq; illustrent, tot nimirum campanarum & nolarum perpetua ferè agitatione, motu ac pulsu: tot Cymbalorum & canticorum tamq; diversarum lectionum crebra repetitione, organorumq; & fistularum concentu: tot Missarum & exequiarum pro vivis simul atque mortuis incessabili iteratione: vestium ité & ciborum alteratione ac vicissitudine: tam mirabili cucullorum varietate: Rasurâ item, & variarum insuper rerum (olei nimirum, salis, aquarum, candelarum, cereorum, ignis, petasonum, placentarum, ovorum, herbarum, olerum, & aromatum) in certos dies per totius anni tempora distributa benedictione & consecratione: quibus ex ceremoniis, ritib⁹ ac pompis omnibus (quales Elementa mundi Paulus ad Galatas 4. vocat) constat, in quibus consistit item vivit & floret, in quibus tota versatur, aliud nihil agens ac faciens Rom. Ecclesia, quàm quid, & quomodo canendum, legendum, comedendum, & quib. vel hîc vel alibi, vel hoc vel alio tempore vestib. utendum sit: quæ omnia Papa in suis tra-
p. 704. ditionib. decretis, constitutionibus, & legibus tam strenuè & severè, tamq; strictè præcepit observanda: ut gladio etiam & excommunicatione eorum prævaricatoribus interminatus sit gratissime: & prævaricatores, aut qui aliquid saltem adversus tot ordinationum plaustra mutire ausint, hæreticos illicò pronuncier & igne comburendos statuat: ob hanc videlicet solam & unam causam, quòd ejusmodi Junonium Antichristi fœtum, tot ceremonias, & ecclesiasticas pompas non curent, nec observent: quas ille verissimus perditionis filius contra apertissimum verbum, contra præceptum & mendatum Dei, in Ecclesiâ adeò superbe instituit & observandas sanxit.

Christus enim luculentis verbis Luc. 17. inquit: Non venire regnum Dei, hoc est, ecclesiam Christi, cum observatione, id est externis ritibus: Ecce enim, Regnum Dei (inquit) intra vos est. Et Paulus Rom. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed justitia & pax & gaudium in Spiritu sancto, ecclesia sive Christianismus non in canendo, legendo, bibendo, edendo aut vestiendo se sic vel aliter, sed in verâ fide & verâ dilectione consistit. Quandoquidem autem pontificia Ecclesia talibus humano judicio excogitatis ceremoniis, sine verbo aut mãdato Dei, constituta, fundata & ita mensurata est: quàm diu nimirum, quoties, quomodo, & quando Missandum, legendum, comedendumq;, & quibus vestibus, aut gestibus etiam vel hîc vel alibi utendum sit: certum est, eam ipsam esse templum illud mensuratum, de quo inquit textus hic, Mensurare templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

Hæc prima est ecclesia, de quâ Angelus loquitur, in quâ omnia oportet certis legibus, & ritibus esse mensurata & dimensa: templa videlicet, missas, altaria personas, vestes. Et horum quodq; habet certas suas, ac dimensas traditiones, leges & constitutiones externas, quo videlicet ritu unumquodq; horum sumendum, & tractandum sit. Itaq; hæc Ecclesia veræ ecclesiæ tantùm larua est, pulchris coloribus fucata, ornata & illustrata: cujus ceremoniæ in magna sunt hominum opinione & existimatione, & in quâ preciosis vestibus canuntur Missæ, & leguntur horæ cæteræ, quas dicunt idcirco etiam canonicas, id est, ad certam regulam factas, & certis legibus dimensas.

De hujus Ecclesiæ ministris luculenter Oseas Propheta vaticinatus est, ubi dicit capite septimo: Ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus, id est, templis suis, in quibus quasi dormiturientes plorant veriùs, quàm canunt. Super triticum & vinum ruminabant, recesserunt à me, quod idem est, ac si diceret vir Dei: Missarum servi, canonici & sacrificuli pontificii chorum ingrediuntur, canunt, & missas legunt, bini item ac bini habita inambulatione procedunt, & crucibus circumeunt, propter solum & unum sanctum denarium, irritantes magis insuper magisque iram Dei, ut is ad pœnam festinare & supplicium accelerare cogatur. Quæcunq; enim faciunt, ea avaritiæ causa faciunt, sine ullo verbo ac mandato Dei, tantùm ut hoc quasi fuco præsentem suum statum tueantur, & eas dignitates ac dominationes, quas habent, possint diutissimè salvas & incolumes conservare & retinere.

Altera Ecclesia, de qua hic Angelus vaticinatur, ubi inquit: Atrium autem, quod est foris templum, ejice foràs, & ne metiaris illud: vera est. & ipsissima Domini nostri JESU CHRISTI Ecclesia, quæ à

Eam inquam Ecclesiam (ait angelus ad Joannem) ne metiaris. Christi enim Ecclesia nullis humano ingenio excogitatis traditionibus, aut legibus mensurari, aut ordinari debet. Nam ab ipsomet dilectissimo Domino nostro JESU Christo ita mensurata, fundata, ac instituta est, qualis ad diem ultimi & universalis judicii usq; esse & manere debet.

Idcircò neq; homo neque angelus quispiam aliter, vel meliùs instituere debet, sed ut eam esse & manere sinamus necesse est, qualem Christus Dominus ac Salvator noster ordinavit, instituit ac fundavit. Præclarè enim est & sufficientissimè doctrina simul & ceremoniis, per ipsos Apostolos, juxta Christi præscriptum ordinata, & in eam harmoniam ac seriem redacta, quâ nec melior nec convenientior excogitari potest. Demosthenes enim & Cicero, Jurisperiti & Rhetores longè inferiores sunt, quàm ut Christi fundationem & ordinationem, vel mutandi vel emendandi sibi potestatem sumere debeant, aut possint. Imò tacere hi debent, & alium divinitus missum audire: manum ori imponere debent, & cum Saulo humillimè dicere: Domine, quid vis ut faciam?

Hæc Ecclesia, Dei regnum est, aut regnum cœlorum, vera Ecclesia Christiana, quæ consistit in verâ fide, & non fucatâ dilectione. Ubi itaq; vera fides est, & vera dilectio Dei ac proximi: ibi regnum Dei est, & regnum cœlorum, & vera Christi Ecclesia. Veram autem fidem, veramque dilectionem nemo habere potest, nisi per verbum & prædicationem Evangelii: Id enim solum & unum, ac præterea nihil in terris veram fidem, veramque dilectionem docet. Utrumque enim, fides nimirum ac dilectio à Spiritu sancto per verbum in corda nostra infunditur,

p. 705. Ubi itaq; verbum Dei docetur & vox Evangelii sonat, ibi ferè etiam sunt fides & dilectio: Verbum Dei enim (ut Esaias inquit cap. 55.) non redibit ad Deum authoré vacuum. Ubi verò fides & dilectio sunt: ibi vera Dei Ecclesia vere est quæ à Papistis ejicitur: Ubi autem verbum Dei non docetur purè; ibi nec ecclesia, nec fides, nec dilectio ulla est: nam sine verbo Dei nō potest esse ulla fides: & quemadmodum fides verbum Dei; ita è converso verbum Dei fidem requirit. Quemadmodum enim fides sine verbo falsa est, & tantùm impostura: ita verbum sine fide hypocrisis est, & mera idololatria. Conjungi igitur hæc duo debent, quandoquidem alterutrum sine altero constare non potest.

quit: Regnum cœlorum non venire cum observatione, id est, externis ritibus, sed intra vos est, inquit: hoc est, Ecclesia Christi in eo tantum consistit, & circa id solum versatur, quid in cordibus geramus, nempe ut rectè fidamus, & rectè diligamus. Nolas siquidem, & campanas, & cymbala pulsare, vespertinas preces canere, Missas legere, & funebres Nænias plorare, non sunt Christi Ecclesiæ sacrificia & opera: sed Deo fidere, & Deum diligere, hæc sunt vera sacrificia Christianæ Ecclesiæ. Sicut Christus Dominus noster Matth. 7. inquit: Non omnes qui dicent mihi, Domine Domine, intrabunt regnum cœlorum, sed qui fecerint voluntatē patris mei, qui in coelis est.

Patris autem voluntas non est, Missas dicere, mortuorum exequias celebrare, vesperas cantillare, circuitus & alias fastuosas inambulationes, & pueriles ceremonias servare: quæ omnia Deus nec mandavit nec præcepit; sed Deo fidere, Deo credere, Deum invocare & toto corde diligere; hæc enim diligenter & seriò Deus mandavit & præcepit. Nam & pii missas celebrare, & vespertinas preces murmurare possunt. Sed Deum diligere, & vere timere, nec ullus impius aut falsus Christianus ullus potest. Et quin multa de ineptis & insulsissimis ceremoniis dicimus? quæ corda occupant & homines procul à verbo Dei abducunt, fidemq; totaliter extinguunt: cum & Paulus clarissimis verbis dicat; Regnum Dei non consistere in sermone, aut multitudine verborum, ut videlicet multa quis de Deo possit loqui: sed in virtute, hoc est, fide & dilectione.

De Deo enim, & verbo Dei multa dicere persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, & falsi & personati Christiani possunt: præsertim levissimum vulgus jurisperitorum, oratorum, & Rhetorum. Sed Deo & soli verbo ejus verè assentiri, credere, & plenissimam habere fidem, & Deum super omnia diligere, & proximū sicut semetipsum nemo facere potest, nisi Christianus. In his operibus, & virtutibus consistit Christiana ecclesia & totum regnum Dei, non in externis ceremoniis, & pompis, sic nimirum vel aliter psallendo, legendo, comedendo, loquendo & sesé vestiendo, quæ omnia à superstitiosis Judæis orta sunt, & nunc denuò instituta sine verbo, & mandato, aut præcepto Dei.

Quapropter afflicta & misera, projecta & ejecta ecclesia nihil aliud facit aut facere præsumit, nisi ut verbum Dei sedulo doceat, & sacramenta à domino suo JESV Christo instituta fideliter dispenset, & for-

cepit, Baptismum nimirum, & cœnam Domini, hoc est communionem populi: quib⁹ sine spectaculis sine Ecclesiasticis pompis Deum laudare, eiq; gratias agere, & ejus beneficia ac miracula celebrare & omnib. hominibus patefacere & annuciare debemus. Hæc Ecclesia ad suam Doctrinam & suas ceremonias nec urget, nec cogit quēquam; sed concionando, sed hortando & monendo, ad accipiendam eam veram & salutarem doctrinam, invitat & allicit omnes: liberum interim cuiq; relinquens, acciperéne eam velit, secusne.

Non interminatur cuiquam exilia, aut mortes. Qui recipere eam nō vult, eum suis moribus & propriæ contumaciæ relinquit ac ab eo discedit, & pulverem de pedibus suis excutit, ut Christus dominus noster luculenter mandavit ac præcepit. *Alios autem, qui doctrinam receperunt, & Christi nomen profitentur*, Christianiq; esse, & haberi volunt, & nihilominùs tamen peccant: (inquam) monet, hortatur, reprehendit & castigat, & ad conversionem vitæ, morumque emendationem invitat. Non obtemperantes excommunicat, ut pudefacti pœnitentiam agant. Quòd verò quenquam in exilium pelleret aut occideret, id nec facit, nec ab exordio sui ad hæc usq; tempora fecit, nec ullo faciet tempore deinceps nunquam, quemadmodum non solùm Christi Domini ac salvatoris nostri verbum, & super eâ re datum responsum ac receptum; sed sanctorum etiam Apostolorum cum facta, tum exempla copiosè testantur, & apertissimè ostendunt.

Christianæ itaq; Ecclesiæ nec integrum nec liberum est, quenquam in exilium pellere, aut trucidare; sed ad mensuratam, personatamq; Romanam & papisticam *Antichristi* Ecclesiam solum pertinet, ut talia faciat aut designet, quemadmodum & facit, & fecit hactenus, adversus apertissimum verbum, mandatum & præceptum domini nostri JESU Christi. Quēadmodum enim Judæi, propter oblationes & ceremonias suas non adungvem cultas aut observatas, veros Christianos trucidāt; & tanquam catharmata mundi crudelissimè interficiunt ac mactant, quemadmodū in Husitis, & *Lutheranis* prolixè & cum summo ipsorum dedecore ostenderunt. Vera autem Ecclesia nec ex illo damnat, nec mactat nec trucidat propter doctrinā aut religionē quenquam. Quid enim ad Ecclesiā hi qui foris sunt, & in Ecclesiâ verâ esse non volunt?

Quòd verò *Angelus* porrò inquit, Atrium illud interius, hoc est, veram Christi Ecclesiam datam esse gentibus, idem est ac si diceret, veram Ecclesiam à Judæis pervecta facta sunt. Sic Romana Ecclesia non vera amplius Christi Ecclesia est, siquidem & ipsa à verbo & fide, sicut Judæi fecerunt, procul discessit, & facta est templum mensuratum ac dimensum, quod meris ceremoniis constat, & meris ex traditionibus consutum & consarcinatum est. Lutherani verò, qui verbum Dei, & fidem in Christū, unicum mediatorem & liberatorem habēt, vera Jesu Christi Ecclesia sunt, qui à mensurata & personatâ Ecclesiâ Romanâ ejecti, repudiati, & damnati sunt. Quod ipsum per Judæorum lapsum, & Gentium ad veri Dei cognitionem ingressum, ita præfiguratum & adumbratum fuit: siquidem omnia Judæorum acta (ut S. Paulus inquit) figuræ fuerunt & umbræ earum rerum, quæ in Ecclesiâ Christianâ futuræ erant.

Hæc vera, & genuina Angeli sententiâ est, ubi ad Joannem ait: Interius atrium templi ne metiaris, quoniam datum est gentibus. Christiana enim Ecclesia humano judicio nec mensurari, nec concludi debet. Eam enim Christus Dominus noster solus, ipse verbo, mādato, ac præcepto suo mensuravit, & veris sufficientibus limitib⁹ circumscripsit. Sed Papæ personata Ecclesia, veræ Ecclesiæ expultrix & ejectrix, externis ceremoniis & pompis humano judicio excogitatis, quas à Judæis & gentibus mutuantur, circumscribi, mensurari, & ornari debet, juxta verbum Angeli dicentis: Surge & metire Templum Dei & altare: sed interius atrium ejice foras. Hoc totū vaticinium Roma præclarè implevit: fecit omnipotens ac æternus Deus, pater Domini nostri Jesu Christi, ut reliqua etiam, quæ in hoc ipso textu sequuntur, omnia eodem modo fiant, & adimpleantur citò. Amen, Amen. Imp. Car. 5. Papa Paulo 4.

Prodigiosum scelus. 1556.

Anno 1556. stupenda hæc accidit historia. Prægnans quædā mulier prope Monasteriam urbem in pagum quendam confitendi & communicandi gratiâ ibat: intereundum autem loculum pecuniâ plenum repetit: cum jam nunc sacramento, more Pontificio usa erat, sacerdoti tandem quoque, se loculum nummis plenum invenisse, indicat, & rogat, ut è suggesto proclamet, ut domino suo restituatur. Sacerdos respōdens ait, si Deus tibi quicquam largius est, retine, & insume illud in usus puerperii, nō est peccatum, quia reperisti. Mulier rita instructa, pecuniam retinuit, & domum reversa est.

Cum autem in lucum quendam, quâ via ducebat, venisset, partus doloribus obruitur, & loculo insidet. Vix dum hæc fiunt, Nobilis qui loculum amiserat, advenit,

ferret, pariendum enim sibi esse: de loculo non debere esse sollicitum, eum in promtu esse. Nobilis continuò avolat, & mulieres convocat: interea sacerdos dæmone obsessus mulierem hanc gravidam insecutus est, & in istis magnis doloribus offendit, & ex Sathanæ instinctu evaginato gladio in eam irruit, caput amputavit, idq; cum loculo sumens aufugit. Ut autem Nobilis cũ mulieribus advenit, mulierem ita miserabiliter mactatam inveniunt: & cum nix opportunè tunc cecidisset, vestigia homicidæ legebantur, & ubi Nobilis illum deprehendit, inclamat eum: Heus Nebulo, redde mihi meum loculum, vel te gladio confodiam.

Hoc clamore constitit sacerdos: & si loculum redderet, salvum se fore putat, sed Nobilis de equo descendit, nebulonem prosternit, manus ei loro cõstringit & caudæ equi alligat, in pagum ducit, & magistratui tradit, & cognito facinore ferventi oleo intrusus necatus est. Fincelius. *Imp. Carolo 5. Papa Paulo.*

1557. ## *Miseranda.*

Hoc eodem anno in *Britannia* propter confessionem Christi concremaverunt igni Papistæ Archiepiscopum Cantuariæ Thomam Crammerum, omnium in Ecclesia Sacerdotum facilè principem, & præ senio alto nimis imbecillem. Totum is ttienniũ feliciter exegit in duris vinculis: & quoniam ipsum, se antè quosdam articulos à Põtificiis sibi oblatos publica subscriptione approbasse pœnitebat & tædebat, & palinodiam ideo brevi cecinerat, gehennæ cõdemnatus fuit. Cum verò flammæ cœpissent amburere ipsum, dextram solutam protulit, & alta voce clamavit: hæc manus, quòd traditionibus Papæ subscripsit, jure merito primùm igne absumatur. Testantur autem Angli passim, item *Edmundus* Thomæ hujus frater, hanc manum primùm in cinerem redactam esse, reliquo corpore adhuc integro & incolumi. Supplemẽtum Chron. *Sleid.* Imperat. & *Papa* ut sup.

Mirabilia Portenta.

p. 707. 1557. *Anno* hoc, die Lunæ post Galli, manè Joann Kyfer Carrucarius Winterthuræ, & Zacharias Kauffman laterum coctor ibidẽ, bigis arenam advehere volebant in fluvio Thoss. juxta monasterium Thossum, quòd à flumine ita denominatur: & inter pergendum *Carrucarius* ita sitiebat, ut bigas & socium reliquerit & ad fluvium accurrerit, restinguendæ sitis gratiâ. Cum autem pronus ex fluvio bibere vellet, cõspicit in undis tres filices spithamam fortè inter se dilinea. In tertio rubra scopa, & infra hanc sanguinei coloris crux, penes hanc gladius quoq; ruber expressissimè videbantur: hos filices accipit, ad socium properat, & quomodo has in aquis repererit, indicat.

Rursus in urbem venerunt, & multis, præsertim *Magistratui* eos ostenderunt. Magistratus Carrucarium accersi jussit, & juramento eum adegit, ut aperiret, num antea conscius fuerit horum filicum, necne? ille respondit: se, unde venerint, nescire, & juramento obtinuit, se horum antea prorsus ignarum fuisse, sed fortè fortunâ, cum ex ripâ bibere vellet, eos ibi unâ inveniisse. Post hæc Magistratus Winterthurensis suis superioribus Tigurinis hos tres filices trãsmiserunt: quoniam in eorum agro reperti fuerint: qui eos aliquandiu retinuerunt, & postea Winterthurensibus remiserunt, qui eos adhuc custodiunt.

Tentatum etiam est, num atterendo impressæ figuræ defricari queant, sed clariùs & expressiùs magis magisq; eminebant. Magnitudo uniuscujusq; taleri aliquantulum excedebat, & pondo illorum est trium librarum. Lapides loqui & denunciare irã Dei oportet, ut hominibus, qui serius ad pœnitentiam incitantur, *Deus* testatum faciat, suas non defuisse & temporalium cladium, & æternarum pœnarum præmonitiones. Fincel. Imp. Carolo 5. Papa Paulo 4.

Sacerdos blasphemus atrociter punitus.

1557

Anno hoc, *pridie* ejus diei, quo Christus in cruce passus est, *Forchemii*, quæ civitas est in episcopatu Bambergensis dioc œsi, Sacerdos quidam decrepitæ ætatis, qui baculis innitens difficulter se movebat, à duobus diaconis in suggestum deductus, verba D. Pauli ex prioris Epistolæ ad *Corinth.* 11. de *Cœnâ Domini* enarrabat, anxieq; errores *Papisticos*, & *Missæ* idololatriam defendens, inter alia proclamabat: *Paule, Paule, si tua doctrina veritati consentanea est, usuq; Sacramenti sub unâ specie impius, precor, ut arreptum me diabolus hinc auferat.* Hinc ad populum conversus vociferabatur: *Si Papæ doctrina vera non est, Sathanæ esse mancipium, meamq; ipsi animam oppignorare haud quaquam verebor.* Has & plures ejus blasphemias non sine stupore & trepidatione auditores percepêre.

Nec mora, tantus in templo strepitus & fragor auditus est, ut omnia inter se collidi ruinamq; minari viderentur: tum vir proceræ staturæ, atro colore formidabilis, in

ille abductus sit, in hodiernum usque diem constat. Eo abducto, denuo apparuit vir iste procerus, & recta in sacrarium pergens, Episcopi fratrem de Rungenstein, unum ex omnibus petit. Is quâ potuit vi, spectro se opposuit strictoqve gladio ejus incursum avertere conatus est: sed spectrum læsur' seipsum vulneravit. Tandem non sine magnâ difficultate è templo se proripuit, ingêsq; populi fugientis trepidatio exorta est.

Eadem horâ ingentes ante mœnia civitatis visæ sunt copiæ: eaq; rerum erat facies ac si omnia ab hostibus occupata tenerentur: tum buccinatores è turribus hostium equitumqve præsentiam significantes, terrorem ingeminabant. Nec vel Episcopo vel aliis, ubi tuto delitescerent, in tota civitate ullus se offerebat angelus. Deinde in subsequenti die Dominica, terrore hoc omnium adhuc oculis animisqve obversâte cum sacrificuli in consecrandâ Baptismatis aqvâ essent occupati, & inter alias ineptias Baptisterium circuirent, tantus denuo fragor in templo extitit' eos terruit, ut relictis sacris trepidi omnes inde profugerint. Fincel. Imp. Car. 5. Pp. Paulo 4.

Petrus Canisius Jesuita.

1557. Jesuitarum præcipuus author, aut certè instaurator, & propagator est Canisius ille, de cujus sanctitate & castitate multæ præclaræ historiæ circumferuntur: inter quas non postremum locum obtinet illa, quæ Moguntiæ anno 1557. cum abbatissa cognomento catella accidit: à quâ cum lauto hospitio exceptus esset, postquam poculis exhilarati sunt, ex communi canis cognomine amicitia contracta, caninas nuptias celebrârunt. Ea fabula tunc in Wormariensi colloquio fuit toto notissima cœlo. Illyricus.

Ominosum.

pag. 708.

1557. Cum Carolus quintus Cometam hoc hoc tempore videret, dixit: per hunc nuncium certè scio, me avocari: ut etiam factum fuit. ut sup.

Horrenda.

1557. Anno eodem in pago quodam Abentheuer, prope Gentam urbem horrendum quid accidit. Nam rusticus in illo pago filiam habebat eleganti forma, hanc sacerdos Pontificius libenter in concubinam habuisset. Misit itaque identidem ad eam vetulas, ad persuadendum ei, & pollicitationibus alliciendam, ut ejus coquina fieret, demum post multos labores, opportunitatem eam ipsam alloquendi nactus est, petit ab eâ, ut se ei dederet, &c. Respôdit puella, mi domine, in tali angore constitua nunquam fui, ac nunc. Me namq: ali-

Ad hæc ei sacerdos respondit: Non est, quod matrimonium respicias. Nam ibi miseria, inedia, calamitas & omne malum. Apud te autem ætatulam in deliciis acturam, omni affluentiâ abundaturam, pretiosas vestes se ei comparaturum, & omnis laboris expertem fore, nih ut hospites & amicos hilares redderet, & secum in gaudio viveret. Præterea nec opus esse, ut de damnatione solicita esset. Nam à Papa se potestatem super Sathanam & homines ac animas habere, se fidejussorem ipsius esse, salutisque ejus securitatem polliceri, denique Christianis omnia esse remissa.

His & similibus phaleratis verbis misera puella circumventa: tandem ad eum interdiu sine verecundia & metu commeabat. Cum itaq; aliquandiu apud eum commoraretur, & ei in omni luxu obsequeretur: accidit, ut sacerdos convivas invitaret: & interea, dum convivium paratur: cum sacerdote sola in hypocausto est. Venit Diabolus ipsemet, januam impetuosus aperit, & concubinam comprehendit, & dicit: mea es, veni mecum: & in ictu oculi eam de domo per aëra secum abducit. illa ejulabatur miserabiliter, sacerdotem ut opem ferret, implorabat: qui cum diabolum incantando abigere, & coquinam eripere, sed frustra conaretur: tunc diabolus ad sacerdotem: & tu meus es, te brevi qvoqve auferam, vide sis paratus: & sic pellicem miseram evanescens avexit, ita Pontificiorum sacerdotum pellicatus à suo sic honoratur fundatore. Finc. Imper. Car. 5. PP. Paulo 4.

Joannes Balæus Nordovolgius

1557.

Anglus, in catalogo scriptorum.

An. 1230. in die conversionis Pauli, dum Episcopus Londini ad altare staret, subitò obscuritas venit. Auditur fragor tonitruû. Fœtor intolerabilis templum interius opplet. Flamma per horæ dimidium columnas, & muros lambebat, tanquam velum vento agitatum. Imp. Carolo 5. PP. Paulo 4.

Idem. Paulus Samosatenus anno 261. in Ecclesia Christianorum prima, quæ erat Antiochiæ, cum Episcopalem sedem accepisset, in Christum Dei filium blasphemias statim evomuit, negans, eum verum atqve æternum esse Dei filium. Qvæ hæresis omnium pestilêtissima, per Arrium, Mahumetem, & Antichristum Papam, in hodiernum fere diem est adaucta. Monachi etjam, qui quasi eodem Anno sub Eremita Paulo initium habuerunt, in variis vitæ generibus & doctrinis eadem hæresin, Sathanâ suggerente, fovebant, Antichri-

par est, pro annis accepti, adusto priore numero 261. annorum, ad annum usq; à Christo nato 1521. pervenit.

Mysterium intellige. In eo enim anno planè revelatus est ille adversarius Dei magnus, qui sese extollebat super omne, quod dicitur Deus, aut colitur, 2. Thess. 2. In eo, inqvam, error ille sub Antichristi tyrannide adversus Dei filium tot mortibus munitus, labefactari cœpit: manifestata veritate ac fidei justitia per spiritum Christi, piorum aliquot doctorum fideli ministerio. Anno nempe prædicto, scilicet 1521. quo & Papa Leo X. obiit, & coram ipso Romano Imperio VVormaciæ congregato, Lutherus vice omnium, veram de Christo doctrinam, quam negabant hæretici, in spiritu fortitudinis Dei intrepidè confessus est. Et ex vera illa confessione vera Christi Ecclesia revocari denuo cœpit & ejus regnum subinde majores accipere vires: Antichristi verò confici & ad interitum perduci.

pag. 709. Idem. Tragœdiam hanc accipe, ut & ego ab amico quodam descriptam accepi. Anno Domini 1557. circa decimum Februarii diem, misit Cantabrigiam Cardinalis Polus suo nomine legatum, adjunctis illi tribus Episcopis, scilicet Thirlibæo Eliensi, Vuatsono Lincolinensi, & Chusto fersono Cicestrensi: Martini Buceri atqve Pauli Fagii conflagrandorum corporũ gratia. Et ipso die, quo urbem ingressi sunt, solennitate magna, atqve insolitis obviam itionibus excipiebantur. Legatus templum ingressus, quo Bucerus publico bonorum luctu sepultus fuerat, missantem sacrificum sistere ac vestes statim exuere jussit, & Deum suum Mauzim seu siligineũ Christum cum suo ciborio inde secum exportare: ne mox fulminandi anathematis & ipse eorum Deus particeps esset. Quo facto, templum illud solenni ceremonia ab eis maledicebatur, & usq; ad inferni novissima damnabatur.

Et ut quam primum denuò expiaretur, atq; ad eorum usum in missis & aliis idololatriarum sacris habile fieret: Legati ipsius mandato, effosum est Buceri cadaver, & ad locum ei comburendo destinatum efferri jussum. Sed primum pro tribunali cum Caypha & Anna sedebant, statorem adesse jubebant atq; tandem ter peremtoriè mortuum citabant, ad interrogata respondere jubebant, & alia mirabilia magna faciebant. Et cum nihil respondi dedisset mortuus: maledictis, probris & contumeliis eum afficiebant: pertinacem esse, dicebant: hæreticum judicabant: ligna, fasces & ignem parari præcipiebant: in flam-

nis omni humana ratione, ac una cũ Buceri ossibus absumebantur.

Eruebatur qvoqve corpus uxoris Petri Martyris, & in sterqvilinium defodiebatur: causa verò, cur non, ut illi, adureretur, erat: quod hæreses nullas, ut vocant, publicitus docuisset, quodq; ejus nomine nihil extaret, quo homines abducerentur in errores, verum cùm maritum habuisset tot hæresium tam insignem patronum & defensorem: iniquissimum esse, ut ipsi inter Christianos sepulturæ locus concedatur.

Idem. Guilhelmus quidam aurifaber eò, quod Romam Babylonem, & Papam Antichristum esse dixerat, à Pontificiis, quorum Deus ignis consumens est, Vulcano incinerandus traditus est, Anno 1220.

Idem. Alexandri sexti tempore, Angelus apud Hadriani molem, in supremo loco positus, terrifico fulmine dejectus in terram fuit: quod Papatus casum prænunciabat. Parisiisq; fiebat meretricum ordo per minoritam, Joannem Tisseranum, ac si Christiana religio meretricibus etiam indigeret.

Idem. Alexander 6. Gemen Bajazetis Turcarum regis fratem, Romæ captivum, pro ducentis aureorum millibus à Turcâ receptis, veneno interfecit. Hic ille est, qui suam tyrannidem tueri volens, eundem Turcarum monarcham adversus Gallorum regem adjutorium vocabat, & effecit, ut Neapolitanum regnum ac Roma ipsa pro suis luxuriis, Otthomañici imperii munimenta essent, qui Antonio Mancinello viro doctissimo utramq; manum ac lingvâ abscindi jussit quod in impios ejus mores, spurcissimam vitam atqve inaudita scelera elegantem orationem scripsisset. Qvis hæc sanctorum sanctissimi facta non detestetur? Sed dum parato convivio opulentos aliquot senatores ac Cardinales eodem veneni genere, quo Gemen interfici mandasset, contigit, ut incautè ab his, qui pocula porrigebant, mutatâ lagenâ, Alexãder & ipse hauserit venenum, sicq; unà cum illis senatoribus & Cardinalibus perierit.

Idem. A Sylvestro, qui magus diabolicꝰ erat, usqve ad Gregorium septimum sceleratissimum nebulonem ac prestigiatorem iniquissimum (ut author est Benno in vita eiusdem) famosi fuerunt incantatores Romani pontifices omnes, Jamnem ac Iambrem Ægyptios magos maleficiis longè superantes. Ita ut verum sit, quod baptista Mantuanus ad Iulium scripserit:

Sicut enim tunc regna rapax laceraverit hostis

Corrupti mores? quid mirum? ab ipsa parentum
Semideorum ætate totum condiverat orbem, &c.

Quicquid externo habitu pollicebantur religio eorum nihil aliud erat, quam fucus ac mirè simulata hypocrisis: Dei zelum, Ecclesiæ causam, & animarum curam prætendebant: cum non alio tamen, quam privati commodi studio tenerentur. Spirituum circa sepulchra apparitiones, querelas, gemitus, ejulatus, lachrymas, formas igneas, speciesque horribiles (quas mortuorum animas esse, simplex crediderat vulgus) & alias per exorcismos excitabant tragœdias. Per sacrificulos & monachos, adjurati illi Spiritus, demortuorum quorundam animas se esse, simulabant: dolores incredibiles, quos in purgatorii flamma sustinerent, exponentes. De pœnarum carnificinâ quæritantes, ab hæredibus opem flebiliter, per suffragia, preces meritorias, & missas mortuorum postulabant. Atque horum omnium actor erat Diabolus.

Idem. Multas constitutiones Papa fecit quæ & frequentes in Papalibus decretis sunt. Statuit enim, ne Princeps ullus secularis, nec Imperator ipse (impudens latro) conciliis clericorum interesse auderet nisi de fide ageretur: ut quos sua sanctitas hæreticos esse judicaret, iste statim vel proscriberet, vel occideret. Sancivit quoq; ne laici clericorum vitia judicent (mirum bestiæ artificium) nec super Pontificis potestate quicquã disputent. Nihil juris in præsulem magistratus Christianos habere decrevit (ita se exaltabat Antichristus, divinã ordinationem cõculcans pedibus) eò quod Pontifex, inquit, appelletur Deus.

pag. 710.

Idem. Secreto quidam, Monachus in D. Augustini cœnobio apud Cantuarienses, tam aculeatum & vehemens carmen contra monachorum sui temporis (hoc est circa annos 960.) avaritiam, luxuriam incredibilem & nefandas libidines edidit, ut stigmata vulnerum majora nulla vel aspides & serpentes quantumvis sibilantes reliquisset.

Idem in vita Constantini Papæ. Constantinus Papa, imagines non solum habendas, sed etiam summa veneratione colendas primus in Synodo decrevit. Hic etiam Constantinus primus fuit Papa, cui pedes osculari cœperunt.

Idem. Pugnabat non instrenuè Joannes Rokenzanus Bohemus contra crassiores Papistas, præsertim contra Capistranum Minoritam, pro communione sub utraque specie, & pro tollendis ab Ecclesiis imaginibus. Ea adversus illum denuò scripsit Capistranus, quæ ipsi Rokenzano responsa dedit. Sed in his locis sunt exusti: videlicet, Henricus Grunfelder sacerdos Ratisbonæ, anno Domini 1420. & in eadem urbe Henricus Rategebor, etiam sacerdos, anno Dom. 1423. Joannes Draëndorff, nobilis & sacerdos Misnensis Wormaciæ anno Dom. 1424. Petrus Toraut Spiræ, anno Domini 1426. Ricardus Hovenden lanarum consarcinator Londini in Anglia anno Dom. 1430. Thomas Bagle, sacerdos etiam, Londini anno Dom. 1431. Paulus Cravv natione Bohemus in Scotiâ, apud fanum Andreæ An. Dom. 1432. Mattheus Hager Berlini in Germania An. Dom. 1438. & alii alibi. Petrus verò Dresnensis, & Jacobus Misnensis, quia cum pontifice non sentiebant, patriâ pulsi, Pragam se contulerunt, ac de communione sub utraque specie articulum docuerunt.

Idem. Anno Domini 1546 sacrificulus quidam Nicolaus Gervais in Suthiexiâ, Angliæ comitatu, ut quondam novo miraculo, adhalati panis adorationem idololatricam, quasi ab inferis resuscitaret: aticula, dum missam faceret, è digito sanguinem duxit, & hostiam, ut vocant, eo tinxit. Sed in eo statim præstigio deprehensus Londinum perducitur: atque ad summam ejus infamiam, ut suum ibi profiteretur scelus, ab omni plebe conspiciendus exponitur.

Idem in Appendice testatur, quod Joannes Anglorum Rex, monachorum & clericorum impostoris, subsidio & auxilio suorum destitutus, Aquitaniam, Turoniam, Pictaviam, Andeganiam, Britanniam, Normanniam, aliasque terras in Galliis perdiderit.

Idem. Gualterus Mapes, Oxoniensis Archidiaconus, fastum Pontificis, Cardinalium, ac prælatorum Spiritualium, fictis nominibus lusit, ut Goliæ Pontificis, vel Joannis de Abbatia, vel Joannis de Corbório, vel Gualteri de Hybernia & similibus. Habebatq; Oxonii scurram, seu bomolochum, doctum tamen, qui libenter, eo consultore jactitabat, se facetiarũ ac rhythmorum suorum esse parentem. Nec poterat æqvo perferre animo injurias & calumnias, ab iniquo ejus temporis claro Joanni regi malitiose illatas; sed illum qvandoqve Jovem qvandoq; Leonem in satyris appellabat, Pontificem Plutonem atqve Asinum, Prælatos verò animalia bruta.

Idem. Tempore, quo Honorius III. præfuit, instructæ acies in aëre visæ sunt, atqve Romæ 3. diebus sanguine pluit.

Id. Dieterũ Hembergiũ Moguntinẽsem archiepiscopum, Pius II. persequebatur, atq; episcopatu pepulit, non sine multo civium sanguine, quod noluerit in qvedã one-

tem habebat quoscunq; absolvendi, falsidicos, perjuros, votorum transgressores, adulteros, homicidas, proditores, veneficos Sodomitas & omnes: quod prudentibus fuit in sibilum & derisum.

Idem. In Alsatia quidam nobiles Innocentium III. impietatis damnabant, quod sacerdotibus uxores non permitteret: centumq; sunt per Episcopos uno die combusti. Nam carnium & matrimonii usum omni tempore licitum esse Christianis, docebant.

Ibidem. Anno Domini 1523. Bruxellæ sunt capti monachi duo Augustiniani, Ioannes & Henricus, qui à Iacobo Hochstrato Dominicano, hæreticorum magistro, atqve à Lovanienſibus Rabbinis, ad ignes sunt damnati: quod non crederent, Rom. Pontificis decreta & canones ejusdem esse autoritatis, aut majoris, cum utriusqve Testamenti Dei libris, & Apostolorum symbolo. Qui sua constantia, cum exusti essent Calendis Iulii, multos à Papismo diabolico ad sinceram Evangelii professionem convertebant.

Idem affirmat, ex vetustis quibusdam scriptoribus in Anglia, ante illum Augustinum, quem eo Gregorius primus Papa misit, fuisse longè puriorem Christianismū: sed illum omnia in deterius, invehendo Papisticas ceremonias, commutasse. De quo quidem dubitari non potest. Nam Gregorius in tota occidētali Ecclesia Christianam pietatem suis novis ordinationibus & deformationibus longè fecit deteriorem. Verum illud quoqve simul memorabile est, quod ait, multos ei pios in Britannia, præsertim doctores, restitisse. Ac propterea Augustinum, Romanistarum more, volentem cædibus suam religionem promovere, incitatis quibusdam tyrannis, effecisse, ut mille ac ducenti ex illis suæ impietati resistentibus doctoribus semel trucidarētur. Quin & post eam tam atrocem tot sanctorum martyrum trucidationem, nihilominus longo tempore fuisse, qui Romanis illis Augustini ritibus & superstitionibus reclamarent, prædictus autor affirmat. Conjugium sacerdotum nihilominus usqve ad annum Domini 1100. retinuerunt. Circa quod tempus & Germanicis Ecclesiis est ademtum.

pag. 711. Idem in vita Laurentii Angelici. In hujus vita facinus monachis admodum indignum narrat, uti etiam ex scriptis Wihelmi de S. Amore apparet. Composuisse nimirum illis temporibus monachos clam impium quendam librum, suæ videlicet impietati utilem, quem voluerunt obtrudere & à prædicto Guilhelmo, & aliis refutati & confusi sunt: cumqve igitur viderent scelus apertum fore, & se resistere non posse, rejecerunt culpam in quei dam monachum, qui jam olim erat mortuus: eumq; librum exuri passi sunt, qvo simul exurerentur pia Gvilhelmi & aliorum contra monachos scripta. Ex his & aliis cognoscitur, ocium & cibus alienus monachorum quid possit.

Idē. Hildebrandus Archidiaconus Rom. Ecclesiæ, cum invadendi Pontificatus rationes nondum sibi plenè videret constare, effecit, ut Alexander II. cōstitueretur Pontifex, cujus simplicitate pro arbitrio se cōtra Imperatorem uti posse sperabat, cum esset planè militari, feroci, ac sanguinario animo præditus, qvem tamen ficta humilitatis specie callidè occultare poterat. Alexander conscientia motus, & multorum antecessorum vestigiis territus, publicè pro concione, quam habebat ad populū, in hæc verba erupit: sese nolle esse Papam absq; Imperatoris consensu, seq; ea de re daturū ad Imp. literas. Hildebrandus finitis sacris Alexandrum militari manu in sacrariū per præceps abripit: nec dum ornamentis depositis colaphizat: exprobrans ei subinde quo Imperatorem de sua functionis confirmatione vellet solicitare: omnes Ecclesiæ Romanæ reditus invadit, sibiq; vendicat: Alexandro indies tantum qvinq; solidos Lucensium in alimenta præbet, in custodiā radit, & tandem qvoq; venenū ei propinat.

ANTITHESES.

DE PRAECLARIS CHRISTI ET INDIGNIS ANTICHRISTI Facinoribus.

hoc est:

DESCRIPTIO VERI PASTORIS CHRISTI, ET E CONTRA MERCENARII & lupi, Ier. 12. & 23. Ezech. 3, 33, 34. Abac. 1. c. Sophon. & Ioan. 10. Matt. 7. & Actor. 20.

à

SIMONE ROSARIO CIRCA HOC tempus editus est hic libellus cum imaginibus seqventibus.

Invenias ex parte bonos, ex parte malignos
In quovis vitæ, Lector amice, statu.
Sic SACER ORDO Lupos nutrit falsosq; Prophetas,
Qui Curios simulant, diripiuntque gregem,
Qui malus est scriptis sese putet hisce notaris
Tangitur hic nemo, quem sua vita probat

Christus nascitur hic: canitqve nobis
Pacis fœdera cœtus Angelorum.

ANTITHESIS I.

Cum fuit illæsa natus de virgine Christus,
Angelici pacem tum cecinere greges.
Nam prius implerat totum discordia mundum
Et mortalis erat gens inimica Deo:
Christus at æternæ tum venit pacis origo,
Nosqve patri voluit conciliare suo.
Eurus ut in Zephyrum & Boreas cum reflat in Austros,
Undiqve turbato fluctuat unda mari:
Hic nautæ exanimes tendunt ad sydera palmas,
Atropos exangves nil nisi dira manet:
At qvãdo ora micans detexit lucida Phœb',
Luctantes ventos cumq; fugavit aqvis:
Tum nautæ exiliunt, recinunt & carmina, gaudent,
Effugisse nigræ tela cruenta necis.
Sic Christi adventus totum tremefecit avernum,
Gorgoneos angves tartareasq; domos.
Nascitur at qvando, non illi regia sedes,
Non domus aula potens, sed casa parva fuit. (tamen illi
Rex erat, & regum Rex maximus, haud
Purpura, nec Regi regia vestis erat.
Cœlitus attulerat gazarum millia mille,
Divitias nobis qvas dedit ille suas.
Non ea, qvæ didicit fallax dare munera mundus,
Tradidit: hæc bulla sunt leviora levi:
Ast ea, qvæ fures potuerunt carpere nulli:
Cœlitus hæc verò sunt data dona Deo.
Ejus & æqvalis cum sit natura parenti
Dia, tamen nobis ille creatus homo est.
Ille creatus homo, nobis mortalibus adfert
Auxilium, & duro liberat exitio, (pens,
Sed qvisnám injecit peccati semina? fer-
Lerna mali primos ludificatus avos.
Dissidium unde fuit mortales inter & illũ,
Omnia qvi á celsa temperat arce, patrem.
Non leo, non tumidus cœlestes sustulit iras
Satrapa, non miles, mitis at agnus erat.
Agnus eras, fateor, tu Rex, ô maxime regum, (vi.
Nasceris in stabulo tuq; monarcha bre-
Hoc qvid in immenso visum est summissius orbe?
Hæc pius in memori mente reponat,
Amen.

Cum primum sceleratus est creatus,
Sanctis bella gerit cruenta, Pluto.

ANTITHESIS I.

Cum fuit infesto Cacodæmone Pluto creatus,
Heu, cacodæmonium quot cecinêre chori?
Cocytique lacus, totusque exultat avernus;
Cerberus allatrans dat fera signa triceps.
Horridus attentas venit latratus ad aures
Pluti, qui audito clamat ad arma sono.
Induit arma amens, hunc cingit turba luporum: (oves.
Pugna fit: hic, miserum! dilaniantur
Sangvinolenta vigent immensum bella per orbem,
Tuqve domum repetis, pax veneranda tuam. (bes.
Vt cum torquati gratum gemuêre palum-
Quorum delicias verbaq; murmur habet:
Improbus accipiter diverberat aera pennis,
Et rapit incautas insidiosus aves.
Sic pede præcipiti, scelus, horrida currit ad arma
Sævior immiti Pluto leone ferus,
Ac tenerum ut frendens circumfremit ursus ovile,
Sic fremit in sanctum gens scelerata gregem.
Quæq; fruebatur tam sancta Ecclesia pace,
Sustulit adventus, perfide Pluto, tuus.
Vt cum protrusit jucundas vinea gemmas,
Omnibus arridet, læticiamque parit:
At si forte gravis cum grandine depluit imber,
Palmite nudatur turpiter illa suo:
Sic quando paritura suos Ecclesia fructus
Sancta fuit, miseram dilaceravit aper.
Ille tamen speciem præbet pietatis, at ipsum
Si propius cernas, dæmone pejor adest.
Nam ferus ille minis immensum territat orbem
Impostor, varia ludit & arte pios.
Si qvis at illius sævos cohibere furores
Rex velit: heu qvanto clamat ad arma sono? (gerenti
Cuilibet impostor contra hunc tum bella
Clamitat, ætherias se reserare fores.
Non illi præsepe domus, non caula, sed aula:
Sordida caula tamen, si bene cernis, erit.
Porcorum, pecudumqve genus depascitur illic:
Splendida tam fœdum non alit aula gregem.
Multa quid? est Christo contrarius: ergo fidelis

ANTITHESIS II.

Hunc quicunqve vides, putei qui innititur ore,
Filius est summo Rege parente satus,
Non sitit ille dapes dubias, non pocula Bacchi:
Nec petit ille tuos, fœda popina, bolos.
Non domibus lautis, putei sed margine gaudet:
Nec tamen est illic immemor officii.
Sed qvænám exhaurit gelidas hinc fœmina lymphas.
Fœmina felicem nacta repentè diem.
Hanc pius alloquio dignatur Christus & haustam
Quærit aqvam, veras ipse daturus aqvas.
Stulta recusat aquas mortales, ille neganti
Nil negat, æternas huicq; propinat aquas.
Queis ubi lavisti muliebria pectora, Christe,
Reddita sunt purâ candidiora nive,
Ut sese reficit, fessosq; refrigerat artus,
Dum reperit gelidas cervus anhelus aquas.
Fœmina sic hausit vivum sitibunda liqvorẽ
Quo sedata sitis tempus in omne fuit.
O Pastorem ovium, qui sordes abluit atras
Tincta quibus tandem deperiisset ovis.
O Pastorem ovium, quem nulla sitisve famesvé,
Quemq; à servandâ nil remoratur ove.
Cernis Apostolicam Christi post terga catervam?
Emtum Samariâ scito referre cibum.
Ast ille irriguas non jam desiderat undas,
Samaria allatas nec sitit ille dapes.
Ille quid ergò sitit, quæris? sitit ille salutem,
Agnorum, miseris qui periêre modis.
Hydria cernitur hîc lymphis quæ est apta ferundis,
Nulla pio Regi regia vasa vides.
At jacet, heu mirum, bibituro fictilis olla,
Huic aqua potus adest, nudaq; mensa lapis.
Non erit ergo Deus, Deus, & Deus ipse deorum?
Noñe gregis præstans ipse magister erit?
Ille venenatas gregib' non porrigit herbas,
Mortua nec teneræ gramina tradit ovi
Hoc pascente, legũt agni de gramine flores
Quos nec turbo rapax, nec levis aura feret.
His cibus ambrosia est, his potus amabile nectar,
Quos regis infracto, maxime Christe, pedo.

ANTITHESIS II.

Fœcundos inter calices epulatur abunde
Pluto vorax, stygii quem genuere lacus.
Impiger insipidos claro de fonte liqvores
Non sitit, at largo proluit ora mero.
Hunc benedocta cohors, hunc non gens sobria cingit:
Ebrius usqve sibi gaudet adesse pares.
Ebrietas huic fida comes, scelerataq; turba,
Pseudoprophetarum, nec parasitus abest.
Flecte sinistrorsum, Lector, tua lumina: cernes,
Personam pueri qui Ganymedis agit.
Cernito dextrorsum, quot fercula: cerne tubarum
Ductores, solitum qvi melos arte cient.
Aspis ut horrẽdus sine cõpare nõ bene vivit:
Sic sine comparibus non bene Pluto suis.
Cerne dapes dubias, quibus est instructa voraci
Mensa, vide, plenos haurit ut ille scyphos.
O lepidũ pastorẽ oviũ qui epulatur abunde.
Dilaniat rapido dum lupus ore gregem.
Nõ erit ergo lup', lup', & dux ipse luporum?
Heu qvot lanigeras dilaceravit oves?
Sed quæso unde parat tãto cõvivia sumtu?
Vnde potest tantas ille parare dapes?
Vnde parat, rogitas? num quæso tondet ovile,
Qui tenero pellem diripit usqve gregi?
Exteriora vide speciem pastoris habebit:
Invenies, cernens interiora, lupum.
Impius exhaurit viduarum turpiter ædes:
Scitq; orbas dominis evacuare domos.
Adjuvat ille suas vulpinis fraudibus artes:
Optima qvæqve putas gramina, virus erit.
Heu qvoties ovibus preciosum finxit amomum
Tradere, lethalis sæpe quod herba fuit.
Tum lacerat rapidis venientes dentibus agnos,
Proh dolor! & teneræ viscera nudat ovis,
Ossibus ex imis nec non haurire medullas
Novit, & illa ferum comminuisse juvat.
Sic vafer imponit gregibus, sic allicit agnos,
Sic lupus incautæ retia tendit ovi.
Talibus ille epulis vivit, ventremqve saginat
Cunctaqve sub ficta relligione rapit.

pag. 716.

In celsis latuit loco Jesus,
Cum Regem hunc populus creare vellet.

ANTITHESIS III.

Qvid sibi vult hebræa cohors numerosa? qvid illic
Tanta super viridi turba qviescit humo?
In varias gens hæc turmas digesta recūbit,
A Christo exhibitas accipit atq; dapes.
Sed qvæso unde parat tantæ cōvivia turbæ
Hic, ubi desertum, nec cibus ullus erat?
Panibus inventis (ô mirum!) hanc qvinqve cohortem,
Piscibus adjunctis atque duobus alit.
Nec satis est, referunt calathosque dapesque ministri,
Cum fuit appositis gens satiata cibis.
Ergo animis stupuêre omnes juvenesqve senesque,
Cum vel inauditum tale vidētur opus.
Cogitat ergo cohors Christo de Rege creando,
Nescia gens Regis munera nosse sui.
Rex tamen, ut cernis, regales spernit honores:
Terrea cœlestem nulla corona juvat.
Montibus in celsis latitat Rex ille creādus:
Respuit & fastus regia pompa tuos.
Regales fugiens hic non secessit in aulas:
Nec secedenti regia scena fuit.
At veluti pastor montem conscendit in altum,
Has servaturus, qvas fugiebat, oves.
Ut cœlestis erat vel Rex per secla futurus,
Sic petit à summo tradita sceptra Deo.
Turba ardens animis nunc huc, nunc cursitat illuc,
Et qverulo Regem qværitat ore suum.
Ut quando panthera suos effudit odores,
Qvodlibet huic animal cogitur esse comes:
Sic ubi deprompsit populo sua munera (Christus
Maximus, illum post undiq; turba ruit.
Turba petit Regē, qui ventri porrigat escas,
At qværēda animis pabula Christe doces.
Terrestres animi terrestria regna volutāt,
Proh dolor! ut sursum non grave tendit onus. (ab arce,
Christus at omnipotens, superā qvi venit
Postulat ætherias ædificare domos.
Ut cœlestis erat, nihili terrestria pendit,
Et nihili mundi regna caduca facit.
Nos docet ut tanto summissius usque geramus,
Quantò majores terrea massa sumus.

Ilt toto potiatur orbe, Pluto,
In quemcunqve capit tyrannus arma.

ANTITHESIS III.

Quid sibi vult armata cohors, cornuta que turba?
Horrida quid bombis machina? quid gladii?
Prælia molitus gens impia fraudis amatrix
Ambitiosa cohors, gens inimica pis.
Cernitur ante alios primus sententia malorū
Perfricta facie, cui diadema triplex.
Non fugit in montes, non delitet abditus agro,
Ponatur capiti ne diadema suo.
Fraudibus instructus totum sibi vendicat orbem,
Atque repugnantis bella cruenta gerit,
Sed quid? rumor erat, veri pastoris obire
Munus, & occlusos hunc aperire polos.
Splendida sæpe ferit velox mēdacia rumor.
Quasque vides claves cœlitus esse nega.
Ecquis credo, lupo claves committit ovilis:
Christusne infestos nescit amare lupos.
Ergo à verso furto sumsit cacodæmone claves
Pluto, quibus regnum tollit ad astra suum.
Maxima quid regum virtus? quid Cæsarū arma?
Heu, nihil ad fraudes sæve tyranne tuas.
E regione cohors tamē hic spectatur equestris,
Cornigeri haud leviter regna superba ferens.
Armati pergunt equites qui dura vidētur,
O Polypheme vorax, bella ciēre tibi.
Artibus ut vincūt elephantos sæpe dracenes
Sic superat reges fraudibus ille suis.
Hostib⁹ his fulmen primū exitiale minatur
Indice demōstrans tartara nigra manu.
Insuper arma armis, & bellis bella repellit,
Heu quid non audet sanguinolent⁹ homo?
En tibi quot gladios, quot tela, quot arma, quot enses,
Quodq; satellitium Pluto sceleste agit.
Nocte, dieq; vias, artesq; excogitat omnes.
Cæsareas possit qveis superare manus.
Vt vafer imperio solus potiatur & orbe,
Seu dolus, aut virtus, cunctaque dira juvant.
Ambitiosus enim sibi totum vendicat orbē,
Seq; (scelus) Christo clamitat esse parem.
Sic Pluto infelix superos usurpat honores,
Sic sibi Cæsareas subjicit ille manus.

Non auro loculos graves gerentes.

ANTITHESIS IIII.

Quisnam tam lacero jacet hîc vestitus amictu?
Æger, qui tremulo quæritat ore cibum:
Qui fuerat molli genetricis ab ubere claudus,
Præ foribus templi quiq; jacebat inops.
Tranſit Joannes illac & Petrus, uterqve
Tum veneraturus ſupplice mente Deũ,
Quos ubi vidit inops, timido cum pectore fatur.
Exiguam ſtipem ſupplice voce petens.
Neuter at argentum circumfert, neuter & aurum,
Ære crumena gravis neutrius atq; ſonat.
Terrenis opibus non quærit uterq; potiri,
Nec juvat hos celſas ædificare domos.
Vellera nulla pio pecori detraxit uterque,
Ut ſubitò fieret dives, & ære gravis,
Neuter pyramides celſas miratur & arces,
Noverat & magni pendere neuter opes.
Nec fitiebat opes alienas pauper uterqve,
Ut ſtrueret celſas de gregis ære domos.
Neuter divitiis incedere quærit onuſtus,
Tendit ad ætherios mens utriusqve polos.
Non molem templi tantam miratur uterq;
Nec ſpecie eximias cernit uterqve fores.
Nil aliud, qvam divitias miratur uterqve
Ejus, in excelſa qui ſedet arce, Patris.
Ergô quid huic donant querula tum voce petenti?
Cœlitus acceptas ſcit dare Petrus opes.
Cum tamen intuitus nummos ſperaret habere,
Sumit ab his munus cariùs ære datum.
Ut cum vere novo ramoſa repullulat arbor
Cui prius aruerant brachia frigoribus:
Omnia loripedis ſic verbo membra levantur,
Cui prius omninò debile corpus erat.
Quiqve jacebat humi, mirabile, claudus & æger,
Protinus hic ſtabili cernitur ire pede.
Qua, qvæſo, virtute, facit miracula Petrus?
Nunquid in humanis tale videre licet;
Heu tua non virtus, divina potentia, Petre,
Loripedem firmo præcipit ire gradu.
Petr' at hęc fecit miracula nomine Chriſti,
Inde ſtudens ſanctum multiplicare gregem.

ANTITHESIS IIII.

Quid ſibi vult, quæſo, ſceleratus Pluto? quid illic
Pſeudoprophetarũ grex maleſidus agit?
Quid molitur ibi, quid flectit lumina ſurſũ
Haccine clara poli ſuſpicit aſtra cohors?
Nunquid ſancta patris meditantur verba ſupremi; (preces?
Nnnquid ei fundunt ſupplice mente
Nunquid apoſtolico faciunt miracula more?
Aegra Deo ſuſa num prece mẽbra levãt?
Nunquid apud populum de ſancta eſt concio lege,
Aut Evangelii dogmata ſacra docent?
Nunquid ad æthereas extollunt lumina ſedes?
Nunquid eos Chriſtum concelebrare juvat?
Nunquid oves teneras hic ſano gramine paſcunt?
Qui velet, hæc facito, talia Pluto nequit.
Omnibus idem animꝰ celſas mirarier arces
Idem animus fluxis eſt inhiare bonis.
De grege quid fiat, nihil igens impia curãs,
Spectat magnificas ambitioſa domos.
Elyſios horum nullus contendit ad agros,
Nil cæleſte juvat, terrea ſola placent.
En tibi ſtrumoſum Plutum, qui latus & arces,
Atq; ſub urbe ſuos indice mõſtrat agros.
Adſtans & lateri cornutus Epiſcopus, ecce,
Quam patulo humanum lumine cernit opus?
Ut quando componit apis cellasq;, favosq;,
Cernit opus volitans undiq; fucus iners
Sapius ignavum pecus in præſepe ſubintrat
Quaq; coẽgit apis ſedula, mella vorat:
Sic ignava cohors, alius quas cõdidit, urbes
Occupat, ut fuco mellificavit apis.
Gens terrena domos celſas miratur & arces.
Gens pia ſyderibus: terrea gaudet humo:
Nil aliud ſceleratæ poteſt præſtare catervæ
Cur? aliud monachi nil didicêre pigri.
Quæ natura ſuo ventri parentia finxit,
Deflectunt oculos omnia bruta ſuos.
Ventre graves monachi ſic mundi rebus inhærent,
Nec miſeri cupiunt inde referre gradum
Non ſic impia gens, heu, non ſic itur ad aſtra,
Vos trahit ad nigras hæc via lata de-

pag. 720.

Refert externis parum lavari:
At lotis animis oportet esse.

ANTITHESIS V.

Sumit Apostolicus mirum, dum prandia cœtus,
Qvæ Pharisæorũ murmurat ecce cohors?
Turba dolosa nimis vulpinâ prædita frau-
Prandere illotos asserit esse nefas. (de,
Christus ad omnipotens, summi sapientia Patris,
Solvere scit nodos, impia turba, tuos.
Ergo reclamaret qvando tyronibus, illa
Turbaq; cum Christo cõgrederetur, ait:
Væ tibi gens qvæ transgrederis mandata supremi
Sancta, tuis qveat ut ritibus esse locus.
Gens fucata graves novit glutire camelos,
Colare & culicẽ: qvod Deus odit, amat.
Abluis exterio nitidis tua pocula lymphis,
Et tua mortali vasa liquore pias.
Abluis at nunqvam cœlesti fordida rore
Pectora, qvo fierent candidiora nive.
An licet humanas propter dissolvere leges,
Qvas tulit excelsa summus ab arce Deus?
Ut speciosa suo meretrix videatur amanti,
Oblita tum fuco depygis ora gerit.
Exteriora tui sic corporis abluis unda,
Ast animi sordent interiora tui.
Non manibus scelus illotis accumbere mensæ:
Est scelus illota sumere mente cibum.
Ut cibus internas nullo de pectore sordes
Purgat, sic animum nec vitiare potest.
Ut Deus est verax, nihil & veracius illo:
Nil nisi sancta probat, nil nisi vera docet.
Tu vero, scelerata cohors, gens perfida, mendax,
Somnia qvã recreant, omnia falsa doces.
Deseris ambrosiam, nectar cœleste relinquis,
Atqve venenato gramine pascis oves.
Hoccine legistis facinus patrasse Prophetas?
O nimis audaci dogmata scripta manu?
Sermo Dei solus medicina est mentibus ægris,
Et morbos animi dogmata sana levant.
Sermo autem est Christus, tanti medicina doloris, (des.
Ad qvem aditus rectos dat, modo viva, fi-
Sic reprimit sancto Christus sermone furores,
Queis Pharisæorum grex agitatus erat.
Hic ritus vetitos precesqve tradit
Externas monachis gregi scelesto.

ANTITHESIS V.

Qvid sibi vult hominum grex tantus vest.
tice rasa?
Religiosarum qvid petit ista cohors?
Cannabe qvid torta cincti: qvid mitra bicornis?
Qvidvé cucullatus postulat ordo simul?
Poplite cui flexo tam attentis auribus adstant:
Haccine turba colit supplice mente Deum?
Nulla cohors novit talis servire supremo:
Verba nec attenta percipit aure Dei.
Grex etenim totus dicentis pendet ab ore,
Dum pro suggestu talia Pluto serit:
O mnium felix, ô terque qvaterque beata,
Tu mihi docta Deo religiosa cohors.
Elysius tandem mecum florebis in agris,
Ingenio memori si mea dicta tenes.
Nil primo interno precibus corrumpere mentem
Atqve animum curis sollicitare juvat.
Vestrũ quisq, preces moto demurmuret ore
Hic, ubi conveniet credula turba frequens.
Ostentare juvat vel nuda cadaveris ossa,
Simplicibus prosunt illa prophana licet.
Qvodlibet egregia decoretur imagine templum,
Depingat varius lucida vitra color,
Cymbala multa sonent, fundantur thura per aras,
Nocte dieqve sacer luceat igne locus.
Nec te conturbes, si qvid commiseris, euge:
Consecrata fugat quodlibet unde scelus.
Floribus & ramis verno simulacra tegãtur
Tempore, & Autumno repleat uva manum.
Edite clamoros, resonent & templa boatu,
Et populus sacra sæpe madescat aqua.
Sacrificaturi varios vestite colores:
Triticeos flatu fingite mille deos.
Omne tamen cum judicio depromite carmen,
Festa petit gravius, lene profesta dies.
Signate humanas cruce fictã pulvere frontes
Tale susurrantes, qvale susurrat apis.
Sic externa suis blasphemo prædicat ore
Pluto vafer, curans dogmata sancta nihil.
Ergo qvi sapiet, vitabit pabula Pluti,

Rex regum minimum facit ſeipſum
Chriſtus, Cæſaribus didrachma ſolvens.

ANTITHESIS VI.

Squamigeri Petrus quid ſpectat piſcis in ore?
Hoccine mentis inops, an bene ſanus agit?
Exequitur quicunqve boni mandata magiſtri,
Dixeris orbatum ne ratione virum?
Huic etenim, quando ſolvi didrachma petebat
Quæſtor Cæſareo nomine, Chriſtus ait:
Regia progenies non hisce eſt libera reby?
Pendere vectigal gens aliena ſolet:
Turpia ne verò pariamus ſcandala genti,
Ad mare Petre cito tu modo perge gradu.
Ad mare cœruleum quando perveneris, hamus
Curvus in æqvoreas conjiciatur aquas.
Sqvamigerum jactu primo piſcabere piſcé,
A te inventus erit cujus in ore ſtater.
Solvito tum pro me pro teqve didrachma, quod æris
Cæſareus Quæſtor nunc ſolet exigere.
Dicta probat Petrus, celeri pede currit ad æquor:
Squamigerum piſcem protinus hamus habet.
Tum redit exiliens, piſci diducit & ora,
Promitur ex patulo protinus ore ſtater.
Verba Petrus Chriſti ſolvit didrachma ſecutus,
Accipit extenſa Quæſtor at ille manu.
Principibus docet hinc perſolvere jura licere,
Atque tributa ſuis pendere Cæſaribus.
Nunquid erat regum devinctus legiby ille?
Legibus imunis quis, niſi Chriſtus, erat?
Cui tribuendus honos, revereri præcipis inde:
Et cui vectigal pendere, Chriſte jubes.
Omnis enim à celſa decernitur arce poteſtas,
Et venit à ſummo regius ordo Patre.
Quod populo præſunt, vectigal penditur illis, (nos.
Quodq; etiam ſervant non ſine lege bo-
Non temerè gladium dedit his geſtare Supremus,
Nec geſtare gravi regia ſceptra manu.
Innocuos ut rex damno defendit ab omni,
Sic illi pœnas gens ſcelerata luit.
His etiam parere jubent mandata ſupremi,
Sic tamenut Domini nõ violetur honos,
Is temerarius eſt ergò, quicunq; reſiſtit
Principibus, voluit quos ſtabilire Deus.

Pendit Principibus nihil tyrannus,
Aſt hic ſubjicit ut monarcha reges.

ANTITHESIS VI.

Heu quid agit rerum triplici diademate tectus (virisq
Pluto, quibus mittit fulmina, qvaſo
Impius horrendo ſancit cum fulmine legem
Quam vel principiby non violare licet.
Auſcultat malefida cohors, dum percitꝰ ira,
Ius ſuperûm violans talia Pluto vomit:
O comites (neque enim ignari ſumus ante malorum
Peſſima qua nobis laica turba tulit)
Impia gens voluit, vectigal pẽdere noſtros,
Nos quoq; ſubjectos Cæſaris Imperio:
Ergóne Cæſareis parendum legibus? ergò
Vectigalis erit relligioſa cohors?
Nos qui Cæſareos ſcimus cohibere furores,
Et terimus preſſo regia colla pede.
Poplite quos flexo gens totius orbis adorat,
Legibus immunes non licet eſſe deos?
Per diadema triplex juro, per fulmina, terris (decet,
Quæ manus hæc vibrat, rem ſecus eſſe
Frangatur potius regũ veneranda poteſtas
Quam numeret nummum gens mihi ſida comes
Ergò magiſtratus, quicunq; ſit ille, caveto,
Si ſapit, à noſtris ulla tributa petat.
Sin ſecus, à noſtro percuſſus fulmine pœnas
Is luet in ſtygio tempus in omne lacu.
Sic divina Patris ſolvit decreta ſupremi,
Legibus immunem ſeq; ſuosq; facit.
Regibus at voluit vectigal ſolvere Chriſtꝰ:
Impius his verò pendere Pluto nihil.
Vt medio ludunt in aquis immania cæte,
Et patulo piſces quoslibet ore vorant:
Sic tenet imperium mortales inter, & omnes
Diripit, illicita ſubdit & arte duces.
Et tenues viduas, qua cultu paupere vivũt
Pendere vectigal, Pluto ſuperbe, jubes.
Multaq; progenies, orbata utroq; parente,
Pendit inops regi magna tributa ſuo.
Quod facinus, quaſo, viſum eſt audacius unquam?
O nimis audaces & ſine lege malos!
Omnibus inſultans ſic ſubjicit impius orbem,
Implicat atque ſuo regia colla jugo.

Morborum generi medetur omni
Agnus Christus, opem ferens tenellis

ANTITHESIS VII.

Quanta sit, hinc cernes Lector, clementia Christi,
Atq: laborantes qua pietate levet.
Quoqvo pergit iter, qvoqvo se proripit ille
Auxilium implorans obvia turba venit.
Ille autem à rebus nunquã feriatur agendis
Dic mihi, quæso, bonum quando refugit opus?
Quercubus ut virides hederæ, sic Christus adhæret,
Ut ferat auxilium, tempus in omne suis.
His modò sancta Dei facundo nunciat ore
Verba, laborãtes hos modò morte levat
Tuné sinistrorsum fugientẽ dæmona cernis
Ille ex humano corpore pulsus abit.
Corpore dissolvens illũ paralysis habebat,
Quẽ stabili Christus præcipit ire gradu,
Claudis restituit gressus, & lumina cæcis
Insuper & mutis verba sonare dedit.
Lepra quibus sanie tinctos infecerat artus.
Esse dedit medicâ corpora sana manu.
Cæca chelidonio verum non lumina sanat,
Nec leprosa auri pulvere membra levat.
Exitiale fugat nulla plantagine virus,
Coralio nocuum nec cacodæmonium:
Non reprimit nocuas herbis vel jaspide febres, (rum.
Curandam ad saniem non habet ellebo-
Non opus est gemmis Christo, non utitur herbis:
Imperat, & nutu quælibet ille facit.
Huic opus, huic labor est festis sanare diebus, (jacent.
Horum quotqvot humi langvida mẽbra
Nec Pharisæorum metuit, nec murmura plebis,
Irrequietus adest tempus in omne suis.
Scinditur incertũ studia in contraria vulg⁹,
Ille etenim damnat, quod probat alter, opus. (rum,
Ægros sanat, habens discrimina nulla die-
Festa licet fuerit, sive profesta dies.
Gratum opus est illi quemvis sanare, quibusvis
Auxilio celeri non gravat ire pede.
Pellere nec solũ novit de corpore morbos,
Novit & ex læsa mente fugare scelus.
Nec miseris, nec pauperibus succurrere cessat,
Vel quocunq; suos dirigat ille pedes.

Non visit miseros tyrannus ægros:
At contrà jocus est videre cædes.

ANTITHESIS VII.

Quãta sit, hinc cernes, miseri savitia Pluti
Et quibus ingenium sit recreare jocus.
Si jocus est vero, cades spectare cruentas,
Sanguinis & rivos unde madescit humo?
Ille parùm sancta statuit certamina lege,
Et pugnare viris præcipit ille viros.
Dicta probant omnes (quis contra audentior iret? (capit.
Quilibet hîc (miserum) protinus arma
Signa tubis dantur, cælum clamore remugit
In stadio celeri tum pede currit equus.
Pugna fit, horrendũ vero certamẽ, equestri
Pugnat equester, equis congrediuntur equi.
Vt cum Zelotypi subeunt certamina tauri,
Concutiunt presso gramina læta pede.
Ore cient fumos, jungunt cum cornibus ora,
Sæpius ad mortem casus uterque cadit.
Sæpe fit indigno sic in certamine cædes,
Cum sessore simul dejiciuntur equi.
Hîc contusa gravi cernuntur brachia casu,
Atque repugnantes cade perire gravi.
Heu, quam rara ferunt secum certamina pacem? (erit.
Nulla salus, & ubi Martius horror
Non semel hastavirũm teneros hic confodit artus,
Sanguine & humano sæpe rubescit humus.
Num spectare piget? dirimit num prælia Pluto,
Nũ dirimit, quæso prælia cædis amans?
Sanguinolentus amat fusum spectare cruorem,
Et ruere exanimes cernere gaudet equos.
Nec soli arridենt miseræ spectacula cædis,
Nec meretrix illinc, nec comitatus abest
Num solet ille gravi detẽtos visere morbo?
Vt viduas visat, num subit ille casas?
Heu, piget hunc parvos; lares humilesque subire,
Dedecus obscuras huicq; subire domos.
Sanguineas, animi solamen, cernere cædes.
Hunc juvat, hunc hasta, missaque tela juvant. (horror,
Atque ubi congressus armorumq; ingruit
Pluto frequens illic, ut modo cernis, adest
Impius est igitur natus cacodæmone Pluto,
Turpibus & geniũ est homicida satus.

* *Amissos humeris reportat agnos,*
Casas non metuens subire Christus.

ANTITHESIS VIII.

Cernitur hic veri, lector, pastoris imago,
Qui tenerum servat sedulitate gregem.
Sana gregi Christus non solum gramina præbet,
Hunc q; per irriguos non modo ducit agros.
Non modo pascit oves, ubi fragrãs crescit amomum,
Aut ubi gramen adest, mollis & herba viret.
Non modo pascit oves, ubi clarus defluit amnis,
Non modo de liqvido fonte propinat aquas.
Nõ modo nõ ducit per devia sedulus agnos,
Aut per gramen, ubi grex aconita legit.
Occurrere feris primus venientibus audet,
Audet & effrænes ille fugare lupos.
Primus & impavide transit per amœna locorum,
Nil veritus sævi rostra cruenta lupi.
Si qua tenebrosis pecus est in vallibus errãs,
Hanc ovium qværit pastor ubiq; bonus.
Intuitus dubio noscit vestigia gressu,
Impiger hæc seqvitur, nec gravat iste labor,
Per sylvas, per agros, tristis per opaca vagatur,
Mœstus ovẽ qverulo nominat ore suam.
Invenit, inventã non duro verbere tundit:
Impiger hanc humeris tollitat ille suis.
Sublatamq; suũ gaudens in ovile reportat,
Et reficit fessam gramine lætus ovem.
O pastorem ovium! licet hinc cognoscere, qvantâ
Pascit oves Christus sedulitate suas.
Si qva vel agna lupos in sævos incidit, illam
Eripit impavidâ protinus ille manu.
Non metuit tristes ululatus ipse luporum,
Hunc neque crudelis tygridis ira fugat,
Non metuit mortẽ, nec mille pericla subire,
Effera sanguinei nec timet ora lupi.
Casibus innumeris audet se exponere primus,
Dæmonas & cõtra primus in arma ruit.
Sed manet intrepidus, casu qvoqve servat ab omni
Pastor oves Christus nocte dieq; vigil.
Talia discipulis, lector, præsentibus audet,
Præcipit exemplo qvæ facienda suo.
Dum pia Christus obit pastoris munia verè:
Discit Apostolicus pascere cœtus oves.

Agnos Pluto lupus rapax tenellos
Correptos lacerat feroce dente.

ANTITHESIS VIII.

Qvod genus hîc hominis, qvæso, cum tempora circum
Est diadema triplex, ora lupina gerens?
Hiccine pastor erit, qui dentes promit acutos,
E cujus pendet plena crumena pedo?
Pseudopropheta, lupus, latro, dux atqve latronum,
Candide spectator, si bene cernis, erit.
Nec modo vitales ô vos qui carpitis auras,
Ast & enim cassos lumine dente vorat.
Carnivorax tumidis ut gaudet hyæna sepulchris.
Sic insistat putidis ille cadaveribus.
Hic miser ætheria nõ fungitur amplius aura,
Ast inhumandus ibi mortuus eece jacet.
At scelus indignum, vafro numismata Diti
Sunt numeranda prius, quam sit opertus humo.
Nec procul hinc adsunt fallaces pseudoprophetæ,
Qvi, ut vultur rapidus, putre cadaver amant.
En, qvæso, ossa quibus nõrunt imponere plebi,
Hæc proclamãtes sancta, prophana licet.
Non missura prius carnẽ, quã plena cruorũ,
Quando hæret tenera mollis hirudo cuti.
Sic ignara dolis emungitur ære caterva:
Imbelles populi quid nisi præda manent?
Vt prædãtur eos monachi, prædatur & alter
Hos prædo, at nulli qvem latuêre dolí.
Qvid digito monstret, vis scire, qvid indice qværit,
Quæve cucullatus satrapa verba facit?
Nemo pias vestrũ fraudes exerceat, inquit,
A nobis nisi sit copia facta prius,
Nec liceat cuiquã peccata remittere, nulli
Hæc sine permissu sunt facienda meo.
Vnius est summi peccata remittere Diti,
Qvi velut immenso regnat in orbe Deus.
Vt leo, dum spectat mõtis de vertice prædã,
Horrendos patulo promit ab ore sonos:
Tum fremit, & caudam decurrens ducit in orbem,
Et torvum intuitus circuit ille feras:
Tum tremuêre feræ, tremulæ sistuntqve paventqve
Atqve manent regis jussa superba sui.
Sic Pluti ad nutus monachorum turba trevisit,
Jussa sui metuens exeqviturq; Dei.

pag.728. *Aſpernatur opes, docetqve Chriſtum,*
Sola tecta fide ſubire cœli,

ANTITHESIS IX.

* Cernitur hic Chriſtus cœlo demiſſo ab alto,
Cœleſti emiſſas qvi patre tradit opes.
Gens ignara viæ, qvâ celſas itur ad arces,
Adſtat, & auſcultans à duce qværit iter.
Chriſtus at ignaræ gaudẽs ſuccurrere gẽti,
Qva patet acceſſus, mõſtrat ad aſtra viâ.
Prædia nulla ſitit, fulvũ non appetit aurum,
Nec qvæ ferre ſolet munera vilis humus.
Nec Phariſæorum mores imitatur iniqvos,
Qvi viduas fictâ ſub pietate vorant.
Vultis, ait, fratres, cœleſtia regna ſubire?
Terrenis opibus non inhiare decet.
Sunt terrena viro nihili facienda fideli,
Servandis animis ſordida terra nocet.
Qvem nulla æruginis, nulli roſêre latrones,
Theſaurum in cœlis accumulato pius.
Non licet argento ſuperas penetrare per arces,
Tecta ſuperna poli non gravis æra ſubit.
Ut ſpirante noto navis, dum tendit in altũ,
Naufragium patitur, qvam grave mergit onus.
Sic qvoqve cum loculis dum tendit ad æthera dives,
Ipſum Cocyti pondus ad ima trahit.
Qvilibet æra graves ergo deponito burſas,
Namq; piis onus hoc claudit ad aſtra viã.
Munere conſeqvitur terreſtri nemo ſalutẽ,
Tecta poli ſolâ ſunt ſubeunda fide.
Qviſqvis enim cupiet cœli cõtingere ſedes,
Sola fides aditus huic, modo viva, dabit.
A ſtygiis nullos argentum liberat undis,
Nec fragiles, novit qvas dare mundus, opes.
Muneribus cereris qvis, qvæſo, conferet almum (inops?
Nectar & ambroſiam? qvis, niſi mentis
Nemo poteſt animo complecti, aut ſenſibus ullis,
Præparat electis qvæ Deus ipſe ſuis.
Omnia poſthabeat, vel charos illic parẽtes,
Patre Deo nato qvi voluerſe comes.
Liberat effuſo mortales ſanguine Chriſtus,
Atq; hominum nullo penditur ære ſalus.
Chriſtus enim verax eſt ſolus janua cœli,
Qvo ſine tecta poli ſcandere nemo poteſt.

Hil falſo reſerat fores ſupernas, pag.729.
Et peccata pecuniâ remittit.

ANTITHESIS IX. *

Cernitur à ſtygiis deductus Pluto lacunis,
Qvi fragiles mundi nil niſi ſpirat opes.
Sydera nemo poteſt quot ſunt numerare polorum,
Quot neqve Vere novo gramina campus habet:
Sic qvoq; nemo poteſt vafri ludibria Pluti,
Ejus & innumeros commemorare dolos.
Non ſcopus eſt pura venerari mente ſupremum
Ejus, & æternum concelebrare Deum.
Huic ſcopus immenſum ſeducere fraudibus orbem,
Huic ſcopus humanum ludificare genus.
Verſicolore vafer pergit veſtitus amictu,
Et ſpeciem veſtes religionis habent.
Dextra crucem geſtat, geſtat qvoqve læva libellum,
Qvo veniam ſcelerũ ſe dare poſſe refert.
Cernitur ante alios juvenis, qvi cymbala pulſat,
Qvem ſeqvitur monachum pernitioſa cohors.
Proximus idolũ geſtat, qvi vertice raſo eſt,
Neſcio qvæ ſecum verba ſecundus habet.
Vtqve volutabro lætatur amica luto ſus,
Et catulos illuc edocet ire ſuos:
Sic docet impoſtor monachos imponere plebi,
Et varia humanum fallere fraude genus.
Vos date ſubjectis, inqvit, ſal, thura, putreſtat (aqvæ.
Vtqve cadaver, humum, luſtraqve vilia
Cymbala cum meritis, cineres, benedictio, cantus,
Talia ſunt certo diſtribuenda die.
Legibus his tamen ut frumentum, vina, liqvores.
Et qvicqvid vobis elicietur, erit.
Dicta probãt, facitũt docti mandata magiſtri
Et toto impia gens ſeminat ore dolos.
Spargitur ut liquidis crocodilo ſemita nymphis
Ad Nilum, ut lapſos rore vorace voret:
Sic inimica Deo ludit gens ritibus orbem,
Ingenio qves ſcit fingere Pluto ſuo.
Qvælibet arripiunt: lucri bonus eſt odor ex re (juvat.
Qvælibet: imponunt, hos ſcelus omne
Accipiũt quodvis, ſi nõ ſonat ære crumena:
Sive ſiligo adſit, ſordida ſive pecus.
Impia gens facit hæc, Pluto doctore, miſellã

Et fastus nihili facit caducos.

ANTITHESIS X.

Qvisnam tardigrado vehitur tam mitis asello,
Nati cœlicolis os, habitumq; gerens?
Ille licet pergat tenui vestitus amictu,
Judicio tamen est regius ille meo.
Regius est, lector, ne te tua lumina fallant,
Regius est summo rege parente satus.
Cum tn. advenit Judææ gentis in urbem,
Hoc nihil (ut cernis) mitius esse potest.
Non eqvus est huic fræna ferox spumantia mandens.
Huic modò sessori tardus asellus inest.
Sæpe Hebræa cohors maledictis proscidit illum,
Illius & graviter dogmata sæpe tulit.
Non tamen ille malum retulit pro talibus ausis:
Parqve referre pari noluit ille malo.
Futilibus licet hunc incesserat impia lingvis,
Hanc tamen innumeris afficit ille bonis.
Ut Thraso nõ venit, sed mitior ille columbâ
Visit eam, voluit qvæ lapidare prius.
Hunc etiam populi reverentur pacis amantes:
Atqve hic officium fida caterva facit.
Ramosas alii destringunt arbore palmas,
Et gaudent alii sternere veste viam.
Afficit hunc recinens puerilis cœtus honore,
Atq; Osanna pium supplice voce canit.
Ut qvando circumvolitant examina regem,
Nescio quid secum læta susurrat apis:
Sic etiam Christum collaudat qvilibet odis,
Et regem gaudet concelebrare suum.
Fulget ut obscuras inter carbunculus umbras (micat:
Noctis, ut umbroso tempore gemma
Sic populos inter præstantior eminet õnes
Ille, qvibus veniens undiq; cinctus erat.
Et Judæa cohors toties qvem ejecerat urbe,
Nunc recinens curvo poplite dicit, Ave,
Hinc licet incertæ cognoscere pectora plebis,
Qvæ sese versat sicut arundo levis.
Nam crucifixuri sunt, qvem reverentur, Jesum
Judæi, qvamvis mitis ut agna venit.
Ejus enim mortem sitierunt, ille salutem:
Venit & infestos inter ut agna lupos.

Spumantiqve ferox eqvo tyrannus.

ANTITHESIS X.

Hinc potes, ô lector, Pluti agnoscere fastus,
Hinc indigna hominis cernere facta licet.
Ingreditur qvando miseræ Babylonis in urbes,
Cernitur hic plusqvam regia pompa comes.
Huic eqvus est spumans ostroqve insignis & auro,
Altisono cujus sub pede terra fremit.
Penula lasciviis tegit hunc ornata decoris,
Insignem & chalibem frenaqve Mordet eqvus.
Aulicus hunc seqvitur, cornutus episcopus, abbas,
Ejusdem generis vel numerosa cohors.
Hæc sine splendẽti peragit nõ veste caterva
Ornato phaleris non nisi pergit eqvo.
Ensibus accincti colones spicula gestant
Ex humeris, spectas qvos aperire viam.
Multa qvid! immenso princeps non visus in orbe est,
Cui tanti fastus tantaqve pompa fuit.
Pro calone potens tantũ illi Cæsar habetur,
Audet quem lixis annumerare suis.
Non venit ut pastor, venit ut temerarius, audax,
Orbis ut immensi qvi tenet imperium.
Huic diadema triplex, huic vestis lucida gemmis,
Hujus & asseclas purpura picta tegit.
Ut meretrix auro tortis speciosa capillis,
Cujus & ad collum pendula torqvis inest,
Fucata facie procedens ludit amantes
Ulceris ignaros, qvod lupa dira gerit:
Sic specie externa Pluti delusa, dolisqve
Excipit hunc tanqũ credula turba Deũ.
Hunc urbes etenim, totus reveretur & orbis,
Et colit hunc flexo gens male docta genu.
Nec tantum male docta cohors, exultat avernus,
Et cacodemonium turba scelesta salit.
Scilicet ætherei durum patris ille flagellum est,
Ultio dia, malis exitioqve satus.
Indice nescio quid signãs demurmurat, atq;
Ut populo imponat, dulcia verba serit.
Exitio tradit, qvos hic servare videtur:
Ludere sic turbas ambitiosus amat.
Ut qvocunq; meat, sordes testudo relinquit

Vendentes pepulit domo paterna,
Pollutam graviter ferens Iesus.

ANTITHESIS XL.

Qvanto ardore animi Christus genitoris honorem (habes.
Vindicet, exemplum, candide lector,
Gens malè docta suas sancta Salomonis in æde
Vēdebat merces, multus ut emtor erat.
Lenigerum pecus hic vendebat, & ille columbas:
Expositas illic alter habebat opes.
Christus ad interea sāctas pervenit in ædes
Traderet ut suīi dogmata sancta Patris.
Intuitus merces in templo excanduit irâ,
Nec tulit, hos patriam sic violare domū.
Multa quid? ille facit contorta cannabe flagrum
Protinus, unde tulit verbera dura cohors.
Omnes qvotqvot erant duro fugat ille flagello:
Respiciunt timidi, semanimesq; ruunt.
Ut si fortè lupos in septro pastor ovili
Repperit, huic currit membra per ima furor: (tem,
Corripit ille pedum, dextra levaq; peteu-
Oreq; frendentem tum metuêre lupi.
Sic Christi virtute omnes fugientq; ruūtq;
Et trepidat gelido tota caterva metu.
Eversis resonat dejecta pecunia mensis,
Balat ovis, simplex atq; columba gemit.
Illic auditur gemitus, clamorq: virorum,
Et quærulo fugiens murmurat ore cohors. (pressit
Alloquitur verò Christus, murmurqve re-
Iudaicæ gentis, talia verba ferens:
O scelerata cohors, annon domus ista colendo
Ædificata fuit supplice mente Deo?
O polluta cohors, quæ semper sancta prophanas,
Tène licet patriam sic violare domum?
Polluis has ædes sacras, loca sācta, supremo
Hic ubi sincera mente colendus erat.
Quæ nusqvam fieri debent, hic istâne fient,
Sunt ubi fundēdæ supplice corde preces?
Hæccine structa fuit vendendis mercibus ædes?
Non aliud (qvæso) postulat ista domus:
Illa tamen vobis facta est spelunca latronū
Proh scelus, an templū sic temerare licet?
Non tulit ergo, sacras scelerari turpiter ædes,
Non violanda sciens tecta dicata Deo.
Sacra Pluto suas in æde merces
Vendit plebeis, & idiotis.

ANTITHESIS XI.

Si sedet in solio sceleratus Pluto supremo,
Si sacras merces vendit in æde suas.
Non est, quod mirum videatur, mitia nemo
Vepribus ex duris carpere mala potest.
Nulla potest arbor mala suaves edere fructus: (facit.
Egregium nec opus Pseudoprophetæ
Vt medicus fingit plantagine pellere virū
Qui taxo ægrotos examinare solet:
Sic vafer assimulat se tradere verba salutis
Pluto, quibus magis est exitiale nihil.
Ille sibi, tanquam superis delapsus aboris,
Vendicat, excelsi quod liquet esse Patris.
Nititur ut dæmon, superas penetrare per arces,
Vt cacodæmonium sit verebelle genus:
Simplicibus novit fallaces vendere bullas,
Pollicitus summi regna beata Dei:
Sic parat insidias populis impostor, ut auceps
Subdolus incautæ retia tendit avi.
Heu viduata viro quoties emungitur ære,
Orphanus atq; dolis (impie Pluto) tuis?
Heu quoties olitor tentavit petroselinum
Carpere, quod, simium dira cicuta fuit?
Ipsit sæpe legens flores ignara venenum
Virgo, quod in viridi gramine sæpe latet:
Cū [illegible] as cæli contingere sedes
Tum [illegible] scriptū, quæ dare Pluto solet
Sæpe redit q̄, domum pice longè nigrior atrâ
Candidior pura qui putat esse nive.
Semper & immiscet veris mendacia, mira
Arte suos vulpes, ut tegat illa dolos.
Optima si verum tu condimenta veneno
Misceres, totum hoc exitiale foret.
Sic quoq; dum miscet sanas lethalibus herbas (gregis?
Pluto, quid? in pestem non facit ille
In specus allicitur miser à latrone viator,
Hic ubi cum vita sæpe relinquit opes:
Sic vafer incautos sacras invitat in ædes,
Pollicitus certam Pluto salutis opem.
Ast ibi non solum vel opes vel corpus ademtum est:
Spiritus eripitur, nigraq; regna subis

Dat cænam Dominus ſuis Ieſus,
Largiturus opes ſuas in ævum.

ANTITHESIS XII.

Cum daret auricomus terris ſua lumina veſper,
Proderet & vultus humida luna ſuos:
Plurima diſcipulos docuit moritur⁹ Ieſus,
Atque ſuas ſancto gramine pavit oves.
Aſt quæ illos docuit, nobis qvoq; dicta putentur,
Qui ſoboles Abrahæ progeniesq; ſum⁹.
Ille reliquit opes, quas aurum vincere fulvum, (nequit.
Gemmaqve quantumvis ſit pretioſa
Ille quid ergo ſuis pretioſi? ſe ipſe reliquit,
Qui cibus eſt animis, ut foret inde ſalus,
Panis n. vivus deſcendit ab æthere Chriſt⁹:
Quo ſine quis quæſo non moritur⁹ erat?
Et quia turba ſum⁹ natura incredula noſtra
Nil niſi conſpicuum credere quemque juvat?
Ipſe ſuum poſuit corpus, roſeumq; amorē,
Sub pane, & liquido ritè fruenda mero.
Ut (quem gignit humus) paſcuntur corpora pane,
Et vinum exhilarat triſtia corda merum.
Queis ſine deficiunt vires, & corporis act⁹,
Et fame præ nimia langvida membra jacent.
Sic ſine cœleſtis preti[illegible] corpore Chr[illegible],
Heu quis in ęternū nc[illegible] noreretur h[illegible]?
Lucidus ut quādo fund[illegible] lumin[illegible]s,
Triſtis in obſcuras evol[illegible]os:
Sic nive candidior mens pūro ſanguine Chriſti
Redditur, innumeris ſordibus atra pri⁹.
Nam dominabatur cacodæmō impius orbi,
Mundus & hic fallax ater avernus erat,
Quos libet horrida mors præacutâ falce ſecabat,
In miſeros linguas angue ferente ſuas.
Non tulit hanc ſpeciem Chriſtus, qui ſanguine lavit
Peccatis hominum faucia corda ſuo.
Qui cacodæmonibus victis, & morte triumphans,
Ad dextram in celsâ nunc ſedet arce Patris. (verè
Non tamen abſentem nobis, ſed corpore
Præſentem in cœnâ credimus eſſe ſuo.
Hoc Evangelii teſtantur dogmata ſancti:
Teſtatur Domini ſanctaq; cœna Dei,
Pœna qvem populis docet colendum.

ANTITHESIS XII.

Quot ſit opus famulis operoſis conficiendo
Triticeo, labor eſt commemorare, Deo,
Cum coluit primum cū vomere rura colon⁹,
Tum ſerit, & ſemē, mollis ut herba, viret.
Dein, quæ parva fuit, quando ematuruit herba.
Sedula meſſorum falce caterva metit.
Inſuper auriga vehitur duce in horrea bob⁹,
Qui vectum terat hoc eſt ibi rurſus op⁹.
Præterea molitor præſtat male fidus opellā:
Atqve aſinus qvando fertqve refertq; domum.
Tum puer, aut meretrix ſubigit ſcelerata farinam.
Forſan & hanc liquida diluit alter aqua.
Nec ſatis eſt, coquitur compreſſus duplice ferro,
Multa quia? eſt illic forcipe rurſus opus.
Pyxide ſacrifico tū clauſus fertur ad aras,
Qua tibi, lector, hæc, ſi bene cernis, erunt.
Sacrificus varijs ibi cingens veſtibus art⁹,
Neſcio quas ſecum murmurat ore preces.
Multa ſuſurranti rogitat cum voce puellū,
Qui quoq; reſpondens tale ſuſurrat idem.
Hic aliquantiſper deflectit lumina ſomno,
Impiger accendit dum puer igne faces.
Aſt ubi neſcio quid cōprenſo pane ſuſurrat,
Ille (malum) panis creditur eſſe Deus.
Editur hic murmur, ceu flantis filij⁹ auſtri,
Attundente ſimul pectora plebe manu.
Qvis, niſi mentis inops, ut ſanctum tale probabit?
Hæccine mens Chriſti? talia nulla docet.
Vt catus arrepto gaudet colludere muri,
Verſat cum variis impiger unguibus modis:
Nunc ſimulat ſomnum, nunc ſe diſcedere fingit,
Nunc redit, & murem corripit ore levem:
At varios luſus ſequitur res ſeria: tandē,
Quem rapuit felis dente feroce, vorat:
Sic quoq; ſacrificus cum volvit ſæpius illum
Triticeum tumido devorat ore Deum.
Devorat hic aliis cernentibus hellua totum,
Purpureo digitos lambit & ore ſuos.
Talia præceptis cum ſint contraria Chriſti;
Dogmate Pluto tuo tu fugiendus eris.

pag. 736. *

Lavit discipulis pedes Iesus,
Lassis auxilium docens ferendum.

ANTITHESIS XIII.

Si sequeris Christum, lector, tutissimus ibis:
Splendida lux etenim totius orbis is est.
In tenebris nunqvam versabitur ille, fidelis,
Cœligenæ Christo qui volet esse comes.
Filius est summo charissimus ille parenti,
Verba parens cujus percipienda jubet.
Lintea quæ cingunt, en quæso, lector Iesum
En pelvim, nitidas unde prehēdit aqvas.
Discipulis lavet unde pedes Rex maximus unde
Tergat eos, mitis lintea Christus habet.
Petrus at ecce pedes Christo negat esse lavandos,
Atqve salutares ille recusat aquas.
Nil tibi (Christus ait) nobiscum Petre, futurum est,
Istos abluerit ni mea dextra pedes.
Tum Petrus: abluito, Divine, pedesqve manusqve,
Quicquid & in nostro pectore sordis inest.
Sic nisi cœlestis vitiosos laverit unda,
Ætherias nobis non licet ire domos.
Ergo tuo fas est renovari, Christe, lavacro,
Qui sceleris purus postulat esse sui.
Repperit ut quando pecus errans fortè paludes,
Corruit in sordes, inficiturq; luto:
Impiger ereptā deducit pastor ad amnes,
Mergit aqvis, tergus lanigerumque lavat:
Sic qvoq; quando animos peccatum polluit atrum,
Hos aqua pollutos cœlitus orta lavat.
Si Dominus, si Rex illotos laverit unda,
Hos aqua pollutos cœlitus orta lavat.
Non eadem nobis sunt facienda gregi?
Rege quid hoc potuit quæso sumissius esse,
A pedibus famulis quem juvat esse suis?
Mutua, si sapimus, nobis tradatur opella,
Et duce pauperibꝰ rege feramus opem.
Fœlix ille animi, Christoq; simillimus ipsi,
Tutum ferre inopi quem juvat auxiliū.
Quisquis enim dextram fratri non tradit egeno,
Impius est, sævis deteriorqve feris.
At quicunq; suis gaudet succurrere sēper
Fratribus, hic fœlix, atqve beatus erit.
Nā Deus omnipotens imprimis diligit illos
Queis erga fratres est pietatis amor.

pag. 737. *

Hic vel Principibus dat osculandam
Impostor crepidam, velut monarcha.

ANTITHESIS XIII.

Ecce tibi, lector, vani ludibria Pluti,
A pedibus reges quem juvat esse suis,
Qui tribuendus erat Christo, præsumit honorem:
Lætitat & sancti se caput esse gregis.
Dic mihi quæso, biceps fœtus Ecclesia monstrum?
Impie, qua quæso talia fronte refers?
Vah nequit esse biceps divina Ecclesia, Christus (lupus.
Huic caput est unum: Pluto quid ergo?
Huic caput est Christus, sancti quoq; pastor ovilis,
Atq; suo teneras numine pascit oves.
Attamen ille suis immensum territat orbē
Legibus, & populi subjicit arte duces.
Hunc etenim flexo venerātur poplite reges,
Dant q; (malum) Pluti basia blanda pedi.
O cæcos homines, ò regum pectora cæca?
Oscula concedit talia nónne nefas?
Sordida nam meretrix te rege beatior esset,
Si tali obsequio vita beata foret?
Namq; ea, Pluto, tuo ridens os admovet ori:
Dat crepidis at Rex oscula blanda tuis.
Orationis inops ergo, qui, basia Pluti
Vt tradat crepidæ, flectit utrumq; genu.
Vt septena gerit denis cum cornibus ora
Bestia, quā tradunt esse draconē satam:
Monstrum horrendum, ingens, & frendens dentibus ira,
Eructans saniem spargit ubique suam:
Plurima blasphemo (miserū) pronunciat ore
Et violat summi nomina sancta Dei.
Hoc etiam coluit facile gens impia monstrū
Gaudet enim sēper gens scelerata malis.
Talia Pluto facit, leges imponit acerbas,
Percutit, occidit, quos libet igne cremat.
Ille etenim toto sese jubet orbe colendum:
Cui nisi paruerīs, crede, perire licet.
Si quis enim præcepta negat toleranda tyranni,
Corripitur, pius & diluniatur homo.
Insatiabilis ut lupus agnos ore cruento
Corripit, & frendens dentibꝰ ille vorat.
Tergora diripiens sic monstrum devorat agnos:
Prædaq; sunt Pluto mitis ut agna lupo.

Ridetur que malis parens Iesus.

ANTITHESIS XIIII.

Quanta (vides) Christus nobis tormenta subivit,
Qvamq; gravẽ voluit sponte subire necẽ.
Impositũ capiti non est diadema refulgens
Nec tam sancta gerit regia sceptra manu.
Cœlitus at nato pro dignâ rege corolla,
Spina caput pungens aut saliunca tegit.
Regia pro sceptro decoratur arundine dextra:
Flexilis & læsum tundit arundo caput.
Nunquid in orbe fuit (quæso) tractatus, ut ille,
Tam miseris seu fur, seu patricida, modis?
Hic illusus adest, & spinæ tempora circum,
Queîs ita comprimitur, sanguis ut inde fluat.
Hîc alii coram certant illudere capto,
Alter humi flexo poplite dicit, Ave.
Incutiunt alii colaphos, & lumina velant,
Irridens alius miles in ora spuit.
Omnibus autorem jocus est ridere salutis,
Ludus & innumeris hûc cruciare malis.
Ut multi accipitres gaudent laniare columbam,
Sic simul in Christũ gens scelerata ruit.
Cujus in ore dolus non est invẽtus, iniqvis
Nomine sed nostro, tunditur ille modis.
Pertulit at Christus patienter talia nobis,
Fabula qui miseræ plebis in ore fuit.
Pertulit hæc nobis, ut nos Acherontis ab undâ,
Erueret, cœli regnaq; sancta daret.
Nos etenim mortis mactârũt tela, tenebat
Compedibusq; suis pectora victa Satan.
Christus at eripuit mortalia pectora curis,
Eruit à stygiis nos quoq; victor aquis.
Ergo qvis audebit Christo conferre tyrannum?
Noñé colendus erit, duciturunde salus?
Quis stipulas granis (quæso) nisi stultus, adæquat
Lumina quis luci, ni rationis inops?
Unde salus pendet, nobis es Christe colendus,
Qui das in placidâ vivere mente dies.
Quisquilias verò quàm granum pluris & umbram,
Quam lucem veri gens inimica facit.
Posthabitis lucem tenebris pia, docta sequatur.
Vera etenim amplecti, linqvere falsa licet.

Gemmis fulgidulis micans & auro.

ANTITHESIS XIV.

Si mihi tot linguæ, bibulas quot littus arenas,
Mollia quot viridis gramina campus habet:
Si mihi ferrea vox, ô Plutó superbe, nequirem.
Eloquio fastus commemorare tuos.
Non redimita gerit spinosis mollia sertis
Tempora, nec cingit dura corolla caput:
Mollibus hoc gestamen obest, procul este: tenellum
Bissina Sapphyro fulgida serta juvant.
Huic diadema triplex, ubi vel carbunculus auro
Cernitur intextus, nec sera mollis abest.
O quàm dis similis Christo, qui tẽpora circũ
Militibus casus, spinea serta tulit. (dit:
Nec satis, huic opus est cornuta gente creaMagna nec implumi vertice turba deest.
Purpureo, crocinoq; micat vestitus amictu,
Ejus & est chlamydi lucida gẽma deæ.
Tympana multa sonant, reddit cava tibia cantus:
Nec chelys, aut citharæ, nec lyra dulcis abest.
Insuper ignivomo belli ciet ore boatus
Machina, terribiles reddit & illa sonus.
Dic ubi tot fastus, ubi tantæve pompæ qua illis
Regum quæso suas æquiparabit opes?
Impius extollit vanum super æthera nomẽ,
Et cupit ignipotens ut Deus ipse, coli.
Exteriora gerit miris ornata lapillis,
Interius vero nil nisi virus habet.
Est igitur meretrix scorto lascivior omni,
Bestia quam rubro tincta colore vehit.
Purpurea cum veste gerit malè fida lapillos,
Cumq; deaurata pergit iniqua stola:
At latet inficiens tali sub veste venenum,
Turgida cum ficis atq; marisca subest.
Regibus illa tamen meretrix sua vina propinat
Exitialis, ubi dira venena latent.
Spumãtes vino pateras hausere monarchæ,
Proluit & tali quilibet ora scypho.
Sic fucata suo meretrix imponit amanti,
Proh dolor incautũ quẽ manet interitus
Sic scelerata suum diffundit ubiq; venenũ,
Quo sua quæ sequitur proluit ora cohors.

pag. 740.

Quid ſummis ſius eſſe, quaſo, regum
Summo Rege queat, videto lector?

ANTITHESIS XV.

Judæis coram mitis productus Ieſus.
Hic à Romano præſide Chriſtus adeſt.
En tibi lector, homo quem ſpinea ſerta coronant,
Flexilis & cujus repletarundo manum.
En tibi, lector, homo qui pœnas ſanguine pendit,
Quas mortalis erat turba datura Deo.
En tibi, lector, homo, qui non tamen eſt homo nudus,
Aut potius vermis, ſi bene cernis, erit.
Hunc rabioſa canum circundat turba, latratus,
Spumanti in tacitũ quæ vomit ore feros
Ut ferus inſectans prædã rugitq; fremitq;
Atq; aperit fauces, oraq; læva leo:
Sic maledicta vomit lingvis vibrãtibus iſta
In Chriſtum ſummo genus inimica Deo.
At velut effrænis ſubiens certamina taurus
Edit mugitus, & pede pulſat humum:
Sic fera turba caput ducitq; movetqve labellis
In Chriſtum motis frendet & ore ferox.
Cingitur utqve lupis balans frendentibus agna:
Sic fremit in Chriſtum gens maledida pium.
Cum tamen ille rei nullius conſcius eſſet,
Hæc tacito tanquam conſcius ore tulit.
Cumqve monarcha foret celſi dominator Olympi,
O paradoxa? tamen ſervus ut ille venit.
Qvi fuit egregia facie ſpecioſus, & inter
Mortales illi non decor ullus ineſt.
Eſt Phariſæorum confuſæ & fabula plebis:
Fabula, quæ naſum rhinocerotis habet.
Duris deliquitur pœnis, ut cera liqueſcens,
In teneram Phœbus lumina quãdo refert.
Verberis apparet duri per membra character,
Purpureo & tinctum ſanguine corpus habetur.
Aſperſus ſanie tanquam leproſus habetur,
Nam nihil illæſum præterière canes.
Con tulit iſta ſibi: quid enim commiſerat ille,
Qui ſine peccato, qui ſine labe fuit?
Pertulit impavidus tibi fævi tela Satanæ,
Et voluit ſtygios expoliare lacus,
Ergo tuum, lector, ſupplex reverêre parentem,
Addictus morti qui tibi cuncta tulit.

pag. 741.

Uſurpat ſuperos procax honores,
Cum ſaltuqve docet ſuos tyrannos.

ANTITHESIS XV.

Qvi ſentina malis, lector, qvis lerna malorum eſt,
In ſolio ſeſe prædicat eſſe Deum.
Turgida cũ faſtu deprompſit verba tyrãnus,
Qvæ patula demens percipit aure cohors.
Plaudite fida mihi comes, inquit turba: poteſtas
Tradita cœlitus eſt omnis ubiq; mihi.
Quos libet in celſas arces mea numina tollunt:
Et jubeo nigras quos libet ire domos,
Nam mihi tum baratbri eſt, tum celſi clavus olympi:
Poſſum tartareas & ſpoliare domos.
Nã mihi quãdo lubet nuto mandare Satanæ
Quæcunq; eſt præſto, noſtraq; juſſa facit.
O quoties & quot manus hæc Acherontis abunda
Humanas animas extrahit, ære dato?
Traduxit paulo manes vaga cymba Charontis?
Magno traductos extraho pluris ego.
Hinc fuge, paſtor inops, procul ô procul eſto miſelle,
Qvi methodum neſcis, heu fuge ſtulte, meam.
Nam maleſuada fames tibi ringet corporis artus,
Mentem animumq; ſequi in mea juſſa velis.
Deſine vera loqui, tibi falsũ arrideat auri,
AEris & argenti (me duce) dives eris.
Cernito naturas humanas ingeniumq;:
Diſplicet his verum, cunctaq; falſa juvant.
Vnde mihi (quaſo) triplex diadema paravi?
Vnde crumena gravis, tantaq; põpa mihi?
Vnde mihi quaſo magnos devincio reges?
Nõ meditare, potẽs unde monarcha vocor?
Omnia ſuccedunt, mihi credito, falſa docẽti;
Semper inops, ſitu vera docebis, eris.
Omnia conſiliis, aſtu, ratione, doluq;,
Poſthabita ſiunt relligione mihi.
Ergo voles iſtic dici quicunque beatus,
Qva tibi præſcribo, dogmata noſtra cape,
Sin minus, eroſus miſeris à vermibus eſto:
Excruciet pectus pauperiesqve tuum.
Sic docet incertum vulgus mendacia Plato:
Sic tenerum novit diſpoliare gregem.
Sic ſibi conciliat mundi faſtoſus honores:
Sic inopum tennes depopulatur agros.

* *Pœnas mille dedit, crucemque tulit*
Pro nobis miseris pius Redemtor.

ANTITHESIS XVI.

Tempore, qvo Christus lato versatus in orbe est
Maximus; ærumnas qvid nisi mille tulit?
Inde videre licet, qvas pendit amore suorũ
Pœnas, expositus risibus atqve jocis.
Nam postqvam tam indigna tulit, laturus amaræ
Supplicium mortis, bajulat ecce crucem.
Ridet eum scelerata cohors, & verbere tundit:
Cujus erant durâ saucia membra viâ.
Nec mendax Pharisæus abest, nec scriba cruentus,
Qvi Christo illatum cernere vulnus amant.
O mala gens, scelerata, ferox, ô perfida, plagis
Cui jocus est regem dilaniare suum.
Cumq: mederetur nostris langoribus: illa
Credidit, hunc pœnas cõmeruisse graves.
Qvid miserabilius? qvid posset onusti' illo,
Qvi peccata hominum tam grave gessit onus?
Verbera mille tamen patiẽs, ludibria mille
Judaicæ gentis, nil nisi mutus erat.
Mitis ut agna suo coram tondente nec hiscit,
Nec lanii cultro dilanianda gemit.
Sic qvoq; mutus erat, vel duro verbere cæsus.
Ductus ad horribilẽ gente feroce necẽ.
Qvod si cui nostrũ subeundum tale fuisset:
Heu qvis non oneri succubuisset homo?
Pertulit ex humeris totius qvælibet orbis
Acta malis primo nata parente modis.
Et gen' humanũ crudeli à morte redemit,
Qvod variâ fallax luserat arte Satan.
Ut sua Porphyrion fodit unco pectora rostro,
Exanimes pullos fervet ut inde suos:
Terrea progenies sic dura à morte revixit
Fundere qvem libuit sangvine, Christe, tuo. (lutis,
Ergóne spernemus Christi documenta? salutis
Ergóne rejectus, qvi fuit author, erit?
Elléne, qvi nunqvam latum, tormenta vel ungvem
Pro nobis subiit, Pluto seqvendus erit?
Veh præstat rapidis exponere corpora flammis,
Et dare vel lento mẽbra cremando rogo.
Ergo seqvamur eum, cujus vibice salutem
Conseqvimur, nobis unus & esto Deus.

Se præbet populo miser colendum.

ANTITHESIS XVI.

Ex humeris fertur fastosa Pluto cathedra,
Cui populus curvo poplite dicit, Ave.
Dedecus esset humũ pedibus calcare puderet
Humanis trit as gressibus ire vias.
Non cruce, non alio qvovis est põdere pressi
Vt Christus, nobis cum moriturus erat,
Attamen ille crucem, dices, gestare videtur: (cruce!
Nunquid cum Christi convenit illa
Noctis ut umbra nigræ differt à luce diurna,
Humor ut à sicco frigus ut à calidis,
A cruce sic Christi differt crux ficta tyranni,
Plebeiam tali ludat ut arte gregem.
Christus enim patiens, ut nos à morte levaret,
Ex humeris tacito sustulit ore crucem.
Pluto crucẽ vero gestat malesidus, ut õnes
Demittat rapidas in plegethontis aquas.
Non etenim tollẽda piis cruxarisq; auri est,
Aeternã ad vitã nulla metalla juvant.
Regia præ se fert pavo ut flabella superbus,
Sic sese ostentans ora superba gerit.
Tollitur ille suis populo venerãte, manuq;
Significat, celsus se reserare domos,
Quem tellus etiam, lector, si vera faterũ,
Sufferat, indignus pernicioſus erit,
Nam miser infecit turpi discrimine terrã,
Sordibus aerias polluit atque plagas.
Hunc malesida Deum cernentibus ora loqvuntur: (fides.
At non est fronti (proh dolor) ulla
Nam velut illachrymans crocodilus decipit, ille,
Sic ficto fallax allicit ore gregem.
Talia quò spectant? quo tendunt omnia qvæso?
Quo struit insidias Lerna, palusq; mali?
His satis edoctus jam debes esse: magistro
Nil opus expertis, sed meminisse juvat.
Scilicet huc spectant, vacuentur ut ære crumenæ,
Tergoraq; ut teneræ diripiantur ovi.
Laniger as crudelis oves dum devorat, illi
Turgida ventosus pectora fastus agit.
Monstrum tale vorax absorbeat ergo barathrum:
Atque Deo pœnas tempus in omne luat.

Ascendit superas Redemtor arces,
Victis gnaviter hostibus triumphans.

ANTITHESIS XVII.

Postquam Rex hominum pœnarum millia mille
Pertulit, & diræ tela cruenta necis.
Tertia lux inerat, cum dirâ à morte revixit,
Et cum tartareas exuit ille domos.
At tandem ætherias ascēdit victor in arces,
Hic laturus opem tempus in omne tuis.
Purpureus vero victorē haud cingit amictus
Aureolos operit nec toga longa pedes.
Non albis huic currus equis, nullæq; quadrigæ,
Non his evehitur queîs homo gaudet equis. (nat,
Divinumq; caput non aurea palma coronat,
Quæ genuit tellus nullaq; serta gerit.
Non illi facies est rufo tincta colore,
Nullam aqvilam gestat, nullaq; sceptra manu. (olim,
Iste triumphus erat proprius mortalibus
Qui poterant hostes exuperare suos.
Longe aliter verò tu maxime Christe triumphas:
Dissimilis longè téqve corona tegit.
Immortalis ei pro lauro gloria, sertum
Immortale Deo rege parente datur.
Non homines ducit manibus post terga revinctos:
Sævior humanis viribus hostis erat.
Peccatum, horrida mors, cacodæmon, ater avernus,
Terribiles hostes, & caro vilis erat.
Attamen hos Christus celebri certamine vicit,
Infractis vinctos compedibusq; trahit.
Ætherias virtute sua penetrare per arces
Novit, & ad dextram ritè sedere Patris.
Nec satis, ascendens cœlesti veste refulget:
Oraq; divino lumine clara gerit.
Cingitur Angelicis superator cœtibus ore,
Qui resono laudes encomiumq; canunt.
Cœtus Apostolicus scandentē suspicit, atq;
Miratur nunqvam talia visa prius.
Multa quid? ad dextram summi sedet ille parentis,
Omnia servator maximus unde potest.
At tandem veniet, præsens ut judicet orbē:
Cernet quem fixit gens scelerata cruci.
Tunc inopināti descēdet ab æthere mūdo:
Esto, qui sapiet, nocte dieque vigil.

Præceps in stygios lacus tyrannus
Fallax, & Babylon ruit superba.

ANTITHESIS XVII.

Quid monstri hic video? quis preceps corruit ille?
Heu quem præcipitant tot cacodæmonia?
Est satus ex triplici, lector, diademate notus,
Nunc ruit, in toto qui fuit orbe deus.
In rapidas acherontis aquas, qui gloria mundi
Pluto fuit, lapsu corruit ecce gravi.
Illéne quæso ruit Romanæ gloria gentis,
Lucifer ut fulgens, illéne quæso ruit?
Ponere decrerat modo qui super æthera sedem,
Vt Deus altitonans, illéne quæso ruit?
Illéne quæso ruit, cui dilaniare columbas
Ludus erat tenues, illéne quæso ruit?
Illéne quæso ruit, qui se jactabat habere
Imperium in cœlis? illene quæso ruit?
O paradoxa! ruit terraqve marisqve monarcha,
Qui mandata viris imperiosa dabat.
Corruit: ô lector, mirari desine, diris
Est cacodæmonijs præda, rapina, cibus.
Corruit, ut rapidum descendit ab æthere fulmen:
Corruit in stygios tempus in omne lacus.
Corruit & meretrix Babylonia, corruit omnis
Vana meretricij gloria, pompa, decus.
Cum meretrice ruunt pariter regesqve ducesqve,
Ex animo diram qui coluēre lupam.
Lamentatur eam male providus incola terræ, (ruit.
Cum videt hanc, lapsu qvæ graviore
Sed qvis eā quæso nigrū demisit in antrū,
Quâ virtute lupæ regna superba ruunt?
Namque videbatur nobis invicta, nec ullis
Illius evertī mœnia posse modis.
Altitonans, lector, qui temperat omnia nutu, (dedit,
Sustulit hanc prorsus, præcipitemqve
Parcere subjectis & debellare superbos
Novit, & impune non sinit esse scelus.
Sic periit Babylon, periit sic Pluto sceleſtus:
Omnis sic pereat gens inimica Deo.
Vltio procedit, fateor, divina gradatim:
Nec qvoties peccant, fulmina vibrat eis.
Supplicii vero justa gravitate rependit,
Turpia qvæ longo tempore facta tulit.

Moses excipit à Parente summo
Leges, quas populis tuliſſe conſtat.

ANTITHESIS XVIII.

Excipit hic Moſes, arrectis auribus adſtans,
Magniloqvo Legem quam Deus ore tulit.
Auſculta, Iſraël, ſupremi verba parentis,
Atq; locuturi dogmata ſancta Dei.
Sum Dominus, ſum Rex, inquit, ſum conditor orbis,
Et tuus, Iſrael, tempus in omne Deus.
Me ſine ſervitio tibi nunquã exire licebat:
Unum me colito ſupplice mente Deum.
Quod referat ſpeciem cœli, terræq; marisq;
Idolum caveas ſculpſeris inde tibi.
Nulla tibi genibus flexis idola coluntor,
Aut tu zelotypum noveris eſſe Deum.
Nam commiſſa luunt patrum pro tempore nati,
Sunt auſi leges qui temerare Dei.
Illius omnipotens Deus at miſeretur in ævum,
Qui fuerit ſanctæ legis, & ejus amans.
Non temerè Domini tam ſanctum aſſumito nomen:
Hoc etenim impunè non violare licet.
Admolire manus operi ſex rite diebus:
At tibi ſolemnis ſeptimus eſto dies.
Nam poſtquam terras fecit, pontumqve polumqve,
Septima lux feriis tota dicata fuit.
Ex animo charos ſemper venerare parẽtes
Tempora concedi ſi tibi longa velis:
Sin ſecus, in terris, quas de bonitate colendas (eris.
Omnipotentis habes, non diuturnus
Nec veneris nec tu cædis capiaris amore:
Nam venus & cædes ſunt odioſa mihi.
Viſcoſis captato nihil manibus, nihil ore referto
Mendaci, teſtis falſus & eſſe cave.
Tu nunquam cupiens alienæ cõjugis eſto:
Quæ tua non fuerint, illa ſitire cave.
O Deus omnipotens, tua ſanctæ dogmata legis
Quantumvis reſono clarius ære ſonant:
Cœleſtius emiſſum noſtris infunde liquorem
Mentibus, ut poſſint tam pia juſſa ſequi.

Quas, lector, tulit impius Satanas
Leges, excipit hic miſer tyrannus.

ANTITHESIS XVIII.

Excipit à nocuo leges cacodæmone Pluto,
Spargere quas vulgò pſeudoprobeta ſolet.
Cultus eſt, inquit, terræq; marisq; poteſtas
Tradita: ſum (dicam quid tibi multa?) Deus.
Me ſine perpetuis miſer excruciabere curis
Me ſine te rodent tædia, cura, dolor.
Me ſine tu ſuperas nunquam penetrabis ad arces:
Me ſine non vives, me ſine nullus eris.
Ergo tibi tanquã ſum Iuppiter ipſe colendꝰ
Numina me coram non aliena cole.
Sculpito mille tibi ſacras idola per ædes,
Sic volo, ſic jubeo, pro ratione libet.
Et quicunq; volet noſtræ intereedere legi,
Tradã ejus lento mẽbra cremanda rogo.
Tu venerare meum ſemper venerabile nomen,
Nomine quo potuit ſanctius eſſe nihil.
At tibi ſi libeat vel deierare Supremum,
Conſecrata ſcelus tale fugabit aqua.
Obſervato dies, quos te docuere profeſtos
Biblia neſcio quæ: mi ſecus eſſe placet.
Miſſamq; auſcultans iſtis feriare diebus,
Eſſe obſervãdos quos mea ſcripta jubẽt.
Deſerito charos pro relligione parentes,
Quæ fuit ingenio rite reperta meo.
Eſſe mihi comites, deſerto utroq; parente,
Prima cucullatis ſunt rudimenta meis.
Si ſis occiſor, ſi fur, ſi turpis adulter,
Non te propterea diſcruciare licet.
Hæc tua nam celeres delicta ferentur in undas,
Si prius annumeres annumeranda mihi
Si fueris ſitiens alieni, talibus auſis
Protinus, ære dato, tu mihi purus eris.
O gratas leges? nihil eſt præſtantius illis:
Mentibus ingenerant gaudia, triſte nihil.
Quisquis enim memori leges has mente reponet:
Quale ego repperiet tale ſalutis iter.

De præstantissimis Christi & indignissimis Antichristi Moribus, viri fidelis declaratio,

Cum mecum unà cogitarem, candidissime lector, neminem fuisse veritatis cultorē qui honestum semper sequendum, turpe verò fugiendum non judicaverit: qvo magis appareret, quid discriminis esse potest inter hoc & illud, tibi duos inter se maximè dissidentes, Christum scilicet & Antichristum proponendas existimavi.

Quid enim esse potest Christo optimo Maximo honestius? quid melius? quid deniq; veracius? Contrà verò Antichristo pessimo, sceleratissimo turpius? quid deteri? qvid deniq; mendacius? Sed ut id sit tibi intellectu faciliùs, de utriusq; moribus, lector, me pauca dicturum audito.

Qvis est hominum quęso, candide lector qui nescit, Christum æterni sapientiā patris, omni virtutum genere præditum fuisse? Quis bonum à malo, quis verum à falso, quis lucem à tenebris scivit discernere, nisi Christus prudentissimis. Quid eorum quæ sunt in vitâ potiora, quæq; deteriora sunt nobis, non traditum reliqvit? Nonne verbo & opere usus est ubiq; prudenter? cui pariter non bene consuluit? nonne ea tradidit, qvibus ad felicitatem contendimus? Contrà verò, quis quæso mortalium non novit, omni vitiorum generi Antichristum Satanæ organum esse turpiter addictū? qvando qvæso, ut bonum à malo discerneret, operā dedit? quando, quid sequendum, quidve fugiendum, mortales diligenter edocuit? qvando prudenter quicquam aut dixit aut fecit? cui hominum non malum consilium dedit? Si prudentiam ab eo requiris, lector, perinde facies, ac si aquam è pumice postules.

Deinde, quis commemorabit, quanta animi mansvetudine fuit Christus? quando præceps ad iram fuit? nonne opprobria & contumelias sibi toties illatas æquissimo animo tulit? quando ad vindictam propensus fuit? nunquid fuit moribus amaris? nunquid litis amans & contentiosus? nequaquam, imò verò fuit semper bene cōposito, forti infractoq; animo. Contrà verò nemo est, qui posset mente complecti, nedum verbis commemorare, quanta animi debilitate laborat Antichristus: nam proclivis est maximè ad iram, neqve potuit unquam, neqve potest vel levem ferre injuriam: morosus, difficilis, ad ulciscendum paratissimus, ob rem nihili irâ percitus. Qvid multa? malè compositi, pusilli, abjectiq; est animi.

Præterea, satis liqvido constat Evangelicis literis, quanta animi fortitudine fuit Christus. Nam quoties se exposuit vel mor-

mandatis? nonne laborando perseveravit? noñe confidenter Evangelium (tanquam præco confidentissimus) populis annunciavit? noñe cùm Scribas, tum Pharisæos hypocritas intrepidè increpavit? noñe maluit honestè mori, quam turpiter servari? qvid hoc potest esse vel fortius vel præstantius? Contrà verò, ex literis sacris, & scriptis doctissimorum satis videre licet, quanta mollitie animi est Antichristus sceleratus. Nam quando quæso Evangelii gratia se vel latum unguem exposuit periculis? qvem non refugit laborem, quoties est sermo de tradendo populis Evangelio? nunquid simulatores increpat & facinorosos? mollis homo & effœminatus, amans sui, voluptatibus indulgens aliud postulat: nonne etenim, si totum judicabis, quale sit, mavult turpiter servari, quàm honestè mori? Quid plura dicam? anteponit animo corporis salutem.

Insuper, quando quæso admiratus est Christus corporis delicias? quando ad animi libidinem proclivis fuit? noñe perinde se gessit adversis in rebus atqve in secundis? nonne rebus in omnibus modestum temperatum, benè compositum, constantem, cordatum, observantem, & sobrium deniq; se præbuit semper? Hæc omnia Scripturis traduntur clarissimis. Nam nihil eorum neqve Prophetæ, neq; Apostoli, ut liquido constat, prætermiserunt. Contrà verò Antichristus corporis deliciis studet, summum bonum in voluptatibus collocat: cum prodigi animi vitio laborans, tum risus, & scommatum, & scurrilitatis amans. Quid pluribus? intemperatum, impudentem, immodestum, flagitiosum deniqve se præstat continenter.

Item præterea quid cōmemorem Christi temperantiam? quos animi affectus non tulit moderatè? noñe in stadio virtutum ita se continuit, ut in extrema inciderit nunquam? noñe res eas, quæ vulgo contingunt, sive famem, sive sitim, sive frigus, sive penuriam, sive aliud dixeris, cum sum̄a animi æquitate passus est? Contrà verò, qvid dicam de intemperantiâ Antichristi, qui nihil unquā eorum nisi graviter tulit? nonne semper in extremis vitiorum finibus sese continuit? nonne tanquam levis arundo ventis agitata, sive tanquam navis huc & illuc fluctuans, exagitatur? quid utile, quid honestum fecit unqnam? nonne socordem ita se præbuit, ut nihil unqvam nisi indigna facinora patrârit? ejus mores sunt satis rerum peritis comperti, imò etjam lippis & tonsoribus noti.

Item pariter, nonne Christus ea, qvibus præfectus est à Patre, prudenter examina-

hibuit (nonne suis tam præclaris in facinoribus laboris amantem, sanctum, fidelem, & omninò veracem sese demonstravit? Contrà verò quid non temerè, quid non iniquè quid non inconsultè Antichristus molitur? Ad hæc etiam accedit, ut belua mentis impos nequeat animum ad res decernendas instituere: omnia confundit, omnia sparsum atq; deorsum miscet, nulli jus suum tribuit, neq; religionis, neq; parentum, neqve patriæ studiosus est, pios interimit, impios defendit, quoad ejus potest fieri, contra jus
pag. 749. sanctum atque inviolabile: infidelis, injurius, perjurus, nihil non in Deum & sanctas ejus leges confingit, eas pervertit, atqve etjam evertit: Potestatum dicto non est audiens: quid pluribus opus est? Sycophanta, malis inveteratus moribus, astutus, versutus est.

Item demum, quis hominum Christi liberalitatem commemorabit? quibus qvæso auxilium non tulit? quis ab eo tristis & mœstus (nisi impius) unquam discessit? nonne morbo laborantes, nonne malis affectos geniis, nonne leprosos liberaliter sanavit? Tempus me deficeret, si de doctrina, de miraculis, de beneficiis Christi, in homines collatis dicendum proponerem. Quibus qvæso rebus adductus hæc fecit? nunqvid habita ratione lucri? ne obolũ quidẽ unqvam ab aliqvo exegit. Qvid ergò? misericordem semper, cum boni tum honesti amantem, & humanę salutis studiosum sese totus exhibuit. Contrà verò Antichristus turpiter lucri avidissimus fuit semper, in suos sectatores prodigus, in veri cultores tenacissimus, undequaq; lucrum qværitans, inhians prædæ, ut vultur cadaveri. Nihil non pollicetur lucri causa acerrimus in quoslibet vectigalium exactor, immisericors, cuilibet infestus, ab omni deniqve liberalitate alienus.

Cæterum Christus optimus maximus æqvo animo semper & honores & ignominias tulit, neq; delicias neq; corporis cultus admiratus est unqvam: simplex, generosus, magnanimus deniq; fuit. Contrà verò, Antichristus & honores & ignominias iniqvè tulit semper, dans operam ventri & corporis deliciis, & pluris longè faciens hujus mundi vitam, quam æternam. Quid multa? duplex, ignobilis, & omninò deniq; pusilli est animi.

Hinc potes, candidissime lector, facile cognoscere, quam dissimilis, quam contrarius Christo est Antichristus. Quod si tu à me majora testimonia desideras, quid non mihi suppeditabunt Prophetæ? qvid non

Christus ex tributa virgine, intervenientе numine divino, voluit nasci: Antichristus verò afflatus nomine diabolico, creatus est à perditissimo sceleratissimoqve concilio.

Christus abjectus & summissus venit ea lege, ut esset aliis administer, non ut ei administraretur: Antichristus verò simulator veteranus sese, fateor, ministrũ, & servũ servorum nominat, qvi (proh dolor!) imperiose omnibus præcipit & leges præscribit.

Christus arguit eum modestè, à quo vocatus est bonus, neminem nisi Deum esse bonum asserens: Antichristus verò, qui quam pessimus est, vult optimus & sanctissimus haberi.

Christus lavandos discipulorum pedes summissus curavit: Antichristus verò vel Reges ipsos & Monarchas crepidam deosculari suam jubet, non secutus Petrum, qui à Cornelio nullo modo voluit adorari.

Christus regiam coronam ab offerentibus respuit, qui spineam tamen non recusavit: Antichristus verò coronam spineam id est, tribulationem & angustias nullo modo desiderat: coronam autem hujus mundi ità ambit, ut non simplici, sed tripici diademate delectetur.

Christus, nisi afflatus numine divino, nihil unquam fecit: Antichristus astrologiam seqvitur, nullâ habita ratione Dei.

Christus studuit semper & consuluit animarum saluti: Antichristus verò humanis impeditus negotiis, aliud agit, aliud curat.

Christus, ut Deum Patrem omnes revererentur, operam dedit: Antichristus verò gloriæ suæ cupidus, omnibus precibus Deum detestatur.

Christus tàm inops fuit, ut ne pulvinar quidem haberet, ubi caput admoveret: Antichristus verò abundat divitiis, nihilq; avaro sufficit.

Christus vendentes & ementes in templo intrepidè expulit: Antichristus verò merces suas illic divendens, facit illud speluncam latronum.

Christus sua bonitate paradisum pollicetur: Antichristus verò pecunia vitam æternam falsò promittit.

Christus, ut neminem offenderet, vectigal principibus pendit: Antichristus verò omnibus est offendiculo, omnibus existens oneri, nihil non extorqvens.

Christus non habuit rationẽ cognatorũ secundũ carmẽ: Antic. verò dat operam, ut sui ad dignitates humanas evehantur.

nes alere videtur.

Christus paci studuit semper: Antichristus verò omnis est dissidii & belli Princeps. Nam ubi qvæso regni tot discordiæ, tot factiones, tot bella, tot homicidia, qvot in regno Antichristi fuerunt?

Christus conabatur dissidentes in concordiam redigere: Antichristus verò contentionum & bellorum, qvæ inter Principes inferuntur, est alumnus.

Christus simplices elegit, ut eum seqverentur: Antichristus verò astutorum, callidorum, & versutorum hominum habet delectus.

Christus mittit suos per universum orbem, ut Evangelium annuntient: Antichristus verò mittit suos, ut meras nugas populo persvadeant.

Christus neminem invitum Evangelio credere coëgit: Antichristos verò interminatur eis, qvi ipsi non adhærent.

p.750. Christus bellum gessit in Satanam, omni patientiâ & animi fortitudine armatus: Contrà verò Antichristus cum Satanâ fœdus init.

Christi gladius est verbum DEI: Antichristi verò traditiones Satanæ.

Christus vult, eleemosynam fieri egenis, Antichristus verò vult, Ecclesiæ census in usus impios consumi.

Christus vetat, esse dandum fœnori: Antichristus lucri gratia fœnorandum docet.

Christus pascit oves ambrosiâ cœlesti: Antichristus veneno eas interimit.

Christus à Lege mortales immunes reddidit: Antichristus verò innumerabilibus mandatis eos devincit.

Christus qvemlibet ad resipiscentiam invitat: Antichristus verò ad somnia & fabulas.

Christus condonat commissa resipiscentibus: Antichristus obstinato animo hominibus favet.

Christus animum advertebat semper ad ea, qvæ ad animarum salutem pertinent: Antichristus verò gulæ indulget.

Christus in cruce triumphavit: Antichristus in deliciis triumphat.

Christus mortem subiit, ut animas servaret: Antichristus verò vivit, ut eas detrudat in gehennam ignis.

Nam qvàm diu regnabit Antichristus (inqvit Paulus) attendet doctrinis dæmoniorum, nihil nisi mera somnia prædicabit, leges mutabit, addet Scripturæ, qvæ addenda nullo modo sunt, jactans, se posse damnare, absolvere: & ejusmodi sibi usurpabit honores, qvi soli Deo tribuendi sunt. Et (ut ait Esaias) florebit ejus Imperium, tyrannidem ejus nemo hominum metietur propterea, qvòd omni genere scelerum & lasciviâ abundavit. Qvid? Christus ipse

imò ipsam perditionem.

Tu verò non ignoras, totam massam à modico fermento corrumpi. Nam tanta vis ejus Antichristi est, ut totum orbem vitiârit, polluerit, labefactârit. Veritas enim in humum prosternitur, vitium pro virtute habetur, prophani habentur pro sanctis, lumen convertitur in tenebras: Satan in Angelum lucis mutatur, Sol verus Ecclesiæ obscuritatem patitur, decidũt sydera, Charitas refrigescit, iniqvitas abundat. Atq; eò loci ventum est, ut nihil aut parum fidei supersit mundo. Et nisi DEUS miseretur eorum, qvos (anteqvam fundamenta mundi jacerentur) elegit, ne unus qvidem servaretur.

Inde satis licet cognoscere, qvalis est Antichristus, cùm in sanctis scripturis ejus sectatores vocentur leones, ursi, lupi, canes muti, dracones, leopardi, feræ, viperæ, genimina viperarum, Ægyptii, Sodomitæ, Pseudo-Prophetæ, Pseudo-Apostoli, infideles, hypocritæ, ignari rerum & scripturarum, semen Chanaam, congregatio impiorum, Satanæ concilium, prava generatio, gens adultera & à fide deficiens, facies meretricis, falsi doctores, asseclæ latronum, orphanorum oppressores, inimici crucis Christi, & pluribus ejusmodi nominibus.

Præterea diligenter considerandum est, regnum Antichristi esse dolis, fraudibus, vafritia, prudentiâ hujus mundi, eloqventiâ humanâ, perversâ deniqve interpretatione Scripturarum undiqve armatum. Antichristus enim ille decreta & leges constituit, qvibus simplices & credulos allicit, decipit & arripit. Nam persvadet plebi, se nullo modo posse incidere in errorem. Pompam verò suam pollicitis, muneribus, favoribus, promissis, confœderationibus sustinet astutè. Reges item & hujus mundi principes sunt ei auxilio ad agnum expugnandum. Furorem autem suum & rabiem satis prodit, qvando piis arma, ignem, & mortem deniqve minatur. Ille etiam magnificentissimis titulis nomen suum extollit: atqve etiam organis, tympanis, ceremoniis, monachorum, sacrificulorum, & hujusmodi Pseudo-Prophetarum simulatione sese potentissimum, qvantum ad res terrenas attinet, efficit.

Miraculis item confictis qvid non facit? nonné lucri gratiâ ossa præbet populo colenda? nonné marmor? nonné spinas? nonné lachrimas? nonné gladios? nonné fontes? nonné paludes? nonné aurum? nonné argentum? nonné qvodlibet metallum populo præbet colendum? Qvid non confingit? qvid non comminiscitur? qvid nõ excogitat lucri gratiâ? Qvid? nonné cadavera anguenda in clibano curat, ut à po-

ovibus pellem? Tantis, lector, lectoribus abundat Antichristus, ut cogitari neqveant, nedum explicari.

Qvid igitur futurum est? nunqvid Antichristum istum diutius feremus? Nonné, qvas dixerunt Prophetæ sententias de Antichristo, locum habebunt? nonné tradunt scripturæ, Antichristum esse prorsus evertendum? nonné Christi adventus eum funditus delebit? Qvid dicet? qvid faciet? qvid futurum est de illo, qvando Christus adveniens eum increpabit? Ubi terrarum abditus latebit? Qvo ore, qvâ fronte in Christi conspectum prodire audebit? Nonné Christus eum judicaturus est, atqve demissurus ad inferos, ubi perpetuis tormentis excruciabitur? Qvid dolus, qvid fraudes, qvid accusatio, qvid excusatio, qvid superstitio, qvid ejusmodi ludibria proderunt? Heu nimis serò sapiet, si tamen resipiscere ei divinitus concedatur. Nam cognitis ejus moribus, nemo non judicabit, eum prorsus obstinato, obfirmatoq́ve animo omni turpitudini esse addictum.

Qvibus diligenter consideratis, candidissime lector, judicabis facilè, utrum seqvi, utrum amplecti, utrum revereri debeas. Nam nemo est mortalium, nisi prorsus rationis inops, qvi veritati falsum, luci tenebras, humanas traditiones Evangelio anteponendas censeat. Ergo toto animi af-
p. 751. fectu lector, Christum amplectere, amplectendo cole, colendo suppliciter, si sapis, reverere, atqve ejus mandatis totus adhære: Antichristum verò fuge, fugiendo detestare, detestando prædica & fatere, nihil esse perniciosius illo, qvi totum mundum labefactat, qviq́ve tanqvam leo sævissimus irrumpit in sanctum gregem: qvem Deus ab omni injuria prohibeat & defendat. Faxit Deus, ut Antichristus funditus evertatur, Christus verò in omne ævum regnet, floreat, & imperet, Amen.

Henricus Stephanus in Apologia pro Herodoto.

SCribit, librum 12. ante annos, qvàm suam hanc apologiam scripserat, prodiisse: in qvo commemoratum sit, Concionatorem qvendam, Franciscani Ordinis monachum in Sicilia publicè prædicasse: Franciscum eorum Patronum qvotannis in celebratione festi sui in infernum descendere, secumq́; omnium eorum animas educere, qvi eo in anno vel pecuniam, vel aliud aliqvid eorum Ordini donârant & contribuerant. Et cùm hoc modo aliis locis multa prærepta & intercepta essent: tum

his est illud monachi in Bordeaux, qvi in aperto concionabatur: qvòd, simul ac animæ in purgatorio clangorem seu tinnitum pecuniæ audiant, præ lætitiâ exclament Ha, Ha, He!

Idem in ea apologia ait: horrendum dictu esse, qvòd, cùm aliqvis in agone vitæ constitutus cõfiteri velit, absolvi non qveat, nisi aut Franciscum, aut Dominicum, aut ipsum Confessionarium hæredem instituat: aut liberi, ad redimendas parentum animas, monasticam aliqvam religionem voveant: ut tali ratione hæredipetæ monachi defunctorum hæreditatem invadant: & qvamvis liberi defunctorum religionem non intrabant: attamen illi hæreditatem nihilominùs rapiebant, hæredibus dimissis vacuis. Item sacerdotes rudi populo persvadebant: qvòd si pecuniam darent, eorum parentes & majores æternâ damnatione eriperentur è vestigio: si nihil darent, in æternum condemnatos permanere. Ut Biturigibus Gallorum ad S. Stephanum lapidi incisus reperitur versus:

Hic des devotè cœlestibus associo te, &c.

qvos suprà posuimus.

Ibidem. Itali Sodomiam tam pro nihilo habent, ut crimen hoc detestandum vocent Peccatillo. Unde qvidam dixit:

Qvàm Romæ puero non licet esse mihi?

Ibidem. Cùm in concilio qvodam qvæstio esset: an sint Episcopi immediatè à Christo, an mediatè à Pontifice? qvidam Episcopus, veritus contra Papam loqvi, dixit: Parcat mihi Dominus Christus, non sum ab ipso: & alius qvidam dicebat, se non esse Theologum, sed Canonistam.

Ibid. Paulus 3. cùm in die corporis Christi in processu nimis tardè progrederentur, adeò ira commotus fuit, ut DEO in cœlis malè precatus fuerit, & eum abnegârit.

Scotus qvidam, ex Henrico Stephano.

CRedibile est, Circen mutasse potentibus herbis
In monachosq́; sues, inq́; sues monachos.

Onuph. Panvinius Veronensis Monachus.

POntifex Paulus 4. illaudatus cætera, hoc uno tamen laudem magnam promeruit, qvum tres simul fratris filios, Carolum Cardinalem, Johannem Palliani Ducem, & Antonium Montis belli Marchionem, multa graviter peccantes, dignitatibus & rerum omnium, qvam habebant, administratione exutos, cum ignominia urbe

res tam in patrui Pontificatu, qvàm aliis temporibus patratas, & præsertim bello Neapolitano, qvo universus terrarum orbis, atqve urbs imprimis vexata fuerat, Cardinalium aliqvot sententiæ subjecit. Unde cùm eorum nomina inter reos recepta essent, Carolus & Alphonsus Carafæ, Scipio Rebiba Cardinales, Johannes Comes Montorii, qvi Dux Palliani dicebatur, Leonardus Cardineus, & Comes Allifanus, cum aliqvot aliis Carafæ domus clientibus, partim in Hadriani mole, partim in publicum carcerem diverso tempore conjecti, qvæstionibus diligenter habitis, singulorumq; causis examinatis, ex Pontificis autoritate damnati sunt.

1561. Ex his Carolus Cardinalis Carafa, nono carceris mense carnificis manu in mole Hadriani strangulatus est: Johannes Montorii Comes cum Allifano & Cardineo securi in publico carcere percussi, horrendum & maximè memorabile spectaculum, insolensq; instabilis fortunæ (sursum deorsum omnia agitantis) ludibrium, in publico expositi, attonito, & qvorsum isthæc tenderent admiranti populo Romano præbuerunt, qvum omnes passim confluerent ad eos spectandos, qvi modò miserabiliter extincti, paulò antè urbem Romam & Italiam omnem solo nomine perterruerant. Alfonsus verò, centum millibus aureorum persolutis, & cameræ Apostolicæ præfectura deposita: reliqvi, vadibus datis, præter unum Cardinalem Rebibam, dimissi sunt. Imper. Carolo 5. Papa Paulo 4.

Idem in vita Marcelli 2. ait, Marcellum fassum, se non videre, qvomodo, qvi locum illum Papatus altissimum tenent, servari possint. Tantam vidit in Ecclesiæ Romanæ fide & moribus labem.

Idem Panvinius & Garimbert. libro 4. Marcelli 2. Pontificis pater, Richardus Cervinus, animadverso stellarum cursu, qvi tum erat, cùm hic ipsi filius nasceretur, ex earum conjunctione, uti erat ejus artis peritus, summum sacrorum principatum ei prædixit. Qvi qvidem persvasioni suæ tantum indulsit, ut, cùm post multos inde demum annos à civibus suis Montefano, oppido agri Piceni, ad filii ætatis jam grandis nuptias incitaretur, constanter eas recusaverit, clarissimum vitæ statum, qvem illi astra portenderent, illis veluti vinculis impediri, asserens.

1537. *Monstrosa.*

HOc anno Christi Schlagis Pomeraniæ pluit sangvine, ubi frustra exæqvantia magnitudine pugnum mixtim decidebant, habentia vultus humanos. Et hic cruentus imber per qvinqve jugera agrorum se extendit. Hondorp. Ut sup.

vocem Judicis. Imp. Car. V. Papa Julio 3.

Ferellus, Carmelus, Budæus, & Beza, Theologi. 1557.

HI Legati Gallici Wormatiæ in colloqvio Lutheranis de cœna confessionem suam obtulerunt, præsentiam corporis & sangvinis Christi affirmantem: sed cùm à Zinglianis postea ea de re fuissent objurgati, responderunt: opus sibi fuisse bono dolo pro tempore, ad liberandos fratres. Schlisselburgius.

1558. *Iacobus Brocardus.*

SCripsit libros duos: alterum ad Christianos de prophetia, qvæ nunc compleatur in his, qvæ sunt secundi Adventus Domini: alterum ad Hebræos, de primo & secundo ejusdem Adventu: qvibus multi loci sacræ Scripturæ, hactenus incogniti, eluceſcunt. Extat etiam ejusdem mystica, propheticaqve libri Levitici interpretatio. Imp. 118. Ferdinando. Papa 230. Paulo 4.

1558. *Iacobus Curio in Chronologicarum rerum libro secundo.*

EXtat in Apocalypsi Johannis sacrum ænigma de bestia duo habente cornua agninis similia, cujus numerum, inqvit revelator, computet, qvi intellectum habet: addens, numerum hominis esse: nomenq; hujus absconditum esse his tribus numeralium literarum notis, χξϛ.

Etsi autem alii aliud eruerunt inde nomen, qvod numeris respondet anno sexcentesimo & sexagesimo sexto: ostendit tamen satis superqve eventus, unde numerationis capiendum sit exordium: & cujusmodi Draco fuerit, qvi tantum inflavit veneni Arabicis & Affricanis Ecclesiis: unde postea Asiaticæ & aliæ totius Orientis infectæ sunt, perqve armorum terrorem & barbariem paulatim deletæ. Ad qvem Diaboli furorem & nunqvam deploratam satis vastitatem, qvoniam Romana dominatio, tyrannide & odio (qvo adversus Asianos & alios laboravit) tantos proditur subdidisse stimulos, multi hoc à Johanne ænigma propositum interpretantur de bestia bicorni ea, qvæ Europam in tantum convertit stuporem, ut sperare nemo prorsus aliqvid vel apud superos, vel inferos audeat, qvi illius non habet characterem. p. 753.

Sexcentorum & sexaginta sex annorum computationem ordiuntur isti à Sexagesimo ante natum Christum anno, qvo Pompejus capta Hierosolyma sceptrum Judæis primùm eripuit, & tota Judæa tributaria facta est Romanis: atqve eam finiunt in morte divi Gregorii, qvæ incidit in sexcentesimum sextum annum. Qvod tamen an ad Apocalypseos sensum satis congruat:

qvasi tempore cœperint: judicium esto penes eos, qvi eventus Apocalypticis figuris istis accommodare noverint exqvisitiùs.

Revelator videtur computum hunc suum deducere ab anno 3902. mundi, qvo Judæa Romanis facta est tributaria, & natus qvoq; est Joachim, dictus alio nomine Eli, Mariæ virginis & matris Christi Pater. Est autem annus hic ante partum virginis sexagesimus, qvem (puto) Johannes collocavit auspicium appropinqvationis Christi ex virgine in carnem: qværi autem cœpit post annos 666. extra Christum pro peccatis satisfactio. Cœperunt & extrui divis sacella & aræ, & certa iis destinari sacrificia. Imp. Ferdinando. Papa Paulo 4.

Idem. Centesimus jam agitur annus, ex qvo Mogũtini artifices primũ typographiæ prælum, qvod extare vidimus, instituerunt. Machinarum inventio annis antecessit septuaginta, qvarum autor fuisse memoratur Bertoldus Niger, artis Chemicæ non imperitus, monachus ex genere illorum, qvi Franciscum, probum procul dubio hominem, titulo seqvuntur. Dixeris monachum hunc jure Germanicum Vulcanum, poëtico illi, qvi sua Jovi cudebat arma, parem, aut fortasse superiorem: qvanqvam tamen Nigro hic cognomine monachus, non potuit, qvæ posteritas in machinis his usu addidicit: & rudis admodum prima fuit ab ipso inventa origo: (nam istas colubrinas, & alias in magna varietate machinarum, species, non vidit, multò minùs parare docuit) & ut artem usumq; illarum omnium maximè ipse monstrâsset, non videretur idcircò illius nomen mihi, ut qvidam volunt, è gentium memoria delendum esse: sed potiùs dixero, eos Spiritu Stygio esse afflatos, qvi pulcherrimo invento hoc, non rectè & ubi oportet, utuntur.

Idem. Narravit annos ante, puto, septuaginta, Sabellicus, Franciscum, pauperem & contemtum qvondam hominem, monasteria habere sexagies mille: qvibus interea multa accesserunt: qvod magnam profectò piis hominibus adferret consolationem, si in illa tanta multitudine vel qvisq; solummodò millesimus, cœlestis doctrinæ puritatem in orbe circumferret, veramqve Dei voluntatis agnitionem cursumqve infracto animo promoveret.

Nidificasse feruntur nunc in noviter repertis qvoqve insulis, ubi si in admirationem ceremoniarum & sacrificiorum suorum rudes tantùm accendunt, nec ludere diaboli artes aliter possunt, qvàm apud nos, non iis aliam debebit Ecclesia gratiam, qvàm monachorum debet populo, qvi id mundanis fatigati negotiis, mendicabula, qvæ docendi munus & molem in se receperunt, non gubernaverunt: neqve inqvisierunt, an qvod docerent, congrueret verbo DEI, & antiqvissimorum exemplis comprobari posset. Qvæ supinitas ansam illis dedit cogitandi de lautiore fortuna.

Priùs de se documenta dabant alicujus in animo sublimitatis adversus blandientis mundi ludibria. At ubi animadverterunt, præter se neminem tam bella populo infigere posse somnia, & in obseqvio hominum cœtus retinere, cornua cœperunt sumere, efferreqve se & inflare, exercere item genium, & furere conviciis in eos, qvi non omnia ipsorum probant deliramenta. Peperit hanc autem eis libertatem Romana dominatio, qvæ videtur jus & habenas regendi conscientias monachorum phalangibus commendâsse: ut, qvia nusqvam non suas illæ habent aures, omnia scrutentur & exqvirant: & faces esse insuper possunt ad crudeliter necandos homines, qvi verum scripturæ DEI intellectum traditionibus, aliqva sapientiæ specie, errorum camarinam tegentibus, anteponunt.

Huc eruperunt res, hac fœditate conspurcaverunt Ecclesiam scholarum logomachiæ & monachorum sectæ, qvas præstaret nunqvam esse in mũdum natas. Nam sub his sepultæ sunt, qvæ fortè supererant, literæ: sepulta & tota illa est Apostolorum, & Martyrum sangvine obsignata Theologia, qvam qvi revocare & retinere in Ecclesiis volunt, multarum virtutum copulatione opus habent.

Idem. Varro in antiqvitatibus scribit, p. 754
Vectium augurem conjectâsse. Romanum Imperium duraturum diutius non esse, qvam annos mille & ducentos. In qvo augurio vides, non admodum fuisse mendaces vultures. Computa ducentos & mille annos ab origine urbis, pervenies ad annum Christi qvadringentesimum vicesimum septimum. Circa qvæ tempora fuerunt Gothi, Vandali, Franci, Hunni, & gentes aliæ nostræ, in armis continuè contra Romanos, qvorum Imperium in infinitas etiam partes discerpserunt.

Sed plus ponderis Sibyllæ habet vaticinium, qvod de Imperii excidio apud Lactantium extat: Roma, mulier illa dixit, interibit, & qvidem judicio Dei, qvòd nomen ejus habuerit invisum, & inimica justiciæ alumnum veritatis Populum trucidaverit.

Idem. Promissio postqvàm Adamo facta est de semine mulieris, innumera sunt edita vaticinia de regno Christi inter gentes per terrarum orbem constituendo, qvæ

burtina dixit Octavio Augusto multa de adventu & divinitate regni Christi.

Idem. Magister ordinis Franciscanorum pollicitus est aliqvando Pontifici maximo expeditionem in Turcas paranti, ex Seraphici Francisci sectâ triginta bellatorum millia se posse conficere, nihil interpellato sacrorum cultu.

Idem. Biceps aqvila unde, narrat hoc modo: Pacârat Occidentis fines Carolus, & cum Nicephoro Imperatore Græco societatem ita inivit: ut Orientem ille, Carolini verò Occidentem bicipitis Aqvilæ auspiciis gubernarent. Inde bicipitis Aqvilæ initium.

1558. *Monstrum.*

NAscitur X. Calend. Julii infans monstrosus, qvi in capite carnosos flexus habuit, utnunc ingentes Spiræ mulierum solent esse, qvibus reticula & flammeola imponunt. Annales Misnenses, & Georg. Fab. Imp. & Papa ut sup.

1558. *Memorabile.*

ANno Domini 1556. mortuus est Imperator Carolus V. Is cùm paulò ante mortem suum Confessionarium interrogasset, qvænam vera esset religio & salvifica, sacerdos autem dubia, & non convenientia cum doctrina Pontificia Romana respondisset, eaq; de eo innotuissent, flammis addictus fuit. Georgius Nigrinus in Continuatione Chronici. M. Richteri.

1558. *Philippus Nicolai Theologus.*

INgens illa Christianorum multitudo per Turciam, Tartariam, Persiam, Arabiam, & Mauritaniam dispersa: adhæc ipsius Alcorani testimonia de Servatore Christo & sacris literis, perspicua, copiosa, & magnifica, plurimùm nobis Chistianæ religionis certitudinem confirmant, simulqve interitum Mahumetismo à Christianorum Deo præstitutum, & suo tempore indubitanter implendum denunciant. Non enim contrà Christianorum Regna Mahumetis cultoribus referta videmus, hocqve non sine singulari mysterio. Imp. Ferdinando. Papa Paulo IV.

Idem movet qvæstionem: An qvis Sementem Romanisticarum traditionum, & Pontificiæ hierarchiæ (qvâ Hispaniarum gentes inexplebili avaritiâ, & Jesuitæ filio perditionis velificantur) pro incremento ducat Christianæ religionis: & doctrinam Æthiopum atqve Moscovitarum, non paucis conflictantem erroribus, Regnum Evangelii appellitare possit?

Idem. Memoratu dignum est, Hispaniolæ incolas, Idolorum suorum oraculo, multo antea tempore, qvàm Hispani de Americâ cogitarent, admonitos, fore, ut rum Sacerdotes, rhythmis comprehensum, diebus tantùm tristibus occinebant, & eventus vera illud prædixisse docuit.

Idem. Hispania non diu Papatui adhærebit, sive qvòd reditura sit sub jugum Mahometicum, indignante Deo ob carnificinam & tyrannidem Hispanicæ inqvisitionis, sive qvòd & ipsa tandem, ejurato Papatu, doctrinam Evangelii à corruptelis repurgatam admittet.

Idem. Meminerint lectores pii, Jesuitas in convertendis Arabibus, Indis Gentibus Insularum Deastricolis, eam primâ suâ cum istis conversatione colloqvioqve ingredi institutionis viam, qvam si in Europâ nostrâ strictè in scholis & Ecclesiis suis observarent & retinerent, haud dubiè apud Hispanos & Italos pro Lutheranis haberentur, & vix, imò ne vix qvidem ignis supplicium effugerent. Indis enim idololatris p. 757. Christianam religionem persvasuri, non ordiuntur ab authoritate Romanæ Ecclesiæ, non ab humanis traditionibus, non à Missis, purgatorio, operum meritis, & Romanensium indulgentiarum nundinationibus: sed istis primâ institutione præternavigatis, simpliciter sermocinantur de lapsu primorum Parentum, de meritaqve condemnatione, in universum genus humanum pertingente, nec non de gratuitâ nostri redemtione, per unicum Christum factâ, cui per fidem sit adhærescendum & hoc nomine percipiendum Baptisma. Qvod ne qvis confictum â me arbitretur, adscribam ipsa Jesuitæ cujusdam, Johannis Baptistæ Montii verba, anno Domini 1564. ex Bungo urbe Japoniæ ad Michaëlem Turrensem hoc tenore exarata:

Evangelium, inqvit, longè lateqve jam pervagatum est, & sanè probatur in vulgus, & ferè semper ad Baptismum Dei beneficio aliqvi perducuntur. Ratio autem nostra cum illis agendi est ejusmodi. Qværitur primùm, qvam sectam seqvantur, deinde non modò, qvam ipsi profitentur, sed etiam reliqvæ omnes Japonicæ sectæ multis rationibus ita confutantur, ut, earum ope ac præsidio æternâ salute se neqvaqvam posse potiri, intelligant. Id ubi perceperunt, docentur, esse unum rerum omnium opificem, qvi ex nihilo cuncta procreaverit, eaqve omnia fungi officio, præter Angelos desertores, & hominem, qvi è primo illo statu culpa sua exciderit, in qvo à Deo parente positus fuerat, qvodqve idem naturæ legibus, rectæqve rationi adversetur.

Discunt deinceps, Deum esse trinum & unum, cujus imperium primus ille homo neglexerit. Et qvoniam infinitæ majestati ac numini facta injuria, infinitam qvoqve satisfactionem exigeret, secundam Trinitatis personam, cùm genus humanum,

leribus debitam, preciolo sanguine suo, acerbaqve morte persolveret, & nos in omnipotentis Dei gratiam restitueret.

Hæc illis omnia clarè & copiosè explicantur: tunc ad eorum qvæstiones probè respondetur, & omnis ex eorum animis, qvoad ejus fieri potest, dubitatio tollitur: atqve ut illis certæ precandi formulæ, præceptaqve Decalogi exposita sunt, promittunt, se barbaros ritus superstitionesqve deposituros. Deinde sacri baptismatis vis & mysteria iisdem explicantur, atq; ita Christo dant nomina, & baptizantur.

Hactenus Baptista Montius, cujus si vera fuerit narratio, non dubito, qvin, sicut olim Pharisæi & Scribæ, in Mosis cathedrâ, veram salutis viam, qvam ipsi non ingrediebantur, aliis retegere & explicare potuerunt: ita & Jesuitæ (qvamvis ipsi sint Papicolæ) tamen pro Episcopis & Ecclesiasticis doctoribus sese venditantes, in Orientalium paganorum conversione operam hucusqve non pœnitendam collocent, in qvantum scilicet doctrinam de Deo, de creatione rerum, de lapsu Angelorum & generis humani, de Filio Dei incarnato, de redemtione mundi per solum Christum factâ, & sufficientissimâ ejusdem satisfactione, apud rudem plebeculam simpliciter differunt, primisqve alloqviis & congressibus à Pontificiarum traditionum mentione sibi temperant, & duntaxat præcipuis Christianæ religionis capitibus, Decalogo, Symbolo Apostolico, & oratione Dominicâ informatos baptizant: ubi haud dubiè complures ex Indis eodem modo, per Dei gratiam ad salutis portum veniunt, qvo superioribus seculis, in medio Papatu, multos, desperata operum suorum fiducia, per solum Christum, recordatione vulnerum & passionis ejus, servatos esse novimus.

Gallicus Vates.

TOmo tertio historiarum, qvæ sub Ferdinando Imperatore contigerunt, scribitur de Henrico II. Gallicum qvendam vatem occultè pronunciasse, fore, ut ad vitæ regiæ periculum illæ ludicræ decursiones spectarent, id qvod jam popularibus qvoqve sermunculis non obscurè jactabatur. Sed Rex neglecto consilio suorum, somnium qvoq; uxorium, & oracula contemnens, luctuoso omnia exitu comprobavit. Imperat. 18. Ferdinando. Papa 230. Paulo 4.

1559. ## *Papa & Papistæ.*

HI in suis terris alunt & Turcas Judæos,

Ioban. Sleidanus lib. IV. p. 716.

HOc præterea legati dicebant: Ecclesiasticos Argentoratenses magnâ sui parte turpiter vivere cum meretricibus, qvas domi foveant magnâ qvidem cum offensione populi, pessimoqve exemplo: sed tamen summâ cum impunitate, nec eo nomine qvemqvam adhuc esse mulctatum ab Episcopo: si nunc ergò Senatus ei permittat in istos animadversionem, qvi Pontificiam modò legem non servârint, illis autem, qvi DEI præceptum violant, impunè scortari, & turpissima vitæ exempla passim edere liceat, qvis dubitet, qvanto sit hoc ipsorum periculo futurum?

Ille, qvæ sint inter ipsos pacta, nescire se, facinus autem ipsorum esse compertum, nec opus esse multâ disceptatione Juris: nam ipso facto esse jam proscriptos, & ab Ecclesiæ communione remotos: opem ergò ferendam Episcopo: qvòd autem alii scortentur, & inhonestè vivant, non ideò scelus istorum expurgari: non rectè facere, qvi sic vivant. Episcopum qvoqve negligere suum munus, qvi hoc illis concedat: scire se, Germaniæ Episcoporum hunc esse morem, ut acceptâ pecuniâ scortationem suis permittant: fore etiam, ut ejus facti rationem aliqvandò reddant: sed tamen idcirco non istis licere matrimonium contrahere, & qvòd sacerdotes fiant mariti, multò esse gravius peccatum, qvàm si plurimas domi meretrices alant: nam illos habere persvasum, qvasi rectè faciant: hos autem scire & peccatum agnoscere: nec enim omnes ea esse, qva fuit Baptista Johannes continentia: nusqvam reperiri, neqve documentum ullum extare, qvòd cœlibatum ipsis relinqvere liceat: ne Græcos qvidem, qvi ritus habeant à nobis diversos, hoc suis permittere: qvapropter iterum orare, ut Episcopo suam operam communicent.

Idem lib. 19. Anno 1547. bello Germanico, qvo tempore Cæsar Carolus V. prope Misenam accessit, Aprilis die 22. eo die, qvo flumine transmisso pugnavit, & Johan. Fridericum Saxoniæ Ducem cepit, solis aspectus valdè fuit tristis, obscurus, pallidus, & veluti caligine qvadam circumdatus, ita qvidem, ut pleriq; longissimè à Saxonia remoti, & ignari qvid ageretur, judicarent, magni aliqvid portendi. Nec enim in Germaniâ solùm, sed per Galliam etiam & Britanniam id fuit observatum.

Idem lib. 21. Johannes Islebius liberale donum à Cæsare simul & Ferdinando re-

illorum, qvi chrisma dicebant ab eis & oleum pontificium inter alia defendi, veluti rem sacram & saluti necessariam, ut ipsi nimirum discederent unctiores.

Idem. Sub hoc ipsum tempus Aloysio scribit Paulus tertius Pater, ut à decima septembr. die sibi caveat: Astra enim ei pronunciare cladem aliqvam insignem. Erat enim Paulus Pontifex non astrologiæ modò, sed & necromantiæ, sicuti pro certo confirmatur, admodum studiosus. Iis acceptis literis, Aloysius erat in metu & solicitudine: cumqve dies ille venisset, magno cum comitatu lecticâ deportatus arcem egreditur, ut urbis munitionem, qvam instituerat, videret: aderant etiam conjurati: sed cùm ibi non possent, qvod vellent, exeqvi, subsistunt: & qvum ille domum rediret, comitantur, & tanqvam officii causâ præcedunt, numero XXXVI. & ubi jam in arcem cum lecticâ perveniisset, è vestigio pontem pensilem ad se reducunt, ne qvis præterea subseqvi posset: ibi continuò strictis mucronibus illum petunt, & acerbè tyrannum increpantes, in lectica confodiunt: & unà sacrificum qvendam & stabuli præfectum, & satellites qvinq; Germanos trucidant. Postea per arcem discurrunt, & omnia diripiunt, maximâ vi pecuniæ repertâ, qvam ille munitioni urbis designaverat.

Interea fit civium concursus ad arcem, & qvid rei sit, qværitur: cùm fremitus atqve clamor intus exaudiretur: illi de sublimi respondent, se occidisse Tyrannum, & civitati pristinam recuperasse libertatem. Cùm autem ejus rei vix ægrè fidem facerent, interpositâ cautione civium, & impunitione promissâ, corpus exanime catenâ religatum ex muro suspendunt, & agitatum aliqvandiu præcipitant in fossam. Accurrit populus, & pugionibus atqve pedibus illum petunt, tanta erat acerbitas odii. Pòst, re deliberatâ, per celeres eqvos Ferdinando Gonzagæ, qvid actum sit, enunciant, & Cæsaris clientelæ sese dedunt, & auxilia sibi qvamprimùm mitti postulant. Ille statim præsidium eò mittit, & occupatâ urbe, in Cæsaris fidem per jusjurandum illos adigit, pòst ad Cæsarem omnia perscribit, & qvid sit ipsius voluntatis, rogat. Parmenses etiam, ut Cæsari sese permitterent, solicitati fuerunt, sed hi missis ad Pontificem literis, in ejus fide velle permanere, neqve se recusare dicunt, qvò minùs interfecto parente, filium Octavium pro Principe agnoscerent.

Hæc est eorum summa, qvæ Cæsari nunciata fuisse dicebant ipsius familiares, & qvam spargebant inter ordines: alii verò possum. Utcunqve sit, impium, & scelerátum imprimis hominem fuisse Petrum Aloysium, fatentur omnes: extant Italorum libelli, qvi nefarias illius libidines enumerant, in qvibus hoc est omnium imprimis memorabile, qvòd Cosmum Cherium Episcopum Fanensem per vim stuprasse dicitur, usus operâ suorum, qvi illum distinerent: qvod qvidem facinus misero illi sic doluisse ferunt, ut præ mœrore & indignitate rei postea sit extinctus: neqve desunt, qvi venenum ei datum ab illo fuisse putant, ne flagitium illud ad Cæsarem deferret. Paulus nihilò secius impensè filium amabat, & ad ipsius amplificationem omne studium convertit, & qvum de flagitiis nonnunqvam audiret, non admodum ægrè tulisse, & hoc solùm fertur consveviisse dicere: hæc illum vitia non se commonstratore didicisse. p. 757.

Idem. Qvomodo per arbitros fuerit transactum inter Episcopum Argentinensem atqve Senatum, suprà diximus. Decreverat qvidem Episcopus, rem inchoare in suis templis, ad Christi diem natalem, & rationem clero præscripserat, qvam seqverentur: sed qvia non satis erant instructi, distulit in Calendas usqve Februarii. Tunc in tribus illis templis, qvæ senatus ei per transactionem concesserat, sacrificicantiones suas atqve preces vespertinas, & postridie missam rursus inchoant, totos jam XXI. annos intermissam. Ingens autem erat hominum concursus, maximè juventutis.

Nam his omnibus novum erat spectaculum & inauditum, &c.

Idem. Ille, qvem diximus, Archiepiscopus Beneventanus libellum conscripsit planè cinædum, & qvo nihil fœdius excogitari possit: nec enim puduit eum, scelus omnium longè turpissimum, sed per Italiam nimis notum atqve Græciam, celebrare laudibus.

Idem. Julius autem, qvo tempore Bononiæ fuerat legatus, in delitiis habuerat adolescentem qvendam, Innocentium: hunc tametsi reliqvi minùs probarent, imò reclamarent, in Cardinalium adoptavit collegium: & in domesticam consvetudinem rursus admisit, eiq; cognomen suum, & insignia qvoqve attribuit. Romæ fama erat, & libellis qvoqve perscriptum fuit, à Jove Ganymedem foveri, licet deformem. Sed nec ipse Pontifex hoc ad reliqvos Cardinales dissimulare & per jocum fertur aliqvando commemorare, qvàm sit lascivus adolescens & importunus. Dum in conclavi res agitur, interceptæ fuerunt literæ, qvas ex Cardinalis Mantuani fami-

burtina dixit Octavio Augusto multa de adventu & divinitate regni Christi.

Idem. Magister ordinis Franciscanorum pollicitus est aliqvando Pontifici maximo expeditionem in Turcas paranti, ex Seraphici Francisci sectâ triginta bellatorum millia se posse conficere, nihil interpellato sacrorum cultu.

Idem. Biceps aqvila unde, narrat hoc modo: Pacârat Occidentis fines Carolus, & cum Nicephoro Imperatore Græco societatem ita inivit: ut Orientem ille, Carolini verò Occidentem bicipitis Aqvilæ auspiciis gubernarent. Inde bicipitis Aqvilæ initium.

1558. *Monstrum.*

NAscitur X. Calend. Julii infans monstrosus, qvi in capite carnosos flexus habuit, utnunc ingentes Spiræ mulierum solent esse, qvibus reticula & flammeola imponunt. Annales Misnenses, & Georg. Fab. Imp. & Papa ut sup.

1558. *Memorabile.*

ANno Domini 1556. mortuus est Imperator Carolus V. Is cùm paulò ante mortem suum Confessionarium interrogasset, qvænam vera esset religio & salvifica, sacerdos autem dubia, & non convenientia cum doctrina Pontificia Romana respondisset, eaq; de eo innotuissent, flammis addictus fuit. Georgius Nigrinus in Continuatione Chronici. M. Richteri.

1558. *Philippus Nicolai Theologus.*

INgens illa Christianorum multitudo per Turciam, Tartariam, Persiam, Arabiam, & Mauritaniam dispersa: adhæc ipsius Alcorani testimonia de Servatore Christo & sacris literis, perspicua, copiosa, & magnifica, plurimùm nobis Chistianæ religionis certitudinem confirmant, simulqve interitum Mahumetismo à Christianorum Deo præstitutum, & suo tempore indubitanter implendum denunciant. Non enim contrà Christianorum Regna Mahumetis cultoribus referta videmus, hocqve non sine singulari mysterio. Imp. Ferdinando. Papa Paulo IV.

Idem movet qvæstionem: An qvis Sementem Romanisticarum traditionum, & Pontificiæ hierarchiæ (qvâ Hispaniarum gentes inexplebili avaritiâ, & Jesuitæ filio perditionis velificantur) pro incremento ducat Christianæ religionis: & doctrinam Æthiopum atqve Moscovitarum, non paucis conflictantem erroribus, Regnum Evangelii appellitare possit?

Idem. Memoratu dignum est, Hispaniolæ incolas, Idolorum suorum oraculo, multo antea tempore, qvàm Hispani de Americâ cogitarent, admonitos, fore, ut rum Sacerdotes, rhythmis comprehensum, diebus tantùm tristibus occinebant, & eventus vera illud prædixisse docuit.

Idem. Hispania non diu Papatui adhærebit, sive qvòd reditura sit sub jugum Mahometicum, indignante Deo ob carnificinam & tyrannidem Hispanicæ inqvisitionis, sive qvòd & ipsa tandem, ejurato Papatu, doctrinam Evangelii à corruptelis repurgatam admittet.

Idem. Meminerint lectores pii, Jesuitas in convertendis Arabibus, Indis Gentibus Insularum Deastricolis, eam primâ suâ cum istis conversatione colloqvioqve ingredi institutionis viam, qvam si in Europâ nostrâ strictè in scholis & Ecclesiis suis observarent & retinerent, haud dubiè apud Hispanos & Italos pro Lutheranis haberentur, & vix, imò ne vix qvidem ignis supplicium effugerent. Indis enim idololatris p. 757. Christianam religionem persvasuri, non ordiuntur ab authoritate Romanæ Ecclesiæ, non ab humanis traditionibus, non à Missis, purgatorio, operum meritis, & Romanensium indulgentiarum nundinationibus: sed istis primâ institutione præternavigatis, simpliciter sermocinantur de lapsu primorum Parentum, de meritaqve condemnatione, in universum genus humanum pertingente, nec non de gratuitâ nostri redemtione, per unicum Christum factâ, cui per fidem sit adhærescendum & hoc nomine percipiendum Baptisma. Qvod ne qvis confictum â me arbitretur, adscribam ipsa Jesuitæ cujusdam, Johannis Baptistæ Montii verba, anno Domini 1564. ex Bungo urbe Japoniæ ad Michaëlem Turrensem hoc tenore exarata:

Evangelium, inqvit, longè lateqve jam pervagatum est, & sanè probatur in vulgus, & ferè semper ad Baptismum Dei beneficio aliqvi perducuntur. Ratio autem nostra cum illis agendi est ejusmodi. Qværitur primùm, qvam sectam seqvantur, deinde non modò, qvam ipsi profitentur, sed etiam reliqvæ omnes Japonicæ sectæ multis rationibus ita confutantur, ut, earum ope ac præsidio æternâ salute se neqvaqvam posse potiri, intelligant. Id ubi perceperunt, docentur, esse unum rerum omnium opificem, qvi ex nihilo cuncta procreaverit, eaqve omnia fungi officio, præter Angelos desertores, & hominem, qvi è primo illo statu culpa sua exciderit, in qvo à Deo parente positus fuerat, qvodqve idem naturæ legibus, rectæqve rationi adversetur.

Discunt deinceps, Deum esse trinum & unum, cujus imperium primus ille homo neglexerit. Et qvoniam infinitæ majestati ac numini facta injuria, infinitam qvoqve satisfactionem exigeret, secundam Trinitatis personam, cùm genus humanum,

uti vocant, portam aperit, ad qvam innita concurrerat hominum turba, conſeqvendæ peccatorum remiſſionis cauſa, ſicut antè diximus. Malleolo pontifex aureo portam ferit: ſic enim habet ceremonia, qvem deinde honoris cauſa largiri ſolet alicui: ſunt enim, qvi ſe beatos hoc nomine putant: & hoc qvidem tempore Cardinalis Auguſtanus precibus eum obtinuit, & ſecum in Germaniam detulit. Dum portam pontifex malleo percutit, opifices illam vectibus effringunt: ibi populus, qvi certatim irrumpit, ejus ruinæ calcem atqve rudera ſtudioſè colligit, & in rebus chariſſimis habet. In illud Auguſtani Cardinalis factum nonnulli, cùm audiſſent, ſic jocabantur, ut hoc malleo dicerent eum cogitare Lutheranis contundere capita. Venerunt deinde Romam ſalutandi & officii cauſa, Dux Urbinas, Ferrariæ Dux, legati Veneti, Sabaudiæ, Florentiæ Ducis, Genuates, Senenſes, Scotiæ, Galliæ regis, pòſt etiam Cæſaris. Farneſio Octavio Pontifex non modò Parmam reſtituit, ſed ſummam etiam attribuit præfecturam, Confalonierum ipſi vocant: Aſcanium qvoqve Columnam reſtituit, profligatum à Paulo. Novus Pontifex galerum ſuum Cardinalitium, cui vult, largitur, antiqva conſvetudine.

Idem. Decimâ poſt die Novembris è vita decedit Paulus, tertius Pōtifex, cùm ageret annum LXXXII. Pridie, qvàm obiret mortem, abolevit vectigalia, qvæ ſalinis, & pleriſqve aliis rebus impoſuerat, non ſine gemitu populi. Menſibus aliqvot antè ſolicitaverat Cæſarem de reſtitutione Placentiæ: ſed id fruſtra fuit: & ſi longior ei vita contigiſſet, omninò putatur in Galliæ regis partes fuiſſe tranſiturus. Nam inde à cæde filii Petri Aloyſii vindictam animo creditur agitaſſe. Corpus in ſacellum Sixti Pontificis delatum, in tertium usqve diem ibi permanſit: populus eò freqvens accurrit, ejusqve pedes, qvi per cancellos ferreos expoſiti erant, uti fieri ſolet, deoſculabantur. Priusqvàm decederet, libellus exiit Italicus, vehemens in illum atqve gravis, titulo qvidem Bernhardini Ochini, ſed ab aliis, uti creditur, compoſitus, cum præfatione ad Aſcanium Columnam, qvem ille profligârat.

Libellus hic inter alia multa, qvæ nimis longum eſſet recitare, ſermonem ad eum convertit, & Antichriſtum appellans: Innocentio Pontifice, conjectus, inqvit, in vincula fuiſti, præſul iniqviſſime, propter homicidia duo, & commiſſum parricidium, matre nimirum, & nepote tuo qvodam veneno ſublatis, ut omnis ad te con-

pervicit. Cum enim, coptam ſui non ſacturam eſſe deinceps ei, minaretur, Alexander Sextus Pontifex, offenſionem veritus & iram illius, in Cardinalium te cœtum allegit. Alteram deinde ſororem tuam, pro familiæ tuæ conſvetudine, parùm pudicam interemiſti qvoqve veneno.

Per Anconitanam provinciam cùm eſſes legatus, Julio ſecundo Pontifice, puellam ejus civitatis nefariè circumveniſti, qvando, diſſimulans qvis eſſes, teq; pronobili qvopiam gerens ex legati familiaribus, illam viciaſti: qvod qvidem facinus puellæ patruus, Cardinalis Anconitanus, urbe captâ coram Clemente Pontifice captivo, tibi graviſſimis verbis objecit. Nicolaus Qvercæus, cum Laurâ Farneſia, tuâ nepte, conjuge ſuâ te congredientem deprehendit, & pugione tibi vulnus incuſſit, cujus etiamnum cicatrix apparet.

De filiâ tuâ Conſtantiâ, qvî cum toties rem habuiſti, qvid dicam? Etenim, ut eâ liberiùs potiri poſſes, maritum ejus Boſium Sfortiam ſuſtuliſti veneno: qvi cùm neqvitiam veſtram animadvertiſſet, incredibilem animo dolorem concepit, nec unqvam poſtea viſus eſt hilaris. Libidine profectò Commodum & Heliogabalum longè ſuperas: idqve tot ſpuriis tuis doceri poteſt. Filias ſuas Loth vitiavit, ignarus & ebrius: tu verò ſobrius, non modò cum nepte, ſed etiam cum ſorore congreſſus es atqve filia.

Jam illud, qvod in Farnenſem Epiſcopum admiſit ſceleratus ille tuus filius, Petrus Aloyſius, qvàm eſt dictu fœdum & horrendum facinus? Cùm in Adriani mole captivus detineretur Clemens Pontifex, teqve legaret ad Cæſarem, libertatis recuperandæ causâ; non priùs iter volebas ingredi, qvàm ille Parmenſem Epiſcopatum, nepoti tuo Farneſio, tunc decem annorum adoleſcenti permitteret, eo facto ludificaſti nihilominùs illum, & Genuam ubi perveniſſes, morbo te detineri, ſimulabas.

Qvam verò nundinationem in ſacris p.759,
bonis non exercuiſti Cardinalis? & poſtqvàm factus es Pontifex, Deum immortalem, qvàm turpiter Eccleſiæ Romanæ facultates dilapidaſti? Non te pudet, ſummam præfecturam atqve munus contuliſſe nefario tuo filio, cum aureorum millibus annuis qvadraginta, totidemqve ferè nepoti Octavio? ne qvid interim dicam, qvæ, qvantaqve bona profuderis in tuæ familiæ fœminas omnes, & Sanfloríanas neptes. Turcarum Poſtea mentionem audes inferre, qvi miſeræ jam incumbant Italiæ: qvod eò facis, ut explicandi populi cauſam aliqvam habeas & occaſionem, qvi ſub te do-

ras, alienalti: qvod Clementem certe Pontificem facere puduit: ut familiam domumqve tuam locupletares, præter fas & æqvum alios exagitasti: & eos, qvi servitutem illam ferre non poterant aut recusabant, bello es persecutus: id Perusini docent inter alios & Ascanius Columna. Qvi subsidii loco suis imperat qvotannis extraordinem aureorum millia trecenta, qvi novum subinde vectigal imponit, modò salis, modò cæterarum rerum, qvi nunc decumas, nunc dimidiam fructuum partem exigit, ille sanè pro Christiani sangvinis hoste, meritò debet haberi. Turcica Classis, te Pontifice, per Ecclesiæ Romanæ fines navigavit incolumis non ita pridem, qvando Barbarossa mare nostrum fuit ingressus.

Occultum igitur illud, qvod cum Barbaris habes, commercium, ansam tibi præscindit, qvò minùs Turcici belli nomen in posterum obducas: atqve interim ausus es Galliæ regem taxare, qvòd cum protestantibus, Cæsarem verò, qvòd cum Angliæ rege coleret amicitiam. Annon turpissimum est, te pendere totum ab Astrologis & necromanticis? negari factum non potest. Nam & honoribus illos & facultatibus atq; donis amplificasti, Cecium, Marcellum, Gauricum Lusitanum, & alios, qvæ sanè res impietatis te manifestè redarguit, & satis est gravis, qvamobrem à Pontificatu debeas removeri.

Multa id genus alia continentur in eo, qvem diximus, libello, qvi typis procusus extat. Nunc ad mortuum revertamur. Nono post die cœptum est fieri funus per dies novem continuos. Interea Cardinales absentes undiqve urbem convolant. Tridentinus Salviatus, Mantuanus, Cibo, Montanus, Augustanus, Urbinus, & hi qvidem exeqviis interfuerunt: primus autem omnium eò venit Tridentinus. Nam is tum erat Mātuæ in iis, qvas dixi, nuptiis, cùm de morte Pontificis adferretur nuncius. Sumtus funeris æstimatur ad aureorum millia qvinqvaginta.

Robertus Barnus in vitis Pontificum.

FRidericus primus Barbarossa Imperator valido exercitu redibat in Italiam, licentiam rebellium Italorum armis repressurus: cùm conspiratorum factio apertâ vi se objicere non posset Imperatori, vertuntur ad malas artes: parant insidias per incendia, miscent aconita: conducunt hominem robustissimum peritum Musicæ, qvi se morionem fingeret, & Musicalibus instru-

labentem aqvam præcipitaret. A tuis verò ereptus, jussit simulatum morionem dari præcipitem per eandem senestram. Cùm illum dolum irritum factum conspiratores cernerent: subornārunt alium insignem intoxicatorem Arabem, qvi frena, calcaria, annulos, nolas, & id genus infecta pertulit ad Imperatorem, eum solo contactu earum rerum occisurus. Imperator cognitâ proditione, intoxicatorem suspendit. V. S.

Idem. Sub Marcellino Papâ à Diocletiano Imper. Ecclesia DEI tantam persecutionem sustinuit, qvantam aliàs nunqvam: testis Plat. & Eccles. histor. lib 8. cap. 2. & 3. Statuit enim edicto, ut Ecclesiæ Christianorum solo æqvarentur, sacræ Scripturæ comburerentur, ut Christiani perpetuò manerent infames, servus nunqvam fieret liber. Et tandem omnes, qvi Ecclesiis præerant, in carcerem conjici, & Idolis adsacrificandum cogi suppliciis jussit. Hanc persecutionem, omnes Historiographi scribunt, divini numinis ultione Ecclesiæ contigisse, PROPTER DISSIDIA, qvæ horribiliter inter Christiani nominis homines exarserant eo tempore. Qvid nobis futurum putas?

Idem. Henricus II. Bambergæ templum erexit in honorem S. Gregorii, rogavitqve Pontificem Benedictum VIII. ut hoc consecraret in Cathedralem basilicam. Pontifex annuit, sed ea lege, ut ea cathedralis Ecclesia qvotannis Pontifici Romano census nomine numeraret centum marchas argenti, cum albo eqvo, & phalerato.

Idem. Hadrianus III. statim post initum pontificatum, nactus opportunitatem per Caroli Crassi absentiam, qvi tunc exercitum ab Italia in Normannos diripientes Galliam eduxerat, ad Senatum populumq; Romanum detulit, ne in creando Pontifice Imperatoria auctoritas expectaretur, sed libera essent suffragia clero & Populo. Hāc rem prior tentavit Nicolaus I. sed obscuriùs, sibi spem faciens perficiendæ rei ex dubio marte, ausus est Imperatori suum jus denegare, qvod semper habuit in creando Pontifice. Qvidam scribunt, non Hadrianum, sed Agapitum in pontificatu sedisse.

Idem. Papa Sergius, cum se debito voto Lothario Cæsari nollet obligare: vi coactus est ab Imperatore, ut officium faceret, atq; illum pro domino suo humiliter agnosceret. Ita tenebantur olim in repagulis hi sacrificuli: donec & ipsi ad hunc usq; diem potentiores facti Cæsaribus, Imperium Mundi magno spiritu arriperent, & pede suo Reges terræ conculcarent.

qvam urbem intraret: cujus exemplo pa-
cuit subjicere:

Tibi Domino Johanni Papæ ego Rex Otto promittere & jurare facio, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per hoc lignum vivificæ crucis, & per has reliqvias sanctorum: qvòd, si (permittente Domino) Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem ejus, exaltabo secundum posse meum: & nunqvam vitam aut membra, aut ipsum honorem, qvem habes voluntate mea, aut meo consensu, aut consilio meo, aut exhortatione, perdes. Et in Româ nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, qvæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et qvicqvid de terrâ S. Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Et cuicunqve regnum Italicum commisero, illum jurare faciam, ut adjutor tui sit, ad defendendam terram S. Petri, secundum suum posse.

Hoc juramento dato, urbem ingreditur. Johannes Pontifex cum clero Ottonem honorificè excipit, inungit, & coronâ imperatoriâ ornat, Augustumqve appellat. Otto à coronatione Romæ aliqvandiu moram trahens, Pontificem familiariter admonet, ut sceleratam vitam, qvâ erat omnibus infamis, abjiceret, ederetqve Ecclesiæ sanctioris vitæ exempla. Cùm verò videret, se nihil promovere apud Pontificem salubri exhortatione, Româ discedit: Berengarium fugientem, nunc in monte Leonis obsessum expugnaturus. Interea temporis Ottone absente, Albertus Berengarii filius, qvi ad Ottonis adventum in Corsicam Insulam discesserat, Romam venit: Consilium cum Pontifice contra Ottonem init. Pontifex Ottoni iniqvus, fortassis qvòd ejus vitia improbaverat, addicit se partibus Berengarianis. Duo ex Cardinalibus hanc conjurationem scripto Ottoni indicant.

Otto, solutâ obsidione Berengarii, Romam cum exercitu properat: Pontifex cum qvibusdam Romanis proceribus ejus conjurationis reis, aufugit. Compertâ tamen re, qvòd duo Cardinales Ottoni sua consilia indicâverant, priusqvàm fugeret, capit eos: & uni nasum, alteri manum, qvâ dicebatur scripsisse literas, abscidit. Hoc perpetrato novo scelere, aufugit in Campaniam, ubi in sylvis egit inter feras. Otto Romam venit, Pontificem profugum revocat ter, jubens eum tutò ac securè redire Romam. Cùm verò pontifex redire nollet, Otto, rogante Romano clero, synodum cogit, Italiæ Episcopos vocat, sententiam de Pontifice cùm scelerato tum profugo rogat. Clerus populusqve petit, alium Pontificem sibi dari. Otto jubet, ut eligant ipsi

sciam regresso, cognati & clientes Johannis Leonem sede Pontificiâ dejiciunt, & cum magnâ pompâ Johannem restituunt. Leo ad Ottonem se confert. Ne autem Otto schismate Ecclesiam proscinderet graviùs, permisit Johanni, vi restituto, pontificatum. Qvi tandem dignas pœnas dans vitæ malè actæ, deprehensus cum adulterâ, à viro adulteræ confoditur.

Idem. Nicolaus II. hanc legem tulit: Ut non apostolicus, sed apostaticus censeretur, qvi sedem Petri obtineret vel pecuniâ, vel favore, sine unanimi consensu, & canonicâ electione Cardinalium. Deditqve potestatem Cardinalibus, clericis & laicis, talem Pontificem anathemate ferire, & in qvovis loco, si non liceret Romæ, contra eum Concilium convocare, & qvovis humano auxilio eum Pontificiâ sede propellere. Et hanc legem tragica excommunicatione sancivit. Et ne non videres lector, qvo pacto funesta ista sedes Romani Pontificis fictis diris, ac mentita excommunicatione stabilita sit, & qvibus dolis totum orbem terruit: abominandæ excommunicationis immania verba, placentigeris non indigna, subjiciemus, qvibus Pontifex omnibus (arrogato sibi mendaciter titulo Apostolicæ auctoritatis) formidabilis fuit: cumanum asinum referens, qvi sumto Leonis exuvio, leoninæ sævitiei specie omnes reddidit attonitos. Verba execrationis sunt ista, Dist. 23. cap. In nomine Domini:

Qvòd si qvis hujus nostræ sanctæ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam suâ præsumtione confundere, & perturbare contra hoc statutum tentaverit: perpetuo anathemate atqve excommunicatione damnetur: & cum impiis, qvi non resurgent in judicio, reputetur: omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, qvorum Ecclesiam præsumit confundere, in hâc vitâ & in futurâ, furorem sentiat. Fiat habitatio ejus deserta, & in tabernaculis suis non sit, qvi inhabitet: fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua. Commotus commoveatur ipse, & filii ejus mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis. Scrutetur etiam fœnerator omnem substantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus. Orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria. Et omnium sanctorum qviescentium merita illum confundant, & in hâc vitâ super eum apertam vindictam eorum ostendant.

Observatores autem hujus, nostri gra- p. 761.
tiâ, protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab omnium pecca-

cum qvibusdam religionis Christi finceris confessoribus cùm magni tum inferioris nominis hominibus. Ii namqve primùm 20. Maji capti, & Lutheranæ religionis convicti, & captivi Valladoletum abducti, ibiqve in judicium postulati fuerunt. Qvò verò atrocitas terrorem incuteret hominibus, clerici magna cum solennitate & fastu eò deferebantur. In foro autem theatra seu palatia ex asseribus construebantur: hic hæresiarchæ, & alii optimates residebant magno cum splendore & gloria. Econtrà aliud erat palatium extructum, in qvo soror Regis & filius, cum aliis terræ Magnatibus erant collocati.

Captivorum numero erant 30. utriusqve, masculini & fœminini, sexus personæ: singulæ suo ordine sedere jussæ: pòst qvælibet singulari sententia, secundum suffragia Pontificiorum, damnata fuit ad suum supplicium. Primò qvidam Monachus Dominicanus longam deblateravit orationem. Deinde à potentatibus Ecclesiasticis, Adolescente Rege, & aliis Principibus, Dominis & Dynastis juramentum exactum, qvòd vellent eniti pro viribus, ut tollantur hæreses, prohibeantur sectarii, & Ecclesiæ Romanæ mandatis & decretis obedientia præstetur, qva possit fieri, maxima industria: de hoc sacrum dederunt juramentum super qvodam signo crucifixi, & libro Evangeliorum.

Ex captivorum autem sedecim qvidam ad perpetuum carcerem sunt condemnati: qvidam jussi sunt, per aliqvot annos & tempora flavas tuniculas in rei turpitudinem publicam gestare.

Extra oppidum Valladoleti qvatuordecim columnæ fuerunt elevatæ, infossæ humi, ad has reliqvos qvatuordecim astrictos cremavit ignis. Eum autem in locum ex urbe deduxerunt miseros Christianos asini, ut majus esset dedecus & ludibrium: ibi columnis alligati primùm more Hispanico, nefando sanè, restibus suffocati, deinde funesta combusti flamma fuerunt. Fincelin. 3. lib.

Ludovicus Cavitellius Patricius Cremonensis in suis Annalibus fol. 345.

JOhannes Angelus de Medicis Mediolanensis, presbyter, Cardinalis sancti Stephani, in Cœlio monte per Cardinales ingressos conclave, die qvintâ Septembris, electus Summ. Pont. nocte diei Natalis gloriosissimi Dominici, & Pius qvartus nominatus, ex mente, & cum interventu sacri

jus Imperium conferendi, cuicunqve voluisset: & nec Carolum olim Imperatorem, cùm ipsum depositurus esset, potuisse illud conferre fratri, & nec confirmari per ejus Electores, ac Principes Germanos, præter mentem & ordinem ipsius prædecessoris, ac sacri collegii Cardinalium Romanæ Ecclesiæ. Imper. 118. Ferdinando. Papa 230. Paulo 4.

Simon VVolderus Pomeranus, Ubertus Folieta, & Angerius Busbeccius.

SCribit Wolderus, non postremam esse causam, qvòd DEUS nos punire soleat per Turcas, immensum scelus blasphemandi nominis divini, in qvod nemo hominum animadvertere velit. Verùm qvàm primùm aliqvid ore excidat, qvod detrahere videatur existimationi Cæsaris, Regis, aut Principis cujusqvam, statim reus agaris criminis læsæ Majestatis, & capitis damneris: qvi verò infinitas in DEUM contumelias & blasphemias evomuerit, & redemtori suo acerbissimam passionem, mortem, atqve vulnera (qvæ tamen in nostram cedunt salutem) iniqvissimè exprobraverit, *ille* laudem & commendationem strenui, & fortis viri summam mereatur.

Idem Wolderus qvoqve scripsit consilium & rationes, ad Cæs. Majest. & Ordines Imperii, qvibus modis citra magnum laborem & Reipublicæ dispendium, non modò milites, pecuniam, munitiones, commeatus & omnia necessaria ad bellum Turcicum in Germania facilimè acqvirere, sed etiam alios Reges atqve Magnates auxiliatores, & socios allicere, sibiqve adscisere qveant.

Nec non & Ubertus Folieta edidit tractatum de causis amplitudinis Imperii Turcici, ac felicitatis ejus perpetuæ: itemqve Angerius Busbeccius de re militari adversus Turcas instituenda consilium.

Sed nullius consilio obtemperamus: & hac nostra pervicacia non priùs desistemus, qvàm Germania & hominibus, & nummis exhausta, penitus in miseriam & cineres redigatur.

Sed & de bello contra Turcam gerendo mentionem facit D. Herlicius in suo prognostico. At vereor, ne ipse & ego, si de his rebus differamus, remittamur ex castris militaribus ad literaria.

Hoc tamen metuo, ne nostra resupina ignavia motus & illectus Turca, adhuc brevi tempore nobiscum (ut non ita pridem cum Moscoviæ civitate & maxima re-

& illi cuncta occupet, tandem prodatur, divaſter, & penitus evertat: atq; miſeros Chriſtianos alios crudeliſſimè trucidet: alios verò in perpetuam ſervitutem abducat: ſicq; vel tandem nobis oculos aperiat, & altum hunc veternum cum irreparabili noſtro damno excutiat.

Hiſtoria prodigioſa, & nullo ævo audita, de Pſeudo-Martino Gallo.

MEnſe Januario, Anno 1559. Bertranda Rolſia Artigatenſis in diœceſi Regienſi, apud Prætorem Regienſem ſupplici porrecto libello qveribunda exponit, ſe, viginti aut circiter abhinc annos, cùm puella admodum eſſet: annos nata novem, aut decem, Martino Guerræ, ejusdem fermè ætatis nupſiſſe.

Accum eo novem aut decem annorum tempus tranſegiſſe: ut ex eo matrimonio natus ſit filius nomine Sanxius, qvi etiamnum vivit. Ipſum porrò Martinum (qvoniam juvenili qvadam levitate triticum patri ſuffuratus fuiſſet) patria relicta, octo annos domo abfuiſſe, qvo interim tempore nihil de eo fama acceperit. Qvo tempore exacto, veniſſe ad ſe qvendam, qvi re qvidem vera eſſet Arnaldus Tillius, cognomento Panſerta, patria Sagiaſenſis: ſed Martinum Guerram ſe, maritum actricis, diceret. Qvem non dubium eſſet cum Martino contubernii familiaritatem in bello iniiſſe, & ita hujus conſuetudinis occaſione, multa domeſtica & privata, cùm de eo, tum de uxore expiſcatum fuiſſe. Qvi qvidem eo fretus, qvòd vultus ſimilitudine planè Martinum referret, omne jus amicitiæ violare, & novum fallendi genus uſurpare in animum induxerit, ad qvatuor illius ſorores, patruum, reliqvos conſanguineos, ipſamq; adeò Rolſiam, omnes deniqve Artigatenſes acceſſerit. Qvibus adeò propria, & certe indicia, & tanto numero, exhibuerit, ut non modò iis, qvi à familia erant alieni, verùm etiam propinqvis omnibus, atqve eidem ipſi uxori viſus ſit is eſſe, qvem ſe dicebat. Ut mirandum minimè fuerit, ſi ipſa, cùm incredibili cupiditate videndi & recuperandi mariti duceretur; & Tillius multa ſingularia indicia proferret, de rebus & verbis, qvæ occulta inter conjuges intercedunt, qvæ aliis vix nota eſſe poſſunt, & qvidem eò uſqve, ut locum, tempora, & articulos exprimeret, qvibus occultiſſima qvæqve ab eis fieri conſueverunt (qvæqve facilius eſt intelligere, qvàm honeſtum referre) verba qvoqve rem ipſam vel antegreſſa, vel ſubſecuta commemoraret: ipſa etiam non minùs

bona occupaverit, quæ cùm Artigati poſſederat, tum Andæx, in finibus Cantabrorum, unde Martinus ipſe oriundus erat.

Qvæ qvidem bona ipſe multis emtoribus vendiderit.

Qvo in errore dicta Rolſia ſupplicans triennio & eo amplius, verſata fuerit.

Qvo qvidem tempore ſimul habitâſſe, conjugatorum more, menſa, convictu, & lecto communi: ut ex ea conſuetudine duo liberi prodierint, qvorum alter mortuus eſſet.

Se tamen certiorem factam, de prodigioſo dolo & inaudita impoſtura, qva ille uſus fuerat, ſibi nomen & perſonam Martini Guerræ ſumens.

In totam ergo rem diligentius inqviſiiſſe, idq; ex autoritate Prætoris Regienſis: ut cauſa demum tota complanata, concludendo contra dictum Tillium, poſtulaverit, geminam ei multam, cùm ignominioſam, tum pecuniariam irrogari. Ita ut capite aperto, diſcalceatus, & induſio tantùm indutus, tedam accenſam manibus tenens, ſe in Deum, Regem, & ipſam Rolſiam graviter peccâſſe fateatur: qvam impia temeritate & proditione deceptam, & circumventam ludificatus ſit, Martini Guerræ veri mariti nomen perſonamq; falsò mentitus: cujus ſe flagitii ex animo pœnitere publicè confiteatur, & veniam oret. Pecuniariam inſuper multam bis millenarum librarum luat: deniq; victus victrici totius litis impenſas & damna reſarciat.

Tillius reus econtrà graviter conqveri cœpit, ſi qvis unqvam à cognatis indignis calumniis vexatus ſit, ſe profectò eum eſſe. Qvem cùm omnes ſatis intelligerent, eſſe reipſa Martinum Guerram Artigatenſem, Petrum tamen Guerram patruum cum ſuis generis, novum crimen, & antea inauditum adverſum ſe excogitare, & architectari in animum induxiſſe. Id verò peſſimo conſilio eum conari, ut nimirum ſe facultatibus & fortunis ſuis, qvas ad octo millium librarum pretium poſſideat, exueret: qvi cùm eas diu dum abeſſet, tenuerit, nunc doleret, qvod à ſe domum reverſo ad reddendam adminiſtrationis rationem, & reliqva præſtanda apud Prætorem Regienſem ſe conveniri videret, ad cujus tribunal diem illi jampridem dixerit. p. 763.

Itaqve objicere auſum, non eſſe ipſum Martinum Guerram, ſed nomen falsò ſumſiſſe: Rolſiam deniqve ab eo impulſam, ut tantum crimen judicio perſeqveretur.

Deinde rem totam fuſius oratione perſeqvens, narrare cœpit, qvemadmodum

Ac tametsi temporis intervallum non modicam in vultu mutationem effecerat, maximè cùm domo proficiscens omninò imberbis esset, tamen reversus cùm à cæteris, tum maximè ab ipso patruo agnitus, & ab eo omni humanitate familiaritateq; susceptus est, donec tandem suis rebus animum intendere, earumq; rationem reposcere, ac fructus toto illius absentiæ tempore perceptos, repetere decrevisset. Hujus enim rei cùm illum amicè non semel commonefecisset: seqve verbis tantùm blandis duci intellexisset.

Tandem coactus fuerit litem ei intendere, & judicio fortunas suas persequi. Nam ad restituendos fructus, qvos perceperat, & ad reddendam administrationis rationem, nunqvam adduci potuit. Qvin potiùs ob eam rem indignatus ipse, generorum opera, omni ratione exitium ei comparare conati fuerant. Primum consilium fuit de eo necando: qvod ut perficerent, sæpe insidiati, sæpè aggressi postrema (tanta fuit vis avaritiæ) in oculis uxoris vecte eum propè ad necem percussum in terram dejecerant, miserè illic mactaturi, nisi uxor præsens ei ad excipiendos ictus incubuisset, qvando aliter servare non poterat.

Nunc postqvàm nefarius ille conatus non successisset, alia aggrediuntur via, ut flagitium illud horrendum & prodigiosum comminiscantur. Qvare qvoniam si verum esset, inusitato supplicii genere vindicandum videretur, lege talionis adversus calumniatores agere se profitebatur.

Illud insuper postulabat, ut cum uxor, tùm sorores suæ secũ committerentur. Non dubitare se, qvin illæ omnes, utpote probæ & honestæ, ipsum pro fratre constanter agnoscant. Petit etiam, ut actrix, qvæ apud Petrũ patruũ erat, ex ejus domo abducta, apud viros integræ existimationis manere jubeatur, ne circumveniatur, aut subornetur. Deniq; se insontem absolvi postulat.

Hic verò Tillius dum apud judices loqvitur, longam narrationem, eamq; veram [qvod postea apparuit] cœpit instituere de Cantabrorum regione, Martini patria, de ejus parentibus, fratribus, sororibus, cæterisq; consanguineis, qvo anno, mense & die nuptias contraxerant, de socero & socru, de iis, qvi tum aderant, & matrimonium conciliârant, de vestium ornatu, qvas qvisq; eo die gesserat, de sacerdote, qvi nuptias celebraverat, de omnib9 iis figillatim, qvæ cùm nuptiarum ipso die, tum antecedentibus & consequentibus gesta fuerant, ita ut eos etiam designaret, qvi media nocte in geniali thoro se injecerant. Præterea de filio Sanxio qvibus cum utrobiqve consuetudinem habuit. In qvibus singulis memorandis certas personas denotabat, ex qvibus postea qværeretur, num ita se haberent: ut ejus oratio tantò verisimilior redderetur. Qvod cùm fieret, compertum est, omnia ab eo verè dicta fuisse.

Re in disceptationem & cognitionem vocata, statuitur, ut testes cum Tillio componantur, qvin & ipsa actrix in judicio sistatur, & ad postulata respondeat: præterea ut ex testibus nonnulli, qvos ipse, se Martinum professus, nominatim citaverat, tum alii, qvorum nomina eduntur, rogati respondeant de qvibusdam ex ipsa lite nascentibus. Ipsa actrix à judicibus rogata, omnia cõsentanea cum Tillii verbis respondet: nisi qvòd addit, paulò postqvàm Martino nupsisset, circiter octo vel novem annos se maleficio qvodam illigatos manifestè, ut congredi omninò non possent. Qvam ob causam proximos qvosq; consanguineos suasisse, ut matrimonium dirimi postularet: cui consilio se nunqvã parere voluisse.

Nono demum anno fascino illo liberatam, cujus rei causa se monitam fuisse, ut qvatuor missas celebrari præciperet. Sacerdotes, qvi missas fecerint, indicant: tum ab eorum uno, qvem & ipsum disertè nominat, se aliqvot hostias, qvas vocant, seu crustula comedenda accepisse, qvibus absumtis utrumq; melius habuisse, ut non multò pòst Sanxium filium conceperit.

Tillius verò de hoc maleficio, & fascinatione, sacerdotis nomine, & ceremoniis usurpatis rogatus, planè consentanea actricis orationi respondet, ut nihil neq; adderet neq; minueret. Cæterùm cùm inter se committendi essent, petit eam seqvestrari, & in libero loco constitui, ne qva suboratio compararetur.

Commissis inter se litigatoribus, Tillius refutationibus exhibitis petit, ut sibi permittatur literas monitorias publicandas curare, in ea capita, qvæ objiciebat, qvibus actricem subornatam esse contendebat. Edicto Prætoris admittitur ad probandas refutationes. Deinde rei gravitate perspecta, placuit monitorias publicari, qvò certius tota res patefiat. Instituitur igitur inqvisitio ex officio cùm multis in locis, tum Pini, Sagiassi & Artigati, ut de agnitione rei, qvi se Martinum Guerram affirmat, liqvidò constet: deinde ut in testium vitam & famam inqviratur. Editis in publicum monitoriis collectis in unum, qvæ judicata fuerant, inqvisitionibusq; ex officio peractis, qvod ad actricem spectat, constanter ab omnibus affirmatur, eam cùm toto vitæ

ro, qvi eum revera Martinum Guerram esse affirmat, qvi cum magnam consuetudinem jam ab ineunte ætate habuerunt. Agnoscere se in eo certas notas & indicia, qvæ in Martino fuissent. Alii sunt, & qvidem plures, qvi Arnaldum Tillium esse contendunt, qvem sibi ab incunabulis notum fuisse prædicant.

Cæteri amplius sexaginta, tantam esse similitudinem, ut dubii de neutro asseverare audeant. Conferuntur insuper cum reo, Martini cùm filius Sanxius, tum Sorores. Unde duo valde dissimilia colliguntur. Sanxium cum isto reo nihil habere similitudinis, sorores contrà illi persimiles esse. Causa judicum sententiis permissa, Tillius capitis supplicio addicitur, cadavere postea in qvatuor partes dissecto, & secundum actricem pronunciatur. Tillius ad curiam Tolosanam provocat. Patres pro sua prudentia, proq; rei gravitate, Petrum Guerram, patruum & actricem sisti in senatu jubent. Ibi inter se committuntur, & primo qvidem loco ipsa mulier. Ac tum Tillius vultu ita intrepido fuit, eamq; constantiam, multò qvidem qvàm ipsa actrix, majorem præ se tulit, ut pauci ex iis, qvi in judicio sedebant, essent, qvi non sibi persuaderent, reum verum esse maritum, mulierem verò & patruum dolo malo agere. Veruntamen qvoniam nondum de re tota liqvebat, placuit senatui inqvisitionem ex officio de aliis capitibus institui, aliosqve testes citari ab iis, qvos prior judex audierat. Qvid plura? His omnibus confectis, res etiam obscurior, qvàm antea evasit. Ex triginta circiter testibus, decem ferè, Martinum esse seriò affirmabant, octo Arnaldum Tillium: reliqvi pugnantibus circumstantiis dubii hærebant.

Unde facilè intelligi potest, judices non mediocri in difficultate hæsisse, cùm causæ gravitatem, periculum & ancipitem casum perpenderent, in qva tanta in utramq; partem momenta apparebant. Enim verò non esse Martinum Guerram, sed Arnaldum Tillium, aut insignem saltem qvendam impostorem, qvinqve aut sex rationes sive conjecturæ vehementer suadebant. Principiò extabant testes amplius qvadraginta qvinqve, qvi eum Arnaldum Tillium esse affirmabant: Martinum qvidem Guerram neqvaqvam esse asserebant.

Testimonii portò rationem optimam reddebant, qvod utriusq; & Martini & Tillii cõsuetudine & familiaritate usi fuissent, sæpeq; ab ipsa usq; pueritia, convictu &

nem sanguine conjunctum tam atrox mendacium confingere voluisse, ut nulla causa extante, nepotis mortis ignominiosam qværeret.

Id qvod satis Borrautius ille Carbo docuit, cùm illi produceretur reus, cùm apud Prætorem Regiensem, tum in ipso senatu. Eum enim vinctum & gravissimis compedibus impeditum videns, cum magno capitis periculo, statim lachrymari, & ejus miseram conditionem deflere cœpit. Altera circumstantia est, qvòd extant testes, qvi alias vel cum Tillio contraxerunt, aut contractibus ab eo factis, testes accersiri affuerunt. Tertio loco inter omnes ferè testes convenit, Martinum Guerram esse proceriorem, colore magis fusco, corpore & cruribus gracilioribus, scapulis incurvis, capite humeris appresso, mento bifido, & paulum repando, inferiori labello deorsum pendulo, dentibus exiguis, naso lato & resimo, ulcere in vultu, & cicatrice qvadam ad dextrum supercilium notatus: cùm interim reus esset humilis, compactus, corpore & cruribus crassis, cæteras illas notas humerorũ & nasi, itemq; cicatrices nullas gerens.

Qvartũ accedebat, qvod sutor, qvi Guerræ calceos suppeditare consueverat; testatur eum duodecim puncta (ut loquuntur) longos calceos induere solitum, cùm isti novem tantum sufficerent. Alius insuper asserebat Guerram peritissimum artis gladiatoriæ fuisse, cujus iste planè ignarus est. Qvinto loco tres extant testes, qvotum uni, qvem Joannem Hispanum dicunt (is diversorium Tolgis meritorium habet) Tillius in patriam reversus se patefecerat, remq; ut celaret, rogaverat: Guerram enim mortuum esse, qvi sibi omnia bona testamento reliqvisset. Alteri Valentino cuidam Rubio, qvi eum nomine compellabat, & Tillium esse agnoscebat, digito silentium indixit. Tertio Pelegrino Librossio idem fecit, eiq; insuper sudariola duo dono dedit, ea conditione, ut alterum Joanni Tillio fratri daret. Sexto accedunt duo testes, qvi affirmant, militem qvendam patria Rupefortanum, non multo abhinc tempore, cum Artigato iter faceret, miratum, qvòd Tilliũ videret se pro Guerra gerentẽ, apertè dixisse: veteratorẽ qvendam esse: Guerram in Flandria adhuc morari, altera tantum tibia incedentẽ, altera lignea supposita, pro ea, qvæ in expugnatione ad Sanqvintinum die S. Laurentii sphæra bombardica illi fuerat ablata. Secunda ratio, qva ostendi poterat non esse eum Guerram, erat ea ipsius collatio

p. 765. vix qvidem, nisi ab incolis intelligatur. At linguam hanc Tillius nisi pauculis qvibusdam dictionibus non callebat.

Qvarta afferebatur ratio, qvòd uno fermè omnium ore constanter ferebatur, Tillium ab ineunte ætate flagitiosæ vitæ assuevisse, omni generi furti & fraudum deditum, impia divini nominis execratione tertio qvoq; verbo inqvinatissimum.

Ut nihil mirandum sit, si novam hanc versutiam ac impudentem imposturam excogitaverit.

E diverso autem, ut reus ipse Guerra crederetur esse, efficiebant testes ad qvadraginta ferè numero, atqve in his qvatuor ejus sorores, qvæ hoc affirmabant: Ejusqve rei rationes tam graves & tam idoneas reddebant, ut nihil supra: illi, sibi cum eo à primis vitæ annis notitiam, consuetudinem & familiaritatem in ipso & cibo & potu intercessisse: hæ, qvòd ab incunabulis unà cum eo educatæ fuissent.

Ac in ipsis qvidem testibus tria, vel qvatuor præcipuè nota tu digna sunt. Primò qvatuor sorores, de qvib9 jam dixim9, tam honestæ, ac integræ existimationis matronæ, qvàm qvævis aliæ in tota Vasconia: qvarum ea semper fuit oratio, ut istum dicerent fratrem suum esse Guerram, ipsius actricis maritum. Idem & pari constantia duo Martini fororii, qvi sorores in matrimonium duxerant, affirmabant.

Secundò, ex his testibus nonnulli interfuerunt nuptiis Martini & Rolsiæ, inprimis Catharina qvædam Boëria, qvæ jacentibus illis media ferè nocte comessationē [qvam ab excitandi vocabulo lereſuveil appellant] attulit, qvæ qvidem certissima asseveratione eum esse contendit, qvi Rolsiam duxit uxorem, qvemq; cum ea jacentem offendit. Tertio loco testes isti magna ex parte proferunt notas qvasdam, qvæ refutari non posse videntur: gestasse scilicet Guerram in mandibula superiore duos subnatos dentes, in fronte cicatricem, unguem primi digiti depressum, tres in dextra manu verrucas, aliam in minimo digito, sanguineam guttam in oculo sinistro. Qvæ omnia signa in reo extare comperiebantur.

Accedit huc, qvòd ex testium numero multi patefaciunt Petri Guerræ consilium, qvi cum uxore & generis in rei necem & exitium conjuravit eò usq;, ut cum Joanne Lozæo consule Palesienſi paciſci voluerit, si ad ejus perniciem pecuniariam certam summam conferre vellet, se reliqva suppe-

reum nepotem suum esse fateretur.

Qvartò, qvotqvot ferè auditi sunt testes, confirmant, hunc reum, cùm Artigatum venisset, nominatim omnes salutasse, qvi Guerræ noti fuerant, ut qvemq; primo occursu obvium habebat: qvi si in eo agnoscendo non nihil hæsitare videbantur, tum eum res præteritas in memoriam revocasse, ut singulos sic compellaret; Itáne verò non meministi, cùm ante decem, duodecim, qvindecim vel viginti annos tali in loco eramus, cum illa agebamus, cui cœtui is & ille intererat, atq; hujusmodi inter nos sermones habebantur? Qvin & cum ipsa actrice multa dixisse & repetiisse [ut antea dictum à nobis est] eorum, qvæ vir & uxor maxime occulta inter se habere solent. Disertè verò, cùm primùm advenisset, ita præcepisse: credo huc femoralia illa alba, qvæ intrinsecus multitio albo munita sunt, qvæ, cùm hinc proficiscerer, in tali cista reliqvi. Id verò ipsa actrix verum esse fatebatur, & compertum est, femoralia illic fuisse. At ista sanè non potuit ab ullo monitore, vel nomenclatore discere. Fieri qvidem potest, ut certa qvædam verba memoriter narrentur, nonnulla indicia proferantur: sed tot variorum hominum notitiam proferre, qvos nunqvam nôris, ac ne videris qvidem, id verò humanis viribus majus, nec aliter qvàm Magia vel arte qvædam damnata perfici posse videtur. Sed de argumento ex testium dictis sumto hactenus. Secundo loco huc facit, qvod de similitudine rei cum sororibus Guerræ compertum est, qvæ qvidem multis affirmantibus [cùm Inqvisitio ea de re ex officio institueretur] tanta esse proditur, ut ovum ovo non magis esse qveat simile. Accedit ad hæc, qvòd cùm Rolsia, qvæ tam acriter reum persecuta est, cum eo conferret, ac ipse reus jusjurandum ei deferre non dubitaret, neqve recusaret, qvin atrocissima morte afficeretur, si se non esse Martinum Guerram dejeraret, nunqvam causa est jurare, sed hæsitabundæ instar negavit, se sacramentum exigere aut reddere velle. Qvo nihil apertius fieri potest, ut ipsa dolo & calumniæ affinis esse videatur.

Qvartò hoc qvoqve affertur, qvòd toto annorum circiter qvatuor spatio, qvo conjugum instar isti convixerunt, actrix nunqvā audita est conqveri. Imò qvoties qvispiam affirmavit, non esse eum verum maritum, illum non dubitabat duriori oratione mendacii insimulare, affirmans, ipsum-

qvòd Petrus Guerra cum uxore, ipſius actricis matre, eò ſe volebant impellere & invitam cogere, ut reum in jus vocaret, ſuumq; non eſſe maritum contenderet, ut ne â minis qvidem abſtinuerint, ſe illam, niſi morem gereret, domo exacturos eſſe.

p. 766. Qvintò & hoc ſuſpicionē augebat, qvòd cùm reus aliqvando alia de cauſa in carcerem conjectus fuiſſet ex authoritate Seneſchalli Toloſani, inſtante qvidem & perſeqvente Joanne qvodam Scornebovio minore natu, ſed operam clanculum accommodante Petro Guerra, fuit tunc de hoc ementito mariti nomini nonnulli ſermo injectus. Cujus rei cauſa non deſinebat ipſa actrix de Petro Guerra & uxore conqveri, qvi ſe ad accuſandum maritum impellere conabantur, qvòd eorum conſilium eſſet, ut ille vel rei capitalis damnaretur, triremium pœnæ addiceretur. Ex hoc carcere cùm à Seneſchallo cauſa judicata liberatus eſſet, reverſus Artigatum officiosè ab ipſa actrice domi, velut maritus accipitur: qvæ ei, ſimulatq; venit, induſium recens ſuppeditavit, & in complexum ipſum admiſit. Poſtero tamen die, ſummo manè, Petrus Guerra, procuratorio nomine tanqvam ab actrice conſtitutus, generis comitantibus armatis, rurſus cuſtodiæ mandatur: etiamſi nulla accuſationis nova capita extarent, neqve dum actrix ipſum Petrum procuratorem ejus rei cauſa conſtituiſſet. Id enim veſperi demum eo ipſo die factum eſt, ut ipſe Petrus poſtea confeſſus eſt.

Qvæ tamen omnia ipſius actricis voluntate neqvaqvam fieri, ſatis docent cùm alia, qvæ ſupra commemorata ſunt, tùm verò amica illa & omnium officiorum plena noctis ſuperioris iterata conſuetudo. Qvin & ſimulatq; denuò comprehenſus eſt, illi veſtes & pecunias, qvibus ſeſuſtentaret, miſit.

Qvæ cùm ita eſſent omnia, magnam cauſam Senatus habere videbatur, cur abſolvendum reum cenſeret, præſertim cùm (præter omnia illa ſuperiora) hæc ſententia cauſæ matrimonii, prolis, & ipſius rei, faveret. Qvam ſententiam, ut æqviorem, ſi ſeqvi liberet: conjecturæ & argumenta ſuprà ex adverſo objecta, parùm aut nihil habere virium viderentur.

Nam qvod ad numerum teſtium attinet, facilè reſpondetur, qvòd (ut jam dictum eſt) teſtibus, qvi pro reo loqvuntur, etiamſi pauciores ſint numero, plus fidei habendum eſt, præſertim cùm veriſimiliora dicant. Et in matrimonii, liberorum & ipſius rei favorem loqvantur & affirment.

Jam qvod ad Carbonem Barrautium, Tillii avunculum attinet, adjunctis aliis teſtibus, qvi ſe ab eo audiſſe affirmant.

Nec obſtant ſigna & notæ, qvæ â teſtibus proferuntur. Ad illa enim ſuperioribus verbis ſatis reſponſum eſt, teſtes abundè refutatos eſſe. At verò pauca ab eis ſigna afferuntur, qvæ non in reo qvoqve extare appareat, ſi unum illud de proceritate & craſſitudine corporis demas. Ad qvod etiam facilè reſponderi poteſt. Nam (qvod ab aliis teſtibus idoneis affirmatur) licet reus, cùm domo proficiſceretur, ob gracilitatem videretur procerior & altior, poſtea tamen accedente ætate, potuit corporis & fœmorum craſſiorem magisq; compactam molem acqvirere.

Nihilo rectiùs objicitur diſſimilitudo, qvæ inter reum & Sanxium Guerram Martini filium cernitur. Nam præterqvàm qvòd inde petita indicia (qvod antea demonſtravimus) parum firma ſunt, extat contratia probatio ex ſimilitudine qvæ inter reum & Martini ſorores extare conſpicitur. Qvæ ſanè eo majorem vim habere debet, qvando plures perſonæ cùm unâ conferuntur, & qvidem ejusdem propemodum ætatis ſunt cum ea, cujus ſimilitudo qværitur.

Qvod porrò objicitur, reum linguæ Boſcorum ignarum eſſe, reſponſum ex rei geſtæ veritate facilè poteſt colligi. Nam judices inqvirendo compererunt. Martinum è natali ſolo infantem, id eſt, bimum, aut eò paulo fortaſſe grandiorem, allatum fuiſſe.

Nec obſtat etiam qvicqvam, qvod Tillius ab ipſa adoleſcentia ſceleratæ & omnibus vitiis contaminatæ vitæ fuerat: cùm reum illum non eſſe, ſed potius Martinum Guerram conſtet. At ex adverſo, ipſi qvoq; actores non minùs conſentanea, qvæ exciperent, habebant, & qvibus rationum momenta, qvas reus afferebat, elevarent. Nam qvod primo loco dicitur, plus fidei teſtibus affirmantibus habendum eſſe, qvales ſunt, qvi à reo ſinat: id in iſtius cauſa locum non habet: cùm actoris teſtes non minus affirmantes ſint, ut qvi reum eſſe Arnaldum Tillium affirmante oratione pronuncient. Accedit, qvod negativa oratio, qvam uſurpant, dum iſtum eſſe Guerram pernegant, facilè probationis pondus habet, qvippè cùm adeò ſcitè & accommodatè ad loca, tempora & perſonas reſtringunt, ut tritæ illius regulæ cancellis jam minimè teneamur, qva docetur, duos teſtes affirmantes ſexcentis inficiantibus potiores eſſe.

Alterum eſt, & qvidem in hac cauſa potiſſimi ponderis, qvòd teſtes, qvi tanta aſſeveratione reum eſſe Martinum Guer-

qvæ in Martino qvoqve extitiſſe feruntur, excipi poterit, earum rerum partem qvandam (nempe verrucas, ſanguineam guttam & depreſſum unguem) ſic oſtendi, ut ſingulæ ſingulis teſtibus affirmentur: ut teſtes ſingulares eſſe appareat: qvi nihil probant, etſiamſi ſexcenti tales producerentur.

De reliqvis porrò notis, ut de ſubnatis dentibus & ſimilibus, nihil novum eſt, duos inter ſe ſimiles reperire, non ſolùm in vultus lineamentis, ſed etiam certis qvibusdam corporis notis.

p. 767. Jam verò qvod affertur, rumorem eſſe Artigati, ipſam actricem à Petro & generis impelli, ut reum in judicio perſeqveretur, reſponderi poteſt, probationem à famâ petitam non admitti, niſi in certis qvibusdam factis, qvæ huic cauſæ qvadrare non poſſunt.

Sed nec in eo qvidem multum momenti poſitum eſt, qvod dicebatur de notitia, qvam reus habere videbatur, eorum omnium, qvos primo occurſu obvios habebat. Etenim præter magicam artem, cujus nomine vehementer ſuſpectus erat, ipſe poſtea, cùm ſupplicio afficiendus eſſet, confeſſus eſt, ſe à nonnullis adjutum fuiſſe, qvorum opera uſus eſſet in congerendis & memoriæ mandandis qvibusdam rerum capitibus. Nihilo firmius eſt, qvod è ſororum Martini cum reo ſimilitudine non parva colligitur: propterea qvòd (ut jam aliqvoties dictum eſt) judicium ex ſimilitudine valde incertum eſt. Cujus rei plurima poſſunt exempla proferri. Aeqvè facilis eſt exceptio ad id, qvod de actrice narratum eſt, qvæ eum reo commiſſa juramentum edere recuſavit. Neq; enim totum illud ad rei veritatem mutandam qvicqvam valet.

Præſertim in cauſis capitalibus, in qvibus probatio ex jurejurando legitima non eſt. Qvibus addi poteſt, nonnullos ea ſuperſtitione laborare, ut illis religio ſit vel in re clariſſima & certiſſima jurare. Eadem opera reſpondetur ad id, qvòd toto illo triennio actrix cum eo non expoſtulavit, qvæ contra adverſus qvosvis negantes ſumma pertinacia contendebat, eum eſſe verum Martinum: imò cùm ea de re apud Seneſchallum Toloſanum reus factus eſſet, ſæpius eum inviſebat, pecuniis aliisq; rebus juvabat: nempe qvia [ut facilè conjici poteſt] in eo adhuc errore verſabatur.

Hæc fuit contrariarum rationum & conjecturarum pugna atq; diſcrepantia, cujus cauſa dubium non eſt, curiam maximè perplexam hæſiſſe in re tam obſcura dijudi-

Is igitur ex Hiſpania rediens, altera ingnea tibia ingrediens [qvemadmodum ante annum miles qvidam, ut narravimus, nuntiaverat] ſupplicem libellum porrigit, qvo impoſturam detegit, & ſibi dicendi poteſtatem fieri poſtulat. Senatus poſtulata concedit, eiqve apud Baſilicæ cuſtodem Arreſtum clauſum tenet. Statuunt interim patres, ut cum Tillio, Petro Guerra, Roſſia, & ſororibus committatur, nec non cum iis teſtibus, qvi tanta conſtantia affirmaverant, reum eſſe Martinum. Itaq; auditur, & ſuper iisdē interrogatur, qvæ ex reo qvæſita fuerant: ad qvæ omnia reſpondet, ac indicia profert ille qvidem ad ſingula, qvæ rogantur, non tamen tam apta, certa, aut multa, qvàm ipſe Tillius. Deniq; ambo inter ſe conferuntur. Ibi tum Tillius ſe multò qvàm unqvam antea protorviorem præbet: iſtum ſycophantam, neqviſſimum, impoſtorem vaniſſimum appellat, ſe non recuſare, qvin turpi ſuſpendio pereat, ni planum faciat, eum à Petro Guerra ſubmiſſum, & precio numerato corruptum eſſe. Qvi tametſi callidè ab eo ad mentiendum inſtitutus eſſet, non tamen ſe dubitare, qvin eum coarguere & ſuppoſitum deprehendere poſſit. Tum inſiſtit multa narrare, ab eoq; de plurimis rebus domeſticis ſcilcitari. Ad qvæ ipſe Guerra non tam appoſitè neq; qromptè reſpondebat, qvàm reus viſus antea fuerat, & tum qvoq; videbatur.

Hæc cùm viderent Judices, conſilium capiunt, ut novum iſtum adventitium, remotis teſtibus, ſolum interrogent, & ab eo qvædam omnium occultiſſima qværant, qvæ à neutro adhuc qvæſierant, nec qvicqvam qvod accedere ad ea videretur. Rogatus, vera (ut poſtea conſtitit) reſpondet. Deinde eo remoto reum accerſunt, eadem ad decem aut duodecim capita ſciſcitantur. Ille ad omnia planè eadem, qvæ alter, reſpondet. Qvæ res toti cœtui ſtuporem immiſit, opinionemq; injecit, eum Magica impietate uti: ut publica etiam fama hujus rei apud Artigatum, Pinum, Sagiaſſum, & loca finitima, notabatur.

Igitur patres, qvò certius judicium facerent, præcipuos ex eorum numero, qvi teſtati fuerant, reum eſſe Martinum Guerram, coràm adeſſe jubent, ipſas item Martini ſorores cum maritis, ſimul etiam ipſius Tillii avunculum, fratres & certos conſanguineos: ut ambo iſti ſimul eorum oculis objicerentur, atq; alter tandem verè agnoſceretur Martinus Guerra. Qvi omnes juſſi adſunt, præter Tillii fratres, qvi nullis litte-

ces his verbis alloqvens: Hic verò demum eſt frater Martinus Guerra. Ultrò errorem fateor, in qvem perfidioſus iſte proditor [tum autem Tillium præſentem deſignabat] me, ſorores & cives omnes Artigatenſes ſuppoſitis indiciis impulit, & diu detinuit, ad qvam ejus orationem ipſe qvoqve, qvi recens venerat, collachrymari cœpit. Deinde reliqvæ etiam ſorores eum agnoſcunt, omnes deniq; cæteri teſtes idem faciunt, qvi tam pertinaciter antea Tilli cauſam ſuis verbis confirmabant.

Tandem ipſa Rolſia in medium adducitur, qvæ ſimulatq; in recentem iſtum oculos conjecit, obortis lachrymis, tota tremens inſtar folii vento agitati, vultu ma-
p. 768. dente eum amplexura accurrit, errati veniam petens, in qvod imprudentem ſe, Tillii verſutâ, calliditate, atq; impoſturâ circumventam incidiſſe confitetur.

Culpam potiſſimum in ipſius Martini ſorores rejiciens, qvæ nimia facilitate ſibi perſuaſerant, & affirmârant, reum eſſe ipſum ſuum fratrem: cùm alioqvi cupiditate incredibili teneretur recuperandi mariti. Itaq; hæc omnia concuriſſe, qvibus facilè adductam ſe eſſe, ut eum admitteret, eò magis qvòd multa, eaq; maximè arcana & ſingularia indicia prodebat. Verùm cùm primùm fraudem deprehendere cœperit, mortem ſexcenties optâſſe, atq; adeò ſibi eam illaturam fuiſſe, niſi Dei metus prohibuiſſet.

Qvocirca cùm ſe tam indignè deluſam animadverterte, caſtitatis opinione excidiſſe, litem nefario proditori intendiſſe, tantaq; perſeverantia perſecutam eſſe, ut capite à Prætore Regienſi damnatus ſit, ut mortui cadaver in qvatuor partes diſſecaretur. Neq; in eo tamen ſe conſtitiſſe, ſed poſtqvàm ille ad ſenatum Toloſanum provocavit, ſe à patribus ſupplicem petiiſſe, ut ſibi eò venire [provocatione enim rei ſe antea impediri, ne loco exiret] & de injuria accepta conqveri, judicioq; hominem perſeqvi liceret.

Hic verò operæ præcium eſt geſtum hujus recentis Guerræ narrare. Is cùm ad ſororum occurſum, & agnitionem lacrymas continere neqviviſſet, tamen ad uxoris ejulatus, ſuſpiria & ſummos gemitus, nullum unqvam commiſerantis animi ſignum dedit. Imò vultu qvodam auſtero, & ſevero aſpectu, tanqvam illam intueri vix dignaretur, mitte verò, inqvit, iſtas lacrymas, qvibus nec poſſum nec debeo commoveri.

Nec excuſationem excipio, cùm ſorores & patruum obtendis. Neq; enim pater, mater, patruus, ſorores aut fratres notio- conantur, verùm omnia fruſtrà: neq; enim primo illo congreſſu ejus animus miteſcere, aut ab inſita auſteritate deduci potuit. Ita Tillii dolus planè patefactus, & recens iſte omnium conſenſu agnitus verus Martinus Guerra, admiſſus eſt: cauſa qvoq; ſuis omnibus numeris inſtructa & expedita, judicũ ſententiam reqvirebat. Qvapropter curia, magna & gravi deliberatione omnib9 expenſis, Arreſtum in hæc verba edidit.

Arreſtum Senatus Toloſani.

VISO proceſſu, habito coram Prætore Regienſi contra Arnaldum Tillium, cognomento Panſetam, ſe pro Martino Guerra gerentem, nunc in cuſtodia Palatina detentum, ab ipſo Prætore provocantem, ſententia ampliſſimi ſenatus eſt, cauſæ totius acta omnia, unâ cum ipſa rei provocatione annullanda eſſe.

Ad debitum porrò ſupplicium Tillio irrogandum, qvò expietur impoſtura, crimen falſi nominis & perſonæ ſuppoſitio, adulterium, raptus, ſacrilegium, plagium, furtum, cæteraq; crimina ab ipſo Tillio reo incarcerato commiſſa, qvæ omnia ex ipſo proceſſu reſultant, Senatus hominem hac ignominioſa multa damnavit, atq; etiamnum damnat, ut ad fores Eccleſiæ Artigatenſis, genibus flexis, induſio tectus, capite aperto, pedibus nudis, reſti collo innexa, tedam ceream accenſam in manibus tenens, veniam à Deo, Rege, Patribus, Martino Guerra, & Bertranda Rolſia conjugibus petat. Deinde carnifici in manus traditus, ab eo per plateas & compita Artigati circumductus, reſti collo revinctus ante ipſius Martini ædes adducatur, ibiq; patibulo, qvod ejus rei gratia erectum illic fuerit, appenſus ſtranguletur: poſtremò cadaver cõburatur.

Cenſuit inſuper ſenatus, certis cauſis ad id adductus, ut bona ipſius Tillii, filiæ [qvam ille ex Rolſiâ, impiè ad hunc modum per Martini Guerræ nomen & perſonam ſuppoſitam connubii pretextu decepta ſuſcepit] edicto poſſidenda tradantur: ſic tamen ut litis impenſæ priùs detrahantur. Porrò Martinum, Rolſiam, & Petrum Martini Patruum curia, foro, & lite eximit. Tillium deniqve reum ad Prætorem Regienſem remittit, cui executionem rei judicatæ, forma & verborum ordine præſcripto faciendam, mandat, ac committit. Imp. 118. Ferdinando. Pp. 230. Paulo. 4.

Franciſcus Hottomannus in Bruto Fulmine.

DOnationis Conſtantini ſumma hæc eſt: Imperator Conſtantinus Chriſtiano-

bus urbem Romam, totumq; Occidentis Imperium; simul coronam suam auream, & sceptrum, & reliqva Imperatoria insignia, ut majorem dignitatem Papa Rom. haberet, qvàm ipse Imperator. Simul imprecatur suis successoribus usq; ad finem mundi, concremationem in inferno inferiore, cum Diabolo & impiis: nisi eam donationem ratam habeant, & observent. Datum Romæ 3. Kal. April. Constantino A. qvater & Gallicano Cos.

p. 769. Hoc igitur instrumentum, qvo solo Paparum dominatus sustinetur, falsum, fictum, ementitum, atq; à Papa nescio qvo, perinde ut librum conformitatum subjectum fuisse, qvàm plurimis argumentis evincemus, qvorum illud primum est.

I. Qvòd, cùm tot extent historici, qvi res Constantini literis mandaverunt, nullus tamen autor locuples reperitur, qvi tam immensæ, tam effusæ, ac tam inofficiosæ prodigalitatis mentionem faciat. In his sunt Eusebius, qvi libros 5. de ipsius vita conscripsit, item Socrates, Theodoretus, Evagrius, Rufinus, Eutropius, Paulus Diaconus, Orosius, Beda, Zonaras, Nicephorus: qvos non est verisimile, si vera illa donatio fuisset, tantam rem tanto silentio prætermissuros fuisse. Qvin etiam Papæ ipsi Romani, qvi sæpè multumq; de suâ potentiâ & amplitudine cum aliis Episcopis contenderunt: tamen in suo jure perseqvendo, & instrumentorum suorum editione, nullum unqvam de illo instrumento feciſſe verbum leguntur.

II. Qvòd complures Papalis dominatus patroni & defensores testificantur, totum illud caput ab antiqvis Gratianici Decreti codicibus abesse: in his est Antoninus Florent. Episcop. primæ partis historialis tit. 8. c. 1. & Volaterranus: ubi de constantino commemorat. Caput illud, [inqvit Antoninus] non habetur in antiqvis Decretis. Qvid ergò, & qvantum Constantinus donavit, non est benè certum. Nicolaus autem Cusanus libro de Concor. Cathol. 3. absqve dubio, inqvit, si non fuisset illud dictamen apocryphum: Gratianus in veteribus codicibus, & canonum collectionibus inveniſſet: & qvia non invenit, non posuit. Qvin etiam Ænæas Sylvius in dialogo qvodam, qvem adhuc Cardinalis scripserat, apertè instrumentum istud falsitatis arguit: & stolidos legistas appellat, qvi tantoperè sudaverint in disputando, an ea donatio valeat, qvæ nunqvam facta fuit.

III. Qvòd Eusebius lib. de vitâ Constant. 4. memoriæ prodidit, cum perexiguo ante

qvidem filium sui nominis, Constantinum, Occidentalium partium. Secundum avi nomine, Constantium, in Oriente constituit. Juniorem verò Constantem in mediâ regione ordinavit. Item Sext. Aurel. Victor, ad tres, inqvit, orbis Romani dominatio redacta est, Constantinum, Constantium, & Constantem, filios Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Item Zozimus lib. hist. part. 2. inqvit: Ejus liberi successionem in Imperio nacti, nationes inter se partiti sunt: & Constantinus qvidem natu maximus cum minimo natu Constante omnia trans Alpes sita, & Italiam, & Illiricum sortitus est.

Nunc posteriorum temporum historiam consideremus. Nam ut inter omnes Chronographos constat, non tantùm Italiæ, verùm etiam Romæ urbis imperium penes Constantini successores per annos centum & qvadraginta permansit, usq; ad annum Christi CCCCI. qvo tempore Imperium illud Occidentis vexari cœptum à Gottis, Francis, Alanis, Burgundis, Vandalis: semper tamen in jure Imperat. Rom. mansit, usq; ad Imp. Augustulum, qvem Odo Gottorum rex Italiâ expulit, urbe Româ potitus an. 476. qvo tempore Rom. Imp. in Occidente defecit, Barbaris & Romæ & in Italiâ regnantibus. Nam regium Romanorum nomen penes Odoacri posteros ac successores per annos CCCXXV. permansit. Itaq; videre licet qvàm plurimas apud Cassiodorum Theodorici regis literas, partim ad senatum urbis Romæ, partim ad populum Romanum, regio nomine atq; auctoritate scriptas: ut nemini dubium esse possit, qvin & Italia & urbs ipsa Roma sub Gottorum regum ditione, non sub ullius Papæ dominatu permanserit: usq; dum, Gottis ab Imperat. Constantinopolitano Italiâ exactis, præsides in illam provinciam mitti cœperunt, Exarchorum nomine: qvi etsi Ravennæ domicilium habebant: tamen in Italiâ per annos complures dominati sunt.

Rursus Longobardi, qvorum regnum exortum est an. IↃLXVIII. universam Italiam, præter urbem Romam, per an. CCVI. hoc est, usq; ad annum IↃCCLIV. tenuerunt: qvæ omnia ex Procopii, Jornandis, Marcellini, Pauli Diaconi, & aliorum scriptis intelliguntur: ut perspicuum cuivis esse possit, falsum esse, qvod Papæ contendunt, majores suos vel in Italiâ, vel in urbe Româ dominatum ex Constantini donatione obtinuisse: cùm is dominatus anno demum

runt: ut Platina, Volaterranus, & alii omnes teſtantur, ſed præſertim Sabellicus Ennead. 8. lib. 8. ubi præter cæteros aſſcribit, Conſtantinum qvartum Orientis Imp. legatos ad Pipinum in Italiam miſiſſe, qvi ab eo peterent, ut Ravennam & cætera Exarchatus loca ſuo Imperatori reſtituenda curaret: qvippe qvæ Imperii eſſent (ſic loqvitur Sabellicus) non autem Pontificis. Neq; ſe Pipino Conſtantino, aut cuiqvam hominum, præterqvàm Eccleſiæ Romanæ militare, eoq; conſilio ſe arma induiſſe, ut Apoſtolicam ſedem ab omnium mortalium injuriâ vindicaret: utqve Ravennam, & qvicqvid Longobardi vi & armis ſubegiſſent, Romanæ ſubjiceret Eccleſiæ. Ita Græci, re infecta, Oratores domum redierunt. Hæc Sabellicus.

p. 770. Platina autem, Exarchatum Aiſtulpho Longobardo ereptum, & Papæ Stephano traditum, ſubjungit, anno DCCLVI. ſimulq; Imperatoris nomen Carolo Magno Pipini filio tribuiſſe, qvod Imperatores Orientis ægrè per ea tempora tuebantur, hoc eſt: anno ɔCCCI. qvà de re Alb. Krantzius in Saxon. l. 2. cap. 1. ſic ſcribit: Tribuunt nonnulli Conſtantino Magno donationem illam Italiæ, & Germaniæ, & neſcio qvarum provinciarum Eccleſiæ Rom. factam: de qvâ ipſi viderint: Carolus erat, qvi ex victoria Longobardorum Romanam Eccleſiam ditavit, cùm pridem aliqvanta, & Gotti per ſua tempora, & deinde Longobardi reges nonnulla contuliſſent.

IV. Qvòd Papæ ipſi inter ſe de hac donatione pugnantia loqvuntur, & valdè diſcrepantia. Nam cùm hoc loco (id eſt in d. c. Conſtantin. diſt. 96.) regnum Romanum atqve Italiæ & Occidentis totius Conſtantino acceptum referant, & anno Chriſti 338. tamen alio loco ſui hujus beneficii auctorem laudant Ludovicum pium, Caroli Magni filium, ex an. Chriſti 835. Cujus mendacii ac falſitatis impudentia qvò dilucidiùs appareat, bina hujus poſterioris donationis inſtrumenta, qvæ Papæ & Canoniſtæ nobis ediderunt, inter ſe comparabimus. Nam Volaterranus l. Georg. 3. ſic loqvitur: De pietate ipſius Ludovici Pii in Romanos pontifices multa Bibliothecarius refert, civitates, qvas eis dedit enumerans: ego qvoqve ex Antigrapho vetuſti libri, qvod in bibliotheca Vaticana hodie continetur, ubi ejus enarratur donatio, Apographum excerpſi.

Inſtrumenti Volaterrana editio.

EGo Ludovicus Imp. concedo tibi Beato Petro, Principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo domino Paſchali ſummo pon-

mediterraneam urbem veterem Balneoregium, Viterbium, Saonam, Populoniam, Roſellas, Peruſium, Mathuranum, Sutrium, Nepe verſus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alanum, Patricum, Fruſinonum, cum omnibus circà oppidis & vicis: nec non Exarchatum Ravennæ integrum, ſicut piæ recordationis Carolus pater, & item Pipinus avus noſter (notet lector mirum de Conſtantino ſilentium) Beato Petro dudum conceſsère: videlicet Ravennam, Bonicum, Amiliam, Forum populi, Forum Julii, Faventiam, Imolam, Romaniam, Ferrariam, Comadum, Adriam, Serviam, in Marchia Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Oximum, Numanam, Eſium, Forum Sempronii, Feretrum, Urbinum, territorium Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugubium, in Campania Sorum, Aqvinum, Arpinum, Thranum, Capuam: patrimonia qvoq; ad noſtram pertinentia ditionem, Beneventanum, Salernitanum: Calabriæ inferioris ac ſuperioris, ac Neapolitanum ducatum: inſuper Spoletinum, Tuderotreculum, Harviam, reliqvaq; ejus ditionis: Inſulas qvoq; inferi maris, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, qvæ omnia piæ memoriæ Pipinus avus, deinde Carolus Imperator, genitor noſter, per Athenium & Mainardum Abbates, ad hoc ſponte miſſos, B. Petro ejusq; ſucceſſoribus ſcripto conceſſerunt, nos item probamus atqve concedimus.

Præterea ſummi Pontificis deligendi Romano conſilio poteſtatem eſſe volumus, modò ſine diſcordia fiat, ac poſt conſecrationem legati ad nos ſucceſſoresq; noſtros Reges Francorum conciliandæ charitatis & amicitiæ cauſa, mittantur; ſicut temporibus dom. Caroli aravi, & Pipini avi, & poſtremò Caroli genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur voluntatem noſtram ſcripto ac jurejurando firmamus, & per Legatum S. R. E. Theodorum domino Paſchali miſimus, manuq; propria me ſubſcripſi, EGO LUDOVICUS. Subſcripsère qvoq; tres filii ejus, Epiſcopi decem, Abbates octo, Comites qvindecim, Bibliothecarius, Manſionarius, Oſtiariusq; unus. Numerabatur annus ab incarnatione Domini D. CCC. XXXV.

Inſtrumenti Decretalis editio.

EGo Ludovicus Imperator Romanus Auguſt. ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ, B. Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo, domino Paſchali ſummo Pontifici, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à predeceſſoribus noſtris uſq; nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis Roma-

cratissimæ sedis pontifex de hoc seculo migraverit: nullus ex regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, de qvalibet parte homo, sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Roman. aut publicè aut privatim conveniendi, aut electionem faciendi, nullusqve in civitatibus aut territoriis, ad Ecclesiæ Beati Petri Apostoli potestatem pertinentibus, aliqvod malum præterea facere
p. 771. præsumat: sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine qvalibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam: & eum, qvem divinâ inspiratione & B. Petri intercessione, omnes Romani uno consilio atq; una concordia sine aliqva promissione, ad pontificatus ordinem elegerint, sine aliqva ambiguitate atqve contradictione, more canonico consecrare: & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores Reges Francorum dirigantur, qvi inter nos & illum amicitiam, charitatem, & pacem concilient.

Ex hac comparatione perspicuum est, qvibus fraudibus, & qvàm malis artibus Papatus ad conseqvendum summum illum Italiæ dominatum sit usus. Nam, ut verus Imperat. Constantinus apud Justinianum loqvitur: Scripturæ diversæ, & fidem sibi invicem derogantes, firmitatis nihil habere possunt. l. scripturæ, 14. c. de fid. Instrum. qvippe, cùm duæ orationes pugnantia continentes veræ non possint. l. si is qvi. 13. §. utrùm. D. de reb. dub. l. ubi pugnantia. 188. D. de reg. Jur: Itaqve qvoties plura ejusdem actus instrumenta conficiuntur, oportet ea inter se totidem verbis congruere: tametsi error in aliqva notula sit tolerabilis: veluti si L. pro C. scripta sit. l. Sempronius. 47. D. de leg. 2. Sed aliud est error in notâ numeri, aliud diversitas in rebus ipsis: velut hoc loco, ubi in uno instrumento sola Romæ suburbana qvædam nominantur: in altero, præter maximam Italiæ partem, etiam Sicilia, Sardinia, & Corcyra. Qvo casu qvia diversæ donationes sunt, diversa instrumenta reqvirebantur. l. sancimus. 34. §. si qvis autem. C. de donat. l. qvingenta. 12. D. de probat.

Deniqve si Constantinus tanto antè Occidentis Imperium Papatui donârat: ecqvod jus novum adipisci Papa ex hac nova Ludovici donatione potuit? cùm, ut vulgò traditur, rei suæ acqvisitio nulla sit l. 4. C. contrah. emp.

V. Qvòd alio etiam loco Papæ pugnantia inter se de hac eadem donatione locuti sunt. Extat enim in eodem Gratiani decre-

ria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis B. Petri instituit adeò, ut sedem Imperialem relinqveret, & B. Petro successoribusq; suis profuturam concederet. Nam si ante Melchiadis tempora Constantinus illam donationem fecit, qvid argumenti habere hæc Sylvestri fabula poterit, affirmantis, & baptizatum à se Constantinum, & se ab illo tanto imperio donatum fuisse.

VI. Sed jam propiùs ad ipsum donationis instrumentum, & historici verba veniendum est. Nam cui verisimile videbitur, somnium divinitus fuisse oblatum homini non tantùm Ethnico & idolorum cultori, verùm etiam acerrimo religionis Christianæ insectatori? aut si oblatum fuisset: qvis credat, Deum non id potiùs per angelum aliqvem, ex vetere [ut scriptura testatur] ac perpetua consuetudine, qvàm per Apostolos mortuos id facturum fuisse? deniqve temerarium est, qvicqvam de somniis, præter Scripturæ sacræ auctoritatem credere. Qvare dubium nemini esse debet, qvin hoc instrumentum ex eadem officina prodierit, unde alia ejusmodi innumerabilia Papatus commenta, figmenta, & mendacia nata sunt. Tale est illud apud Antoninum part. 3. tit. 24. §. 3. Cùm Dominicus esset Romæ, & in Basilica S. Petri orationem suam pro conservatione & dilatatione ordinis sui effunderet: factâ manu Domini super eum, gloriosos principes Petrum & Paulum ad se statim venientes aspexit: qvorum Petrus baculum, Paulus verò librum tradere videbatur: addebantqve dicentes: Vadæ, prædica: qvoniam à Deo ad hoc ministerium electus es.

Aut illud alterum Papæ Stephani secundi, apud Rheginonem in Chron. anni IↃCCLIII. ubi Stephanus Papa, cui Pipinus exarchatum Italiæ donavit, scribit: se, cùm in monasterio S. Dionysii apud pagum Parisiacum [hæc illius verba sunt] subter companis dormiret, vidisse ante altare D. Petrum, & magistrum Gentium Paulum, qvos de illorum sicariis cognovit, B. Dionysium subtilem & longiorem: dixisseqve dominum Petrum: hic frater noster postulat sanitatem: & D. Paulum respondisse: modò sanabitur: & appropinqvantem misisse manum suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, & dixisse D. Petrum ad dominum Dionysium hilariter: Tua gratia est sanitas ejus. Et statim dom. Dionysium, thuribulum incensi & palmam in manu tenentem, presbytero & diacono dixisse, scilicet prælibato Stephano Papæ: Pax

Hæc adeò ſtolida atqve inſulſa ſunt, ut Papa Stephanus illo commento riſum captaſſe videatur. Sed laudandus DEus, qvòd tantam improbitatem non niſi in homines ſtolidos incidere paſſus eſt. Qvin ne illud qvidem de viſis in ſomnio Petro & Paulo apoſtolis prætermittendum eſt, qvod in libro Conformitatum legitur fol. 51. B. Franciſcus Romam pergens, fuit à ſanctis apoſtolis Petro & Paulo dulciter amplexatus. Ibidem Petrus & Paulus à Franciſco rogati, impetrârunt à Chriſto regulæ minorum confirmationem.

p.772. VII. Qvòd veriſimile non eſt, Conſtantinum Magnum illo lepræ morbo laboraſſe: qvandoqvidem neqve Euſebius, qvi vitam ejus accuratè qvinqve, ut dixi, libris complexus eſt: neqve Zoſimus, qvi religionis odio Conſtantinum qvibus poteſt contumeliis exagitat: neqve Paulus Diaconus: neqve alius qviſqvam ullam illius morbi mentionem facit: ut omittam Baptiſtæ Mantuani argumentum ex libro de Patient. 1. cap. 10. ubi cùm ex Plinii libro 21. cap. 1. docuiſſet, genus illud morbi jam pridem in Italia reſtinctum fuiſſe, ſic infert: Si ergò tempore Plinii, qvi ſub Veſpaſiano floruit, erat jam reſtinctus hic morbus in Italia: veriſimile non eſt, Conſtantinum eo laboraſſe, qvi poſt longum temp9 imperavit.

VIII. Qvòd etiam impium commentum illo loco ſubjicitur, & qvod Chriſtianorum aures animiqve reſpuunt: Conſtantinum, dum in lavacro à Papa baptizabatur, vidiſſe manum Dei de cœlo in ſuum corpus demiſſam, qvæ illum lepra purgaverit. In ſinu lavacri poſitus (ait) manum tangentem me à cœlo propriis oculis aſpexi, ſub qva mundatum me à lepra cognovi. Ecqvis non videt, figmentum hoc ejusdem eſſe generis, cujus illa ſunt, qvæ paſſim in libro Conformitatum Franciſcanarum, aut in vita Dominici leguntur.

IX. Qvòd neqve veriſimile eſt, tam inconſultum Sylveſtrum Papam & Diaconos ipſius fuiſſe, ut Conſtantino, Chriſtianorum, ac præſertim Eccleſiæ Romanæ hoſti infenſiſſimo, tam repentè, poſt ſuum illis narratum ſomnium, Baptiſmum conferre vellent: ac non priùs ei Chriſtianæ religionis myſteria, Catechumenorum inſtituto, traderent. Qvin etiam Zoſimus Chriſtianæ, ut dixi, religionis inimicus narrat, eum ab Hiſpano qvodam eam religionem edoctũ, didiciſſe, qvanta vis illius eſſet in delendis hominũ peccatis: ac tunc demum hariolos & flamines, cæteroſq; Romanarum ſuperſtitionũ ſacerdotes ab aula ſua removiſſe.

X. Qvòd ſummi auctores atqve hiſtorici teſtantur. Conſtantinum non niſi paulò ante mortem, & anno demum ætatis LXV. lebio Nicomediæ, magna Epiſcoporum freqventia. Hæc Euſebius in libro 4. de vit. Hieronym. in Chron. Rufinus lib. 1. cap. 11. Socrates lib. 1. cap. 39. Theodor. lib. 1. cap. 31. Ambroſius lib. de obitu Theodoſii. Neqve enim Nicephoro fides habenda eſt, qvi lib. 7 cap 35. cùm Romæ illum baptizatum ſcribit, ſimul adjungit, ſe Romanam Eccleſiam in ea re auctorem ſeqvi: præſertim cùm Vincentius lib. hiſt. 24. non dubitaverit ſcribere, ſecundum S. Hieronym. Conſtantinum uxorem Fauſtam, & filium Criſpum crudeliter occidiſſe, & in extremo vitæ ab Euſebio Nicomediæ Epiſcopo baptizatum fuiſſe.

XI. Qvòd nec veriſimile eſt, ſi conſtantinus calido puerorum infantium ſanguine ſuum morbum curare inſtituiſſet, vel eum voluiſſe pueros illos palàm à Capitolii ſacerdotib9 jugulari, vel tanta ſanguinis copia opus fuiſſe, ut eo ciſterna tota impleretur.

XII. Nihilo magis credibile eſt, Conſtantinum tam diu Chriſtianam religionem oppugnaſſe, qvin aliqvid de Petro & Paulo, celeberrimis Chriſti Apoſtolis, auditione accepiſſet: neqve adeò rerum Chriſtianarum imperitum fuiſſe, ut ſomno illo excitatus ex Sylveſtro qværeret, qvinam eſſent illi Dii, qvi Petrus & Paulus appellabantur. Nam ut nihil omninò præter divinam viſionem didiciſſet, tamen non eſt veriſimile, Petrum & Paulum ei ſe pro diis venditaſſe.

XIII. Qvòd impium fuiſſet, beneficium recuperatæ valetudinis referre potiùs acceptum Apoſtolo Petro, Dei internuncio, qvàm ipſi Deo, à qvo Petrus ad eum miſſus fuerat. Deinde ſoli Petro potiùs, qvàm conjunctim Petro & Paulo. His enim verbis utitur: Et beneficentiis ipſius Petri, ſanitatem corporis redeuntem integerrimè ſenſi.

XIV. Abſurdius eſt etiam, qvod ſubjicitur, Conſtantinum, qvi qvinqve liberos habebat, tamen de ſententia omnium ſatraparum ſuorum (qvod verbum in legibus & monumentis Impp. Romanorum planè novum, inſolens, atqve inuſitatum eſt) & univerſi ſenatus ac optimatum, & cuncti populi, qvi Romano Imperio ſubjacebat, dimidiam imperii ſui partem pauperculo ſacerdoti donaſſe: cùm inter omnes conſtet, ſenatum Romanum non illo tantùm tempore: verùm etiam uſqve ad Valentiniani Imperium Gentiles ſuas ſuperſtitiones retinuiſſe: qvod vel ex Symmachi epiſtola intelligitur ad Impp. Valentin. Theodoſ. & Arcadium ſcripta. lib. 10. Epiſt. 14. ubi ſenatus Romani nomine ab illis petit, ut ſuperſtitio, & idolorum cultus in urbe Româ reſtituatur: cui B. Ambroſius, duabus epiſtolis ad eundem Imper. Valentin. ſcriptis. Aurel. autem Prudentius piis & e-

buere, verùm etiam majorem potestatis principatum, qvàm nostra (inqvit) serenitas regia ab omnibus habere dignoscitur.

Et mox: Tradentes ipsi potestatem & gloriæ dignitatem, vigorem, & efficaciam, & honorificentiam Imperialem. Qva de re, ac Papatum ambitione operæ precium est Bernhardi Abbatis Claræ vallensis judicium audire, scriptum Eugenio Papæ lib. de consider. 2.

P. 773. Disce, inqvit, exemplo prophetarum præsidere, non tam ad imperitandum, qvàm ad factitandum, qvod tempus reqvirit. Disce, sarculo tibi opus esse, non sceptro, ut opus facias prophetæ. Item: esto, ut alia qvacunqve ratione tibi hæc vendices, sed non Apostolico jure. Nec tibi Petrus dare potuit, qvod non habuit: qvod habuit, hoc dedit, solicitudinem super Ecclesias. Nunqvid dominationem? audi ipsum: Non dominantes, inqvit, in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum ex solâ humilitate putes, non etiam veritate: vox Domini est in Evangelio: Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur dominatus. Ergò tu: & tibi usurpare aude aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum: planè ab utroqve prohiberis. Si utrumqve simul habere voles, perdes utrunqve. Hæc Bernhardus.

XVI. Nihilo tolerabilius est, qvod subjicit, se Papæ Romano tribuere principatum super qvatuor præcipuas sedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Constantinopolis, & Hierosolymorum. In qvo non modò manifesta, verùm etiam ridicula falsitas deprehenditur. Primùm, qvia ne Constantinopolis qvidem adhuc ulla extabat: qvippe qvæ anno demum Imperii Constantini decimo ædificari cœpta est, ut testatur Nicephorus libro 8. cap. 4. & cives pleriqve omnes idolorũ cultui per id tempus erant dediti. Tantum abest, ut ulla ibi vel Ecclesia vel Ecclesiarum metropolis aut prærogativa fuerit.

XVII. Minùs etiam ferri potest, qvòd subjicitur, Papam Romanum constitui super omnes in universo terrarum orbe ecclesias. Mitto enim, qvod alio loco demonstravimus, verissimam & certissimam hanc esse Antichristi notam, cùm sibi qvis principatum in omnes Ecclesias arrogat: sed insignis hoc loco Paparum amentia perspicitur, qvam etiam alio loco perstrinximus: cùm ex hoc instrumento contendant, se principatum illum ex Constantini

XIIX. Ridiculum autem illud est, qvod Constantinum inducunt hæc de se prædicantem: in ædificando Romano templo duodecim se terræ cophinos suis propriis humeris extulisse, æqvales, inqvit, numero XII. Apostolis. Nam cùm toties uni Petro plus honoris tribuat, qvàm conjunctim reliqvis XI. omnibus nunqvid proportionis ratio postulabat, ut plures in illius unius honorem terræ cophinos exportaret, qvàm in omnium reliqvorum?

XIX. Neqve verò minùs ridiculum est, qvod subjungit: se pro continuatione luminarium, qvæ in illo templo ardebant, non modò possessiones & agros contulisse, verùm etiam in Oriente, Occidente, Septentrionali & Meridionali climate, in Judæa videlicet, Asia, Thracia, Græcia, Africa, Italia, & in diversis Insulis suam illi libertatem, id est, jus ac potestatem concessisse: ut per manus Beatissimi ac sanctissimi patris Sylvestri, & omnium ejus successorum disponantur. Hæc Papa totidem verbis & syllabis. Ex qvibus intelligi potest, mirificam fuisse cereorum ac luminarium illorum caritatem: qvibus tuendis cùm universi terrarum orbis, tum speciatim qvatuor ipsius partium vectigalia & annuos proventus attribui oportuit. Neqve verò id solùm: sed qvia qvæstorum fides interdum in hoc genere suspecta est: Constantinus statuisse mortuo, ut illorum proventuum administratio ac dispensatio ipsis Papis committatur. Ut non facilè dijudicari posse videatur, utrùm major Paparum impudentia fuerit, conantium nobis istas aniles fabulas tradere, an eorum hominum stupiditas, si qvi unqvam adeò stolidæ atqve anili fabulæ fidem habuerunt.

XX. Æqvè porrò ridiculum atqve fabulosum est, qvod seqvitur de decem muneribus, qvibus Papa se à Constantino donatum scribit. 1. palatio Lateranensi. 2. diademate aureo. 3. mitra. 4. collari Imperatorio. 5. purpurea chlamyde. 6. coccinea tunica. 7. indumentis imperatoriis. 8. pompa præcedentium. 9. Imperiali sceptro. 10. cunctis signis, bannis, & vexillis. Fuerit ergo Petrus Apostolus olim sqvalidus, obsoletus, sordida penula piscatoris modò amictus: nunc vicarius ipsius auratis vestibus, ornatu ac vestitu regio insignis, eqvitum peditumqve comitatu cinctus, agmine qvadrato, pompa & apparatu magnifico, triumphans per orbem terrarum vagabitur. Qvanto vicarii Principis Apostolo-

reges ac Principes, qvi tam diu ſpurca & fœda meretricis iſtius menſtrua lambitis! O bone JESU, qvantum inter tuam illam ſpeciem ac figuram, atqve inter iſtius tetri crudelisqve tyranni faſtum ac ſuperbiam interfuit! Nulla fuit, inqvit Eſaias, in Chriſto forma, nullus decor. Ubi eum aſpeximus, oculos aſpectumqve noſtrum avertimus: abjectus, & ab hominibus contemtus, doloribus confectus, continentibus morbis affectus, abſcondens vultum à nobis. Adeò deſpectus, ut pro nihilo haberetur. Et qvisqvam mirabitur, Papam gloriari eſſe auſum, ſe à Conſtantino Deum eſſe appellatum? Nam in hac diſt. 96. c. ſatis, ita ſcribens ait: Satis oſtenditur, à ſeculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolvi poſſe Pontificem, qvem conſtat à pio Principe Conſtantino Deum appellatum, cùm nec Deum poſſe ab hominibus judicari manifeſtum ſit.

p.774. Sed operæpretium eſt, Doctoris Bernhardi de hoc toto pomparum genere judicium audire, qvi lib. de conſid. 4. ad Papam Eugenium his ſcribit verbis: Petrus neſcitur proceſſiſſe aliqvando vel gemmis ornatus, vel ſericis: non tectus auro, non vectus eqvo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſtrepentibus ſeptus miniſtris. Absqve his & credidit ſatis poſſe impleri ſalutare mandatum: Si amas me, paſce oves meas. Item alio loco: Conſideres ante omnia, ſanctam Eccleſiam Romanam, cui (Deo auctore) præes, Eccleſiarum matrem eſſe, non dominam: te verò non Dominum Epiſcoporum, ſed unum ex eis. Hæc Bernhardus.

Verùm qvid de ſubſeqvente clauſula dicemus, ubi Conſtantinus poſt illam regiam Papæ Sylveſtri inveſtituram ſubjungit, ſe frenum eqvi papalis manu tenuiſſe, pro reverentiâ Beati Petri, & ſtatoris eis officium exhibuiſſe? Væ, væ meretrici veneficæ, cujus obſcœna menſtrua tanti Principes tam diu liguriunt! Nam hunc eundem honorem ſibi Papa Stephanus II. à Pipino rege proxime Lutetiam Pariſiorum tribui paſſus eſt. Eundem ſibi Alexander tertius ab Imperatore Friderico haberi voluit: ut non immeritò B. Hieronymus in prolog. de Spiritu ſancto nominatim Romam appellet Babylonem, & purpuratam illam Meretricem, qvæ in Apocalypſi deſcribitur.

Sed hoc de genere toto iterum ſuprà dicti Bernhardi judicium audiamus, qvi in cant. ſermon. 33. his verbis ſcribit: Honorati incedunt de bonis Domini, cui Domino honorem non deferunt. Inde is, qvem qvotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum

lationes & equitatus. Inde cythara, & lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marſupia. Proh hujusmodi volunt eſſe & ſunt Eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. Nec enim hæc cedunt negotio illi, qvod perambulat in tenebris. Et mox: Ipſe enim eſt Antichriſtus. Et qvid unqvam vel Lutherus, vel alii Papatus inſectatores planiùs aut vehementiùs adverſus Papam Romanum, antichriſtianiſſimi crimine accuſandum, protulerunt? Sed pergamus porro.

XXI. Neq; enim ſatis hoc purpuratæ meretrici viſum eſt. Nam in ſeqventi verſu Conſtantinum ita loqventem facit: Clericis Eccleſiæ Roman. ſervientibus eandem gloriam & potentiam, & præexcellentiam tribuimus, qvam ampliſſimus Senatus noſter habet: & ſicut Imperialem exercitum, ſic & clerum Eccleſiæ Roman. adorari decernimus. Hâc igitur libertate freti Cardinales & cæteri clerici, deinceps loricis, galeis, ſcutis, gladiis, aliisqve telis inſtructi ac parati, vel ad prædicandum Evangelium, vel ad miſſificationes obeundas accedent. Tantumné? Imò, inqvit, qvemadmodum Imperialis potentia diverſis officiis cubiculariorum, hoſtiariorum, & excubitorum decoratur: ita & S. Rom. Eccleſiam decorari volumus, & ut candidiſſimo colore decoratos eqvos eqvitent: & ſicut Senatus noſter calceamentis utitur cum udonibus, ita candidiſſimo linteamine illuſtrentur. Ecqvis eſt ex tanto Senatorum Galliæ Regis numero, qvi cùm humiltatem, & imodeſtiam Chriſti & ipſius Apoſtolorum recordetur, non iſtum Paparum faſtum, ac ſuperbiam precibus omnibus deteſtetur?

XXII. Qvinetiam illud ſubjungit, ſi Papa velit aliqvem è Conſtantini Senatoribus in clericorum ordinem aſciſcere, ne per ſuperbiam illum honorem recuſent. Qvæ, malùm, tyrannica iſta barbaries eſt, ut alicui collegio clericorum liceat unum aliqvem è Senatorum ordine arbitrio ſuo deligere, qvem etiam invitum, clericum aut monachum fieri compellant?

XXIII. Pergit porrò: atqve ut Juris-Conſulti meminerint, geminatæ orationis vim eſſe majorem, iterum pronunciat: ſe & ſuum palatium, & urbem Romam, & totius Italiæ, & Occidentalium regionum provincias, loca, civitates, Papis Romanis omnibus usqve ad mundi finem donare. Qvin etiam proceſſionis & traditionis formulam adjungit, ut ſeſe deinceps, relicto in Papæ poſſeſſione Occidentis Imperio, ad

stianæ religionis caput, & sacerdotum principatus à cœlesti rege constitutus est. Præclarè se hujusce sententiæ initium dedit. Nam Constantini ætate, ducentis scilicet ante Justinianum annis, ad donationem perficiendam, traditione vacuæ possessionis opus erat.

Sed alia multa sunt qvæ conturbent. Primùm, qvòd, si Constantinus vacuam illius regionis possessionem Sylvestro tradidit: non potuit eandem postea in suo testamento filio Constantio relinqvere: cùm alienatio rei alicujus inter vivos facta, nullum de ea testamenti factioni locum relinqvat. l. 6. C. de test. l. seqvens, 52. D. de leg. 2. Sin autem donatio post illam inter filios partitionem facta est, perspicuè fuit lusoria: qvia patris partitio inter liberos testamenti, ac proinde ultimæ voluntatis vim obtinet. l. pen. & l. ult. C. fam. ercis. cum similibus.

Secundò qva pietate potuit Constantinus, qvi tres filios & duas filias habebat, tantam suis liberis injuriam facere, ut illos dimidia hæreditatis suæ parte privaret, eamqve in extraneum aliqvem præsertim homunculum abjectum & vilem, transferret? Nam scitum est illud Augustini: Qvicunqve vult, exhæredato filio, Ecclesiam hæredem facere, qværat alterum, qvi suscipiat, qvàm Augustinum. 17. qvæst. ult. cap. ult. Ubi etiam laudatur ejus Episcopi factum, qvi testatori cuidam, à qvô, liberos non habente, bona sua Ecclesiæ relicta fuerant, postqvàm liberos præter spem & opinionem susceperat, omnia restituerat, qvod idem traditur 13. qvæst. 2. cap. si qvis irascitur.

p. 775.

Sed nihil æqvè ridiculum est, ac illa, qvam Pseudo-Constantinus subjicit, consilii sui ratio: Iniqvum esse, qva in civitate summus sacerdos præsidet, in eadem civitate Imperatorem Imperii sui sedem collocare. Væ tuo capiti carnifex sacerrime! Nam qvid de Solomone, de Aza, de Josia, & aliis piis regibus Israëlitis dicemus, qvi sui domicilii ac regni sedem Hierosolymis collocârunt? Qvid de Theodosio, qvi Mediolani? sed ne longiùs exempla petantur, qvid de Constantio Constantini filio, qvi ex Patris testamento Romæ non tantùm summum Imperium & jurisdictionem exercuit: verùm etiam Papam Liberium propter susceptum Anastasii, Episcopi cujusdam Magi ac sacrilegi patrocinium, & Pa-

[illegible] aut contemtor extiterit, externæ damnationi subjaceat innodatus, & in inferno inferiore concrematus, cum diabolo & omnibus impiis deficiat. At ista execratione primus se ipse Constantinus induit: qvi, ut modò dicebamus, in suo testamento Imperium Occidentis filio suo natu maximo attribuit: eadem deniqve exsecratione, qvicunqve vel Occidentem, vel Occidentis partem aliqvam vel Regio, vel Ducali, vel qvovis alio nomine pro suo possedit, obligatus fuit. Neqve ista ratione qvisqvam antehac vel Galliæ, vel Hispaniæ Rex fuit: qvi non in inferno inferiore unà cum diabolo & impiis, omnibus concremetur.

XXV. Jam verò ecqvis tam imperitus lingvæ Latinæ reperietur, qvi non videat, genus dicendi, qvo illius instrumenti scriptor usus est, longissimè ab illius seculi consvetudine abhorrere? qvam reprehensionis partem Platina in illo Sylvestro non prætermisit: sed fusiùs persecutus est vir acerrimo in hoc genere judicio, Laurent. Valla: cui unum hoc subjungemus: Si qvis genus dicendi consideret: qvo Constantini leges in Theodosiano & Justinianico codice scriptæ sunt, eum nullo negotio animadversurum, instrumentum hoc ex illa officina prodiisse, qvàm superiùs ex Franciscanicis Conformitatibus, aut Dominicani vita domonstravimus.

Neqve verò silentio prætereunda est altera Papæ cujusdam recentioris (Leonis, ut videtur, decimi) calliditas planè veteratoria, qvi, ut vitium istud orationis ac styli qvasi fuco aliqvo tegeret, falsitatem falsitate cumulavit. Græculum enim qvendam Bartholomæi Picerni nomine subornavit, pòst verò August. Steuchum bibliothecarium suum, qvi dicerent, se in bibliotheca Papæ, nescio qva, instrumentum istud Greca lingva conscriptum reperisse, tum aliqvantò commodiùs in Latinum sermonem convertisse. Qvod commentum Gregorius XIII. nunc nuper in recenti editione Decreti Gratiani confirmavit. Atqvi leges Constantini omnes in suprà dictis Codicibus, Theodosiano & Justinianico, Latina lingva conscriptæ extant: qvamvis & Constantinopoli, & Græca urbe, & apud Græcos ederentur. Præterea Eusebius libro de vita Const. 3. memoriæ prodidit, eum in synodo Nicæna Latinè verba fecisse. Ex libro 2. testatur, se illius Epistolas & Decreta Latinè scripta in Græcum sermonem convertisse, ut suspicari aliqvis possit, aut Græ-

de Constantini donatione commentum videtur dictum: ut perspicuum omnibus esse possit, totum Papatum, qvi hoc solo fundamento nitebatur, subruto fundamento, stare diutius non posse. Imp. & Papa ut sup.

Idem. Neminem paulò humaniorum esse arbitramur, qvi nesciat, Romanorum qvondam hanc artem ad subigendas gentes exteras fuisse: ut, si qvam inter vicinos aut reges, aut populos contentionem exortam animadvertissent: eam studiosè alerent; partiqve alteri amicitiam ac societatem honorificentissimis Senatus-Consultis deferrent: & simul ei auxilium adversus alterum pollicerentur. His artibus altetâ superatâ & subactâ parte, postea brevi tempore interjecto, perfacilem alterius opprimendæ occasionem reperiebant. Noster populus (ait M. Tullius in lib. de rep.) sociis defendendis terrarum jam omnium potius est.

Hanc eandem majorum suorum, hoc est, (ut Johannes Monachus Canonista nobilis interpretatur) prædonum ac latronum viam ac vestigia secuti Papæ, ut primùm, aliqvid inter vicinos Reges aut Principes discordiæ subortum esse, cognoverant: eam per emissarios qvosdam Cardinales augere atqve alere incipiebant: simul pactiones cũ alterutro facere, ut si sua opera regno adversarii potiri possent, tum sedem Romanam tanti beneficii auctorem agnoscerent: eiq; de novo adepto regno fidem, dominium, ac proinde tributum annuum præstarent. Hac pactione & conjuratione factâ: illicò Princeps adversarius à Papa schismaticus & hæreticus pronunciabatur: Regnumqve ipsius primo occupanti adjudicabatur. Qvibus artibus dici non potest, qvot incendia Papæ, in omnibus Christiani orbis partibus qvadringentis hisce annis excitârint: qvàm multos sibi suæqve stercorariæ sedi reges ac Principes in vasallos, feudatarios, & stipendiarios redegerint.

Celicbus.

HOc anno Ambsderdami in Hollandia plurimi homines facti sunt dæmoniaci & insani: qvod portendit, Hispanos brevi venturos, & occupaturos terram illam.
p.776. Cùm igitur de similibus idem sit judicium: verendum est, ne idem & in Marchia eveniat: qvia diabolus ibidem hoc tempore nostro, scil. anno 1594. plurimos qvoqve occupavit. Herlicius.

Pius 4. Papa.

PIus qvartus Papa Cardinal. Caraffam, cum fratre Alphonso Duce Pallinornm,

LUtherus inqvit in literis ad Electorem: certè exploratum habeo, qvòd verbum meum & conatus isti, non ex me, sed ex DEO sint: ut hâc ratione nulla mors aut persecutio me umqvam adigere valeant, ut aliud loqvar, aut agam. Hoc sciat C. V. rem aliter in cœlo decretam esse, qvàm Noribergæ: videbunt illi proh dolor olim, qvòd, qvicam imbibêre opinionem, ac si omnes Evangelii articulos excusserint, apertè secum deprehensuri sint, qvòd ne unum qvidem Benedicite eo, qvo decet, spiritu pronunciaverint. Ego hâc spe alor, qvòd confidam, eas adhuc esse vires DOMINI nostri JESU Christi, qvibus intactum me servare contra omnes hostium insultus utiqve, si velit, possit: sin verò nolit, fiat voluntas ejus. Imper. & Papa ut sup.

Idem. Francofurti, Mense Majo, congregatis Electoribus Imperii, in Cæsarem designatus est omnium virtutum nomine celebratissimus Fridericus, Dux Brunsvicensis, Magni Filius. Hic verò cùm non admodum arrideret Episcopo Moguntino Johanni de Nassavv, pessimè conjuratum est in ipsius necem ab Episcopo & aliis, qvi etiam comitem qvendam de Waldeck clandestinum habuit, cum qvo deliberavit, ut caperetur integerrimus ille Fridericus, & in via domum versus, ubi se ad solennem coronationem præparaturus erat, obrueretur, sibiqve adduceretur. Ergò nefandus ille comes cum furibus suis, juxta oppidum Fritzlar proficiscentem Cæsarem capere intendit armata manu, & fortiter resistentem conscleratissimè obtruncat, Duci Saxoniæ Rudolpho vulnus infligit, aliosqve comites neqvissimè dissipat.

Hos Episcopi parricidium in tota Germania diffusum, execrandis omnibus modis est habitum, de qvo etiam pii cujusdam hominis carmina leguntur hæc, qvæ recitata sunt jam suprà foliis 476. & 477. partis hujus secundæ.

Idem. In Prodigio qvodam, nocte viso Islebiæ, inter cætera, animadversum est, in parte qvadam cœli nubes inter se luteas in templi figuram coire, qva accuratè repræsentata, rutilæ aliæ nubeculæ in angulo templi scintillare, mox verò totum undiq; flagrare illis, & tamqvam in cruore consistere comparuit.

Anno etiam 1562. in attrita longo usu orbita inventum est hominis amputatum caput, planè solum, qvod undenám esset, indagari non potuit.

Idem. In Gloriam DEI, testimonium Electoris Johannis Friderici, & exemplum omnium Fidelium, Ecclesia Saxoniæ hoc

rum, Princeps Confessorum Fidei, Comes Veritatis, Signifer Sanctæ Crucis, Exemplum Patientiæ Et Constantiæ, Heres Vitæ Æternæ: Obdormiscens In Christo, Migravit Ex Hac Miserrima Vita In Cœlestem Patriam, Vinariæ, Mense Martio, Anno M. D. LIIII.

Idem. Lutherus dixit: Vos à pueris in hoc elaborate, ut efficiamini corbes messoriæ, & in sinum vestrum colligite & metite. Tempus erit, qvo votis assiduis una saltem pagina de verbo DEI optabitur, qvo jam plenæ sunt omnes bibliothecæ ad nauseam usqve.

Idem. Anno 848. in Germania tanta fuit annonæ caritas, eaqve rerum omnium acerbitas & perturbatio, ut emori famæ qvilibet suum proximum pateretur. Qvidam autem Thuringus in humana media aggressus, fame ventrem ejus excarnificante, in proximum lucum cum muliere & puerulo suo concedit, ibiqve teneram & innocentem animulam jugulaturus, & crudam carnem comesturus, dum ad immane facinus cultrum expolit: ecce post dumeta respiciens, animadvertit, lupos qvosdam visceribus ceruæ cujusdam super incumbere, qvam in proximo dilaniaverant. Hos ille, horribili clamore intenso, de præda dispulit, & ita cadavere cruento potitus est:

Haud equidem sine mente reor, sine numine Divûm.

Ergò se, agnito DEI auxilio, domum recipit, & ulteriùs sperando se solatur.

p. 777. Idem. In Polonia Doctor qvidam medicinæ, pecuniis allectus ab ejus loci qvibusdam Episcopis, retia sua Wittebergæ vicinisqve locis, explicuit, ad capiendum Lutherum, sed irrito planè conatu: anno 1523. Et certum est, qvòd oportuerit ipsum multa venena concoqvere: & sæpè etiam numero illito suggestui toxico, manubriisqve infectis, innocentissimo viro insidiæ sunt positæ, qvæ DEO tamen aliter ordinante, in nihilum evanuêre.

Idem. Seiffridus Archiepiscopus Moguntinus Abbati de Reinhardi-fonte, pro ea, sibi sit devinctus, obedientia, certam pecuniæ summam irrogavit: eidem verò Abbathi viciſſim id seriò, pro jure, pro sibi subjectus sit, interdixit Conradus, provinciarum comes in Thuringia, utqve ne obolum qvidem penderet, in mandatis dedit. At Seiffridus hoc ipsum admodum molestè tulit, & qvidem, ut vindictam exerceret, Abbatem excommunicavit. Abbas hoc anathemathe liberari cupiens, pœna qvadam interveniente, voti sui compos factus Missam audire proposuisset, à famulo qvodam de rebus Abbatis admoneretur, qvi se dicebat eum magna cum ignominia demisso induſio ad medium usqve, virgisqve ferentem vidisse. Casu eo graviter excandescens ille, cùm ad locum deductus esset, jamqve in Capitulo miser Abbas acerrimè ab Episcopo, ad genua provolutus cæderetur, arrepto impetu in clerum fertur, suaq; læva implicita ejus coma, dextra elato pugione confodere conatur medium. At vix à suis hâc nece prohibitus, institutum iter peragit indignabundus. Haud multa moratus, ubi injuriam Fratri recensuit, militum manipulo mox, illaturus Episcopo vindictam, suburbia oppidi Fritzlar eruta dissipavit, molas detruxit, pontesqve dejecit.

His satis ultioni datum esse ratus, receptui canit. Interea nefandæ mulieres in urbe super mœnia, in contemtum comitis, explicito podice, convitia jaciebant. Id demum camarinam movit, & camino oleum addidit. Nam collectis ille militibus de novo urbem violenter aggreditur, & fabricatis siphonibus ignem sulphureum & piceum immittit, unde factum, ut exardescente oppido, omnia in flammas corruerint, ædificia, pecora, homines, exceptis pauciſſimis à fune de muro delapsis, atqve circumfuso exercitu comprehensis, ineffabili dolore & ejulatu consumerentur. F. Anno 1232.

Idem. Portentum est certissimum, qvòd Islebii Patria Martini Lutheri in Comitatu Mansfeldensi, ex profundissima fodina facies qvædam, illaborato cupri metallo concreta, Papam ad ungvem repræsentans, est effossa. Qvæ sine dubio portè debat, jam tempus esse, qvo Pontificum neqvitia, qvæ sub cœno meretricio latuerit hactenus, à qvodam ejus viciniæ cive in clara luce sit prostituenda. Viderunt autem huc monstri D. Mart. Lutherus, & ipsius frater Jacobus, Philippus Gluespiessius, Philippus Melanthon, D. Jonas, D. Cruciger, D. Basilius Monnerus, & Illustriss. Princeps Sax. Joh. Fridericus, Elector. Imperatore 118. Ferdinando. Papa 230. Paulo 4.

Idem in Chronico Mansfeldensi. Affirmabant aliqvi viri boni, se non absqve prodigio crucem in cœlo vidisse anno 1540. cui manus in summitate incubuerit, juxta verò utrinqve duo acinaces, qvos hodie Turcæ gerunt, minabundi constiterint.

Idem. Novi confecta jam ætate Priorem qvendam in Cœnobio, non procul à Northusia sito, qvi, percepta ex rumore

Johannes Elector Saxoniæ dubio fane morbo decubuiſſet, ſerpente verò lue ad exteriora membra, pedesqve verſus defluente, convaluiſſet utcunqve: colligendi ſe gratia in nemora conceſſit, & venationibus nonnihil tribuit. Sed fugêre feræ ex una ſylva in aliam, qvod antea minùs ſolebant facere, ut in vanum planè laboraretur: tum ait Princeps: portendere aliqvid neceſſe eſſe, qvòd fugaciores ſolito ſint beſtiolæ.

Meritò omnium admirationi, & exemplo omnibus illius animoſa conſtantia, fidesqve inconcuſſa proponenda eſt: qvòd tam illuſtris Homo, cui omnia in hoc mundo ſuppeterent, ſi Chriſtianus non eſſet, haud ullius lucelli gratia, ſed immò calamitatibus & ipſa morte objecta, tribus in comitiis, Auguſtæ Spiræqve habitis, ſinceram religionem contra omnes Diabolos, & ipſum Papam fuerit confeſſus, eamqve Heroicè defenderit. Nam cùm ipſi aliqvando indicaretur, qvòd omnem Mundi, Papæ, Cæſarisqve gratiam eſſet effuſurus, ſi pertinaciùs Lutheranæ ſectæ inhæreret: reſpondiſſe fertur: in bivio verſor: aut enim Deo, aut Mundo ſerviendum eſt: conjicite ergò, utrum mihi faciendum! Et cùm in comitiis prohiberetur à concionibus, qvas Lutheranus haberet: continuò iter inde arripere, & re ipſa teſtari fidem ſuam voluit: dum ibi agere, ubi Deo ſervire non liceat, nefas duxit.

Sed qvorſum hæc? nimirum ut videatis, tu Papa tuiqve ebrii fraterculi, qvàm turpiter, & diabolicè mentitus fuerit veſter ex aſſe Johann. Naſs, ut qvi non erubuerit, in putido ſuo & blaſphemo libello centuriarum, de hoc conſtãtiſſimo Duce ſpargere, qva ratione, paulò ante obitum, te Papam tuasvve abominationes amplexus fuerit, ſuosqve à Chriſtiana Lutheri religione, & doctrina, filios ſit dehortatus. Sed mentimini ulteriùs, ô Papiſtæ, qvos Diabolus omnes mentiendi artes edocuit. Multis undiqvaqve ipſum periculis tentabant Pontificii: multis minis graviſſimis voluerunt ſummo diſcrimine affligere. Sed nebulones illi confuſi ſunt. Unde hoc ejus Epitaphium eſt: p. 778.

Fratre meo letho cœli ſuper aſtra recepto,
Saxoniæ curam Dux ego fidus ago.
Tunc, ubi vicinas auſis ingentibus urbes
Agricolæ bellis perdomuêre ſuis.
Hæreticos odi, meq; illi odere viciſſim.
Religione ſuum proſciente jubar.
In medio Auguſtæ Regni Septemplicis orbe
Synceram adſtruxi comminus ore Fidem.
Et Papæ, & qvicunqve ſedent à cardine
Nullâ clade meum eripui inde caput.
Cæſaris & qvamqvam Papiſtæ acuêre furores:
Ille mihi tandem Cæſar Amicus erat.
In patriâ, in lecto, lætus obdormio cœlis.
Dæmones invideant, invideant Homines.

Idem. In comitiis Auguſtæ Vindelicorum anno 1518. qvia non tutò fidendum erat cruentis Romaniſtis, oportuit de nocte afflictiſſimum Lutherum fugam capeſſere, ſubornante veredum Johanne Staupitio, oſtiolumqve referante qvoddam Chriſtophoro Langenmantelio: ſic effugit ille ſine ocreis, calcaribus, & enſe Wittebergam, cùm forſan alioqvin à Cardinale Cajetano Leoni decimo pro munuſculo & ſtrena Romam currente, deductus fuiſſet. Haud longè pòſt, cùm proſcriberetur à Cæſare Lutherus, effectum eſt, nõn ſine numine, & ſingulari prudentia Electoris, ut exciperetur in via à qvibusdam nobilibus, & deduceretur in arcem Wartbergam, qva in, tumultuante paſſim & rugiente Leone, deliteſceret.

Idem. Anno labente 1520. defuncto Maximiliano, qvidam homo, qvi ſe Cancellarium mortui Cæſaris fuiſſe dicebat, Wittebergam venit. Hic ubi multa reverentia ſalutaſſet Lutherum, & ſecretum habuiſſet in muſæo: En, inqvit, ego ſolus, & nemo tecum, ſi te jam interficerem! Reſpondit Lutherus, neminem id impunè laturum. Sed ille: qvanqvam occumbendum mihi eſſet, attamen à Papa referrer in catalogum martyrum & ſanctorum. Hoc audito vocavit Doctor famulum ſuum: ſicarius autem ſe ocyùs ſubduxit.

Chunmanni Flinſpachii Tabernomontani Conjecturæ Extremorum temporum.

NE ſecuris mentibus ſomnia aut nugæ Luciani videantur, qvæ in Eccleſiâ de fine mundi atqve de Judicio DEI extremo dicuntur: orationem meam adhæc duo vertam, qvæ in hac re præſenti maximi momenti ſunt, & de qvibus ſæpè cogitari utile eſt. Primò teſtimoniis ſacræ Scripturæ confirmabo, ætatem hujus mundi ſex annorum millia, tanqvam certam & immotam metam, qvam Deus mundo (ſapienti & inſcrutabili conſilio) determinavit, non excurſuram eſſe. Deinde, ultimum millenarium ſextum, in qvo nunc vivimus, non completum iri. Deus enim propter atrocia ſcelera, & profundam ſecuritatem hominum, curſum hujus vitæ citiùs abrumpet. Procul autem, ut in aliis articulis fidei, ita & in hac qvoqve parte, rejiciẽda ſunt profanorum hominum deliria, qvi de Deo, de providentia, deqve mundo, opinionibus

æternitate retrò non cœpisse, disputat. Alii infinitos mundos fabulantur, atq; subinde alios oriri, aliosqve intercidere existimant. Plato Judæus in Athlantico fingit, ante novem millia annorum alias fuisse Athenas, & longè præstantiores cives, qvæ dicit ad deridendam suæ ætatis ignaviam. Herodotus non vult videri ludere, sed ait, ab Ægyptiis decem millia annorum & amplius recenseri: & observatum esse, in hoc tanto spacio annorum, bis mutata esse loca ortuum & occasuum Solis, ita ut Sol ortus sit bis, ubi nunc occidit, & bis descenderit, ubi nunc oritur. Hos errores humanæ mentis, luce divinâ destitutæ, toto pectore exsecremur, atqve doctrinam divinitus patefactam amplectamur, nec ab eâ avelli nos sinamus. Sed hoc animadvertendum est diligenter, cùm de ætate mundi, atqve conjecturis extremorum temporum disseritur: non inqvirenda esse momenta & articulos temporis, qvo hæc cœli & terræ mutatio futura est. Illa enim ab oculis nostris atqve intellectu abscondita sunt, ut multa scripturæ dicta testantur. Christus Mar. 13. inqvit: de die illo ac tempore nemo novit, ne angeli qvidem, qvi in cœlo sunt, nec ipse filius. Item, Act. 1. Non est vestrûm nosse tempora, & articulos temporum, qvos pater in sua ipsius constituit potestate. Sic 1. Thess. 5. dicitur: Porrò de temporibus & articulis temporum (fratres) non est opus, ut vobis scribam. Ipsi enim planè scitis, qvòd dies illè Domini, ut fur in nocte, ita venturus sit. Cùm enim dixerint: pax, & tuta omnia: tunc repentinus eis imminet interitus: sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient, &c.

p.779. Idcircò coërcenda & frenanda est curiositas nostra, ne hîc in arcana DEI consilia temerè irrumpere conemur. Augustinus sciolo cuidam curiosè qværenti, qvid DEUS ante conditum genus humanum egisset, ita respondisse fertur: Fabricavit infernum hujusmodi qværentibus. Recta sanè & digna responsio erat, qva hujusmodi curiositatem humanam in rebus divinis retundere voluit. Cujus responsionis & hîc meminisse utile est. Nos hoc DEI beneficio contenti simus, qvòd temporum hujus mundi brevitatem, mirabili suo consilio constitutam, variè nobis in sacra Scriptura depinxerit atqve significaverit, ut eminus per transennam qvasi prospicere possimus, qvando Ecclesia extantis malis eluctatura sit, & victura cum DEO & Angelis sanctis vitam cœlestem & æternam. Faciliùs enim hujus vitæ miserias ferimus, cùm qvasi metam oculos propositam videmus.

DOMINUM nostrum JESUM Christum, Judicem vivorum & mortuorum, cum gloria Majestatis suæ adventurum esse, secundum scripturam. Adducam autem, qva fieri poterit brevitate, conjecturas decem, qvas partim ex scriptura sumsi, partim verò ex eruditorum hominum disputationibus observavi. Atqve in his singulis qvãtum robur ac vis insit, id tuæ industriæ, candide lector, judicandum permitto.

Prima Conjectura extremorum temporum.

PRimam Conjecturam ex c. 2. & 7. Danielis sumemus. In illis enim capitibus qvatuor Monarchiæ mundi describuntur, ubi, & apud qvas gentes singulis temporibus, usqve ad resurrectionem mortuorum, futuræ sint: unde metæ temporum hujus mundi mediocriter animadverti possunt. Describit autem Monarchias duplici pictura, qva cùm potentiam tùm naturam eorum, qvi eas possessuri sunt, pulchrè exprimit. In secundo capite grandis & sublimis statua proponitur, cujus aureo capite prmam Monarchiam Chaldæorum & Assyriorum: cujus argenteo pectore secundam Medorum & Persarum: cujus æneo ventre tertiam Græcorum: ferreis tibiis qvartam Romanorum interpretatur Daniel significatam esse. Altera pictura in septimo capite continetur, in visione qvatuor bestiarum, qvam postea qvoqve de qvatuor Monarchiis interpretatur. Significat autem Leo Chaldæos & Assyrios: Ursus Persas: Pardus Græcos: qvarta terribilis & immanis bestia Romanos.

Hæ qvatuor Monarchiæ ut in genere humano regnarent ordine & successivè, atqve imperia mundi potentissima tenerent, DEI voluntas & ordinatio fuit: sive ut mundus disciplina, legibus, judiciis, pœnis meliùs regeretur: sive ut per eam occasionem faciliùs propagari & innotescere Evangelium posset: sicut in singulis Monarchiis Evangelium aliqvantisper apud gentes fulsit: qvemadmodum pulchrè ait Daniel, postqvam harum visionum interpretationem à DEO acceperat: sit nomen DEI benedictum à seculo & usqve in seculum, qvia sapientia & fortitudo ejus sunt, ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atqve constituit, &c. Ipse deponit potentes de sede sua, & axaltat humiles.

Sed his Monarchiis destructis, exoriturum ait Daniel ingens regnum, qvod potentius cæteris vicinis futurum sit: mutaturum religionem Christi: habiturum ingentes successus, & bellaturum cum san-

Monarchia, circa tempora Heraclii, Sarracenicum regnum constitutum est, & qvidem brevi tempore magnæ illi factæ sunt accessiones. Hoc & Daniel qvasi digito demonstrat, cùm omnes circumstantias temporis & loci, item potentiam ejus atqve doctrinam in textu diligenter perstringit. Ipse potentior erit reliqvis, inqvit, & sermones contra excelsum loqvetur, & sanctos altissimi conteret, & putabit, qvòd possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu ejus usqve ad tempus, & tempora, & dimidium temporis, &c. Ezechiel nominatim de hac barbarie, ventura ab Aqvilone in postrema mundi senecta, concionatur, & tribuit eis appellationes Gog & Magog, atqve latè vastaturos esse Ecclesias DEI prædicit.

Jam has visiones diligenter perpende, & ad eventum historiarum omnium temporum conferas. Certum est, omnes has qvatuor Monarchias dudum jam præteriisse, atqve in summo fastigio qvinti regni, exorti post destructionem qvartæ Monarchiæ, nos vivere. Nam historiæ hoc testantur, primam Monarchiam penes Chaldæos & Assyrios fuisse, à temporibus Abrahæ sub Nino, usqve ad annos Oziæ regis Judæ. Secundam fuisse penes Persam, & Cyro usqve ad Alexandrum Magnum. Tertiam penes Græcos, ab Alexandro Magno usqve ad tempora Judæ Macchabæi. Postremam verò penes Romanos, qvæ inchoata est paulò ante Christum natum & duravit usqve ad Heraclii Imperatoris tempora, qvæ in 600. fermè annum Christi incidunt. Tunc enim potentia Romanorum multùm diminuta est per Mahomet, qvi regnare cœperat: & Galliam jam Franci & Italiam Longobardi tenebant, atqve paulatim magis hæc ultima Monarchia magisqve concidit.

Qvia igitur vides, tanto tempore Mahometicum regnum jam stetisse, per annos ferè 940. atqve ad summum fastigium pervenisse (nam tota Africa, magna pars Asiæ & Europæ ab iis tenetur, qvi Mahometi sententiam defendunt) certum est, secundum vaticinium Danielis, id mox ruiturum esse, atqve brevi Filium DEI, DOMINUM nostrum JESUM Christum venturum, ad judicandum vivos & mortuos. Atqve sic certò constat, ut suprà propositum erat, novissimum diem circa finem sexti millenarii futurum esse. Nam ingens consolatio addita est in textu. Inqvit Daniel, putabit, qvòd possit mutare tempora & leges: sed judicium fiet, & auferetur potentia ejus, ac conteretur & disperibit.

p. 780. Hæc verba clarè & perspicuè ostendunt, qvintam Monarchiam non futuram esse,

fine, subitò aliqvâ inclinatio fiet, & inox illucescet lætissimus ille dies, qvo Filius DEI resuscitabit mortuos, & Ecclesiæ suæ vitam & gloriam æternam tribuet, ac impios abjiciet in æternos cruciatus.

Conjectura secunda.

SIt secunda conjectura novissimorum temporum, qvæ ex collatione capitum 13. & 17. Apocal. sumitur ex verbis Angeli DEI ita dicentis: Bestia, qvam vides, erat, & non est, & ad interitum vadit: & datum est ei os loqvens magna & blasphemias, per menses qvadraginta duos: hanc postea Agnus vincet, qvoniam DOMINUS Dominorum est, & Rex regum, &c. Hæc verba Angeli primo qvidem intuitu obscura sunt, sed paulò post ab ipso Angelo explicatiùs proponuntur. Explicat autem hanc visionem de meretrice Babylonicâ, hoc est, de Pontificiâ dignitate.

Hanc bestiam primò fuisse dicit, id est, longo tempore floruisse, atqve in summâ potentiâ & autoritate vixisse, à temporibus primitivæ Ecclesiæ ferè ad finem mundi. Se enim ἀντιχριστιανὸν, id est, caput totius Orbis terrarum proclamavit, cui Imperatores & pleriqve reges, & Principes terræ parère oporteat: & ut Paulus loqvitur, 2. Thess. 2. qvi in templo DEI sedebit, & seipsum DEUM ostentabit. Sed non est ampliùs, id est, authoritatis ejus jam finis acceleravit, potentia ejus jam labefactata & fracta est per prædicationem veræ doctrinæ, qvâ revelatus est homo ille sceleratus, filius perditionis, & Antichristus declaratus, ut Paulus 2. Thess. 2. inqvit: qvem DOMINUS conficiet spiritu oris sui & abolebit claritate adventus sui. Hoc intelligi necesse est de voce Evangelii, nostro tempore sparsa per Lutherum, & alios veræ doctrinæ præcones, qvâ Babylon cecidit, & facta est habitatio dæmoniorum, ut in Apocal. Angelus per fortitudinem magnâ voce, verbis reiteratis exclamat. Nulla enim alia manifestior Antichristi revelatio ante hæc tempora facta est.

Hic grato animo considerare debemus DEI immensam bonitatem & misericordiam: qvi hisce postremis temporibus se suamqve voluntatem rursus patefecit, ut ex genere humano aliqvos ad cognitionem verbi sui pertraheret, suasqve æterna bona aliqvibus communicaret. Hoc DEI immensum beneficium grato animo sæpè meditandum est, atqve ardenter petendum, ut diu inter nos vocem sui Evangelii incorruptam conservet. Qvod ut fiat, toto eum pectore oro.

Sed datum est ei os loqvens magna & blasphemias, adhuc 42. menses, id est, tres annos & dimidium. Intellige autem hic

ac dierum varius modus [illegible] autem qvadraginta duo menses, seu tres anni Jubilæi & dimidius, communes annos circiter 175. Tot annos, ait Angelus DEI in Apocalypsi, futuros esse inter declarationem Antichristi, futuram scilicet per vocem Evangelii postremis temporibus, & inter extremum Judicium. Hic qvidem nullam præcisionem, aut certum momentum temporis intelligi volo, qvòd præcisè hac aut illâ horâ, die, mense, aut anno Judicium DEI futurum sit: sed dico, communem aliqvam notitiam à DEO proponi, ut eminus qvasi per transennam, de brevitate temporum hujus seculi aliqvid perspiciamus.

Hæc conjectura temporis adeò mihi placet, tantùmqve momentum apud me habet, ut non sine singulari reverentia ista citata capita sæpius mediter. Qvò enim magis ea animo piè meditor, eò plus mysteriorum in ipsis involutum sentio.

Constat ergo & ex his verbis Johannis, ut ad propositionem nostram suprà positam omnia referamus, nos jam certiùs certo in decrepita ætate mundi versari, qvi qvotidie ad finem festinanter accelerat. Restare enim videmus exiguam tantùm portiunculam ejus temporis, qvod post revelatum Antichristum usqve ad Judicium extremum ex largissima DEI bonitate & gratia concessum est. Deinde & hoc vides, qvod suprà propositum est, ætatem mundi ultra sextum millenarium non excursuram esse. Si enim post revelatum Antichristum, mundus 42. menses, seu tres & medium Jubilæos annos stare debet, secundum revelationem Angeli, declarationem Angeli, declaratio autem Antichristi in 5500. annum circiter à condito mundo incidit, ut ex Chronicis veris constat: seqvitur, anteqvàm mundus 6000. annum agat, novissimum diem insperatò acceleraturum esse.

Tertia Conjectura.

NEc aspernanda est conjectura, qvæ Genes. cap. 5. ex historiâ Enoch sumitur, qvi anno ætatis suæ 365. corporaliter in cœlum, sine sensu mortis hujus vitæ, translatus scribitur. Hæc enim historia cùm doctrinam amplissimam complectitur, qvòd post hanc caducam vitam alia æterna restet, in qva bonis benè, ac malis malè futurum sit: tum etiam cœlestis atqve æternæ vitæ initii typus est. Nam sicut mors corporalis in sex priores partes Ecclesiæ, scil. in Adam, in Seth, in Enos, in Kenan, in Mahalaliël & in Jared propter peccatum efficaciter dominata est: in se-

amisso aculeo suo, prorsus abolebitur. Huc etiam Judas in sua Epistola respexisse videtur, qvi hunc Enoch septimum ab Adam, de Judicio extremo vaticinatum dicit. Idem qvoqve de Elia Propheta Judicium est, qvi aureo curru aureisqve eqvis per turbinem in cœlum sublatus, ejusdem rei typum gessit. Sicut autem Henoch ab Adamo septimus erat generatione: ita Elias Propheta ab Adamo septimus erat ætate. Nam Adam attigit Mathusalah, Mathusalah attigit Sem, Sem attigit Jacob, Jacob attigit Amram, Amram attigit Ahia, Ahia attigit Eliam Prophetam. Sicut igitur omnes sex priores ætates, qvæ præcesserunt Eliam Prophetam, morti obnoxiæ fuerunt, ipsi autem Elias, septimus ætate ab Adamo, mortem non gustavit: ita mors per sex millenarios in genus humanum grassabitur, atqve suum virus hostili animo exeret, in septimo verò millenario rapiemur in nubibus in occursum DOMINI, sicut Elias, atqve lætissimo animo unà cum Angelis, Prophetis, & Apostolis canemus: Absorpta est mors in victoriam, ubi tuus ô mors aculeus, ubi tua ô inferne victoria? Hanc historiam Enoch nudè qvidem à Mose traditam, non ociosè aut frigidè inspiciamus: sed cogitemus, eam magno consilio à Spiritu sancto propositam, atqve magnam doctrinam consolationemqve in ea involutam esse.

Qvarta Conjectura.

ESt & magnum mysterium in eo, qvòd sex dies occupatus fuerit DEUS in condendis creaturis septimo autem qvieverit. Qvo significatum est procul dubio discrimen vitæ in hac naturâ ψυχικῇ, ut dicitur, & alterius vitæ, in qvâ verè sabbathum celebrabimus, cùm hæc natura sine cibo & potu, & generatione, vivet novo modo, coràm fruens aspectu DEI. Nam illa nova & illustris notitia & glorificatio DEI, erit vera sabbathi celebratio. Et consentaneum est, ex hoc numero dierum insigne hoc dictum Eliæ sumtum esse, qvod mox recitabimus in fine conjecturarum. Nam finitis sex millibus annorum, deinceps in septenario initium erit illius novæ & æternæ vitæ, in qvâ Ecclesia DEI in vitâ perpetuâ, verè sine caligine & peccato sanctificabit sabbathum, faciet sancta opera, coràm cernet DEUM, & ejus immensâ sapientiâ fruetur. Hanc esse principalem significationem sabbathi, omnes sentiunt, & Epistola ad Hebræos cap. 4. testatur, & Psalmo 90. dicitur: mille anni sicut dies unus. Ad hunc

SUmitur etiam concinna annorum conjectura à numero annorum ætatis Christi. Sicut Christus in hac mortali vitâ ab incarnatione sua usqve ad resurrectionem annos 33. & aliqvid suprà vixit, atqve postea in cœlum assumtus est: ita qvoqve idem DOMINUS noster JESUS Christus, post triginta tres & medium ferè annos Jubilæos, rediturus est cum gloriâ Majestatis suæ, ad judicandum vivos & mortuos, secundum scripturam. Hanc conjecturam libenter recipio, non tam qvia cum aliis conjecturis in numero annorum pulchrè convenit, qvàm qvòd video, totam seriem Historiæ Christi, per omnia fermè, Ecclesiæ seqventis usqve ad resurrectionem mortuorum typum fuisse. Qvod considerare valdè utile est & jucundum.

Sicut primo anno Christi nati, Herodes crudeliter in infantes sæviit, ut Christum, qvem regem Judæorum fore timebat, tolleret: ita primo anno Jubilæo Princeps mundi & satellites ejus, in primitivæ Ecclesiæ doctores maximam tyrannidem exercuerunt, ut Christi doctrina extingveretur, qvam exitium & pestem dignitati ipsorum fore verebantur.

Sicut post truculentam Herodis persecutionem, Christum ferè per 6. integros annos secedere oportuit, atqve in Ægypto usqve ad mortem Herodis delitescere: ita qvoqve per sex Jubileos, id est, fermè usqve ad 300 annum Christi, vera doctrina Christi, partim gubernatorum tyrannide, partim tetris & pernicioſis hæreticorum opinionibus obscurata & oppressa fuit. Major enim pars Imperatorum tetræ & immanes bestiæ fuêre, utpote Caligula, Nero, Domitianus, Trajanus, Bassianus Caracalla, Decius, Diocletianus, &c. qvorum immania scelera, & impietates cogitari, aut verbis describi non possunt. Hanc sævitiem & tyrannidem augebant furores tetrarum hæresium, utpote Valentinianorum, Martionitarum, Montanistarum, Novatianorum, Manichæorum, qvi sub his Imperatoribus in Ecclesiis multum negotii facessebant: donec tandem optimus Princeps Imperium obtinet, Constantinus Magnus, sub qvo Christiani antea dispersi & oppressi, respiraverunt, atqve doctrina Christi obscurata, per multos præstantes Ecclesiæ doctores, utpote Lactantium, Athanasium, Cyrillum, Basilium, Nazianzenum, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, instaurari successivè cœpit.

Sicut 12. anno ætatis Christi amittitur Christus, & in templo reperitur inter Pha-

qvæ tunc plurima celebrata sunt, aliqvantulum propagata est.

Sicut à duodecimo anno ætatis Christi, usq; ad 30. qvo ministerium suum aggressus est, nihil prorsus de Christo legitur, nisi qvod Evangelistæ dicunt, ipsum cum parentibus suis vixisse, ipsisqve subditum fuisse: ita qvoqve à 12. anno Jubilæo, id est, ab anno 600. Christi, usqve ad tempora Lutheri, ministerium publicum veræ doctrinæ & Sacramentorum, aut nullum, aut admodum obscurum fuit, atqve Ecclesiæ species exigua: & duram passa servitutem est Ecclesia sub homine iniqvitatis Antichristo. Eo enim tempore idololatria & impietas Pontificia, sub Imperatore Phocâ augeri & stabiliri cœpit, qvi Papam οἰκουμενικὸν, id est, Caput Ecclesiæ totius orbis terrarum confirmavit. Atqve postea in dies singulos per mille annos fermè magis magisqve aucta est, donec tandem hisce extremis temporibus acerrimè impugnata est, verâ voce doctrinæ Evangelii restaurata. Interim tamen certum est, fuisse semper aliqvas pias mentes, qvæ aliqvâ veræ doctrinæ luce ornatæ fuerunt, aliæ plùs, aliæ minùs: & manifestos crassosqve errores istos exsecratæ, verbum DEI audierunt, atqve Sacramentis Christi, etsi aliqvantum contaminatis, usi sunt. p. 782.

Sicut post tricesimum annum ætatis Christi, Johannes docere cœpit pœnitentiam & fidem in Christum, atqve ipse Christus baptizatus est, atqve suum ministerium aggressus: ita qvoqve anno 30 Jubilæo, id est, circiter 1500. annum Christi, vera doctrina Christi, taxatis erroribus, nostro seculo instaurata & restitutâ est. In his omnibus qvia vides, qvòd eventus optimè responderit annis vitæ Christi, credibile est, eundem qvoq; in hoc extremo exiguo tempore, qvod adhuc restat, usqve ad resurrectionem mortuorum, illis responsurum esse. Sicut scilicet Christus annos ferè tres & medium prædicavit, miracula edidit, & cursum suum perfecit: postea verò in crucem actus, mortuus, sepultus, resurrexit, & in cœlos ascendit: ita qvoqve post tres & medium circiter Jubilæos annos, de cœlò descendet, judicaturus vivos & mortuos secundum scripturam. Hæc conjectura pia est, & neqvaqam contemnenda, qvando non adeò scrupulosè aut præcisè sumitur: potissimùm autem, qvia cum cæteris optimè congruit.

Sexta Conjectura.

HUc qvoqve referri debet hominum eruditorum conjectura, qvi hanc ex-

qvuta sit. Initio dominabatur ἡγεμονικὸν, id est, ratio gubernatrix, in qvâ primi parentes sapientia excellebant, temperanter, modestè & concorditer victitabant, ac plerasqve artes invenerunt. Deinde succesſit θυμοειδὲς id est, irascibilis motus cordis, seu ætas bellatrix, in qvâ Imperia armis constituta sunt, & qvatuor Monarchiæ inde usq; à Nino, coætaneo Abrahæ, ad Julium Cæsarem usqve ordinatæ. In hac θυμοειδεῖ ætate fuerunt viri heroici, gladiatores robustissimi, ut Samson & Hercules, David & Achilles, Cyrus, Alexander Magnus, Judas Maccabæus, Hannibal, Scipio, & similes multi, qvos DEUS singulariter excitavit, per qvos Imperia mundi constituerentur, & defenderentur. Seqvuta est deinde ætas postrema, in qvâ dominatur ἐπιθυμητικὸν, id est, ætas concupiscibilis. Natura enim hominum facta langvidior, nec sapientiæ studet, ut in prima mundi ætate, nec illos acerrimos labores militiæ suscipit, qvos sustinebant olim viri fortes, à temporibus Abrahæ usqve ad Julium Cæsarem, sed veluti enervata delicias & voluptates qværit.

Hæc partitio ex Physicâ huc translata, est, & cum temporibus mundi utcunqve congruit. Ante diluvium homines longævi erant, qvi annos 900. & circiter vivebant. Post diluvium ad pauciores annos ætas hominum restringebatur, & vivebant homines communiter annos qvadringentos, trecentos, ducentos, &c. Nunc verò in decrepita ætate, pauciſſimi sunt, qvi vel ad octogesimum aut nonagesimum ad summum perveniunt: tantum vigor humanæ naturæ labefactatus, ferèqve exhaustus est. Qvid (qvæso) de aliarum rerum, qvàm plurium in naturâ decrementis dicemus, qvas indies decrescere atqve in deterius vergere manifestum est? Primis temporibus tanta fuit omnium proventuum ubertas, ut nunc rerum natura planè degenerasse videatur, Gen. cap. 26. dicitur, qvòd ager Isaac centuplum protulerit fructum, nunc verò optimi nostri agri vix decuplum proferunt.

Audivi ego à senibus, viris fide dignis, & agriculturæ peritis, fertilitatem vinearum, agrorum, hortorum, arborum, &c. seculo tantùm ipsorum aliqvid diminutam, observatum esse. Multis in locis, ubi aliqvando sylvæ maximæ fuerunt, jam lignorum magna penuria est. Pecuniæ & opes qvasi exhauriuntur. Nam ubi olim largissimæ venæ metallicæ hinc inde inventæ sunt, jam nullæ aut parcæ effodiuntur. Imperia qvoqve mundi magis magisq; asperiora fiunt, gitiorum & libidinum immanitas, tanta securitas & levitas fuit, ut jam in majore parte hominum manifestè conspicimus.

Annon igitur hæc tanta naturæ degeneratio & qvasi abortio, evidens testimonium est piis mentibus, insignem mutationem universi generis humani mox expectandam esse? Hæc sæpè considerent piæ mentes in suis qvotidianis precationibus, ac ingemiscant & deplorent miseriam & ruinam qvasi generis humani, atqve ardenter à DEO petant mitigationem. Harum autem maximarum rerum cogitatione se ad modestiam atqve animi pietatem excitent.

Septima Conjectura.

EVangelistæ novissimam horam vocant adventum Filii DEI alterum, hoc est tempus, qvod ad finem hujus mundi inde usqve à prædicatione Apostolorum restabat. Necesse est igitur, brevius esse, qvàm fuit ætas, qvæ præcessit.

Octava Conjectura.

INterrogat & Daniel cap. ult. de fine, inqviens: porrò qvod ad tempus attinet, qvo tollendum est perenne sacrificium, & qvo tempore in vastitatem reddent abominationem, dies erunt 1290. Beatus ille, qvi perseverabit, & perveniet ad diem 1335. Etsi autem numerus hic videtur de bellis Maccabeorum vaticinari, tamen haud dubiè aliqvid significat de fine hujus mundi. Ac facilis est accommodatio, si dies in annos commutaveris. Erunt autem anni 2625. Nec verò qværimus articulum ipsum seu momentum, qvo illucescet ultimus dies: qvod non est scrutandum. Sed qvia hic numerus aptissimè congruit cum cæteris conjecturis, arbitror, significari annos mundi à tempore Danielis reliqvos. Anni 600. sunt circiter à Daniele ad natum Christum. Reliqvi sunt duo millenarii, postrema hujus mundi ætas. Congruit & divisio. Ideo enim prior numerus à posteriore discernitur, ut significetur, mox post primum numerum ventura esse initia postremi regni impii, Mahometici, & Hypocritici. Nam Mahometus regnare cœpit post Christum natum anno 630. Seqvens numerus est curriculum regni impii, usq; ad finem mundi. Qvòd autem hoc vaticinium Danielis pertineat qvoqve ad ultimam mundi ætatem, ostendit postrema particula, qvam in textu adjicit: qviesces, inqvit, & stabis in sorte tuâ in fine dierum.

ETtsi semper apud plerosqve Theologos tertii & qvarti libri Esdræ dubia fides fuit: tamen cùm locus in 4. lib. 6. c. maximè huc ad propositum nostrum faciat, consentiatqve mediocriter cum conjecturis hactenus recitatis, non dubitavi etiam hunc locum ex Esdrâ adducere. Esdræ interroganti, an majus tempus eo, qvod futurum est, præterierit; an verò id, qvod futurum est, excedat tempus præteritum? respondet Angelus DOMINI duabus hisce similitudinibus. Primò ostendit ipsi fornacem ardentem, deinde nubem aqvosam. In his, ait, observa, utrum superet ignis fumum, & imber guttas, an verò secus? Cui Esdras: video, inqvit, DOMINE, flammam imprimis transire magnam, video etiam magno impetu imbrem factum, sed deinde flammam superare ignem, & imbrem guttas. Hinc ait Angelus, tu Esdra ratiocinare de ætate mundi. Sicut priùs flamma fumum, & imber guttas superabat: postea verò fumus flammam, & guttæ imbrem: sic qvoqve mensura temporis, qvæ jam transivit, excedit tempus, qvod adhuc reliqvum est, usq; ad resurrectionem mortuorum.

Qvia igitur hîc ab Angelo DEI affirmatur, tempus prius atqve posterius inter se in proportione magni ignis & exigui, item magnæ pluviæ & exiguæ habitura esse, atqve ex vera computatione constat, Esdram circiter 3500. annum vixisse, paulò post tempora Cyri, exinde verò jam supra 2000. annos elapsos esse: certum est, finem mundi jam haud procul abesse.

Decima Conjectura.

JAm coronidis vice subjiciemus egregium illud dictum Eliæ Prophetæ, qvod etsi in Bibliis nusquam extat, tamen qvia reliqvarum omnium conjecturarum summa est, & qvasi explicatio, omnibus notissimum esse debet, & maximi faciendum est. Verba hæc sunt: Sex millia annorum mundi, & postea destructio: duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus: & si qvid ex his deerit, deerit propter peccata nostra, qvæ magna & innumera sunt.

In hoc dicto Elias pulchrè dividit mundum in tres ætates, & præcipuas qvasi vicissitudines mundi ostendit, præterea qvo tempore Christum oportebat venire, & qvàm diu durare hujus orbis status debeat. Bis mille annos stabit mundus sine aliqva politica gubernatione, & certis legibus DEI verbo expressè ordinatis. Sed his exactis, circumcisio & lex dabitur, atqve certa politia & cultus DEI ex verbo DEI instituetur. DEUS enim certam politiam & & certas Ceremonias huic suo populo tra-

palam inchoaret vitam æternam. Post hæc tempora, circiter finem qvarti millenarii Christus veniet, & prædicationem Evangelii inchoabit, qvæ similiter circiter duo millia annorum durabit, usqve ad extremum judicium. Et postea initium erit illius novæ & æternæ vitæ, in qva Ecclesia DEI ex morte resuscitata, in vita perpetua, verè sine caligine & peccato sanctificabit Sabbathum, coràm cernet DEUM, & ejus immensa sapientia fruetur. Impii verò & Diaboli abjicientur in æternos cruciatus.

Et qvia eventus declaravit, juxta hanc Prophetiam Eliæ, circumcisionem & promulgatam legem duo millia annorum præcessisse, similiter etiam à circumcisione usqve ad Christum duo millia transiisse: credibile est, & in posterioribus millenariis eventum respondurum esse. Sed desiderabuntur, inqvit Elias, aliqvot anni. Nam celeritate adventus sui DEUS propter peccata & scelera mundi antevertet, qvò minùs sex millenariorum anni integrè compleantur.

Cùm autem propter multas alias causas & utilitates, hoc dictum Eliæ diligenter notari prodest, tum vel maximè propter stultam & cœcam insaniam Judæorum in Ecclesiâ retinendum est, qvi Christo JESU, repudiato, adhuc alium Messiam frustra expectant. Etsi enim multis manifestis sacræ Scripturæ testimoniis ipsorum blasphemia refutari potest: tamen qvia eò cæcitatis & pertinaciæ pervenerunt, ut videntes veritatem scripturæ non videant, nec audientes audiant: non incommodum etiam ex hoc ipsorum dicto argumentum contra eos sumitur, ut proprio suo qvasi ipsorum gladio jugulari possint. Sæpè enim hoc dictum à Rabinis, utpote in libro Apodaxarâ cap. 1. item in libro Sanhedrim cap. ult. atqve aliis pluribus locis, ut vera traditio Eliæ, introducitur. p. 784

Caput ultimum. Sextum millenarium non completum iri, propter peccata mundi.

HÆ rationes omnes, aliæqve plures, ex sacrâ Scripturâ atqve ipsarum rerum naturâ sumtæ, perspicuè ostendunt brevitatem temporum hujus mundi. Simul autem & hoc considerandum est, qvòd dies novissimus ante sextum millenarium completum adventurus sit. Nam DEUS abrumpet flagitia hujus perversi seculi, & ad judicium suum festinanter accelerabit. Hoc temerè non asseritur, aut petulanter affingitur, sed divinis literis passim proditum est.

1. Matth. cap. 24. Christus ait: Et nisi

ſti oſtendit, qvòd de extremo judicio ſint qvoqve intelligenda. Ideò ſtatim ſubjicitur, in illis triſtiſſimis temporibus ne patiamini vos ſeduci: ſicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usqve in occidentem: ita erit & adventus filii hominis. Ut cognoſcas ſcilicet, hæc de extremis qvoqve temporibus prædicta eſſe.

2. Idem & ratio diei Sabbathi declarat. Suprà oſtendimus, Sabbathum à DEO ordinatum eſſe typum illius æterni Sabbathi, futuri in æternâ vitâ, poſt hunc corruptibilem ſtatum, in qvo nunc immerſi peccatis & carnalibus concupiſcentiis degimus. Sicut enim ſex dies priores laboribus vocationis noſtræ deputati ſunt, ſeptimus verò vocationi & qvieti: ita DEUS ſuo ſapienti & arcano conſilio præordinavit, ut ſex millenariis annorum hæc peccatrix natura mundi compleatur, ſeptimus verò initium ſit illius beatæ vitæ & cœleſtis, qvam omnes ſancti cum DEO & conſortio ſanctorum Angelorum ſvaviſſimè in omni æternitate victuri ſunt. Ut Epiſtola ad Hæbræos 4. huc qvoq; alludere videtur. Sed ratio Sabbathi in lege ita præſcribitur, ut circa Veſperam diei ſexti inchoandum fuerit. Qvapropter & æternum Sabbathum non à fine poſtremi millenarii, ſed paulò antè inchoatum iri, veriſimile eſt. Eadem qvoqve Jubilæi anni ratio fuit, qvi non poſt qvinqvageſimum annum præteritum celebrabatur, ſed qvadraginta novem communibus annis exactis, qvinqvageſimus erat Jubilæus.

3. Reverendus Pater D. Lutherus haud contemnendam qvoq; conjecturam à tempore reſurrectionis Domini ſumit. Prædictum erat, Chriſtum mortuum pro peccatis noſtris, in ſepulchro triduum reqvieturum eſſe, ſicut Jonas Propheta triduum in ventre ceti detentus fuerat: ſed antevertit Chriſtus diei tertii completionem, atqve circiter medium ejus diei reſurrexit, ſicut Evangeliſtæ tradunt: veriſimile eſt igitur, etiam altera vice Chriſtum ante completum ſextum millenarium venturum cum majeſtate, ad judicandum vivos & mortuos.

Jam piæ & Chriſtianæ mentis eſt, hanc extremam mundi ſenectam, & qvaſi delirium ſenectæ, in qvâ nunc verſamur, animo perpendere: ut hac cogitatione nos ad ardentiorem invocationem & majorem animi pietatem excitemus. Sed eheu, qvàm cœcus eſt mundus, qvàm ſtolidus & ſecurus! qvi Epicureo & Cyclopico more, inſtar pecudum irrationabilium, has maximas res aut non conſiderat, aut leviter cu-

Nicolaus Gallaſius de Sanctorum reliqviis.

INcredibile profectò videretur, tam craſſa impoſtura, ac tam diuturna ſeductum fuiſſe orbem univerſum, niſi rem ipſam oculis intueremur: atqve intelligeremus, juſtâ DEI vindictâ id factum eſſe: ut homines à veritate alieni addicerentur mendacio, atqve ita excæcarentur, ut error (ſicut ait Paulus) vires & efficaciam obtineret. Qvod cùm hodiè immensâ DEI bonitate patefactum ſit, & veluti digito commonſtratum: nos adhuc cæcos eſſe, aut in tenebris deliteſcere, minimè decet: cùm præſertim luce adeò claræ & lucidâ illuſtrati ſimus: Eqvidem haud dìllum fore arbitror, cui iſta non pateant: niſi qvem ſenſus planè defecerint, qviqve ſit belluæ, qvàm homini ſimilior. Neqve enim hîc ſubtili agitur ratione: ſed res ipſa monſtratur ita, ut vel ſtupidiſſimi eam perſpicere poſſint. Noſtrates certè qvàm plurimi, hoc perfecto libello, adeò obſtupefacti ſunt, ut ex antro qvodam ſibi prodiiſſe viderentur; atqve affirmarent, ſe id nunqvam fuiſſe creditu-ros. Proinde re perſpectâ, majore ſtudio DEUM qværere, & ſuperſtitiones exhorrere cœperunt. Qvod omnibus eventurum ſpero, qvi invidiâ omni depoſitâ, eum attentè legerint.

Itaqve eum è gallicô latinum feci, ut nulli non communicetur: atqve etiam cæteræ nationes, hoc exemplo, reliqvias, qvæ apud eos eſſe feruntur, deſcribant. Nec enim unius hominis eſt labor. Plures ei intentos eſſe oportet, & qvæ in unaqvaqve regione ſunt, colligere. Unus enim omnes reſcire non potuit. Tantùm eas deſcripſit, qvàs ipſi cùm videre licuit, tùm certis teſtimoniis accipere. Propterea libellum hunc admonitionis loco eſſe voluit: ut cùm præcipua rerum capita perſtrinxiſſet, cæteri, qvibus religio cordi eſt, accingerentur huic operi: qvò magis ac magis hominum ſtupiditas & inconſiderantia excuti poſſint.

Hoc igitur à vobis majorem in modum peto atq; obſecro, ut tantum apud vos ponderis habeat hic libellus, qvantum apud pios homines habere debet: utq; laborem, in vertendo, meum boni & æqvi conſulatis. Si ſales & jocos, qvibus refertus eſt, minùs expreſſi: cogitate, ſuos cuiqve lingvæ eſſe lepores, qvi interdum aliis non conveniunt. In hoc certè potiſſimùm elaboravi, ut ver-

Augustinus in eo libro, qvem inscripsit de labore Monachorum, conqverens de circumforaneis qvibusdam impostoribus, qvi jam suo tempore fœdam ac sordidam nundinationem exercebant, Martyrum reliqvias hac & illac circumferendo, subjungit: si modò sunt Martyrum reliqviæ. Qvo verbo significat, jam suo tempore invaluisse abusus & impostoras, qvibus plebs imperita decipiebatur: ut putaret, ossa hinc atqve illinc collecta Sanctorum esse. Cùm ergò adeò antiqva sit origo hujus impostoræ, minimè dubium est, qvin vehementer adaucta sit tam longo temporis spacio: cùm præsertim mundus deinceps mirum in modum corruptus, ac semper in deterius lapsus sit: donec ad extremum venit, in qvo nunc constitutum eum videmus.

Primum autem initium, & veluti initium mali fuit, qvòd, cùm Christus in verbo suo, Sacramentis, & gratiis spiritualibus qværendus esset, mundus solito suo more subuculis, vestibus, fasciis inhæsit: sicqve omissa re præcipua, accessionem tantùm sequtus: eundemqve & in Apostolis, Martyribus, aliisqve sanctis se præbuit. Nam cùm diligenter eorum vitam meditari, seqve ad eorum imitationem conferre debuisset: omne studium posuit in contemplandis, & veluti in thesauro reponendis eorum ossibus, subuculis, cingulis, pileis & nugis ejusmodi.

Eqvidem non ignoro, id qvandam pietatis & zeli speciem præ se ferre: cùm dicitur, reliqvias Christi servari ob honorem, qvi illi habetur: utqve ejus memoria tenaciùs inhæreat animis: tantundem qvoqve in Sanctis valere. Sed considerandum erat, qvod ait Paulus, qvemvis cultum DEI ingeniis hominum excogitatum, qvalemcunqve sapientiæ speciem præ se ferat, vanitatem & stultitiam meram esse: nisi melius fundamentum habeat, & certius nostra opinione. Præterea utilitas, qvæ inde oriri potest cum periculo comparanda erat. Sic enim compertum fuisset, parùm utile, aut omninò supervacaneum esse & frivolum, habere ejusmodi reliqvias: ac contrà difficilimum esse, aut potiùs fieri nullo modo posse, qvin inde ad idololatriam homines paulatim declinent. Neqve enim eas intueri aut attrectare possunt sine veneratione: in qva nullus tenetur modus: qvin protinus honor Christo debitus ipsis tribuatur. Itaqve, ut paucis dicam, reliqviarum desiderium nunqvam superstitione caret: imò, qvod deterius est, mater est idololatriæ, qvæ ut plurimùm cum ipsa conjuncta est.

Omnes sine controversiâ fatentur. Do-

cum in iis eadem valeat ratio. Verùm ut omittamus sanctos, videamus, qvid Paulus de ipso Christo dicat. Testatur enim, se post Christi resurrectionem ampliùs ipsum non agnoscere secundum carnem, admonens his verbis, qvicqvid in Christo carnale fuit, oblivioni tradendum, & missum faciendum, ut in eo secundum Spiritum qværendo & possidendo omnem operâ studiumq; locemus. Nunc igitur causari, præclarum esse, habere aliqvod monumentum cùm Christi, tùm sanctorum ejus: qvid aliud est, qvàm inane tegumentum fucandæ stultæ nostræ cupiditatis causa, qvæ nullum in ratione fundamentum habet: qvòd si etiam hæc ratio sufficere videretur, cùm tamen apertè repugnet sententiæ, qvam Spiritus S. per os Pauli pronunciavit, qvid plura requirimus.

Sed minimè necessarium est, longam in hac re disputationem texere: bonum sit necnè habere reliqvias: tantùm ut repositæ asserventur, non ut adorentur. Nam sicuti diximus, experientia docet, nunqvam ferè alterum ab altero sejunctum esse.

Ambrosius qvidem de Helena, Constantini matre loqvens, qvæ magno labore & sumtu crucem DOMINI inqvisierat: ait, ipsam DOMINUM tantùm, qvi in ea pependerat, non lignum, adorasse. Sed rarissimum est, ut reliqviis ullis qvis sit deditus, qvin simul aliqva superstitione polluatur. Fateor, non primo impetu ad manifestam idololatriam erumpi: sed paulatim ab una fallacia ad alteram declivem esse lapsum, donec tandem homines in extrema præcipites ruant. Sanè populus, qvi se Christianum nominat, eò usqve progressus est, ut non minore idololatria, qvàm ulli olim Ethnici, insanierit. Prostravit enim seipsum ac genu flexit coram reliqviis, tanqvam coram DEO: accendit faces & candelas pro solenni adorationis ritu: fiduciam in iis locavit, ad eas confugit, ac si illic virtus & gloria DEI inclusa fuisset. Si idololatria nihil aliud est, qvàm honorem DEI aliò transferre, an id idololatriam esse negabimus?

Neqve verò id excusari potest, qvasi immoderato rudium ac imperitorum, vel aniculârum zelo factum sit. Latiùs enim patuit hæc immoderatio, eaqve in universum laborârunt omnes: atqve adeò ii ipsi, qvi ad Ecclesiæ gubernacula sedebant, eam approbârunt. Qvin etiam mortuorum ossa, cæteraqve omnes reliqviæ supra altare primarium in altiore & eminentiore loco collocatæ sunt, ut majore reverentia adorarentur. En ut stulta, qvæ initio fuit in servandis reliqviis, atqve in thesaurum repo-

cula. Cæterùm ſicuti mala trahuntur malis, alia etiam infelicitas ſecuta eſt, ut neſcio qvæ ſordes, omni ratione & ſpecie carentes, pro reliqviis Chriſti & ſanctorum reciperentur: adeoq́ve cæcus fuit mundus, ut qvaliscunqve titulus nugis oblatis imponeretur, absqve inqviſitione ulla aut delectu pro vero & legitimo duceret. Ita aſinorum aut canum oſſa, qvæ nugator
p.786. qvispiam proferre voluit, pro Martyrum oſſibus ſine ulla difficultate homines ſtudiosè amplexi ſunt. Idemq́ve in iis accidit, ut poſtea tractabimus. Eqvidem non dubito, qvin juſta ſit ultio DEI. Cùm enim mundus veluti rabie qvadam accenſus, reliqvias concupiverit, ut perverſa ſuperſtitione iis abuteretur; rationi conſentaneum fuit, Deum ſinere mendacium aliud ex alio ſeqvi. Sic enim dedecus nomini ſuo illatum ulciſci ſolet: cùm gloria, qvæ ad ipſum pertinet, aliò transfertur. Itaqve nihil aliud cauſæ eſt, qvòd ubiqve tot faſæ reliqviæ repertæ fuerint, qvàm qvod DEUS homines ſeſe mendaciis oblectantes, in duplicem errorem abduci ſiverit.

Chriſtianorum officium erat, Sanctorum corpora in ſepulchris ſuis relinqvere, ut univerſali illi ſententiæ parerent: qva dictum eſt, omnem hominem pulverem eſſe, atqve in pulverem reverſurum: non erigere ipſa opere magnifico & ſumtuoſo, qvo præmaturam reſurrectionem fabricarent. Hoc qvidem minimè intellectum fuit: ſed è diverſo contra decretum DEI fidelium corpora effoſſa ſunt, ut magnificè extollerentur, cùm in ſepulchro ſuo, velut lectulo, usqve ad extremum diem qvieſcere debuiſſent. Appetita fuerunt ipſa, in iis fiducia eſt locata, adorata qvoqve ſunt, deniqve omnia reverentiæ ſignata iis exhibita. Qvid accidit? Diabolus ejusmodi ſocordiam cernens, non ſatis eſſe, putavit, qvòd uno modo homines fefelliſſet: verùm hac etiam impoſtura ipſos decepit, ut ſanctarum reliqviarum titulum rebus omninò prophanis inſcriberent. DEUS autem juſta ultione mentē ac ſenſum omnem incredulis ademit, ut ſine ulla inqviſitione, albumné an nigrum eſſet, ac ſine diſcrimine reciperent, qvicqvid oblatum foret. Nunc qvidem inſtituti mei non eſt tractare, qvantæ ſit abominationis, reliqviis cùm Chriſti tùm Sanctorum abuti eo modo, qvo hactenus factum eſt, atqve etiam hodiè in majore orbis Chriſtiani parte fieri ſolet. Eſſet enim liber in hanc materiam ſeorſim ſcribendus. Sed quia perſpicuum eſt, mani-

opinione præoccupati, multa inconſideratè probemus: neqve tempus adhibeamus ad rem examinandam, rectumq́; judicium ferendum: ſicq́ve incogitantia noſtrâ fallimur. Sed cùm moniti cœpimus animum advertere, miramur ipſi, nos adeò leves fuiſſe, & faciles ad id credendum, qvod probabile nullo modo fuerat: id qvod omninò in hac re accidet. Homines enim minimè commoniti, ſed præoccupati hac opinione, qvòd dicatur, en corpus illius ſacti, en calcei, en caligæ, ſibi facilè ita eſſe perſvadent. Sed cùm fraudes oſtēdero, qvæ in iis admittuntur, cui vel minimum erit prudentiæ, is oculos aperiet: & iis, qvæ nunqvam ipſi in mentem venerant, conſiderandis animum adhibebit. Tametſi hoc libello, qvod vel maximè cuperem, efficere non poſſim. Nam undiqvaq; Catalogos nanſciſci opus foret, ut ſciretur, qvæ in unoqvoqve loco eſſe dicuntur reliqviæ, ut ſingularum fieret inter ſe collatio. Tunc enim perſpiceretur, unumqvemq́ve Apoſtolorum plus qvàm qvatuor corpora, Sanctorum verò duo aut tria habere. Idem cerneretur in cæteris. Deniqve coacto tali acervo, nemo non ſtuperet: cùm videret, rebus adeò ridiculis univerſum ferè orbem excæcatum fuiſſe. Mecum ipſe cogitabam: cùm nulla ſit cathedralis Eccleſia tam exigua, cui non ſit oſſium aliorumq́ve ejusmodi nugarum infinitas: qvid ſi coacervaretur multitudo omnis, qvæ in tribus aut qvatuor millibus diœceſibus condita eſt, viginti aut triginta millibus Abbatiis, ex qvadraginta millibus cœnobiorum, aut eo plus, ex tot parochiis, tot ſacellis? Verùm adhuc præcipuum eſſet ipſas viſitare non nominare tantùm: neqve enim omnes nomine cognoſcuntur. In hac civitate habebatur, ut ferebant, brachium D. Antonii: cum theca incluſum erat, omnes ipſum exoſculabantur ac adorabant; cum productum eſt in medium, cervi penem eſſe, compertum eſt. Ad majus altare aliqvid erat de cerebello D. Petri: qvàmdiu id incluſum fuit, nemo dubitabat (fuiſſet enim blaſphemia titulo fidem non habere) ſed cùm excuſſus eſt nidus, & accuratius obſervatus, repertus eſt pumex. Poſſem multa ejusmodi exempla referre, ſed iſta ſufficient, ut intelligant omnes, qvantæ detegerentur ſordes, ſi aliqvando viſitarentur ſedulò omnes totius Europæ reliqviæ. Idqve cum prudentia, qvò meliùs diſcerni poſſent. Nonnulli enim reliqviarum aliqvod ſpectantes, ſuperſtitione claudunt oculos, ut [illegible]

nunqvam oculos attollere auti sunt, ut qvid esset, spectarent. Verùm is, cui secreti videndi esset libertas, eaqve uti auderet, longe aliter loqveretur.

Idem de capite Magdalenæ, qvod Massiliæ ostenditur, cum massæ aut ceræ frusto, qvod oculo affixum est, in thesauro servatur, ac si DEUS aliqvis è cælo delapsus esset: verùm si eximinaretur, facilè detegeretur fallacia. Optandum igitur esset, ut certiores essemus de nugis omnibus, qvæ hic atqve illic pro reliqviis habentur: aut saltem, qvò constaret, qvàm multæ falsæ sint, Catalogum earum & numerum tenere.

Sed cum id fieri non possit, saltem optârim, inventarium ex decem aut duodecim urbibus nanciſci: veluti Lutetia, Tolossa, Rhemis, Pictavo, &c. His enim solis mirabilia veluti apum examina, vel saltem officinæ admodum confusæ perspicerentur. Idqve mihi sæpè numerò invotis esse solet: ut tale inventarium nanciſci possent. Qvia verò hoc qvoqve mihi nimium difficile esset, tandem cogitavi, præstabilius esse, omninò exiguam hanc monitionem præbere, qva somnolentos excitem, ut cogitent, qvid sit universis, cùm in paucis tanta impostura deprehendatur. Hoc intelligo, cùm in iis reliqviariis, qvæ nomina vero, tanta deprehendetur impostura, qvæ tamen vix milleſima est pars eorum, qvæ exhiberi solent, qvid de cæteris poterit æstimari? Præterea si constet, eas, qvæ pro certioribus habitæ fuerunt, falso esse suppositas, qvid de incertis vindicandum erit? Utinam verò Christiani Principes pauliſper animum ad id adverterent: esset enim ex eorum officio, non sinere miseros homines sic seduci, non tantùm falsa doctrinâ, sed etiam palam deludi, persvadendo qvòd vulgò dici solet: vesicas arietum laternas esse. Nam de sua dissimulatione rationem DEO sunt reddituri, qvòd ea cernentes taceant: gravissimamqve hanc esse culpam sentient, si visse DEUM ludibrio haberi, cùm id prohiberi potuisse. Qvicqvid sit, spero, libellum nunc omnibus usui futurum, paturumqve occasionem singulis, id suo loco considerandi, qvod titulus ipse
p.787. monet, nempè, si descriptæ essent omnes orbis Christiani reliqviæ, perspicuum fore, qvàm cæci ante hac fuerint omnes: qvantæ tenebræ per universum orbem sint effusæ, & qvanta stupiditate homines laborârint.

A Christo igitur initium faciamus, cujus cùm nuturale corpus haberi non posse (nam miraculosi fabricandi facilè vias invenerunt, qvanto numero ac qvoties eis libitum foret) ejus loco sexcentas nugas collegerunt, qvibus ipsius absentiam compensarent. Qvanqvam nec totum Christi corpus alibi fuerint, qvid aliqvod frustum

bere, id eti pellem, qvæ ipsi in circumcisione amputata fuit, jactent.

Qvæso unde pellis hæc ad ipsos profecta est? Lucas Evangelista Dominum circumcisum fuisse refert, pellem verò servatâ fuisse pro reliqviis, nusqvam fit mentio: veteres historiæ omnes sicut, ac qvingentorum annorum spatio nullus de ea in Ecclesia Christiana sermo habitus est. Ubi latuit tamdiu, ut tam subitò erumperet? Præterea qvomodo ad Charrovium usqve advolavit? Verùm, ut id probant, ajunt, aliqvot inde sangvinis guttas decidisse. Id qvidem dicunt, sed opus esset probatione. Proinde pater, merum esse ludibrium. Sed tametsi concedamus, pellem, qvæ Christo amputata fuit, servatam esse, ibiqve aut alibi esse posse, qvid dicemus de præputio, qvod Romæ ad Johannis Laterensis ostenditur? Certum est, unicum tantum fuisse, Romæ igitur & Charrovii simul esse non potest. Qvo fit, ut manifesta hîc cernatur falsitas. Seqvitur deinde sangvis de qvo magnæ fuerunt contentiones. Permulti enim negârunt, Christi sangvinem reperiri, præterqvàm miraculosum: & tamen naturalis, plusqvàm centum in locis exhibetur. Alicubi paucæ guttæ, ut Ruppellæ Pictonum, qvas Nicodemus in Chirotheca sua, ut ajunt, collegit. Alibi plenæ Phialæ, ut Mantuæ, Billoni in Arverni ostenditur in vase crystallino liqvidus: in qvodam proximo vico, coagulatus, & aliis in locis: alibi plenis pateris effusus, ut Romæ & Eustathii. Neqve verò sat fuit purum habere sangvinem: sed etiam aqvæ admixtum habere oportuit, qvalis à latere ipsius fluxit, cùm in cruce transfixum est. Hæc merx Romæ ad Johannis Laterensis reperitur. Judicandum cuiq; relinqvo, qvia certi inde colligi possit: atqve adeò num mendacium perspicuum sit dicere, sangvinem Christi septingentis aut detingentis, post ipsius mortem, annis repertum fuisse, ut per orbem universum spargeretur: cùm in vetere Ecclesia nulla unqvam habita fuerit mentio.

Seqvuntur præterea, qvæ corpus DOMINI contigerunt: aut saltem, qvæcunq; potuerunt colligi, ut corporis loco, fierent in ejus memoriam reliqviæ. Primùm ostenditur Romæ ad Mariæ majoris, præsepe in qvo nascens positus fuit. Ibidem ad Pauli, exhibetur linteum, qvo fuit involutus, qvâqvam aliqvod ejus fragmentum ad Salvatoris in Hispania esse dicatur. Sunt etiam ibidem ejus cunæ, cum subucula, qvàm Maria Mater ejus ipsi contexuit. Item Romæ ad Jacobi ostenditur altare, cui impositus fuit, cum in templo offerretur. Qvasi verò tunc varia fuerint altaria, sicuti in Papatu: ubi constituuntur pro hominum li-

ubi farcinæ illæ tanto ipacio post mortem Christi repertæ fuerint. Nemo enim tam hebes est, qvi enim intueatur, qvalis sit hæc dementia. In historia Evangelica de iis rebus ne unum qvidem verbum: Apostolorum tempore nihil prorsus auditum est. Qvinqvaginta circiter annos, post Christi mortem Ierosolyma expilata ac eversa fuit. Tot veteres Doctores ab eo tempore scripserunt, eorumqve mentionem fecerunt: qvæ extabant suo tempore: præsertim de cruce & clavis qvæ Helena reperit: de exilibus verò nugis illis, nullum verbum. Qvin etiam Gregorii tempore nusqvam apparet, horum qvicqve Romæ extitisse: ut constat ex ejus scriptis. Post ejus mortem Româ sæpius capta, expilata, & penè funditus deleta fuit. Si hæc omnia accuratè cõsiderarentur, qvid aliud dici poterit, nisi omnia hæc excogitata fuisse, qvò imperitæ plebi imponeretur. Ac certè id fatentur falsæ religionis fautores, tum Sacerdotes, tum monachi, easqve vocant pias fraudes, qvasi iis populus ad pietatem incitetur.

Secundæ classis reliqviæ sunt, qvæ id tempus spectant, qvod inter infantiam & mortem Christi medium fuit. In qvibus est columna, cui Christus in templo disputans innitebatur, cum aliis undecim similibus ex templo Salomonis. Sed qvis ipsis revelavit, Christum disputando Columnæ innixum fuisse? Nam Evangelista, historiam hujusce disputationis referens, ne verbo qvidem perstringit. Nec verisimile est, ei concionatoris concessum fuisse locum, cùm nulla, ut perspicuum est, existimatione aut authoritate polleret. Præterea qværo, etiamsi columnæ innixus esset, qvi sciunt illam fuisse? Tertiò, unde duodecim illas columnas nacti sunt? qvas ajunt prodiisse è templo Salomonis?

Sunt deinde Hydriæ, in qvibus Christus aqvam in vinum mutavit, cùm adesset Nuptiis in Cana Galileæ. Eqvidem scire vellem, qvis eorum custos fuit tam diu, ut eas postea distribueret. Hoc enim perpetuò notandum, octingentis solùm aut mille annis post editum illud miraculum repertas fuisse. Non satis teneo locos omnes, ubi illæ ostenduntur. Scio tamen ex iis Ravennæ, Pisis, Cluniaci, Andegavi, ad Salvatoris in Hispania haberi. Sed, ne longior sit oratio, solo aspectu eos mendacii convincere, facile est. Aliæ enim non sunt Congio capaciores, aut paulò plùs, aliæ minùs, aliæ octo amphoras continere possunt. Concilientur hæc inter se, si fieri possit: tunc eas suas hydrias habere sinam.

Singulis annis semel extremam exiguæ ligulæ partem tingendam præbent iis, qvi munus aliqvod offerre voluerint: dicentes, se vinum, qvod DOMINUS in convivio fecit, propinare. Nec; unqvam minuitur ipsius qvantitas, modò subinde compleatur scyphus. Nescio, cujus magnitudinis sint calcei, qvi Romæ esse dicuntur in eo loco, qvem sancta sanctorum vocant: an puer, an vir factus sit. Sed neutrum alteri præstat. Nam satis superqve ostendi, qvantæ sit impudentiæ nunc Christi calceos proferre, qvibus Apostoli suo tempore caruerunt.

Nunc ad ea veniamus, qvæ ad supremam cœnam pertinent, qvam Christus cum Apostolis celebravit. Mensa enim Romæ est ad Johannis Lateranensis. Aliqvid de pane ad Salvatoris in Hispania. Culter, qvo agnus Paschalis fuit dissectus, Treveris. Notemus, Christum in commodato loco cœnam celebrasse: illinc discedentem mensam reliqvisse: nec legimus, ab Apostolis eam esse exportatam: aliqvod postea annis Ierosolyma destructa fuit, sicuti diximus. Qvalem verò speciem veritatis hoc præ se fert: mensam illam septingentis aut octingentis pòst annis repertam esse? Prætea mensarum forma tunc omninò diversa erat ab ea, qvæ nobis hodie in usu est. Nec enim sedere cœnando, sed accumbere solebant: qvod diserte Evangelio exprimitur. Perspicuum est igitur hoc mendacium. Qvid supereſt? Calix, in qvo Sacramentum sangvinis sui Apostolis bibendum dedit, ostenditur ad Mariæ Insulanæ prope Lugdinum: item apud Helvios in qvodam Augustinensium cœnobio. Cui fides habebitur? Verùm de disco, cui impositus est agnus Paschalis, res etiamnum pejùs habet. Est enim Romæ, item Genuæ & Arelatæ. Forsitan illius temporis consvetudo à nostrâ diversa fuit. Qvoties enim hodie variantur fercula, tunc unius ferculi causa, discum variari oportuit: si modò sanctis hisce reliqviis fides habetur. An magis perspicua reqviritur falsitas? Idem est de linteo, qvo Christus Apostolorum pedes abstersit, postqvàm eos abluisset: unum est Romæ ad Johannis Laterensis: alterum Aqvis in Germania, ad Cornelii, cum impresso vestigio pedis Judæ. Alterutrum falsum esse, necesse est. Qvid ergò judicabimus? Sinamus eos inter se contendere, qvoad alteri causam suam probaverint. Interim censeamus meram esse impostura: persvadere hominibus velle, linteum, qvod Christus reliqvit in ea domo, in qva cœ-

fruſtum Romæ oſtenditur, ad Mariæ Novæ: & fruſtulum ad Salvatoris in Hiſpania. Refert ſcriptura, portionem aliqvam Mannæ fuiſſe reſervatam, tanqvam monumentum magni illius miraculi, qvo DEUS populum Judaicum in deſerto pavit. Sed de qvinqve panum reliqviis, Evangeliſta non commemorat, qvidqvam fuiſſe hoc fine aſſervatum: neqve ulla veterum hiſtoria, ullusvé antiqvorum Eccleſiæ Doctorum mentionem facit. Facile eſt igitur judicare, id poſtea pinſitum fuiſſe, qvod nunc monſtratur.

Idem judicandum de ramo; qvi eſt ad Salvatoris in Hiſpania. Ajunt enim eum eſſe, qvem Chriſtus geſtabat, cùm die Paſchatis, qvod floridum vocant, Ieroſolymam ingreſſus eſt. Verùm, à Chriſto geſtatum fuiſſe ramum, nusqvam recitatur in Evangelio. Commentum igitur evidens eſt.

Deniqve in hunc ordinem redigendæ ſunt reliqviæ, qvæ ibidem exhibentur: nempe terra, qvæ ſub pedibus Chriſti jacebat, cùm Lazarum ſuſcitaret. Qvæſo, qvis tam diligenter notavit locum? ut poſt Ieroſolymæ everſionem, qva omnia in Judæa mutata ſunt, locus, in qvo Chriſtus ſemel pedem poſuit, certò potuerit deſignari.

Jam ad præcipuas DOMINI reliqvias veniendum, illas ſcilicet, qvæ ad mortem & paſſionem ejus pertinent: ac primùm de cruce, in qva pependit, agamus. Pro certo haberi ſcio, Helenam, Conſtantini Imperatoris Romani matrem ipſam reperiiſſe: nec ignoro, qvid veteres nonnulli Doctores ſcripſerunt in ejus rei comprobationem: nempe ut certum ſit, eam ſine ulla dubitatione eſſe crucem, cui Chriſtus ſuffixus eſt. Horum omnium fides ſit penes rem ipſam. Utcunqve ſit, vel ſtulta curioſitas, vel ineptus religionis zelus ipſam huc impulit. Sed fingamus, opus laude dignum fuiſſe, qvòd inveniendæ cruci tantum operæ poſuerit; atqve DOMINUM tunc miraculo declaraſſe, ſuam fuiſſe crucem: ſolùm temporis noſtris rationem habeamus.

Crucem illam, qvam Helena reperit, adhuc Ieroſolymis eſſe ferunt, atqve id nemini dubium eſt: qvanqvam Eccleſiaſtica hiſtoria apertè repugnet. Illic enim refertur, Helenam partem ejus Imperatori filio ſuo miſiſſe, à qvo ſupra columnam porphyream Conſtantinopoli fuerit collocata: alteram verò partem ab ea fuiſſe argentea theca incluſam, qvam Epiſcopo Ieroſolymitano ſervandam dederit. Itaq; aut mendacii coarguamus hiſtoriam, aut qvæ ho-

ſi vel ea tantùm, qvæ tenco, recitare velem, juſtum certè librum catalogus eorum implere poſſet. Nullum eſt tam exiguum oppidum, in qvo fruſtum aliqvod non habeatur. Neq; tantùm in Eccleſia primaria, verùm etiam in nonnullis parochiis: nulla tam vilis Abbatia, in qva aliqvid non monſtretur. Atqve adeò nonnullis in locis craſſiores aſſulæ: ut Lutetiæ ad ſacri ſacelli: Pictavii: & Romæ, ubi crucifixus mediocris magnitudinis totus ex ea factus eſſe fertur. Deniqve ſi congeſta in acervum eſſent omia, qvæ reperiri poſſent, integrum navis onus efficerent: cùm tamen Evangelium teſtificetur, ab unico homine ferri potuiſſe. Qvantæ igitur audaciæ fuit, ligneis fruſtis ſic totum implere orbem, qvibus ferendis ne trecenti qvidem homines ſufficiant?

Atqvi excuſationem illam excogitârunt qvantumcunqve inde abſcindatur, nunqvam tamen imminui. Sed commentum adeò ſtultum & abſurdum eſſe conſtat, ut ſuperſtitioſi ipſi facilè id intelligant. Cogitandum igitur omnibus relinqvo, qvid certi haberi poſſit de lignis omnibus, qvæ pro vera cruce hìc & illic adorantur. Undè verò fragmenta qvædam allata ſint, & qva via aut ratione, dicere omitto. Veluti nonnulli aſſerunt, ad ſe ab Angelis delata eſſe: alii, è cœlo decidiſſe. Pictavienſes referunt, id, qvod habent, à muliere qvadam Helenæ ancilla ſubreptum atqve allatum fuiſſe: qvæ cùm aufugeret, errabunda circa eam regionem appulit. Hoc etiam addunt fabulæ, eam fuiſſe claudam. En præclara fundamenta, qvibus miſeram plebem ad idololatriam impellunt. Nec enim eo contenti, qvòd imperitis ac rudibus impoſuiſſent, vulgare lignum pro ligno crucis oſtentando: ſed definierunt etiam, prorſus eſſe adorandum. Qvæ doctrina omninò diabolica eſt: eamq; nominatim Ambroſius, ut Ethnicam ſuperſtitionem, improbat.

Crucem proximè ſubſeqvitur titulus, p.789
qvem Pilatus affigi juſſit: in qvo inſcripſit, JESUS Nazarenus Rex Judæorum. Sed ſciendum eſſet, qvo loco, tempore, & modo repertus eſt. Dicit aliqvis, Socratem hiſtoricum Eccleſiaſticum ejus facere mentionem. Fateor. Sed qvid de eo factum ſit, reticet. Ita haud magni momenti erit hoc teſtimonium. Præterea ſcriptum illud properè atqve extempore exaratum fuit, cùm jam Chriſtus crucifixus eſſet: qvamobrem alieniſſimum à ratione eſt, tabulam curioſè & veluti oſtentandi cauſa depictam exhibere. Si igitur unicus tantùm oſtenderetur & tamen pro falſo & ficto haberi poſſet: ſed cùm & Tholoſates id ſe habere ja-

est. Referam eos, de qvibus fui admonitus. Hinc vel minimus puer judicabit, diabolum nimis indignè mundo illusisse, omni ratione ac sensu ei ademtis, ne amplius hac in re discrimen habere posset. Si vera narrant antiqvi scriptores, ac præsertim Theodoretus veteris Ecclesiæ historicus, Helena unum filii sui galeæ inseri, reliqvos duos eqvi fræno aptari jussit: tametsi Ambrosius non omninò consentiat. Unum enim Constantini coronæ impositum fuisse dicit: ex altero frænum eqvi factum: tertium ab Helena servatum. Id ergo jam ante mille annos & ducentos controversum fuisse videmus, qvid de clavis factum esset. Qvid igitur nunc certi habere possumus?

At verò Mediolanenses jactant, se illum habere, qvi eqvi fræno insertus fuit. Intercedunt Carpentoractenses, sibiqve illum vendicat. Atqvi Ambrosius haud qvaqvam eqvi fræno insertum, sed frænum ex eo factum fuisse refert. Qvod nullo modo convenire potest cum iis, qvæ cùm Mediolanenses, tum Carpentoractenses affirmant. Est etiam alius Romæ ad Divæ Helenæ: alius ibidem ad Sanctæ Crucis: alius Senis: alius Venetiis, in Germania duo: unus Coloniæ ad trium Mariarum: alter Treveris, in Gallia unus Lutetiæ ad S. Sacelli: alius apud Carmelitas, alius ad D. Dionysii in Francia: alius apud Bituriges, alius in Abbatia, cui à Forficibus est nomen: alius Dragviniani. En numero qvatuordecim. Porrò unusqvisqve locus idoneis probationibus niti sibi videtur. Unum certè concedam: singulis æqvum jus esse. Itaqve nihil expeditius, qvàm eandem de omnibus ferri sententiam: nempe ut, qvicqvid jactant, pro mendacio ducamus: cùm id aliter expediri non possit.

Seqvitur mucro lanceæ, qvem unicum esse oportuit. Sed Alcumisticæ cujusdam fornacis forsitan ignem expertus, sic excrevit ac multiplicatus est. Qvatuor enim prodierunt: præter eos, qvi hîc illic habentur, meqve prætereunt. Unus est Romæ, alter Lutetiæ ad S. Sacelli, tertius apud Xantones in cœnobio, cui à Forficibus nomen est: qvartus Selvæ, prope Burdegalam. Qvis nunc eorum pro vero eligetur? Expeditius omninò erit omnes missos facere, & qvales sunt ipsi, tales sinere. Sed qvamvis unicus tantùm esset, tamen unde prodiisset scire vellem. Nec enim veteres historiæ, aut ulla aliorum scripta de eo mentionem faciunt. Recens igitur fabricatum fuisse necesse foret.

tio. Senis nescio qvot spinæ: Vincentiæ una: Biturigibus qvinqve: Vesontione Johannis tres: totidem in monte Regio. Ad Salvatoris in Hispania aliqvot, qvarum numerum non teneo. Compostellæ ad D. Jacobi duæ: apud Helvios tres: Tholossæ, Matisconæ, Charrovii Pictonum, Cleriaci, Sanfloridi, Sanmaximini in Provincia, item in cœnobio Sallæ, item Novioduni ad D. Martini. Singula hæc loca singulas habent spinas. Qvod si diligens inqvisitio fieret, plures qvadruplo possent nominari: deinde falsitatem & impostaram evidentissimè patere, necesse est. Qvid igitur certi de omnibus constabit? Adhæc notandum est, nunqvam in vetere Ecclesia scitum esse, qvid corona illa factum esset. Hinc facilè est concludere, primum virgultum multis post mortem Christi annis enatum fuisse.

Seqvitur vestis purpurea, qva Pilatus Christum induit, eum ludibrio habens, qvòd se regem nominasset. Erat autem preciosa vestis, haud ita temerè abjicienda. Nec existimandum est, Pilatum aut ejus domesticos sic eam abjeciisse, postqvàm semel Christum irrisissent. Eqvidem scire vellem, qvis mercator eam à Pilato emit, ut eam pro reliqviis asservaret. Ut autem aliqvid commento suo coloris adferant, qvibusdam guttis sangvinis aspersam ostendunt, qvasi verò nefarii illi voluissent regiam vestem perdere, posteaqvàm perludibrium eam humeris Christi imposuerant.

Nescio, an usqvam alibi qvæpiam aliæ ejusdem nominis reperiantur. Vestis qvidem contexta à summo ad infimum, *futuris carens, qvia ad incitandos ad pietatem rudes magis apta videbatur, plures alias peperit. Nam Argentolii, qvi pagus est in agro Parisiensi, exhibetur una, altera Treveris. Qvòd si verum dicit bulla, qvæ est ad Salvatoris Hispanienſis, Christiani inconsiderato suo zelo graviùs deliqverunt, qvàm impii illi milites, qvi non ausi sunt ipsam dividere. Christiani verò, qvò eam adorarent, discerpere veriti non sunt. Sed qvid respondebunt Turcæ, qvi eorum dementiam irridens, illam apud se esse dicit? Qvanqvam minimè necessarium est, eos cum Turca committere, ut cum ipso litigent. Sufficit enim, si suam inter se dirimant litem. Interim justa ratione excusabimur, si nullis eorum fidem adhibeamus, ne absqve causæ cognitione alicui favere videamur: id enim ab æqvitate esset alienum. Qvin etiam si fidem sibi haberi velint, primùm ipsos cùm Evangelistis convenire necesse

mines diligenter animaduertere, cujus formæ sit ea, qvæ Argẽtolii aut Treveris ostenditur. Certè invenient, Argentolienſem instar esse Missariæ vestis, qvam chasulam vocant. Itaq; etsi hominum configerent oculos, perspiceretur tamen eorum falsitas & qvasi manibus atrectaretur.

p.790. Ut finem faciam huic articulo, qvæstiunculam libens proposuero. Nempe, Milites inter se vestimenta Christi divisserunt, ut scriptura testatur. Hoc ab ipsis commodi sui causa factum esse, certissimum est. Indicent mihi nunc, qvis Christianorum redemit à militibus & tunicam, & alia vestimenta, qvæ alibi, veluti Romæ & Eustathii, & aliis in locis ostendantur? Qvomodo Evangelistæ ejus obliti sunt? Est enim absurdum dicere, milites inter se vestimenta partitos esse, nisi addatur, à qvibus redemta fuerint, ut tanqvam reliqviæ servari possent. Ad hæc, qvòd veteres scriptores adeò ingrati fuerunt, ut ne verbum qvidem ullum fecerint? Ad solvendas istas qvæstiones diem illis præfigo, qvo omnes sensu, intelligentia, atqve judicio carebunt.

Hoc melius, qvòd cum veste talos etiam habere voluerunt, qvibus sors à militibus jacta est. Qvorum unus est Treveris, alter ad Salvatoris in Hispania. In hoc autem genuinè infantiam suam prodiderunt. Jactas enim fuisse sortes referunt Evangelistæ, qvæ tunc è pileo vel urna solebant educi, uti cùm hodie fabis eligitur rex, vel Biancha, qvod vulgò ajunt, luditur. Deniqve nemini ignotum est, qvomodo sortes jaci soleãt, cum prædia aut hæreditates dividuntur. Bestiæ verò istæ imaginatæ sunt, sortes illas fuisse talorum ludum, qvi nondum in usu erat, saltem qvalem nostro tempore habemus. Nam punctorum loco, qvæ nostris adfixæ sunt, tunt certa qvædam habebant signa, qvæ nominibus suis appellabant, veluti venerem aut canem. Nunc exoscultantur reliqvias sub hominum tam ineptè mentientium & adeò stupidorum fide.

Jam de sudario tractandum est, in qvo adhuc apertiùs cùm impudentiam, tùm stoliditatem suam prodiderunt. Nam præter sudarium Veronicæ, qvod Romæ ad Petri ostenditur; & peplum virginis Mariæ, pudendis Domini, ut ferunt, impositum, qvod ad Johannis Laterensis monstratur: qvod rursum est Carcassonnæ apud Augustinienses: item illud sudarium, qvo obvolutum est caput ipsius in sepulchro, qvod ibidem exhibetur: sunt præterea sex ad minimum urbes, qvæ jactant, se integrum sepulturæ Domini sudarium habere: veluti Nicea illud, qvod è Camberiaco translatũ fuit. Item, Aqvæ in Germania. Item Trajectum. Item Vesontio. Item Cadonium. Lo-

valoris in Hispania, atq; apud Augustinenses Helviorum. Sudarium adhuc integrum prætermitto, qvod est Romæ in qvodam mulierum monasterio: qvoniam Papa solenniter illud ostendi vetuit.

Qvæso, annonnvaldè insanierunt homines, cùm in tam longinqvas regiones magno sumtu, majore molestia excurrerunt, ut panniculum cernerent, de qvo nihil omninò poterant habere certi: sed potius addubitare cogebantur? Qvisqvis enim sudarium certo qvodam in loco esse putat, cæteros, qvi se id habere jactant, accusat falsi: ut exempli gratia, qvi panniculum qvod fuit Camberiaci, verum esse sudarium credit, Vesontinos, Aqvenses, Cadonios, Trajectenses, & Romanos mendacii condemnat, & sceleris: qvòd plebem ad idololatriam impellant, atqve ita ei imponant, ut credat, prophanum panniculum esse linteum, qvo redemtoris sui corpus involutum fuit.

Nunc ad Evangelii testimonia veniamus. Parum enim esset, eos mutuò à se ipsis mendacii coargui, nisi Spiritus S. ipsis repugnans, omnes simul ad unum apertè convinceret. Primùm valdè mirum est, Evangelistas nullam Veronicæ mentionem facere, qvæ faciem Christi peplo obsterfit: cùm de mulieribus omnibus loqvantur, qvæ Christum ad crucem comitatæ sunt. Res qvidem præclara & memoratu digna fuit: faciem Christi linteo impressam stupendo miraculo fuisse. Contrà magni videtur esse ponderis, aliqvas mulieres Christum ad crucem comitatas nec ullum interim ipsis exhibitum esse miraculum. Qvi fit, ut Evangelistæ leves istas res nec magni adeò momenti referant, præcipuas verò taceant? Eqvidem si tale editum esset miraculum, ut vulgo imponitur, accusandus esset Spiritus sanctus aut oblivionis, aut inconsiderantiæ, qvi prudenter eligere neqviviſſet ea, qvæ referri magis conducebant. Hoc habeant pro Veronica sua: ut cognoscant omnes, qvàm apertum sit mendacium, qvod vulgo persvadere volunt. Qvod attinet ad sudarium, qvo involutum fuit corpus, similiter eos regatos velim: cùm Evangelistæ diligenter recenseant miracula, qvæ in morte Christi contigerunt, nec qvicqvam prætermittant eorum, qvæ pertinent ad historiam: qvomodo hoc ita ipsis excidit, ut tam excellens miraculum silerent? Nempe effigiem corporis DOMINI linteo, qvo sepultus fuit, inhæsisse. Id enim non minùs qvàm alia multa meritò referendum fuit. Cùm etiam Johannes declaret, Petrum ingressum in sepulchrum vidisse linteo, in qvibus humatus fuerat, seorsim dis-

Evangeliſtis nusqvam referri, lintea illa à diſcipulis aut piis mulieribus extra ſepulchrum translata eſſe, ſed potius ibi derelicta fuiſſe innuunt, licèt non exprimant. Sepulchrum autem à militibus cuſtodiebatur, in qvorum poteſtate poſtea linteum fuit. An veriſimile eſt, eos pio alicui dediſſe, ut pro reliqviis haberetur? præſertim cùm Phariſæi eos ad perjurium illexiſſent pecunia, ut ſic affirmarent, corpus à diſcipulis ſubreptum clàm fuiſſe.

Omitto, qvòd falſitas ſolo figurarum, qvas oſtendunt, aſpectu coargui ac convinci poteſt. Manu enim hominum depictas eſſe, facilè perſpicitur. Nec poſſum ſatis mirari, primùm, qvomodo tam obtuſi fuerunt ingenio, ut aſtutia ad fallendum aptiore caruerint: ac longè magis, qvomodo tam ſtolidi fuerunt homines, ut ſibi oculos perſtringi ſinerent, ne rem adeò perſpicuam intuerentur. Qvin etiam ſe ad manum pictores habere oſtenderunt. Combuſto enim uno ſudario, aliud perindie in integrum compertum eſt, qvod id ipſum qvidem eſſe affirmabant, qvod priùs cernebatur: ſed adeò recens erat pictura, ut mendacio non eſſet locus, ſi modò oculi ad cernendum fuiſſent.

Deniqve ut finem faciam, ſolidiſſima hac ratione prorſus eorum impudentia convincetur. Qvibuscunqve in locis ſacrum ſe ſudarium habere jactant, ibi linteum grande monſtratur, qvo tegebatur
p. 791. totum corpus unà cum capite: atqve illic integri & continui corporis effigies conſpicitur. Johannes autem Evangeliſta refert, Chriſtum Judæorum more & ritu fuiſſe ſepultum. Qvalis mos ille fuerit, non ſolùm percipi poteſt ex Judæis, qvi etiamnum ipſum obſervant: ſed etiam ex eorum libris, qvibus antiqvus ille mos declaratur. Nempè corpus ſeorſim ad humeros usqve involvere ſolitos: deinde cameros usqve involvere ſolitos: deinde caput peplo, qvatuor augulis in nodum collectis, obligare. Qvod etiam exprimit Evangeliſta, cùm ait, Petrum lintea, qvibus involutum fuerat corpus, ex una parte vidiſſe: ex altera verò ſudarium, qvod impoſitum fuerat capiti. Talis enim ſudarii ſignificatio, ut pro panniculo, qvo abſterguntur ſudores, aut pro peplo accipiatur: non pro grandi linteo, qvo totum corpus involvi ſolet: tameſi ego unà cum ipſis voce abuſus ſum.

Ut paucis concludam: aut Johannem Evangeliſtam mendacem eſſe, aut omnes, qvi ſudarium habere jactant, falſitatis convinci, neceſſe eſt: ut apertè conſtet, eos Pilati per ludibrium cæderetur. Ibidem ad Crucis oſtenditur ſpongia, qva fel cum myrrha ori ipſius oblatum eſt. Qvæſo, ubi illa recuperata fuerunt? Impii ea habebant in manibus. An præbuerunt Apoſtolis, ut pro reliqviis aſſervarent? vel an ex ipſi incluſerunt, ut poſſent in futurum conſervari? Qvantum ſacrilegium, ſic nomine Chriſti ad fabulas adeò frigidas obtegendas abuti?

Eadem ratio eſt denariorum, qvos Judas, ut Dominum proderet, accepit. Refert Evangeliſta, redditos fuiſſe ab ipſo in ſynagoga Phariſæorum: inde emtum fuiſſe agrum, in qvo peregrini ſepelirentur. Qvis verò è venditoris manu denarios illos recepit? Si diſcipulos recepiſſe dicant, nimis ridiculi erunt. Alius igitur color paulò ſpecioſior eſt qværendus. Si longo pòſt tempore id factum fuiſſe reſpondeant, id longè minus coloris habiturum eſt: cùm per varias manus pervagari, aliisqve admiſceri potuerint. Eſſet igitur ab ipſis commonſtrandum, dominum agri ea ratione ipſum vendidiſſe, ut denarios illos recuperaret, qvos haberet pro reliqviis, aut ut iterum eos venderet fidelibus. De hoc autem nulla unqvam in Eccleſia veteri habita eſt mentio.

Simile commentum eſt de gradibus prætorii Pilati, qvæ ſunt Romæ ad Johannis Laterenſis: cum foraminibus, in qvæ guttas ſangvinis à corpore DOMINI decidiſſe ferunt. Ibidem ad Praxedis oſtenditur columna, cui alligatus fuit, cùm flagellis cæderetur: tres verò aliæ ad Crucis, per qvas moriturus circumductus eſt. Has omnes columnas neſcio ubi ſomniârunt. Hoc certè non dubium, qvin ipſi cerebro ſuo eas imaginati ſint. Nihil enim in tota Evangelii hiſtoria de iis legimus. Legitur qvidem cæſum flagellis Chriſtum: alligatum verò fuiſſe columnæ, eorum commentum eſt. Perſpicietur ergò, nihil aliud hos impoſtores, qvàm immenſum qvoddam mendaciorum pelagus coacervare conatos eſſe: in qvo tantum ſibi licentiæ tribuerunt, ut ex cauda aſini, qvo DOMINUS geſtatus eſt, reliqvias fingere non ſint veriti: ea enim Genuæ monſtratur. Sed eorum impudentia non magis commoveri nos decet, qvàm amentia & ſtupiditate hominum, qvi ſumma religione tale ludibrium amplexi ſunt.

Hic objicere poſſet aliqvis, non eſſe veriſimile, reliqvias, qvas jam nominavi, tanta pompa oſtendi, qvin ſimul allegari poſſit, unde profectæ, & è cujus manu receptæ fuerint? Ad id unico verbo reſpondere li-

probent, Christum qvatuordecim clavis affixum cruci: aut septem qvandam integram spineæ coronæ conficiendæ implexam: aut mucronem lanceæ tres alios peperisse: vel tunicam ipsius ita multiplicatam, ut tres productæ sint: vel immutasse formam, ut ex tunica fieret missaria vestis, qvæ nihil habet simile: vel ex unico sudario, tanqvam ex gallinæ pullatione, tantum numerum prodiisse: ac Christum aliter sepultum fuisse, qvàm Evangelistæ referunt.

Si plumbi massam ostendens dicerem: Aurum hoc mihi à tali Principe datum est, meritò demens esse censerer, neqve ob assertionem meam plumbi color aut natura immutaretur, ut aurum fieret. Sic cùm dicitur: en qvod Godofredus Biliomius in has regiones misit, postqvàm Judæam subegisset, ratio autem apertè repugnat mendacio, an ita finemus nobis verba dari, ut non intueamur ea, qvæ oculis nostris patent?

Enimverò ut sciant omnes, qvàm tutum sit fidem adhibere iis, qvæ pro reliqviarum approbatione adducunt: notandum est, præcipuas & maximè authenticas, qvæ Romæ visuntur, à Tito & Vespasiano, ut ajunt, allatas esse. Est autem commentum nihilominùs vafrum, qvàm si diceretur Turca Ierosolymam profectus, ut inde crucem DOMINI Constantinopolim adferret. Vespasianus, priusqvàm Imperator factus esset, partem Judææ subegit ac vastavit: postea cùm Imperium esset adeptus, Titus ejus filius, qvem in Judææ legatum suum reliqverat, Ierosolymam cepit. Erant autem Ethnici, qvibus non magis curæ erat Christus, qvàm qvi nunqvam natus esset. Itaqve judicari potest, annon perinde audacter ausi sint mentiri, cùm Godefredum Biliomium, aut Regem Ludovicum allegârunt, qvàm cùm Vespasianum authorem laudant.

Præterea, qvo judicio præditi fuerint, animadvertant, cùm Rex ille, qvem Ludovicum vocant, tum ejus similes. Erat qvidem in illis species religionis, & zelus qvaliscunqve propagandi nominis Christiani. Sed si caprarum stercora eis ostensa fuissent, ac simul dictum fuisset, coronas esse divæ Mariæ: ea sine contentione ulla adorassent, vel importassent suis navibus aliqvo in loco honorificè collocanda. Ac certè & opes, & corpora sua consumserunt, atqve etiam ditiones suas bona ex parte exhausserunt, ut acervum nescio qvem nugarum & minutiarum referrent, qvibus fascinatæ erant ipsorum mentes, qvæ vulgò Indorum regio vocatur, Antiqvaria, qvæcunqve miseri isti Idololatræ habere se putant, ostendi cum magna affirmatione; qvid de illis atqve iis judicandum est? Dicent nostrates, illinc reliqvias esse? Christiani, qvi adhuc illinc morantur, eas se habere affirmant, stultam nostram jactationem rident. Qvomodo lis ista dirimi poterit sine inqvisitione, qvæ fieri nullo modo potest, nec unqvam fiet? Qvamobrem unicum remedium est, spretis utrisqve, rem, ut est, in statu suo relinqvere.

Ultimæ reliqviæ, qvæ ad Christum pertinent, sunt, qvæ ipsius resurrectionem sequuntur: veluti piscis assi frustum, qvod Petrus ei obtulit, cùm ad littus maris ipsi apparuisset. Verùm mirabili condimento ipsum aspergi oportuit, ut tam diuturno temporis spacio servari posset. Sed, prætermissis jocis, an existimandum est, Apostolos ex eo reliqvias fecisse, qvod prandii causa paraverant? Qvisqvis apertam hîc irrisionem DEI non perspiciet, eum ut belluam ampliore monitione indignam relinqvo. Est præterea miraculosus sangvis, qvi ex pluribus hostiis manavit: ut Lutetiæ ad Johannis Arenarii: item ad Johannis Angelici: item Divioni & plerisqve aliis in locis.

Atqve ut acervum majorem efficerent, sacrum cultellum addiderunt, qvo Lutetiæ à Judæo qvodam hostia transfixa fuit, qvem miseri Parisienses majori reverentia, qvàm hostiam ipsam prosequuntur. Qvod Doctor à qvercu iniqvè ferens (nam cùm parochiam teneret D. Johannis Arenarii, donaria, qvæ hostiæ offerebantur, illi obveniebant: qvantum dabatur cultello, tantum ex ejus lucro minuebatur) Judæis clamitabat esse deteriores ipsos, qvòd adorarent cultellum, qvi violando sacrosancto corpori Christi instrumentum fuerat. Hoc adduxi, qvoniam idem dici potest de lancea, clavis ac spinis: nempe omnes, qvi ea adorant, ex sententia Magistri nostri à qvercu, scelestiores esse Judæis, qvi Christum crucifixerunt.

Similiter ostenduntur pedum vestigia; qvæ solo impressit, cùm nonnullis post ascensionem appareret: veluti Romæ ad Laurentii in eo loco, ubi Petro factus est obvius: eiqve prædixit, ipsum passurum Romæ. Aliud Pictavii ad Radegondæ. Aliud apud Svessiones. Aliud Arelatæ. Non disputo, an Christus pedis sui vestigium lapidi imprimere potuit: sed de facto tantùm disputo: ac dico, cùm nulla adsit probatio legitima, totum id pro fabula habendum es-

ea loqvi me pudeat.

Pergamus igitur, & diſpiciamus, qvid de imaginibus ipſius dicatur: non de iis, qvæ vulgò à pictoribus fiunt, aut ſculptoribus & fabris; earum enim eſt infinitus numerus: ſed de iis qvæ præcipuam aliqvam dignitatem habent: ſingularesqve & præcioſæ habentur, ceu reliqviæ. Harum a. 2. ſunt genera. Nonnullæ enim per miraculum factæ ſunt: ut qvæ Romæ oſtenditur ad Mariæ, qvæ vocatur in portice. Item alia ad Johannis Laterenſis. Alia, in qva effigies Domini, cùm duodecim annorum eſſet, depicta eſt. Item alia apud Lucenſes, qvam ab Angelis effictam eſſe ajunt, & vocatur vultus ſanctus.

Fabulæ ſunt adeò futiles, ut operam luſurus ſim, ac mihi nimiùm ridiculus & ineptus videar, ſi iis refutandis inſiſtam. Qvamobrem obiter eas notaſſe ſufficiet. Nemo enim ignorat, picturam ad Angelorum munus minimè pertinere: atqve Dominum longè aliter à nobis cognoſci velle, atqve in memoriam noſtram reduci, qvàm per mortuas imagines.

Euſebius refert in hiſtoria Eccleſiaſtica, eum regi Abagaro imaginem ſuam ad vivum depictam miſiſſe. Verùm id haud plus certitudinis habet, qvàm aliqvod ex Chronicis Meluſinæ commentum. Sed tametſi ita eſſet, qvomodo eam ab Abagaro rectè nacti ſunt? Romæ enim eam ſe habere jactant. Non dicit Euſebius, illam ad ſua usqve tempora integram manſiſſe: ſed ex auditu tantùm loqvitur, tanqvam de re longo jam antè tempore transacta. Credibile ſcilicet, eam ſexcentis aut ſeptingentis poſtea annis ſuſcitatam, atqve è Perſia Romam usqve veniſſe.

Eodem modo crucis imagines fabricati ſunt ut corporis. Nam Brixiæ jactant eam ſe crucem habere, qvæ Conſtantino apparuit. De qva adverſus eos mihi non eſt litigandum: ſed eos mitto ad Curtonenſes, qvi eam apud ſe eſſe conſtanter aſſeverant. Litigent ergò inter ſe. Qvi litem obtinuerint, tunc prodeant, eisqve reſpondebitur. Qvanqvam facilis ſit reſponſio, qva dementiæ convinci poſſint. Nam qvod ſcriptores nonnulli dixerunt, Conſtantino crucem apparuiſſe, de cruce materiali intelligendum non eſt: ſed de figura, qvæ per viſionem ipſi in cœlo exhibita fuit. Qvamvis igitur id verum eſſet, tamen perſpicitur, eos nimis ſtupidè aberraſſe. Itaqve impoſturas ſuas abſq; fundamento extruxerunt.

Qvod attinet ad ſecundam ſpeciem ima-

tiæ aut potiùs qvàm beluinæ ſtupiditatis, id credere, ridiculus ero. Eſt enim res adeò per ſe adſurda, ut in ea refutanda operam conſumere minimè neceſſe ſit. Tamen miſera plebs adeò hebes eſt, ut major pars non minùs certum id eſſe putet, qvàm Evangelium. In hunc ordinem redigo crucifixorum imagines, qvæ locutæ ſunt: qvorum magna eſt multitudo. Sed exempli cauſa unâ contenti ſimus: ea ſcilicet, qvæ eſt ad D. Dionyſii in Francia. Locuta eſt, inqviunt, ut dicatam eſſe Eccleſiam teſtaretur.

An rei magnitudo id poſceret, cogitandum relinqvo? Sed adhuc qværo: qvomodo crucifixi imago tunc in templo eſſe potuit, cùm in dedicatione omnes imagines ſoleant è templis erui? Qvomodo ſeſe tunc ſuffurata eſt, ne cum cæteris transferretur? Videmus ſanè, nihil eos negotii ſibi eſſe putaſſe infallendo mundo, cùm pro nihilo duxerint, ſi apertè ſibi ipſi repugnârint: ſed illis ſatis fuit, mendacia pleno ore evomere: minimè præcaventes ea, qvæ objici poterant.

Deniq; ſunt & lachrymæ: una Vindonici, alia Treveris, alia apud D. Maximum, alia Aureliæ ad Petri puellaris, præter eas, qvæ mihi ſunt incognitæ. Aliæ, ut ajunt, ſunt naturales: ut ea apud D. Maximum. Nam juxta eorum Chronicon decidit Domino, cùm Apoſtolorum pedes ablueret. Aliæ ſunt miraculoſæ, qvaſi credendum ſit, ligneas crucifixi imagines adeò ſtomachoſas eſſe, ut lachrymentur. Verùm eis hæc culpa ignoſcenda eſt. Ipſos enim puduit, minora à ſuis, qvàm ab Ethnicorum ſtatuis, effici. Fingebant autem Ethnici, Idola ſua interdum lachrymari. Itaqve hæc illis jure adjungi, & in eundem ordinem redigi poſſunt.

Qvod ad Virginem Mariam ſpectat, qvia corpus ejus in terris eſſe negant, ademta eſt eis occaſio jactandi, ſe oſſa ipſius habere. Alioqvin eos nobis perſvaſuros fuiſſe arbitror, corpus ei tantæ fuiſſe magnitudinis, ut ſacrophagum mille cadaverum implere poſſet. Etenim, qvod in toto corpore negabatur, id ſibi vendicaverunt in capillis & lacte. Capilli aliqvi monſtrantur Romæ ad Mariæ ſupra Minervam: ad Salvatoris in Hiſpania, Matiſconæ, Cluniaci, Nuceriæ, ad Sanfloridi, ad Saniacqverii, ac plerisqve aliis in locis. Locos autem annumerare, ubi lac oſtenditur, non neceſſe eſt. Nullus enim eſſet operi finis. Nec enim ullum eſt tam parvum oppidulum, nullum tam vile Cœnobium, ſive Monachorum, ſive monialium, ubi non aliqvid monſtre-

rent: qvantum in exigua pyxide aut vitrea aut crystallina posset contineri: ne res propiori aspectui pateret.

Verùm etsi sanctissimæ virgini mammæ distentiores fuissent, qvàm vaccæ, ac toto vitæ suæ tempore nutrix fuisset, vim tamen eis tantum lactis reddere potuissent. Rursum libenter qværerem, qvomodo lac istud, qvod hodie monstratur ubiqve, colligi potuit, ut in tempus nostrum servaretur? neminem adeò curiosum fuisse, legimus. Legitur qvidem, Pastores adorasse Christum: Magos ei munera obtulisse: sed nusqvam legimus, eas lac abstulisse loco præmii. Refert Lucas id, qvod Simeon virgini prædixit: petiisse verò lac à virgine, non refert. Si tantùm hoc spectetur, majore argumentatione opus non est: qvò patefiat, qvàm alienum sit ab omni ratione hoc delirium, atqve omni specie careat. Mirùm profectò, qvod istis in mentem non venerit, ei amputare ungves, aliaqve ejusmodi, cùm nihil aliud de ejus corpore nanciscì possent: sed non omnium fortasse memores esse potuerunt.

Cætera, qvæ habere se jactant, de reliqviis virginis, sunt de ejus sarcinis aut supellectilibus. Primum Carnutis est qvædam interula, qvæ idolum est satis celebre: alia etiam Aqvis, in Germania. Unde eas nacti fuerint, prætermitto. Nam certissimum est, Apostolos, cæterosqve pios homines, non tam stolidos fuisse, ut animum in rebus adeò frivolis occuparent. Verùm inspiciatur tantummodò forma: ac protinus cedam, nisi oculis ipsis eorum impudentia cernatur.

Cùm Aqvis in pompa circumfertur interula, qvam ibi esse diximus: appenditur perticæ æqvè longæ, ut alba sacerdotalis, qvam vocant. Aqvi licet Virgo Maria fuisset ex Gigantum progenie, vix tamen adeò grandem interulam gestasset. Ut autem reddatur illustrior, simul feruntur D. Josephi caligulæ, qvæ puero porsus aut nano aptæ forent. Vetere proverbio dicitur, mendacem memorem esse oportere, ne oblivione lapsus, in seipsum impingat. Malè profectò observata ab eis fuit hæc regula, cùm de proportione inter caligas viri & interulam uxoris constituenda non cogitaverunt.

Nunc excurrant homines, cum summa religione exosculatum tales reliqvias, qvæ nullam omninò speciem veritatis habent.

Pepla duo tantùm scio, unum Treveris ad D. Maximi, alterum Lisii in Italia. Sed animadverti vellem, cujus telæ sint: simulqve an eo tempore in Judæa talis formæ usus fuerit. Vellem etiam, ambo inter se conferri: ut, qvæ sit inter ea similitudo, tium esse putem? Respondeo, me idem existimare qvod de eo cingulo, qvod Pratæ: item de eo, qvod est ad Mariæ Montis ferrati: item de crepida, qvæ est apud Saniacqverium: item de calceo, qvi apud Sanfloridum esse fertur. Qvod si nihil esset aliud nemo vel mediocri prudentia præditus ignorat, talem piorum morem non fuisse calceos & caligas colligendi, qvò ex iis reliqvias facerent: neqve ullam eorum plus qvàm qvingentis post virginis decessum annis, habitam esse mentionem. Qvid igitur majore disceptatione opus est! Ac si res esset dubia.

Qvin etiam hoc sanctissimæ virgini imponere voluerunt: eam scilicet ornandi sui & comæ pectendæ valdè curiosam fuisse. Duos enim ostendunt ejus pectines: unum Romæ ad Martini: alterum Vesuntii ad Johannis: præter eos, qvi alibi etiam ostendi possunt. Nisi id sit virginem sacrosanctam ludibrio habere, qvid sit ludibrium, non intelligo. p.794.

Nec verò obliti sunt annulli sponsaliorum. Habetur enim Perusii. Qvia nunc eum morem servamus, ut vir in Sponsione facienda cum vxore eam donet annulo: talem etiam eo tempore fuisse, imaginati sunt, ac majore inqvisitione neglecta, pulchrum & pretiosum annulum in hunc usum statuerunt: nec considerârunt inopiam, in qva virgo Sanctissima vitam transegit.

De vestibus ejus nonnullæ Romæ habentur ad Johannis Laterensis, ad Barbaræ, ad Mariæ supra Minervam, ad Blasii: item ad Salvatoris in Hispania, saltem fragmenta qvædam sese habere jactant. Audivi etiam alia loca nominari: sed eorum minimè recordor. Tantùm materiam vestium inspici oporteret, qvò falsitas deprehendatur.

Ipsis enim visum est, tam facile esse virginem suo arbitrio vestire, qvàm Idola sua, qvibus subinde novos ornatus fingunt.

Supereſt, ut de imaginibus loqvar: non de vulgaribus, sed de iis, qvæ præter cæteras singulari aliqva dote commendantur. Imponunt autem Lucæ: ipsum qvatuor Romæ depinxisse in eo loco, ubi nunc templum est Mariæ, qvæ vocatur inviolata: qvarum una illic in sacrario monstratur: eamqve devotioni suæ, ut ajunt, aptavit, cum annulo, qvo Joseph eam sibi desponderat. Altera ostenditur Romæ ad Mariæ Novæ, qvam etiam à Luca Troade effictam ferunt: ac postea illuc ab Angelo importatam. Tertia ad Mariæ, qvæ dicitur Ara cœli: ea forma, qva prope crucem erat. Verùm ad Augustini præcipuam omnium se habere jactant: nam si fides ipsis adhibeatur, ea est, qvam Lucas secum perpetuò

lolatram effingere? Qvid verò habent coloris, qvo Lucam pictorem fuisse persvadeant? Paulus qvidem ipsum Medicum vocat. Pingendi verò artem undè isti affinxerint, prorsus ignoro. Qvòd si verum esset, hoc artificio usum esse: nihilo tamen verisimilius fuerit, ipsam virginem Mariam, qvàm Jovem, aut Venerem, aliudvé idolum pingere maluisse. Non fuit certè tunc in more Christianis idola habere: sed longo pòst tempore is usus invaluit, dum Ecclesia superstitionibus corrupta est, & tamen referti omnes orbis anguli imaginibus, qvas à Luca depictas esse ferunt: veluti Cammeraci ac plerisqve aliis in locis. Sed qvali specie? Tam honesta, ac si qvis impudicam fœminam depingeret.

Sic eos excæcavit DEUS, ut non major fuerit in ipsis, qvàm in bestiis mutis consideratio. Qvanqvam haud ita mirum mihi videatur, qvòd Lucæ virginis imagines attribuerint, cùm idem similiter Jeremiæ ausi sint imponere. Cujus impudentiæ testis est puteus Arvernorum. Jamjam, ut arbitror, miseros homines oculos recludere, ac rem tam perspicuam cernere, tempus fuerit.

De Josepho dicere omitto: cujus nonnulli crepidas, ut Treveris in cœnobio Simeonis, alii caligas, ut jam diximus: alii ossa habent. Sed exemplum qvod jam protuli, mihi sufficit, qvò tanta stoliditas detegatur.

Hìc D. Michaëlem subjungam, ut virginem Mariam comitetur. Ego verò jocari videbor, si de angeli reliqviis recitem. Comœdi enim & histriones ipsi hæc irrisérunt. Sed non propterea desierunt impostores Monachi & sacrifici populum seriò fallere. Carcossonenses enim jactant, se ejus habere reliqvias: similiter & Turonenses ad Juliani: ad Magni verò Michaëlis, qvi peregrinorum confluxu adeò freqvens est, ostenditur ejus sica, pugioni puerili persimilis: atqve etiam clypeus ei valdè accommodatus. Est enim similis cucurbitulis æreis, qvæ frenis eqvorum affigi solent. Nemo profectò hominum aut etiam muliercularum tam habes, cui, qvàm ridicula hæc sint, non pateat. Sed qvia sub religionis velo tecta sunt hæc mendacia: DEUM & Angelos irridere, malum non videtur.

At objicient, scripturis testatum esse, Michaëlem pugnasse adversus diabolum; verùm si ense vincendus esset diabolus, validiore & acutiore opus foret, qvàm ille sit. Suntné adeò belluini, ut existiment, bellum, qvod cùm Angeli, cùm fideles gerunt, hac cupiditate flagrare, idola & imagunculas, DEI loco adorandas, undiqve congerendi.

Ut ordinem servemus, nunc de Johanne Baptista tractandum est, qvi juxta historiam Evangelii, id est, veritatem DEI, postqvàm capite plexus esset, à discipulis suis humatus est. Theodoretus refert, sepulchrum eius, qvod erat Sebastæ, Syriæ oppido, aliqvanto postea tempore ab Ethnicis apertum, ossa fuisse exusta, & cineres in aërem sparsos: tametsi addit Eusebius, Ierosolymitanos qvosdam supervenisse, qvi clàm inde aliqvid subripuerunt, & tulerunt Antiochiam, qvod postea Athanasius intra murum includit: Caput verò Sozomenus scripsit à Theodosio Imperatore Constantinopolim delatum fuisse. Qvamobrem, ut veteres historiæ testantur, totum corpus, demto capite, exustum fuit, ac perierunt ossa & cineres omnes, præter exiguam qvandam portionem, qvæ clàm ab Ierosolymitanis subrepta est. p. 795.

Nunc qvæ de eo extent, videndum: Ambiani se faciem habere gloriantur: & in larva, qvam ostendunt, vulnus apparet, qvod Herodiadem cultro inflixisse dicunt, sed repugnant Johannis Angelici incolæ, atqve eandem partem ostendunt. Reliqvum verò capitis, nempe à fronte ad cervicem usqve erat qvondam in Rhodo, nunc verò ut arbitror Melitæ. Saltem ejus ordinis fratres simulaverunt, sibi à Turca fuisse redditum. Occiput est Nemorosi: cerebrum Novii Rantzovienſis. Sed nihilominùs ad Johannis Morienni pars capitis habetur. Est etiam ejus mandibula Vesontionæ ad Johannis Majoris. Altera pars est Lutetiæ, ad Johannis Laterensis, & extremum auriculæ ad Sanfloridi in Arvernia. Frons verò & capilli, in Hispaniâ ad Salvatoris. Est etiam Novioduni frustum aliqvod, qvod magnifico apparatu ostendi solet. Qvædam etiam pars (qvalis ea sit, ignoro) Lucæ habetur.

Hæccine ita sunt? Nunc eatur Romam: & in Sylvestri cœnobio integrum Johannis caput esse audietur. Fingunt Poetæ, qvondam in Hispania regem, nomine Gerionem, fuisse tricipitem: si nostri reliqviarum fabricatores idem de Johanne Baptista dicere possent, id ipsis ad juvanda mendacia sua valdè commodum esset. Sed cùm non sit huic fabulæ locus, qva excusatione utentur? Nolo autem ipsos adeò urgere, ut qværam, qvomodo sic minutatim concisum fuerit capus ipsius, ut in tot tamqve varios locos dividi posset. Hoc qvomodo ipsum nacti sint è Constantinopoli. Solùm dico, Johannem nostrum fuisse opor-

brachium habere jactant? qvod veteribus hiſtoriis omnibus, ut jam diximus, repugnat. At nihilominùs toleratur hæc impoſtura, imò etiam approbatur, ut in Antichriſti regno nihil cenſetur malum, dummodò populum in ſuperſtitione retineat.

Aliam præterea fabulam excogitârunt: nempe, cùm ejus corpus exuſtum fuit, digitum, qvo Chriſtum monſtraverat, manſiſſe, nec ullo modo fuiſſe violatum. Hoc autem veteribus hiſtoriis non ſolùm conſentaneum non eſt, verùm etiam ex ipſis facilè poteſt coargui. Euſebius enim & Theodoretus nominatim referunt, corpus ad oſſa uſq; conſumtum fuiſſe, cùm Ethnici ipſum rapuerunt. Nec certè talis miraculi obliti eſſent, ſi accidiſſet. Nam alioqvin in referendis talibus nugis plus ſatis curioſi ſunt. Sed tametſi hoc verum foret, ubi ſit digitus iſte, pauliſper audiamo. Unus eſt Veſontionæ ad Joannis Magni: Tholoſſæ alius: alius Lugduni: alius Biturigibus: alius Florentiæ: alius ad Joannis fortuiti propè Matiſconem.

Hîc nihil aliud dico, qvàm qvòd lectores omnes rogatos velim, adverſus monitionem adeò certam & perſpicuam animum obdurent: ne in tam clara luce claudant oculos, qvò tanqvamin tenebris ſeduci ſe patiantur. Si præſtigatores eſſent, à qvibus ita faſcinarentur oculi noſtri, ut digiti in una manu ſex eſſe viderentur, tamen eò uſqve eſſemus circumſpecti, ut cautionem adhiberemus adverſus impoſturam: hîc autem nullus eſt ingenioſus aſtus: tantùm hoc agitur, an credere velimus, D. Joan. digitum eſſe Florentiæ, & qvinqve aliis in locis (idem de Lugduno, & Biturigibus & reliqvis.) Vel ut paucioribus dicam, an velimus credere, ſex digitos non niſi unum eſſe, aut unicum eſſe ſex.

De iis tantùm, qvæ mihi cogaita ſunt, verba facio. Nec dubito, ſi inqvireretur diligentius, adhuc totidem alibi repertum iri. Capitis certè alia adhuc fragmenta reperirentur, qvæ taurini capitis magnitudinem ſuperarent. Verùmne qvid prætermitterent, finxerunt etiam, ſe ejus habere cineres, qvorum partem Genuæ, alteram Romæ ad Joannis Laterenſis eſſe ferunt. At legimus, eos per aëra ſparſos fuiſſe: ac nihilominùs jactant, ſe bonam eorum partem habere, ac præſertim Genuenſes.

Nunc reſtant ea, qvæ proximè ad corpus accedunt: veluti calceus, qvi Lutetiæ eſt apud Carthuſianos, qvi duodecim aut tredecim annos ſubreptus fuerat: ſed repentè prodiit recens alius. Et ſanè qvàm diu ſupererunt calcearii, non deerunt tales reliqviæ. Romæ ad Joannis Laterenſis jactant ſe ejus habere cilicium, de qvo in Evange-

precabatur: ac ſi eo tempore altaria ex omni occaſione, & qvovis in loco erigere ſoliti fuiſſent: mirum etiam, qvod nihil de miſſæ celebratione ei imponunt. Avinione eſt enſis, qvo ipſi caput amputatum fuit: Aqvis in Germania linteum, qvod ſub ipſo extenſum eſt, cùm decollatus fuit.

Eqvidem unde tanta ſpiculatori comitas, libenter ſcire velim: qvi tam benignus ei fuit, ut ſolum carceris tapetis ſterneret, cùm vellet eum tam ignominioſo mortis genere afficere: Nónne abſurdæ ſtoliditatis eſt id comminiſci? Enimverò qvomodo iſta ad eorum manus pervenerunt? Qvàm veriſimile eſt, eum, à qva interemtus fuit, ſive fatelles eſſet ſive ſpiculator, linteum dediſſe & gladium ſuum, ut ex iis fierent reliqviæ? Cùm adeò abſolutum omni ex parte reliqviarum acernum cogere vellent, graviter peccaverunt in eo, qvòd Herodiadis cultrum prætermiſerunt, qvo vulnus oculo ejus inflixerat: præterea omnem ſanguinem qvi effuſus eſt, atqve adeò ſepulchrum ipſum: verùm ego ipſe falli poſſem. Nec enim ſcio, an alibi præclara iſta monilia reperiantur. p. 796.

Nunc prodeant ſuo ordine Apoſtoli. Sed qvia multitudo confuſionem parere poſſet, de Petro & Paulo primùm agemus ſeparatim, deinde de cæteris. Romæ ſunt eorum corpora: dimidia pars ad Petri, altera ad Pauli: atqve Silveſtrem ea liberaſſe ajunt, ut æqvales utrinqve partes diſtribueret. Utriusqve caput eſt etiam Romæ ad Joannis Laterenſis: tametſi in eodem templo unus è dentibus Petri ſeparatim habeatur.

Cùm hæc ita ſint, non tamen eorum oſſa ubiqve eſſe deſinunt: velut i Pictavii mandibula Petri habetur cum barba: Treveris utriusq; oſſa permulta: Argentonæ Biturigum Pauli humerus. Sed qvis unqvam finis erit? Ubicunqve enim templa extant iis dicata, ibi etiam ſunt eorum reliqviæ. Si qvales ſint qværatur, revocetur in memoriam, qvale fuit cerebellum D. Petri, de qvo priùs ſum loquutus, qvod erat ad majus altare hujus civitatis, qvemadmodum pumicem eſſe compertum eſt: ſic permulta reperirentur aut eqvorum aut canum oſſa, qvæ duobus hiſce Apoſtolis tribuntur.

Corpora ſubſeqvuntur eorum appendices. Ac Salvatoris in Hſpania crepida habetur, de cujus forma & materia reſpondere neqveo: ſed exiſtimandum, hoc mercaturæ genus ſimile eſſe iis qvæ Pictavii habentur, qvæ ex ſerico raſo ſunt, & auro ſegmentatæ. En ut ſplendidè ornatur poſt mortem: ut paupertas (in qva vitam egit)

imagunculas emingere possunt sub arbitratu, ipsas inaurando, variosq; à capite ad calicem adhibendo ornatus: deinde nomen Petri aut Pauli, aut qvale ipsis visum est, tribuendo: sed non ignoratur, qvo vestium genere in hoc mundo fuerint induti: haud alio scilicet, qvam inopes homines.

Est etiam Romæ Episcopalis Cathedra Petri cum veste sacerdotali ad Missam celebrandam. Qvasi verò eo tempore Episcopi thronos habuerint, in qvibus sederent. At eorum potiùs officium fuit docere, consolari, exhortari, & publicè & privatim, ac veræ humilitatis exemplum præbere gregi suo: non se populo adorandos ostentare, sicuti nostri temporis præsules facere solent. Qvod ad vestem Missariam attinet, non introductus erat mos ille, histrionum in morem se larvandi. Nec enim in Ecclesia, sicuti nunc, agebantur fabulæ. Itaq́ve ut, Petrum Missaria veste indutum fuisse, probent, priùs ipsum, sacerdotum Papisticorum more, cùm Deum colere vellet, histrionem egisse, commonstrandum fore, putabant. Missariam qvidem vestem ei tribuere potuerunt, cùm etiam altare ipsi assignaverint: sed neutrum eorum plus altero coloris habet.

Qvales tunc Missæ celebrabantur, ignotum non est. Nam Apostoli suo tempore cœnam Domini tantùm celebrabant, cui altare necessarium non fuit. Qvalis bellua esset Missa, omninò ignorabatur: nec multò pòst tempore scitum est. Hinc perspicuum, eos, dum reliqvias suas fabricati sunt, neminem sibi adversaturum, credidisse: cùm ita impudenter ac dissolutè ausi sint mentiri: qvanqvam nec de altari isto inter se conveniant. Romani enim id se habere affirmant. Pisani itidem ipsum monstrant in suburbio, qvod ad mare vergit. Ut autem undiqve lucrum colligerent, gladium, qvo auris Malcho abscissa est, minimè prætermiserunt: ac si lepidum aliqvod monile & reliqvario dignum foret. At verò pedum ejus omiseram, qvod Lutetiæ monstratur ad Stephani, cui à saxis nomen est: qvod tanti æstimandum est, qvanti aut altare, aut vestis Missarica: eadem enim est ratio. Ejus autem scipio plus aliqvanto speciei habet. Nam existimandum, tali ipsum baculo armatum fuisse, dum iter faciebat.

Sed disturbant omnia, dum ipsi inter se convenire non possunt. Colonienses enim apud se esse constanter asseverant: similiter & Treveri. Ita dum se invicem mendacii arguunt, magnam occasionem præbent, ut utrisque fides derogetur. De

unde accepta est cathena illa, ut ex ipsa fierent reliqviæ? Item, utrùm eo tempore super columnis supplicia de hominibus sumerentur.

Nunc de cæteris Apostolis unà tractabimus, qvo citiùs absolvamus nos. Ac primùm recitabimus, ubi integra sint eorum corpora: ut, utriusq; facta inter se comparatione, qvid certi ex eorum dictis colligi possit, judicetur. Nemo ignorat, Tholosatos existimare, se ex iis habere sex: nempe Jacobi majoris, Andreæ, Jacobi minoris, Philippi, Simonis, & Judæ. Pitavii est corpus Matthiæ. Salernæ corpus Matthæi. Orthonnæ verò Thomæ. Neapoli, aut circa eam regionem, Bartholomæi. Nunc, qvi eorum duo aut tria corpora habuerint, animadvertamus. Andreas enim Melphis alterum habet corpus. Philippus & Jacobus minor uterqve alterum corpus Romæ ad S. Apostolos. Simon & Judas itidem ad Petri. Bartholomæus etiam Romæ in æde ipsi dicata. En igitur sex, qvibus bina singulis sunt corpora. Atq; etiam auctarii loco Pisis ostenditur pellis Bartholomæi.

Matthias tamen reliqvos omnes exsuperat: est enim ipsi Romæ corpus ad Mariæ majoris: est & tertium Treveris: præterea ipsi est aliud separatim caput, & brachium separatim, idq́; etiam Romæ. Frusta verò, qvæ de Andrea hîc atqve illic habentur, dimidia saltem ex parte id compensant. Romæ enim ad Petri est ei caput: ad Grisogoni est humerus: ad Eustachii costa: ad Spiritus brachium: ad Blasii pars qvædam alia: Aqvis sextiis pes unus: ex iis simul conjunctis fient duæ qvartanæ corporis partes, modò æqva proportione aptari inter se possint. Ut autem Pisis Bartholomæus reliqvit pellem, sic & alteram manum: Treveris nescio qvod aliud membrum: Frenis digitum: Romæ etiam ad Barbaræ qvædam aliæ extant ejus reliqviæ. Itaqve non adeo est inops, qvin abundet. Cæteris non sunt tante copiæ.

Singulis tamen adhuc aliqvod frustum abundat. Est enim Philippo pes vnus Romæ ad S. Apostolos: atqve etiam Barbaræ nescio qvid reliqiarum. Præterea etiam Treveris. In postremis duobus hisce templis Jacobum habet pro socio: cui similiter est caput ad Petri, & brachium unum ad Grisogoni: item alterum ad S. Apostolos. Matthæus & Thomas pauperiores cæteris restiterunt. Ille enim præter corpus nihil habet: nisi ossa qvædam Treveris, & brachium Romæ ad Marcelli, & caput ad Nicolai: nisi fortè mihi aliqvid exciderit, qvod fieri potuit.

proferre minimè potuerunt: ſed ut, qvod ea in parte deerat, ſupplerent alia ratione: irruerunt in ejus ſarcinas. Ac primùm eis in mentem venit calix, in qvo venenum bibit, cùm à Domitiano damnatus eſſet: ſed qvia duæ civitates eum apud eſſe voluerunt: aut credendum omninò, qvod Alchumiſtæ ajunt de multiplicatione, aut iſti cum calice ſuo mundum ludibrio habuerunt. Unus eſt Bononiæ: alter Romæ ad Joannis Laterenſis. Poſtea tunicam commenti ſunt, & cathenam, qva conſtrictus erat, dum vinctus duceretur ab Epheſo: unà cum Oratorio, ubi, dum in vinculis eſſet, præcabatur.

Libenter ſcirem, an tunc fabros lignarios conduxerat, qvi oratoria ei conſtruerent: item, qvid familiaritatis erat Chriſtianis cum cuſtodibus, ut ab eis cathenam nanciſci, & in reliqviarum numerum collocare poſſent? Stolidia nimiùm ſunt hæc ludibria: etiamſi ludendis pueris fabre facta eſſent.

Sed monile omnium lepidiſſimum eſt duodecim pectinum Apoſtolicorum, qvi ad Mariæ Inſulanæ prope Lugdunum monſtrantur. Puto qvidem, initiò illic fuiſſe collocatos, ut exiſtimarentur adduodecim pares Franciæ, pertinuiſſe: ſed adaucta poſtea fuit eorum dignitas, & apoſtolici facti ſunt.

Cætera paucis expedienda erunt. Nam alioqvi nunqvam hanc ſylvam egredemur. Paucis igitur recitabimus, qvæ habeantur reliqviæ Sanctorum, qvi tempore Chriſti vixerunt, deinde veterum martyrum atq; etiam reliqvorum. Ex eo lectores, qvid cenſere debeant, judicabunt.

Anna, mater virginis Mariæ, unum è corporibus ſuis habet Aptæ, oppido Provinciæ: alterum ad Mariæ Inſulanæ Lugduni. Præterea unum è capitibus Treveris: alterum Tureni apud Juliacenſes, tertium in oppido Turingiæ, qvod ab ea nomen habet. Omitto fragmenta, qvæ habentur plus qvàm centum in locis. Inter cætera memini, me olim partem qvandam Urſicampi, qvod eſt cœnobium in agro Noviodunenſi, exoſculatum eſſe: atq; illic magna reverentia colitur. Deniqve alterum brachiorum ejus eſt Romæ ad Pauli. Conſtituatur hic fundamentam aliqvod, ſi fieri poteſt.

Seqvitur deinde Lazarus, & Magdalena ſoror ejus. Is porrò tria tantùm, qvod ſciam, habet corpora. Unum Maſſiliæ: alterum Auguſtoduni, Avalonæ tertium. Magna qvidem inter Auguſtodunenſes & Avalonenſes controverſia fuit. Sed magnis ſumtibus ultrò citroqve factis, perinde utrio; qvieſcunt, atq; cauſa evicta, ſaltem in

prope Altiſſiodorum: alterum eſt majoris Pronominis apud Sanmaximinum oppidũ vinciæ: ubi caput ſeparatum eſt, cum ſuo Noli me tangere: qvod fruſtum ceræ eſt: ac tantùm exiſtimatur nota eſſe Chriſti, qvam ei iratus impreſſit, qvòd ipſum vellet attingere. Non refero reliqvias tum oſſium tum capillorum ejus, qvæ ſparſæ ſunt per univerſum orbem.

Qvi de his omnibus certi aliqvid habere vellet: primùm inqvireret, an Lazarus ac Marta & Magdalena ejus ſorores unqvam venerint in Galliam, Evangelii prædicandi cauſa? Nam ſi legantur veteres hiſtoriæ, judiciumqve & ratio adhibeatur, perſpicuè cernetur, ſtolidiſſimam omnium eſſe fabulam, qvæ nihilo plus habet ſpeciei, qvàm ſi diceretur, Nubes vitulinas pelles eſſe: & tamen certiſſimæ ſunt omnium reliqviæ. Verùm etſi ita foret, annon ſatis erat, uno corpore abuti ad idolatriam: niſi ex uno, qvod vulgò ajunt, diabolo duo aut tres crearentur.

Itidem collocaverunt in numero divo- p. 798.
rum eum, qvi latus Domini in cruce transfodit: eumq; Longinum vocârunt, puerili certè errore. Nam cùm nomen hoc Græcis lancearium ſignificet, tanqvam proprium unius hominis arripuerunt. Poſt talem Baptiſmum duo ei dederunt corpora: qvorum unum eſt Mantuæ, alterum ad Mariæ Inſulanæ Lugduni.

Idem fecerunt de Magis, qvi Chriſtum, poſtqvàm natus fuit, adoratum venerunt: ac primùm definierunt eorum numerum, ac dixerunt, tres ſolùm fuiſſe. Qvot autem fuerint, nihil Evangelio exprimitur: & veterum doctorum nonnulli qvatuordecim fuiſſe affirmârunt: velut is, qvi commentarium imperfectum in Matthæum ſcripſit, qvi Chryſoſtomo tribui ſolet. Deinde cùm eos Evangeliſta Magos, id eſt, Philoſophos nominet, iſti repentè regiam eis dignitatem, ſine ulla ditione aut ſubditis, tribuerunt. Deniq; nomina ipſis dederunt: uni Balthaſar, alteri Melchior, tertio Caſpar. Porrò ut impunè per nos illis fabulari liceat: certiſſimum eſt, Philoſophos illos in orientem rediiſſe. Id enim ſcriptura teſtatur. Nec aliud omninò dici poteſt, qvàm eos illic obiiſſe. Qvis autem eos illinc tranſtulit ab eo tempore? Qvis eos ita noverat, ut notare poſſet, qvò reliqvias faceret ex eorum corporibus?

Verum ſuperſedeo. Facio enim ſtultè, cùm hæc adeò ridicula coarguo. Tantùm dico, Colonienſes ac Mediolanenſes litigare inter ſe debere, qvis ea ſit habiturus: qvia utriq; apud ſe eſſe contendunt: qvod fieri neqvit. Cùm lis eorum finem ceperit,

bentur ejus reliqviæ. Corpus tantùm in locis duobus integrum manſit: Sandionyſii Franciæ, & Ratiſponæ. Qvia Franci id ſibi vendicabant, Ratiſponenſes Romæ litem moverunt ante centum, aut circiter annos: qvibus corpus ſententia definitiva adjudicatum fuit. cùm adeſſet Legatus Franciæ, ac perbellum diploma obtinuerunt: Qvi diceret, apud Sandionyſium, qvod eſt in agro Paryſino, corpus ejus non eſſe, lapidibus obrueretur: qvi verò negaret eſſe Ratiſponæ, haberetur pro hæretico: qvia ſedi apoſtolicæ rebellis eſſet. Itaq; conſultius erit ab eorum controverſiis abſtinere. Confodiant, ſi velint, ſibi invicem oculos: ficq; nihil proficiant, niſi ut detegant, omnia ſe in mendaciis poſita habere.

Stephani verò corpus ita diſſecuerunt, ut tamen ſi integrum Romæ in æde ipſi dicata, caput Arelatæ, oſſa plus qvàm ducentis in locis. Atq; ut oſtenderent, ſe iis conſentire, qvi ipſum interfecerunt, conſecrârunt etiam lapides, qvibus trucidatus fuit. Qværetur forſan, ubi reperiri potuerunt, qvomodo eos nacti ſunt, qva via, è qvorum manibus? Reſpondeo breviter, ſtultam eſſe hanc qvæſtionem. Ubiqve enim reperiuntur ſilices (neqve magno conſtat vectura) Florentiæ, Arelatæ apud Auguſtinienſes, Vigani in Aqvitania. Qviſqvis oculos claudere, aut omni ſe intelligentia privare volet, credet, eos ipſos eſſe lapides, qvibus Stephanus obrutus eſt. Qvi verò rem parumper expendet, riſurus eſt. Ac certè Carmelitæ Pictavienſes â qvatuordecim annis unum repererunt, cui id aſſignârunt muneris, ut parientibus adeſſe, easqve angoribus levare poſſet: Dominicani, qvibus coſta Margaretæ deſtinata huic eidem uſui ſubrepta fuerat, magnam adverſus eos litem moverunt: & adverſus talem impoſturam vociferabantur. Sed illi tandem fortiter obſiſtendo ſuperârunt.

De innocentibus (qvos vocant) ſilere propemodum ſtatueram: qvia tametſi eorum velut exercitium colligerem, ſemper tamen objicerent, id cum hiſtoria non pugnare, qva eorum numerus præfinitus non eſt. De multitudine igitur dicere omittam. Tantùm obſervent, nullam eſſe ferè regionem in toto orbe, ubi non aliqvis extet. Nunc qværo: qvomodo tam longo poſtea temporis intervallo reperta fuerunt eorum ſepulchra: cùm pro ſanctis non haberentur, dum Herodes ipſos interfecit? Deinde qvando allati ſunt? Nihil aliud poſſunt reſpondere, qvàm id qvingentis aut ſexcentis poſt eorum mortem annis factum adeò inter ſe remotas diſtribuerentur? Hanc igitur falſitatem, tanqvam perſpicuam & convictam, relinqvo.

Qvoniam Laurentius in veterum Martyrum numero eſt, hîc locum ipſi aſſignabimus. Haud eqvidem ſcio, corpus ipſius plus qvàm uno in loco eſſe: Romæ videlicet, in æde ei dicata: ſed vas plenum carnis ejus ſeorſum habetur. Item ampullæ duæ: qvorum altera ſanguinis ejus plena eſt, altera adipis. Item in æde, cui Paliſpernæ cognomen eſt, brachium & oſſa: ad Sylveſtri aliæ reliqviæ. Verùm ſi omnia oſſa colligerentur, qvæ in Gallia ſolùm monſtrantur, duo haud dubiè corpora ſuis partibus abſoluta effici poſſent. Eſt præterea craticula, ſuper qva aſſus fuit, tametſi Paliſperna illa, de qva jam locuti ſumus, fragmentum qvoddam ejus ſe habere, jactet. Qvod ad craticulam attinet, adhuc condonarem: ſed ſunt aliæ reliqviæ nimiùm notabiles, qvas mihi nefas eſſet retiecre: veluti carbones, qvi oſtenduntur ad Euſtathii: item mappa, qva Angelus ei corpus abſterſit.

Cùm itaq; iſti ad excogitanda ejusmodi deliria ocio abuſi ſint, ut mundo imponerent: qvi hanc admonitionem viderint, ocium ſibi ſumant ad hæc conſideranda, qvò ſibi proſpiciant ac caveant, ne ſic inpoſterum irrideantur.

Ex eadem officina prodiit Dalmatica, qvæ etiam Romæ ad Barbaræ monſtratur: qvia Laurentium Diaconum fuiſſe audiebant, exiſtimârunt, eum iisdem indumentis ornatum fuiſſe, qvibus eorum Diaconi ſeſe transformant, dum in miſſa perſonam ſuam agere volunt. Verùm longè aliud munus in Chriſtiana Eccleſia fuit, qvàm p. 7
ſit hodie in Papatu: adqve gerendam pauperum curam diſtribuendasqve eleemoſynas creabantur Diaconi, non ad hiſtrionicos ludos agendos. Itaq; Dalmaticis aut ſimilibus larvis, minimè opus habebant.

Laurentio Gervaſium & Protaſium adjungemus, qvorum ſepulchrum Mediolani repertum fuit Ambroſii tempore, ut ipſe teſtatur. Similiter Hieronymus, Auguſtinus, & pleriq; alii. Ita Mediolanenſes etiàmnum ſibi eorum corpora vendicant. Sunt nihilominùs Briſaci in Germania: ac Veſóntione in parochia, qvæ D. Petro dicata eſt: præter infinita fruſta, qvæ variis in templis ſparſa ſunt adeò, ut neceſſarium ſit, qvatuor ad minimum ſingulis fuiſſe corpora: aut oſſa abjicienda ſunt, qvæ falsò & mendaciter eorum nomine inſcribuntur.

Qvia Sebaſtiano curandæ peſtis munus

Suessione, tertium Pilgni apud Arthe-
cos, qvartum propè Narbonam in solo e-
jus natali. Habet præterea capita duo: u-
num Romæ ad Petri, alterum Tolossæ a-
pud Dominicanos. Sed concava sunt, si An-
deganensibus Franciscanis fides adhibetur:
qvi cerebrum se habere jactant. Qvin etiam
Dominicani Andeganenses brachium u-
num habent. Est etiam aliud Tholossæ ad
Saturnini: aliud Casedei in Arvernia: aliud
Monsbrisonnæ Forestanorum: præter
minuta frusta, qvæ in variis templis
habentur. Sed cùm benè expensa fue-
rint omnia, divinetur, ubi sit corpus Se-
bastiani?

Verùm neq; his contenti, ex sagittis, qvi-
bus transfixus fuit, reliqvias fecerunt: qva-
rum una monstratur Lambesci in Provin-
cia, altera Pictavii apud Augustinienses: a-
liæ hic atq; illis sparsæ sunt. Hinc perspici-
tur, eos statuisse, nunqvam de suis impo-
sturis rationem reddere.

Eadem ratio in Antonio valuit ad multi-
plicandas ejus reliqvias. Qvòd enim sit, ut
fingunt, iracundus ac perniciosus ita, ut
incendat eos qvibus indignatur: hac opi-
nione se formidabilem reddit. Ex ea formi-
dine nata est superstitio, qvæ desiderium
corporis ejus habendi, commodi causa,
exacuit. Ideo Arelatensis civitas multùm
diuqve litigavit cum Antonianis Viennensi-
bus: verùm exitus omninò idem fuit, qvi
in talibus controversiis esse solet: id est,
omnia confusa mansère. Nam si patefa-
cienda esset veritas, neutros æqvum tueri,
constaret.

Ad duo ista corpora accedit & genu,
qvod est apud Augustinienses Helvianos:
varia item membra, qvæ Burgi, Matisco-
næ, Divione, Catalumni, Ouronii, Veson-
tione habentur: præter ea, qvæ passim
ferunt impostores circumforanei, qvoram
qvantitas haud exigua est. En qvid sit,
damni inferendi famam collegisse. Nam
alioqvi bonus ille Sanctus jaceret in se-
sepulchro, aut neglectus in aliqvo angulo
latuisset.

D. Petronillam omiseram, Petri filiam,
cui corpus integrum est Romæ in ædæ pa-
tri suo dicata: item reliqviæ qvædam ad
Barbaræ seorsim locatæ. At nihilominùs
Cænomani aliud corpus habent in cœno-
bio Dominicanorum, qvod illic percelebre
habetur propterea, qvòd homines sanet à
febribus.

Qvia variæ sanctæ fuerunt nomine Su-
sannæ, haud satis scio, an eis propositum
fuerit unius corpus duplicare. Corpus qvi-
dem unum Susannæ Romæ habetur in æde
ipsi dicata: aliud Tholossæ. Helenæ non

ad Joann. Angelici: deinde caput unum
Coloniæ: partem etiam qvandam apud
Dominicanos Cænomanorum: item apud
Dominicanos Turonenses: aliam etiam
Pergerati. De ejus sociabus, qvas undecim
millia virginum appellant, ubiqve haberi
potest. Ac certè insigniter adjuti sunt eo
commento, ut liberiùs mentiri auderent.
Nam præter ossa qvæ Coloniæ sunt, qvæ
onerandis qvadrigis centum sufficerent,
nulla est ferè urbs in tota Europa, qvæ
non aliqvo in templo, aut etiam pluribus
iis ornata sit.

Si vulgarium Sanctorum lustrationem
inciperem, sylvam ingrederer, unde mihi
nullus pateret exitus. Qvamobrem exem-
pla aliqvot adducere mihi sufficiet, ex qvi-
bus poterit de reliqvis fieri judicium. Pi-
ctavii duæ sunt Ecclesiæ, qvæ de Hilarii
corpore inter se contendunt, nempè Ca-
nonici ædis ipsi dicatæ, & Monachi Sellæ.
Controversia adhuc unco appensa est,
qvoad visitatio fiat. Interim idololatræ duo
unius hominis corpora adorare cogentur:
Fideles verò de corpore ejus minimè soli-
citi ipsum, ubicunqve fuerit, sinent qvie-
scere. D. porrò Honorati corpus est A-
relatæ: est etiam Insulii Lyrinorum, pro-
pè Antipolim.

Ægidius unum è corporibus suis habet
Tholossæ: alterum in oppido Aqvitaniæ,
qvod ab ejus nomine vocatur. Guillelmus
verò in cœnobio Aqvitaniæ, cui nomen est
Divi Guillelmi à deserto: item in oppido
Holsatiæ, qvod vocatur Ecrichinum, ubi eti-
am caput seorsum habetur, qvanqvam ei sit
& aliud caput in suburbio Thureni Julia-
censium apud Guillelmitanos. Qvid dicam
de Symphoriano, cujus tam variis in locis
& corpus & ossa extant? Similiter de Lupo,
qvi est Altissiodori, Senis, Lugduni, eun-
demq; Genevæ esse fingebant? itidem de
Ferreolo, cujus integrum corpus Uticæ in
Aqvitania, & Briadæ Arvernorum.

Saltem transigerent inter se, ne tam a-
ptè perderent mendacia sua: sicuti Canoni-
ci Treverenses cum Leodiensibus de capite
Lamberti. Convenerunt enim de oblatio-
nibus pro certa pecuniæ summa, hac lege,
ne interim ipsum publicè ostenderent, ne
prodigii loco esset, si duabus in civitatibus
adeò vicinis conspicerentur. Verum id i-
psum est, qvod initiò dixi, nunqvam eos
existimasse, ullum observatorem proditu-
rum, qvi ad tantam impudentiam coargu-
endam vel hiscere auderet.

Posset autem rogare qvispiam, qvomo-
do isti reliqviarum structores res multas
veteris testamenti, easqve notabiles, omi-

p. 800.

spondeo, qvam qvod eas aspernati sunt, qvia, haud magnam ex ipsis utilitatem se habituros, sperabant: tametsi prorsus eas obliti non sint.

Romæ enim jactant se ossa habere Abrahæ, Isaac & Jacob, ad Mariæ supra Minervam. Ad Joannis etiam Laterensis jactant se arcam fœderis, cum virga Aaronis habere: & tamen eadem virga est Lutetiæ ad S. Sacelli: atq; etiam Salvatorenses in Hispania aliqvod fragmentum tenent: præterea Burdegalenses virgam D. Martialis, qvæ ad Severini monstratur, eam ipsam esse asserunt, qvæ Aaronis fuit. Videntur profectò (ad æmulationem Dei) miraculum novum edere voluisse. Nam cùm ejus virtute virga in serpentem conversa fuerit, ita nunc eam in tres virgas converterunt. Fieri qvidem potest, ut plerasqve alias ejus generis nugas habeant: sed verbum hoc attigisse sufficiat, qvò patefiat, eos tam fideles se in hac parte, qvam in cæteris præstitisse.

Nunc lectores rogatos velim, ut id meminerint, qvod initio dixi: nempè mihi inqvisitores non fuisse ad manum, qvi omnium regionum, qvarum hîc mentionem feci, sacraria lustraverunt. Qvamobrem id, qvod de reliqviis dixi, ne sic accipiatur, qvasi integrum sit aut absolutum inventarium earum, qvæ reperiri possent. Germanicas urbes circiter sex plus minus solùm nominavi: Hispanicas tres, qvod sciam: Italicas circiter qvindecim: Gallicas triginta, vel qvadraginta: nec qvicqvid apud eas reliqviarum est, teneo. Conjecturam igitur secum unusqvisqve faciat, qvalis farrago foret, si reliqviarum multitudo, qvæ in orbe Christiano sunt, ordine describeretur: in iis duntaxat regionibus, qvæ nobis notæ sunt, & in qvibus versamur.

Hoc enim præcipuè notandum est, omnes reliqvias, qvæ in Europa de Christo & Prophetis monstrantur, etiam reperiri in Græcia, Asia, cæterisq; regionibus, ubi aliqvæ extant ecclesiæ Christianæ.

Nunc qværò, cùm Orientalis Ecclesiæ Christiani dicant, penes se haberi illa omnia, qvæ apud nos esse putamus, qvid in ea re statui aut definiri poterit? Si adversemur ipsis, excipientes, hoc corpus allatum fuisse à mercatoribus, illud à Monachis, aliud ab Episcopo: partem spineæ coronæ ab Imperatore Constantinopolitano missam ad regem Galliæ: alteram qvæsitam bello, sicq; de singulis: ridentes, qvatient caput. Qvomodo dirimentur hæ controversiæ? qvi reliqvias fuerit volum.

Ut finem faciam, lectores obtestor per nomen Dei, ut ad veritatem interim, dum apertè ipsis patefiat, animum advertant: atq; agnoscant, id singulari Dei providentia factum esse, ut qvi miseram plebem ita seducere voluerunt, adeò cæci fuerint, ut de obtegendis mendaciis suis nunqvam cogitaverint: sed, veluti Madeanitæ, oculis confixis secũ ipsi pugnare cœperint, qvemadmodum videmus, istos inter se bellum gerere, ac mutuò sese arguere mendacii. Qvisqvis obstinatiore ad veritatem spontè impugnandam animo esse nollet, etiamsi nondum planè intelligat, execrabilem esse idololatriam, reliqvias ullas adorare, qvalescunq; sint, aut veræ aut falsæ: cùm tamen falsitas erit adeò conspicua, nunqvam ipsi cordi erit ullas osculari: & qvalicunq; antea religione ductus fuerit omnem earum gustum amittet.

Hoc qvidem præcipuum foret, sicuti ab initio dixi, ethnicam istam consecrandarum reliqviarum superstitionem inter nos aboleri, qvi Christi nomen profitemur: sive ipsæ Christi sint, sive sanctorum, qvò ex ipsis emergant idôla. Talem enim pollutionem ac spurcitiam nullo modo deceret in ecclesia tolerari, id qvod antea rationibus & testimoniis scripturæ demonstravimus: si qvis eo contentus non sit veterum patrum morem & usus spectet, qvò sese conformet ad eorum exemplum.

Permulti Patriarchæ, Prophetæ, Reges, aliiq; fideles sub vetere testamento extiterunt: plures Ceremoniæ institutæ fuerunt à Deo, qvàm hodie à nobis deceat observari: qvin etiam sepultura ipsa majorem tunc, qvàm hodie, apparatum reqvirebat, qvò figuris suis repræsentaret resurrectionem gloriosam, qvæ nondum ita apertis verbis, ut hodie, revelata erat: at verò an legimus, Sanctos unqvam erutos fuisse è sepulchris, qvo ex iis puerilis puppe fierent? an Abraham omnium fidelium Pater, sic in sublime elatus fuit? Sarra etiam Princeps in Ecclesia Dei an è fossa educta est? nonnè cum aliis Sanctis in qviete relicti sunt? atqve adeò Moysis ipsius corpus Dei voluntate occultatum fuit ita, ut nunqvam potuerit reperiri. Nonnè Satan cum angelis, ut inqvit Judas, ob eam causam contendit? qvare Dominus ipsum removit à conspectu hominum, diabolus verò reducere conatus est? nimirum ut fatentur omnes, Deus populo Judaico Idololatriæ occasionem adimere: contrà, Diabolus eam stabilire voluit.

inadvertamus.

Fideles qvidem martyrum corpora eripere semper studuerunt, ne à feris & avibus laniarentur, eaqve honestè sepeliérunt: sicuti de Stephano & Joanne Baptista legimus. Verùm id agebant, ut conderentur in terra, atqve illic usqve ad resurrectionis diem qviescerent, non ut collocarentur in hominum conspectu, qvò omnes sese ad ea prosternerent. Nunqvam infelix hæc consecrandi pompa, in ecclesiam introducta fuit, priusqvàm eversa & qvasi prophanata fuerint omnia, partim stupiditate præsulum ac pastorum, partim avaritia, partim qvòd consuetudini, qvæ jam invaluerat, neqvirent obsistere: qvòd etiam populus sponte decipi vellet, animum ad nugas pueriles potiùs, qvàm adveram Dei adorationem adjiciendo. Qvamobrem si qværatur stolida hujus corruptelæ emendatio, dirui atqve funditus everti necesse foret, qvod ab initio perperam, & adversus omnem rationem institutum fuit.

Qvòd si qvis ad intelligentiam istam primo gradu pervenire non possit, pedetentim saltem progressum faciat: ac primùm recludat oculos, atqve ad discernendas recludat oculos, atqve ad discernendas reliqvias, cùm offerentur, judicium adhibeat. Id porrò haud difficile est ei, qvi attendere volet. Nam inter tot mendacia adeò perspicua, qvalia sunt ea qvæ protuli, ubi deligentur veræ reliqviæ, de qvibus certi aliqvid haberi possit? Præterea, qvæ attigi, præ iis qvæ restant pauca sunt. Qvin etiam, dum libellus hic excudebatur, de tertio præputio Domini sum admonitus, de qvo nullam mentionem feceram, qvod Hyldesheymi ostenditur. Est etiam aliorum similium qvædam infinitas. Deniqve visitatio longè plura detegeret, qvàm dici possit. Caveat ergò unusqvisqve, ne se instar bestiæ transversum rapi & in errorem adduci sinat, & nullam interim viam cernat aut semitam, qva tutò dirigatur.

Memini, qvæ me puero imagunculis parochiæ nostræ fieri solebant. Cùm Stephani festum appropinqvaret, ornabantur carnifices, qvi ipsum lapidibus obruebant, cùm sertis tùm monilibus, non minùs qvàm Stephanus ipse. Eos dum mulierculæ cernebant ita ornatos, Stephani socios esse, existimabant. Itaqve sua unicuiqve candela offerebatur. Qvin etiam idem fiebat de diabolo Michaëleqve. Idem accidit in reliqviis. Sic confusa ac permixta in iis sunt omnia, ut Martyris alicujus ossa haberi neqveant, qvin periculum sit, ne latronis, aut furis, vel etiam

culo, qvi volet. Nemo enim post hæc ignorantiæ excusationem poterit obtendere.

Paul. 2. Thessal. 2.

Propterea immisit illis Deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qvi non erediderunt veritati.

Franciscus Sansovinus. 1560. p. 802.

Hic historiam Italiæ, & libro octavo urbem Venetam descripsit: & de Barbarossa picturam sequentem in palatio cum adscriptis verbis reperiri, affirmat.

I. Adrianus Pont. Max. Fridericum Ahenobarbum Romani Imperii insignibus in D. Petri ædibus decoravit. M. C. L. V.

II. Romani familiam Imperatoris, à prato Neronis profecti ad molem Adriani, aggrediuntur, ad teutorium usq; Imp.

III. Alexandrum III. Pont. Max. ritè creatum, & Octavianum vitio factum Imper. Fridericus Ticinum evocavit. Alexander dicto ejus audiens non fuit. Itaq; Fridericus id ægrè ferens, Octavianum, qvi ad se iit, Pont. declaravit, ac veneratus est.

IV. Insolentes Friderici conatus Alexander Pontifex, anathemate & bello indicto, deprimit & propulsat. Fridericus Imp. ab iniqvo edicto subditos suos Alex. Pontif. alienat.

V. Prætulit Rex inclytus Galliæ Ludovicus bellum qvieti; ut Pontificis dignitatem tueretur. Parantur utrinqve arma. Adsunt Friderico Boëmi, Daci, Getæ, Germani, & Itali. Regi Franciæ favent Angli, Britanni, Flandrenses, Burgundienses, & Vascones.

VI. Pontifex, ne tot Christianorum millia sua causa confligerent: celata personæ dignitate, è medio excessit: Venetiasq; liberam urbem se contulit, Gregorii sacerdotis habitu: fuitq; hic septuagesimus septimus, supra centesimum ac millesimum, eo, qvi fuit humanæ salutis.

VII. Prima nocte declinavit apud Canonicos S. Salvatoris. Qvi duxerunt eum ad Monasterium S. Mariæ Charitatis: ibiq; in forma .... serviebat.

VIII. Qvidam Peregrinus nuto Dei ex voto venerat Venetias. Qvi cùm visitaret Ecclesiam suprà scriptam S. Mariæ de charitate, cognovit Papam. Notificat illustri domino Sebastiano Ziani, tunc inclyto Venetiarum Duci: qvaliter summus Pontifex est in tali Ecclesia.

Devotissimus Dux, genibus flexis, dedit oscula ad beatissimos pedes: præsentans chlamydem, mitram, & ornamenta pedum: & confortans eam, ut metu depositio, assumeret animum, & Pontificalia ornamenta: qvia esset in urbe tutissima, libera, & potente.

X. Dux, universo populo comitante, ad altare Ecclesiæ sancti Marci Papam cum cantibus & devotione perducit. Ubi personam, facultatem, magnitudinem civitatis, & totum dominium in protectionem suam & Ecclesiæ, contra qvoslibet offert, &c.

XI. Papa præstat Duci cereum album: qvo ipse, & ducantes post eum, perpetuo in suis processionibus uterentur.

XII. Pro pace tractanda, mittuntur ad Imperatorem, tum in Apulia residentem, solemnes Ambasciatores, cum literis Ducalibus: qvas Papa mandat per ducem muniri bulla plumbea cum figura S. Marci atq; Ducis. (Vult Sansovinus, Venetos sigillo plumbeo usos esse ab antiqvo: non modò ab Alexandro accepisse.)

XIII. Imperator primò ambasciatores lætanter recipit. Sed audito, qvòd venerant ad tractandam pacem: rigidè respondit, qvòd Papam fugitivum sibi tradant: & nolint suam facere guerram alienam: nec sustinere, qvem totus mundus perseqvitur. Alioqvin parati se ad bellum.

XIV. Legati referunt Papæ & duci rigidum responsum Imperatoris. Papa plurimùm expavit. Sed benignissimus Dux ipsum hortatur, dicens: ob reverentiam fidei Catholicæ, & sanctæ matris Ecclesiæ, viriliter defendetur.

XV. Hortatur Alexander Pont. Max. Principem & Venetos, ut cum 30. triremibus, publicè ad bellum instructis, pro pietate & religione fortiter in hostem moveant, datqve inclyto Duci & successorib. ensem, perpetuum justitiæ insigne habendum: cæteris ad bellum euntib. plenissimam dat veniam.

XVI. Postqvàm trepidè nunciatum est: qvinqve & septuaginta hostium triremes, Othonis Imperatoris filii ductu, ventare: tum Venetus Dux circa Salbloicum Historiæ promontorium, suos ad pugnam hortatus, edicit: ut, cùm ferrum à se in hostem vibratũ viderint, suo exemplo dimicarent.

p. 803. XVII. Atrox utrinq; prælium committitur. Demum Dux fortissimus, divina ope, Venetaq; virtute nixus, Imperatoria classe disjecta, Othonem cum triremibus 60. capit. Reliqis, præter paucas, qvæ celeri fuga abierant, aut igne absumtis, aut alto mari gumentum, qvotannis ipsum hoc fiare desponsarent.

XIX. Otho Imperatoris filius, divina motus voluntate, fore se futuræ pacis cum Friderico patre arbitrum, Pontifici & Venetis pollicetur. Atqve ita fide ab eo accepta, custodia liberatur.

XX. Lætatur Imperator, viso filio. Cujus constantia, qvod alioqvin abhorruerat animus, tandem victus, ei tractandæ pacis tribuit potestatem.

XXI. Cujus picturæ argumentum ponitur à Sansovino. Pontifex ductus cum Imperatore in templum S. Marci, facta inter eos pace, adoratus ab ipso: gli metteva il piede sul collo, per segno di superiorita: ponebat pedem super collum ejus, in signum supereminentiæ. Imperator Othoqve filius, hic pridie festo, ille Christianæ ascensionis die, triremibus Venetias advecti: eodem die cum Rom. Pont. Venetoqve Duce, pacem firmaverunt.

XXII. Operatus sacris in divi Marci æde Alex. Pont. omnibus Dominicæ ascensionis diebus intra binas vesperas F.... adeuntibus plenam delictorum veniam perpetuò concessit: septima peccatorum parte per octavam freqventantibus remissa.

XXIII. Literæ evanuêre: picturæ argumentum est, qvòd umbellam (galeri genus) concessit Papa Duci & successoribus.

XXIV. Proficiscuntur hinc Romam, cum celeri eqvitatu, Alex. Pontif. Imperator, & Dux Venetus. Qvibus ita appropinqvantibus omnes supremi ordinis Antistites cum toto clero prodierunt obviam. Secuti primores civitatis ..... totaqve nobilitas. Postremò multitudo ingens, studio effusa, venientes cum multa lætitia & veneratione excipit.

XXV. Obtulit Romanus populus Alexandro ingresso, octo varii coloris vexilla, totidemq; argenteas tubas: qvæ dignitatis ornamenta ultrò Pontif. Venero Duci detulit: qvibus ipse, & omnis Ducum posteritas, solemni pompa uterentur.

XXVI. Invisit Alexander Pontifex Lateranensem Basilicam, cum Imperatore & Veneto Duce. Hìc cùm fortè sella esset, una Pontifici, altera Friderico Imperatori, strata: tertiam Veneto Duci sterni jussit: deditqve tam illi ad curulis sellæ insigne, qvàm posteris Venetorum Ducibus, perpetuò habendam. Hæc hactenus. F. anno Dom. 1177. Imp. Friderico 1. Papa Alexandro 3.

fiteantur, ipſiusqve leges non ultra mille annos duraturas, prædictum ſit. Alterum vaticinium, Turcici Imperii dominum decimum qvintum ei finem impoſiturum eſſe, teſtatur.

Idem de Leone Sopho Cæſare Conſtantinopolitano ſcribit, eum præſtantiſſimum fuiſſe Aſtrologum (qvod ipſum & Zonaras teſtatur) & in qvodam ſuo libro conſeqventia verba reliqviſſe: Verùm familia ſlava cum competitoribus totum Iſmaëlem in fugam conjiciet, ſeptemqve colles poſſidentem cum ejus poſſeſſionibus capiet. Porrò in dicto Leonis libro columnæ cujuſdam fit mentio Conſtantinopoli extantis, numerisqve circumſcriptæ, qvos S. ibidem Patriarcha ita interpretatus eſt, ut omninò cum ipſius Leonis explicatione conſentiat, dicens: Venetianos atqve Moſcovitas Conſtantinopolim capturos: & poſt qvandam inter eos rixam & contentionem, Cæſarem Chriſtianum unanimiter electuros atqve coronaturos.

1560. ## *D. Ludovicus Rabus.*

ANno ſalutis 1530. die 11. Novemb. deceſſerunt Comitia, qvæ fuerant Auguſtæ celebrata: in quib. Evangelii doctrina, ſingulari gratia Dei, per Lutherum renaſcens univerſo mundo manifeſtata eſt ſyncerè, & pub. proclamata. Loqvebar, inqvit David, de teſtimoniis tuis coram regib. &
p. 804. non pudebat me. Et ea qvidem confeſſio radices egit, pluresq; homines ad agnitionem veritatis, & ſalutem animæ ſuæ reduxit: qvæ ad hodiernum uſqve diem contra diabolum, portas inferorum, æſtus & concitationes hominum inconcuſſa manſit, & manebit: de cujus etiam effectu Lutherus hæc in prandio qvodam afferebat:

Tanta eſt, inquit, verbi Dei efficacia & virtus, ut qvò plus perſecutionis habeat, eò plus floreat, & creſcat. Conſiderate Comitia Auguſtana, qvæ verè ſunt ultima tuba ante extremam diem: qvàm æſtuabat totus mundus tum contra noſtra doctrinam? O qvàm ibi orandum fuerat, ne de cœlo Chriſtum Papiſtæ deturbarent! Tandem noſtra doctrina & fides ita prodiit in lucem, per Confeſſionem noſtram, ut breviſſimo tempore, Mandato etiam Cæſaris, ad omnes Reges & Principes mitteretur, ibi multa præclariſſimorum virorum ingenia in aulis fuerunt, qvi doctrinam hanc, uti fomes qvidam imbibebant. Ita noſtra confeſſio, & apologia in ſumma gloria eſt edita: at illorum confutatio in tenebris ſordeſcit. O qvàm optarim, ut ipſorum confutatio in lucem prodiret, qvàm probè centonem illum diſcutere vellemus, tulimus: ſed ipſi ſuperbiſſimè nolebant conſentire: ideò oportet Papiſtas perire ſine ulla miſericurdia: ſicut & in Joſua legitur, qvòd Joſua omnibus civitatibus pacem obtulerit, & nullam præter Gabaon pacem ſuſcepiſſe, cæteras omnes eam excuſſiſſe, & ideò ſine miſericordia periiſſe. Ideò noſtra illa Comitia omni laude digna ſunt. Qvod inſumtum eſt ibi, hujus neminem peniteat: qvia verbum Dei invulgatum eſt paſſim, contra omnium hominum, Papæ, & Epicureorum opinionem. Volebant doctrinam noſtram vi opprimere, ſed illa modò vires acqvirebat. Imp. Ferd. Papa Paul. 4.

Antonius Poſſevinus Jeſuita.

IN epiſtola ad Regem Poloniæ affirmat: ſolius undecennii ſpatio ſupra qvingenta millia hominum (ecce Hiſpanicæ inqviſitionis fructus) fuiſſe in Gallia & Belgio interfecta.

Et paulò pòſt. Certò concedere, qvalia fuerunt in comitiis illis anno 1530. nihil aliud fuit, qvàm Chriſtum negare.

Et poſtea. Deinde qvæ ſunt in Comitiis malè vel promiſſa, vel conſtituta, mutare ſtudeat. Qvod enim parùm Cæſar conſideratè promiſit, æqvè ſe defenſurum utriusq; religionis homines: eſt in eo gravius erratum, qvàm ut uno ſermone ſatis explicari qveat. Sed eſt ingens Dei miſericordia, qvi præclaram nunc dedit occaſionem, per qvam invitare ipſum videtur, ut, qvæ tam turpiter & perniciosè promiſſa ſunt, ea ſumma cùm honeſtate reſcindat.

Et paulò pòſt. Qvòd ſi res ad exitum non perducatur, ſeqventia cogitanda ſunt, ut, ſi [tanqvam Joſua] non poſſimus triginta Reges debellare, alios fortiores excitemus ad prælia Domini præliandum. Qvemadmodum Eremita ille ſive peregrinus fecit, qvi ex Oriente veniens auctor fuit, ut Pontifex Maximus ſacrum bellum indiceret.

Et alibi de ſanctitate urbis Romæ mira referens, narrat inter alia: domicilia meretricibus [puta ſeneſcentibus] qvæ ad caſtitem reſipiſcunt, conſtituta; & Pontificis, Cardinalium & aliorum [gratitudinis ergò] eleemoſynis ſuſtentari. Sed in tanta continentina & caſtitate, qvam jactant, unde tot meretrices? Imp. Ferdinando. Papa Paulo 4.

Georgius VValther.

EX tomis & ſcriptis Lutheri multa egò vaticinia collegeram, & huic operi inſerere animus fuerat: interea verò qvidam libellus hujus Georgii Waltheri typis excuſus in manus meas pervenit, in qvo ipſe

gelio eventurum idem, quod olim Israelitis cum Manna: nos enim ex satietate ejus hausuros nauseam, & ex securitate & contemtu illud amissuros: ablatum namque iri: & Deum sic nos plexurum, ut moriamur, adhuc habentes in ore cœleste manna.

Magnates, dominiqve seculi volent disponere & arbitri esse in ecclesiasticis, & in politica mutare spiritualia: Ecclesiastæ autem ad hæc connivebunt, & neminem reprehendent. Summa, verbum Dei negligent omnes: Ideoqve Deus Opt. Max. pœna in nos, ablato sanctissimo suo verbo, sempiterna: & temporali, misso super nos Turcæ truculentissimi hostis gladio gravissimè animadvertet. Hæc ille.

VVilhelmus Lindanus.

HIc pro sede Romanâ contra Lutheranos acriter scripsit, ac proinde Episcopatu Ruremundano remuneratus, tamen illo non contentus Cardinalitiam etiam dignitatem ambivit: & hanc ut assequeretur, in gratiam suæ Thaidis Romanæ, majora aggressus, Mysticum Aqvilonem, seu declarationem vaticinii Jeremiæ Prophetæ, (ab Aqvilone pandetur omne malum) edidit: Item de vera Chri-
p. 805. sti Ecclesiâ, ubinám locorum nunc tempestatis certò juxtà ac infallibiliter invenienda, ad Georgium Majorem, cæterosqve Academiæ Wittebergicæ Theologos. Item speculum sacerdotalium orationum, & meditationum cœlestium: de fugiendis nostri seculi idolis, novisq; ad unum omnibus istorum Evangeliorum dogmatibus, nefariisq; irreligiosorum qvorundam moribus. Item concordia discors, sive qverimonia Catholicæ Christi Jesu Ecclesiæ ad Illustriss. S. Rom. Imperii principes, & alios ad unum omnes, nomine semichristianæ confessionis suæ Augustanæ temerè gloriantes, qvâ liqvido ipsis demonstrare conatur, simulatam, ac verè personatam ipsorum concordiam, anno Domini 1580. initam, non solùm viros facere Antichristianos, sed & minimè solidis, imò asystatis, adeoqve pugnantibus niti fundamentis. Imp. Ferd. Pp. Paulo 4.

Idem, non sufficit, inqvit, ad refutandas hæreses scriptura. Mutus enim est magister: ac muta semper manet: qvandoqvidem seipsam explicare non potest; sed unumqvemqve in suo sensu abundare patitur: cùm nec interrogare, nec respondere possit. Qvapropter non est inhærendum sacris literis; qvia inde nullam aut sanè incertam

in Annal. Belg.

Idem in Panopl. lib. 4. c. 277. Ex aulicis perditissimis, & sanguinariis, qvosdam Ecclesiis præfici, dicit.

Historie de la Mappe monde Papistiq. 1560.

PRodiit hoc tempore liber cum amplâ tabulâ sive mappâ sub hoc titulo, integram Papatus descriptionem continens. Author fertur M. Frangidelphe Escorchemesses. Descripsit omnia interiora & exteriora Papatus: qvem vide. Imp. & Pp. V. S.

Ex libris Pasqvillorum, qvorum duo Tomi extant. 1560.

OMnia ista, qvæ retulisti, ad Antichristum & ejus regnum spectant, qvæ clarè intelliges, ubi nomen, qvo sese orbi venditat sceleratus ille, explicâro. Sed tu hoc age, & collige. M. Hic sum totus. P. Character ejus nominis est P A. numerus est P P A A. nomen verò, unaqvavis in medium transposita litera, conflatur. Numerus enim hominis [ut Pythagoreis placet] binarius est. Qvæ res indicat, haud dubiè in nomine binas tantùm literas contineri, ut in numero vidisti. Etsi enim utraq; litera bis formata est, non sunt tamen plures qvàm binæ literarum notæ, binæq; syllabæ. Imp. & Pp. ut suprà.

Ex Tomis Pasqvillorum de Moschis & Boëmis. 1560.

MOscavienses cùm vellent ad Ecclesiam redire, atqve legatos suos misissent Romam, petentes, ut in Ecclesiæ gremium reciperentur: Romanus Pontifex pro inobedientiâ, qvod ipsum pro summo ac maximo non agnovissent, adorassentqve Pontificem, octies centum millia ducatorum petiit. Qvod cùm illi audirent, tanti, inqviunt, nolumus nos emere unionem. De Boëmis nescio qvid simile actum est. Qvorum principes adhuc conantur, ut ad verum redeant Christianismum: sed tantùm de bonis Ecclesiasticis adhuc agitur, & de Pontifice, qvem nolunt adorare pro Deo. Imp. & Pp. V. S.

Ibidem. Facile erit reformare Ecclesiam Dei, si humilientur, qvi sibi assumserunt cornua: si dejiciantur de officiis ventres gulosi, avari, indocti, superbi, falsè zelosi: & pro his sublimentur humiles, docti, pii, & qvi traditiones hominum contemnunt, ac nihil faciunt. Sicut scriptum est: deposuit potentes de sede, & exaltavit humi-

ampuliosi pastores.

Pasqvillus ad Romam.

INgeme, collachryma, luge Saturnia tellus,
Pernitiem intentant astra maligna tibi.
Diluvio mergêris aqvæ, pelagoq; ernoris,
Ut defunctorum manibus in videas.
p. 806. *Excidium & clades & dira incendia Trojæ,*
His collata tuis, pauca fuere, malis.
Me à superis missum tibi Jonam, crede, superbæ,
Mœchæ, caput scelerum Roma, velut Ninive.

Ex scripto qvodam in Martinum Lutherum.

DIcis, non posse è sacris literis colligi Purgatorium, vide qvid agas Martine, tu graviter multifariam peccas, & in sacerdotum & sanctiss. Papæ ventrem. O inconsideratum hominem, non vides, qvantum lucri decedet sacerdotum crumenæ? non poterit presbyter ancillas alere, non poterit scortari monachus. Papæ proventus non eruant tam uberes, malim sustulisses infernum. Qvamqvam satis sua errata purgat, qvicunq; ecclesiastico alicui servit.

Ego, mea peccata qvotidie purgare me, puto, si æqvo animo tolero sacrificulos totos dies consumere cum scortis; si patior facilè, cùm video bonos opprimi, scelestos ad altiora evehi; si non iniqvè fero, sublatas esse leges invidia, magistratum super legem, non autem legem, ut æquum erat, super magistratum: si non ægrè fero, videre & audire concionantes rabulas, qvi Christum Jesum sepeliunt, postqvàm rursus cruci affixerunt: si non molestè feró videre in tot sectas divisum Christum; si possum pati Egidianam hypocrisim. Si patienter fero Senensis Cardinalis stoliditatem: si fero Camerlengi imperitiam: si fero placatè Genuensis Cardinalis ineptias: si placato animo Montii impudentiam: si minervæ fastidiosam illam Thomisticationem: si Cebotelli stupra fero: si deniqve tantam præderastiam, qvantam video ab illis mittatis exerceri.

Nunc de clancularia Confessione ago, hanc si tollis, Luthere, Monachi & reliqvi confessores non poterunt in Laicis exercere tyrannidem, neq; mulierculis interminari, se illas Maritis accusatoros, vel publicè traducturos, nisi se illis rapacissimis prædonibus prostituant, mihi qvoq; magnum damnum infers, qvi totius orbis Christiani & Mahometani scelera audio. Mulieres multa privas consolatione, multisq; commodis; sæpè enim Confessorum opera & *Comiti tuo. Frequentia falsi Evangelii, secundum arcam Auri & Argenti. Gloria tibi Auro & Argento.*

IN illo tempore dixit Papa rapax cardinalibus suis: cùm venerit filius hominis ad sedem Majestatis nostræ, dicat hostiarius illi: amice, ad qvid venisti? Et si pertransierit, pulsans, nihil dans, ligatis manibus & pedibus, projicite eum in tenebras exteriores. Cardinales verò dixerunt ei, Magister, qvid faciendo possidebimus pecuniam? Ille verò respondit, in lege scriptum est, diligite aurum & argentum ex toto corde vestro, & ex totâ animâ vestrâ, & pecuniam sicut vos metipsos: hoc facite, ut vivatis. Hoc enim mandatum do vobis, ut qvemadmodum ego facio, sic & vos faciatis.

Tunc venit ad curiam qvidam clericus valdè pauper, qvi oppressus ab Episcopo suo, verus Israëlita, in qvo dolus inventus non erat, non poterat intrare ad Papam, qvia pauperrimus erat. Tunc hostiarii percusserunt eum dicentes, vade retrò Satanas, qvoniam non sapis, qvia pauper es, non licet enim in conspectu dei nostri Papæ qvenqvam vacuum apparere. Pauper ille clamabat: miseremini mei, miseremini saltem vos hostiarii Papæ, qvia manus paupertatis tetigit me. At illi dixêre; Paupertas tua tecum sit in perditionem: non intrabis, donec solveris novissimum qvadrantem. Pauper autem ille abiit, & vendidit omnia qvæ habebat. Deinde rediens, pecuniam dedit hostiariis. At illi dixêre; qvid hæc inter tantos? & ejiciebant eum forâs.

Tunc venit paulò pòst ad curiam qvidam Episcopus Symoniacus, impinguatus, dilatatus, incrassatus, qvi per seditionem homicidium fecerat, & erat valdè dives. Cardinales autem clamaverunt, cùm viderunt eum, dicentes: Benedictus, qvi venit in nomine auri & argenti. Tunc episcopus ille, apertis thesauris suis, primò hostiariis secundò cardinalibus munera preciosa & vestes preciosas obtulit, & camerariis, & cancellariis, & arbitrati sunt, qvòd plus essent accepturi. At ille volens se justificare, dedit decem talenta. Audiens hoc Papa, qvi ad mortem infirmabatur, lætatus est valdè, & conversus ad cardinales, ait illis; Amen amen dico vobis, non memini tantam fidem in Israël & omni Judæâ. Transit primam & secundam custodiam, venit ad portam, qvæ ultrò aperta est ei, videns autem Episcopus, qvòd Papa infirmabatur ad mortem, ad

ſpondit, ſi qvid petierit in nomine auri & argenti, fiat ei.

Tunc Papa ſedens pro tribunali in loco, qvi dicitur Φιλαργυρία, qvod eſt interpretatum avaricia: dicebat Cardinalibus ſuis: beati donantes, & qvi poſſident pecuniâ, qvoiam ipſorum eſt curia Romana. Et qvi non habet, id qvid habet auferetur ab eo; induatur, ſicut diploide, confuſione, & p. 807. ſit vobis ſicut ethnic9 & publicanus. Expedit enim ei, ut mola aſinaria ſuſpendatur ad collum ejus, & projiciatur ad profundum maris. Et iterum, videte ne qvis vos ſeducat; qvicunqve vult pecuniam dare, ad nos eum introducite, & qvi eam habet, obtinebit, qvodcunq; petit; & qvi non habet, anathema ſit. Cardinales autem dixerunt, hæc omnia ſervabimus totâ virtute noſtrâ. Audiens hoc Papa, miratus eſt valdè, dicens: Amen amen dico vobis, non memini tantam fidem in Hieruſalem, qvantam in vobis: hoc enim facite in auri commemorationem. Exemplum enim relinqvo vobis, ut qvemadmodum ego facio, ſic & vos faciatis, & rapiatis. Gloria tibi Auro & Argento.

Alius Paſqvillus. Exul.

Interlocutores Cyrus, Paſqvillus.

PAS. Romam ipſe relinqvam, divum Jacobum petiturus. Cy. Qvæ tibi cauſa, ut Romam ſanctam deſertas? Paſ. Urgentiſſimæ qvidē, & plures. Cy. Et qvæ? Paſq. Prima omnium, qvòd, cùm hactenus per multos jam annos Romæ pluribus inſervirim, non nihil me ſperans lucraturum, video, omni ſpe me deſtitutum. Cy. Cur [obſecro] omnis tibi ſpes ablata? Paſ. Annòn vides, qvantus ſit Cardinalium numerus? Cyr. Qvid inde? qvid tua intereſſe putas? Paſ. Plurimum inde. Adeò enim inter eos ſunt pauperes, ut galerum, ſi altero indigeant, qvidam vix habeant, unde ſibi comparent. Adeò pauperes, ut eorum familia (inter qvos longo tempore converſatus, expertus loqvor) vix inediam depellat, Cy. Qvid tam curioſus tu (ô amice) ut eorum tam inſecteris inopiam? Paſ. Ex eo omnis ſpes mihi deperit. Nam qvò inopiæ conſulant, beneficia qvæqve etiam minime momenti rapiunt, devorant, pervendunt: qvid mihi igitur ſupereſt ſpei?

Cy. Providebit pontifex max. & tibi inter cæteros familiares ſuos. Paſ. Tot ſunt nepotes, nepotum tanta cohors, ut & Cardinales ipſi tur. Siſte hîc gradum, expecta pauliſper, habebis tandem optata. Paſ. Multis jam annis expectativas expectavi, nihil horum datum eſt. At etſi dentur, qvid? Putas, Florentinos ſui immemores? forſan deerunt viris illis remedia, qvò minùs beneficia pro ſe aut pro ſuis piſcentur. Diſcedam, non reverſurus, donec vel Florentini abigantur Roma, vel Cardinalibus fuerit abundè proviſum. Cyr. Ne nimis ſis in diſceſſu præceps: oſtendam, qvo pacto tibi optimè Romæ ſperandum. Paſ. Qvònam?

Cyr. Si magna tibi nummorum copia, ſi marſupia plena, brevi tempore potieris non modò uno, ſed & pluribus beneficiis. Nam hîc noſtro tempore, non ſecus ac cæteræ merces, beneficia venduntur. Eram altero die neſcio cum qvibus mercatoribus, ubi tractabatur beneficiorum negotium non ſecus, ac mulorum ac eqvorum mercatura. Paſ. Jam dudum id mihi conſtabat, ſi nummorum mihi vis eſſet ingens, non beneficia modò me habiturum, ſed Deum, ſacramenta, regnum cœlorum, pontificem ipſum. Sunt enim omnia hæc venalia Romæ. Cyr. Et qvidem tam liberè, ut liberiùs hîc nihil agatur, qvàm beneficiorum mercatura: eſtqve eis in fabula id commune; qvemadmodum Venetiis aromaticæ ſpecies, ita Romæ Deum, ac omnia qvæ Dei ſunt, vendi poſſe. Sed qvid [ô Paſqville] ad nos, qvi omnium ſumus peſſimi, vel ob id, qvod pauperes? ah. Paſ. Ante annos jam viginti, epiſcopatus prælaturasqve maximas, ſi nummi tantùm non deerant, facilè poteram aſſeqvi. Modò, largè cui ſuppetunt mercatorum banci, magis ſperant. Sunt enim hi omnium, qvæ ſunt Romæ, appreciatiſſimæ reliqviæ: illic omnis devotio, illic tota curialium ſpes atq; fiducia. Sed ut jam tibi dixeram, mihi non ſunt argentarii, qvare diſcedam. Cy. Perge, mi Paſqville, ut fias felix. Sed priusqvàm diſcedas, alteras ac alteras (ſi habes) adjicito cauſas.

Paſ. Dicam, & liberè. Sed tibi in aures. Scis enim, qvàm ſit Romæ res periculo plena, verum edicere. Omnia enim Romæ licent præter paupertam, ac veri judicium. Hæc peccata ſunt in in Spiritum Sanctum, qvæ nec hîc nec in futuro ſeculo remittuntur. Sed apud te, qvi es ipſiſſimus ego, liberè agam. Hîcné immorandum, mi Cyre, ubi non niſi fraude, mendaciis, periuriis, & qvidem ſceleſtiſſimis, vivitur? Cy. Qvo pacto id oſtendas? Paſ. Perge (obſecro) ad Divi Petri ædes, maximis impenſis cœ-

ignoras, qvot qvantasq; ex univerſo orbe Julius ſecundus ad id omnium celeberrimũ templum conſtruendum congeſtas reliqverit opes? Videris inſanire, Cyre, cùm tibi omnium maximè conſtet, qvas qvantasq; ex univerſo orbe Chriſtiano ad hoc opus conſtruendum collegerit Pontifex Maxim. pecunias, adeò hercule, ut de eis (ut promiſerat) jam non hanc, qvam cernis, ſed tres, ſed qvatuor omnium celeberrimas conſtruxiſſet Eccleſias.

Cyr. Ut verum fatear, ſæpius à mercatoribus ipſe audivi, ingentem theſaurum exinde Pontificem habuiſſe. Sed cur ſanctiſſ. dominus noſter huic operi non manus applicuerit, non conſtat. Paſ. Hoc eſt amice, qvod deploro, hoc me conturbat, qvòd pecunias illas immenſas etiam pauperum ſangvine undiq; terrarum angulis conqviſitas, in palatiis extruendis, in nepotibus ditandis, noverim expenſas. Dicam verum, qvò plebecula omnium ſimpliciſſima, ultramontana, vel fraude ipſa decipiatur. Sunt ſingulis diebus apud fores S. Petri lapidum exciſores qvàm multi. Sed qvod interdiu conſtruunt, noctu clanculò ad palatium Medices, non Petri deferunt. Sicq; lapides noctu migrant.

Et qvod certo certiùs conſtat, novi, mil-
p. 808. leſimam partem nec dum in ædificia fuiſſe expoſitam. Nam vide, qvid obſervantini illi minores contulerint, ſive è ſuis marſupiis (ut univerſus credit orbis) ſive ex indulgentiarum qvæſtu (ut ipſi aſſerunt) pontifici octuaginta millia aureorum largiti ſunt. Qvis non obſtupeſcat? Qvis recto pectore hoc geſtet? Diſcedam igitur, ô amice, ne has fraudes hi oculi deinceps videant. Nam crepo, cùm video ſacellanum illum in Divi Petri æde, qvi tam vili precio animas vendit atqve emit, omnia mentiens, qvæ vel dicit vel promittit. Sed eſt ſtomachato animo. Cyr. Si altera ſubeſt canſa, edicito. Paſq. Satis ſuperqve jam diximus, at tertiam accipe.

Franciſcus Urbinas, Urbinatum Dux, dum à Nepote pontificis Leonis X. impeteretur, ſuisq; eſſet è ſedibus depellendus, obſtitit qvoad potuit, eò maximè, qvod omnium ſanè ſentientium (ut dicunt) judîcio, naturalis hæres ipſe eſſet: nihilqve ad Florentinum illum Laurentium de principatu attineret. Ubi igitur Leo cum ſuis Florentinis longè, ac ipſe ſperaverat, bellum vidiſſet protrahi, impenſasq; indies augeri, jam penè exinanitus, hanc artem, qvæ nummos aggregaret, tandem excogitavit. Longa enim ac perpetua conſultatione habita, tanqvam in hoc unico refugio Eccleſia Romana conſervanda videretur, ſi 31. Cardinales uno eodemq; die crearentur. Jam enim
ræ. Tantam illinc allecutus pecuniarum eſt ingluviem, ut vix dicere auſim. Cyr. Dic liberè, ſcis enim, harum rerum qvòd ſim avidus, qvamq; mecum omnia tibi liceant. Nemo hic eſt, qvem revereamur. Inter nos hic ſermo.

Paſ. Dicam, & qvidem veriſſimè. Ultra qvàm qvingenta millia ducatorum ex his creaturis ſuis eſt adeptus. Vide, qvàm bonæ creaturæ, qvæ creatori ſuo tam gratæ! At ubi inter illas creaturas jam major pars omnibus nummis ſpoliata, imò & creaturæ ſe deluſas eſſe viderent (promiſerat enim pontifex non niſi paucas creaturas, qvibus & abundè in beneficiis providere poſſet) vide, qvàm hilari vultu ipſi pecunias creatori promiſerant. Intuentes autem ſeſe illi ipſi 31. (tantus ſcilicet numerus, ut etiam Virgo glorioſa, puero Jeſu timens, ne & ipſum raperent, ac in Cardinalem crearent, ad cœlos qvantocyus apud Mariam transpontinam remitteret, fulgure enim cœlos petiit, tantum (inqvam) eorum numerum, ut penè his providere non poſſet: ſubitò excogitaverunt creator & creaturæ (neſcio qvæ) nova de Sophi, de Turca, Chriſtianæ fidei atrociſſimis hoſtibus: jam Turcam nobis, imò Chriſtianis omnibus imminere, cui niſi eatur obviam, actum eſſe de univerſa republ. Chriſtiana.

Conſultant igitur publicè cum omnium Chriſtianorum principum oratoribus, ac longè aliter privatim, aliter publicè. Privatim enim ſubridentes putant, perbellè ſecum agi, cùm eorum egeſtati ſubveniant vel Barbari ipſi, publicè decimas, vigeſimas, qvinqvageſimas, atqve cruciatam univerſo populo Chriſtiano indicunt. Id ſibi privatim pollicentes creaturæ, ut habitis barbarorum aureis nemo è creaturis futurus ſit pauper. Nam qvis renuet tantam vim auri? Qvòd igitur optatis potiantur, mittunt ad Hiſpanos, ad Gallos, itemq; ad Germanos, legatos qvatuor. Et ut videant Principes Chriſtiani, id non ſacri auri amore fieri, interdicunt eis facultates omnes, etiam à jure conceſſas. Inceduntq; tam ſimplices, qvàm omnium ſimpliciſſimi: nihil præter Chriſtum, & hunc crucifixum prætendentes: nihil præter Deum in ore, in corde verò nihil niſi Barbarorum argentum geſtantes. Et niſi hæc ſole clariora tibi eſſent (ut puta qvoniam & eos, qvi miſſi ſunt, in cute noveris) longiùs tecum agerem.

Et cùm hujuſce ſint homines, bone Deus, qvanta pompa, qvanta apparatu urbem exiêre, qvantoq; faſtu patrias pontificias, aliasq; ſibi deſtinatas transſiêre? Neſcio ſi Diocletianus qvispiam tanto ſuperbiſſet! Cyr. Rumores ſunt planè per univerſum jam Chriſtianum populum Turcas adeſſe,

hinc diebus fiat, atq; habeatur. Ob idqve Paſq. optime, non videntur adeò pontificis ac Cardinalium improbanda conſilia, qvib. bellorum nervi (pecunias dico) aggregare qveant. Paſ. Si Roma mihi patria non foret, ſi Roma me non educaſſet, ſi Romano aere non tanto vixiſſem tempore, ſi Romanorum ingenia mihi non adeò eſſent perſpecta, jam tecum irem in gratiam, crederemq; pro certo, qvæ tu cum Romanis tuis affirmas. Sed novi mores veſtros.

Qvanto jam tempore eum habuiſtis clamorem, Turcam imminere cervicibus Chriſtianorum? Sed dic pro fide tua, qvis minus expoſuit pro expeditione? Qvis plura accepit qvàm vos? qvi Romæ hactenus Chriſtianorum ſuxiſtis ſangvinem. Vobis bonus Turca eſt, qvi tot tantaq; aureorum millia vobis qvotannis dat, ac per banchos Chriſtianos Romam mittit. Alexandri tempore ſex centenaria, imò millenaria aureorum vobis contra Turcas data, ubi, ubi ſunt? in qvem uſum converſa? in eum qvidem, qvi nec nominari debet. Cyr. Præterita carpere poſſumus, at emendare neqvimus. Unde nihil de præteritis mecum agas. At te futuris ſpes longè amplior longeq; certior mea. Paſ. Unde ſpes tibi hæc ingens? Cyr. Ex his, qvæ jam deforis videmus. Nam pontificem in univerſo clero Romano, qvàm devotus in proceſſione publicè (ut dicunt) inceſſerit, ipſe vidiſti. Num gemitus, lachrymas, idq; generis multa contemplabaris mecũ? Exinde conjicio, pontifici atq; reverendiſſ. Cardinalibus mentem ineſſe optimam, qvò hæc expeditio fiat.

p.809. Paſq. Dic tibi aut tui ſimilibus hæc ſomnia. Mihi verò fruſtra perſuades. Dic, ſi Pontifici mens hæc de expeditione in Turcas, cur Cardinales Romæ degentes, tanto apparatu, tanta aurea argenteq; ſupellectili ſuperabundant? Qvantus eqvorum mulorumq́, acervus? ut vix Tyberis pons aliqvando ſufferre poſſit. Cur non partes duplas jam eis abſtulit dudum? Poterat enim, ſi hæc faceret (ſcis tu qvàm vera dicã) Turcam ex Aſia atq; Thracia depuliſſe. Sed tantum abeſt, ut hæc vel pontifex capiat, vel ipſi tribuant, ut indies ſupellectilem illam adaugeant, ac longè reges ipſos in his exſuperent. Cy. Neſcio qvid boni conſulam, pergem. Ego hic Romæ manens, horum omnium expectabo finem. Dic, qvid legati reverendiſſimi expediant, qvidve ſperandum de eis?

Paſq. Qvid apud Hiſpanos, qvidve apud Gallos agatur, ſatis ſciunt omnes rumores, neſcio autem, ſi crediturus ſum unqvam, qvæ è Germania atq; Anglia huc ad nos degentes hæ (qvæ ſuapte natura ſunt iræ omnium impotentiſſimæ) qvantum incanduerint, qvanto ludibrio hanc Florentinam induſtriam habuerint, non ſatis poſſit legatorum curialium literis exprimi. Scribunt, n. indies atq; omni die deteriora. Stolidos dicunt & Anglos & Germanos. Deplorant vices ſuas, qvòd tandem ultimo ſapere cœperunt Barbari. Qvod etſi ſerò, nimis tempeſtivè tamen contra ſe actum putant. Videntur altera ſecula, videtur alter mundus eis, qvia aliter gentes eas invenerint.

Cy. Mi unice, ſi vera ſunt, qvæ propalàm hîc Romæ circumferuntur: dubito autem, figmenta eſſe, qvæ hîc dicunt. Noſti enim, qvàm hîc Romæ omnes ſint de pontifice maximo & Reverendiſſ. Cardinalibus ad proferenda mala promtiſſimi: ob id vehementer dubito, vera non eſſe, qvæ circumferuntur. Paſq. Utcunq;: ſi vera ſunt, nihil mirabilius, nihil monſtroſius dici poteſt, qvàm Anglos, qvàm Germanos aliqvando ſapere cœpiſſe, ac aliorum neſcio qvas prævidiſſe fraudes. Dii boni, ubi creaturæ reſtabunt? qvis nummos rependet? Impenſas ingentes ac nimios fecerunt labores. Sitim, vigilias, ac famem nonnunqvam pertæſi ac vacu, redibunt. Qvis apparatus ſuos hos magnificos perſolvet? Diſcedam ego, ne horum particeps, tandem & ipſe cogar decimam, vigeſimam, atq; qvinqvageſimam de penu noſtro diſſolvere. Si enim barbari nolunt, nobis tandem imminebit periculum. Scis enim tu mi Scire, qvàm vehemens, qvaleq́; ſit Florentinorum, ſimulq́; creaturarũ in extorqvendis aureis ingenium. Non ceſſabunt, ita me dii adjuvent (niſi deſuper veniat auxilium) qvoad usq; ſua avaritia univerſalem deſtruant Eccleſiam.

Cy. Fortè hæc non ita ſe habent. Qvòd ſi (qvemadmodum vehementer addubito) vera ſint non ob tamen deſperandum, qvaſi jam de nobis ſit actum. Emendabunt ſe in curia Rom. pontifex & ſuæ creaturæ, videntes, Barbaros ipſos jamjam etiam ingenia eorum noviſſe. Paſ. Ah Cyre: jam non videris eſſe ipſe, qvi eſſe ſolebas. Neq; tu noſti Curialium Romanorũ mores. Tibine conſcium Romanorum ingenium? Tibi ſpes eſt emergendi? Cy. Certò mihi perſuadeo, cùm ipſi ſe ſentient deprehenſos in fraude ſua, reſipiſcent ipſi tandẽ vel ſerò. Paſ. Scis, qvàm ad cor converſi fuerint, ob ditiſſimi regni Bohemici ab Eccleſia defectum? Qvantum eis illud cordi fuerit? Num qvippiam eorum abuſuum abrogârunt, ob qvos Bohemici deſciverunt? minimò qvidem. Ita & deinceps mihi perſuadeo fiet, maximè Florentinis Chriſtianam remp. moderantibus.

piam ſi præ oculis (ut dicunt) qvo in rem eas fiat expeditio. Paſ. Qvoſnam? Cy. Annatarũ. Paſ. Id qvarto mihi loco ſtomachum movet, qvò hinc diſcedam, ut vel D. Jacobo de his annatis qverar. Scio ego: tunc (ut es ſolers) jam vides, qvantum auri illinc ſit hauſtum? Ad annos qvatuor Calixto ipſi aſſensêre principes. Jam ad annos qvos vides durant, perpetuò (ni principes reſipiſcant) duraturæ. Nec eſt in urbe qviſpiam, qvi vel ſciat, contra Turcas eas impendendas. Jam in officiis publicè divenduntur. Ac miſeri Barbari ipſi (nimis a. Græcani, ac ſi mavis Italicani) hactenus magno ipſorũ incommodo, jactura majore, uti beſtiæ, ac omnium ignorantiſſimi, ab Italis refutati, cenſus hos annuos, contra Deum, jus, eqvitatem impenderunt. Et niſi principes (ut paulò ante dixi) reſipiſcant, nec æs Barbaris ſufficiet, qvo horum hominum avaritia expleatur. Ob id maximè hinc mihi abeundum, ne inferiùs terra me tandem obſorbeat. Ac tam diu ſum illic moraturus, qvoad Deus Opt. Max. Divusq; Petrus rem in meliorem reſtituerint formam. Cyr. I ergo felix: ac ſi qvid Hiſpani parturierint ſalvi, nos qvantocyùs certos redde. Nihil n., præter Carolum potentiſſ. regem, nobis ſalvi eſt relictũ. Paſ. Vale frater.

Petrus Martyr in 2. Sam. c. 13.

IN verbo Papa ex ſumma angelica refert, Martinum S. diſpenſaſſe cum qvodam; qvi cognoverat ſororem germanam. Genebrardus in Chron. conatur excuſare Martinum: ſed miſerè. Imp. Ferd. Pp. Paulo 4.

Thomas Jordanus Moravus.

HIc Chronicon Dubravii in integrum reſtituit, & Genealogiis ac multis aliis neceſſariis auxit. Imp. 118. Ferd. Pp. 230. Paul. 4.

p. 810. ## Ex hiſtoriis Tragicis Franciſci Belleforeſti Galli.

1560. NUllius dabo qvicqvam auribus: ſed veritatem ingenuè fatebor, tot hæreſium & ſchiſmatum cauſam eſſe neminem, præter noſtros raſos, unctos, clericos & Sacerdotes, ſua turpiſſima, ſceleſta, & impia vita. Non ergò accuſentalium qvenqvam niſi ſemetipſos, ſeq; ſolos caſtigandos & emendandos eſſe, noverint. Hæc ille, & qvæ ſeqvuntur. Imp. Ferd. 118. Pp. 230. Paulo 4.

1560. ## Gilbertus Cognatus l. 1. Narrat.

QVidam, ſperatâ morte cujuſdam beneficiati, cum jam ſemimortuum videret, qvatuor horis qvinqvaginta millibus paſſuum peractis, ad Regem pervenit. A qvo cum precio & precibus ſacerdotium peteret, affirmans, proculdubio eum mortuum eſſe, qvem ante qvatuor horas ſemmorientẽ reliqviſſe dicebat: rex ad eum: Benè ſanè cucurriſti, ſed qvo animo id feceris, perſpicuũ eſt: ideò cum tam benè curras, curre, & te dè turbaretur, genib. flexis orare cœpit. Interrogatus à fratrib. ſemel atq; iterum, qvid rei eſſet, cur tantopere commoveretur? vix tandẽ cum ingenti mœrore & fletu reſpondit: Magno, ô fratres, turbine fides Chriſtiana poſt noſtra tempora ſubvertetur. Vidi n. altare Domini malorum circumdatũ multitudine, qvi crebris calcium ictibus omnia diſſipabant. Hæc cauſa eſt gemituum, qvos audiſtis. Significavit haud dubiè hac viſione Deus in noviſſimis temporib. profanationẽ illã teſtamẽti Dominici, qvãdo omnia ſacra humãis traditionib. polluta & diſſipata erũt.

Idem in annot. in 8. Dial. Pontani ex Charonte. Stoici negant, bonum virum eſſe, niſi qvi vacet animi morbis: morbos a. animi cupiditates ſive affectus vocant. Multò igitur magis eorum eſt, qvi ſe Chriſti vicarios & Petri ſucceſſores jactitant, ab his eſſe liberos, ſed omniũ maximè id decet Papas. Verùm ipſi, & Cardinales, reliqviq; papiſtæ libidine, luxu, violentiâ, ſuperbiâ, faſtu, divitiis, rapacitate, intemperantiâ ſuperant univerſos principes. Mundanas ditiones ambiunt & admittunt, ſordidis ac plebejis implicantur curis, & bellorum procellis involvũtur. Sumunt arma pro defendendâ ſuâ Synagogâ, & bellicis tumultib. ſacra profanaq; miſcẽt. Pluris faciunt ſuperſtitionẽ, qvã verã religionẽ. Pro tuenda ſuperſtitione & idololatriâ digladiantur. De cõſervando Dei verbo, & morũ integritate nemo illorũ cogitat.

Joannes Calvinus inſtit. Chriſtianæ l. 4. c. 4. & ſeq. 1560.

SCribit hic de Eccleſiâ antiqvâ ante Papatum, de primatu Romanæ ſedis, exordio & incremento Papatus, donec ſe in hanc altitudinem extulit, qvâ & Eccleſiæ libertas oppreſſa, & omnis moderatio ſubverſa fuit: qvem vide. Imp. Ferd. Pp. Paulo 4.

Joannes Laſitius Polonus in lib. de Ruſſ. & Moſcovitar. religione. 1560.

PEtrus Scarga Jeſuita Vilnenſis, anno 1560 Lutheranos ita eſſe omnibus exoſos debere, ſuos auditores Vilnæ docuit, ut & obvius conſpuerent. Cujus rei cum ipſemet, obvius Concionatori Evangelico factus, exemplum ederet aliis imitandum (audita refero) contuſum os, ex qvo ſputum ejecerat, manu cujuſdam id ſpectantis pii Nobilis, homo maledicꝰ domũ retulit. Imp. & P. V. S.

Ibidem. Certè anno, qvo Romam adii, 1560. duodeviginti ſcortorum millia in eâ eſſe, dicebatur.

Et paulò pòſt: Papa plus qvàm centum millia Chriſtianorum (hujus enim inſtinctu omnia ubiq; geruntur) inde ab exortu Lutheri in Europâ perdidit.

Ibidem. Per omnem Poloniam divulga

fisse : ac qvòd suus, qvem Romam miserat, orator pedem Papæ osculari coactus fuerit, indignissimè tulisse.

Ibidem. Nullâ re aliâ melius meriti de republica Christianâ Monachi, qvàm qvòd nobis Lutherum produxerunt, virum certè incomparabilem: qvicqvid contra dicant cæteri monachi, ranæ illæ Apocalypticæ, ex rictu bestiæ egressæ, falsis miraculis insignes, bellorum Evangelicis inferendorum faces, atq; novi Test. Pharisæi & Hypocritæ.

Gabriel Pratteolus Marcossius.

1560. CArolstadius, cùm videret, à Luthero se ingenio, doctrina, & eloqventia longè superari, qvò suum qvoq; nomen celebre ad posteros transmitteret, novum & alienum à
p.811. Lutheri religione fingere sibi necessarium duxit dogma: ac proinde Berengarii sectam de Sacramento iterum à mortuis resuscitavit. Tractat hic (ut etiam Lindanus in dubit. dial. & alii) omnia sua conviciis & maledictis, & Zinglium apud inferos visum fuisse. De Luthero & aliis alia turpissima qvæqve mendaci stylo confingit.

Idem scripsit de vitis, sectis, & dogmatibus omnium hæreticorum, qvi ab orbe condito ad nostra usq; tempora, & veterum & recentium authorum monumentis proditi sunt, elenchum alphabeticum, cum eorundem hæreticorum origine, institutis & temporibus, qvibus præstigiis mundo imposuerunt. Imp. & Pp. V. S.

Margarinus de la Bigne Theo-

1560. logus, D. Parisiensis, in præfatione Sacror. Bibliorum ad Gregor. 13.

INter alia negat, Ecclesiam in moribus errare posse. Imp. Ferd. Pp. Paulo 4.

Nicolaus Machiavellus Floren-

1560. tinus de Repub.

Prodigia atqve signa semper mutationes portendere.

Ut causam facilè confitebor me ignorare: ita rem ipsam cùm ex antiqvis, tum novis exemplis agnoscere oportet, & confiteri, omnes magnos motus, qvicunqve aut urbi alicui, aut regioni evenerunt, vel à conjectoribus, vel à revelatione aliqva, prodigiis, aut cœlestibus signis prædici ac prænunciari solere. Et ne procul petitis exemplis hoc demonstrare velle videat: domesticis utar. Novimus omnes, Florentiæ Caroli 8. Gallicæ regis adventum in Italiam ab Hieronymo Savanarola longè antè prædictum fuisse: & eundem per Hetruriam multis aliis signis præsagitum: & inter cætera, supra Aretium visos esse exercitus prælium committentes.

Idem in suæ historiæ principio dicit: circa 600. Domini annum consuetudines, seu ejus verba: Ma intra tante variationi non fu di minore momento il variare della Religione, per che conbattendo la consuetudine della antica fede, con i miraculi della nuova, si generavano tumulti, sed disordie gravissime intra gli huomini. Et se pure la Christiana Relig. fuisse stata unita. Imp. Ferd. P. P. 4.

Ibidem, ex ruinis Imperii primò enatum Pontificatum, & deinde armorum potentia crevisse, dicit.

Abr. Bucholzerus in Chronicis. 1560.

ANno 1559. Comitia sunt acta Augustæ à R. Ferdinando: in qvibus est sancita pax religionis: exeqvizq; facta Carolo V. & utriqve Reginæ Mariæ, Ungaricæ atq; Anglicæ. Ad qvas exeqvias non sunt ingressi Protestantium Legati: Præter Legatum Electoris Palatini: qvi tamen oblatam à Cardinale August. qvi Missam celebraverat, sacram patinam noluit osculari: & ideò ille iratus exclamavit: si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in æternum. Imper. Ferd. Pp. Paulo 4.

Idem. Anno 1553. Januar. 9. in arce Perlinensi, cum ventus exortus vehementissimus esset, à statuâ Elect. Mauritii delectum caput est, cæterorum principum statuis illæsis. Sed Lycosthenes, nullâ vi adhibita decidisse, ait: ventum verò pridie prælii fuisse, qvo duo ejus tentoria conciderint.

M. Arnoldi de Palude vaticiniũ 1560.

de superventura desolatione.

Prelia Magnatum cernes, & sangvinis undã,
Et terras populis vacuas, contusaq; regna.
Fama domusq; cadẽt, & erunt sine civib. urbes:
Inq; locis multis tellus inarata manebit.
Strages nobilium fiet, procerumq; ruinæ,
Fraus erit inter eos, confusio magna sequetur,
Mẽbra caput spernent, & lævã dextra timebit,
Turbabit terras Aqvilo, qvia valdior Austro.
Mutabitq; fidem, Regem: cum sceptra tenebit
Rex novus, & gens, lex, mutabitur ordine mira.
Sic plebs, lex, clerus desinceps diversa sequetur.
Plurima per loca nascetur dissensio magna.
Nascentur sectæ multis in partibus orbis.
Teutonicusq; furor gladios fabricabit in illa,
Gaudebit proprias effundere sangvinis undas.

Imp. Ferd. Pp. Pio 4.

Joan. Michael Brutus Florenti- 1560.

nus l. 7. hist. Flor.

XIstus IV. Pontifex Max. cum aperto bello Laurentium Medices, qvem insidiis opprimere non poterat, persequeretur, qvò faciliùs populum Florentinum ab eo alienaret, igni atqve aqva civitati interdixit. At Florentini sive gratia sive metu adducti, Reipublicæ salutem illius fidei diligentiæq; permiserunt, & sacerdotes, reclu-

structus Pontificiam dignitatem augere, imperium armis proferre, Hieronymumq; præsertim Riarium filium (qvem, tegendæ libidinis causa, nepotem ex sorore vocabat) principatu urbium, ac amplissimi fortunis honestare cupiebat, qvando jam cæteros affines Petrum & Raphaelem Hieronymi fratrem, insignibus sacerdotiis ditatos, cardinei pilei honore decorasset.

Idem. Sæpe videmus accidere, ut, cum Pontificatus à vehementioris hominis ingenio administratur, omnibus semper sit formidabilis: cum in faciendâ injuriâ impunitas & licentia; in declinanda religio tueatur: & sic ingentia mala in Christianam Rempublicam invehat. Imp. Ferd. Pp. Pio 4.

Pius Papa 4. inauguratus.

1560. Postqvàm ad pastoralem dignitatem oviũ Christi Romanam Joannes Angelus de familiâ Mediceâ, Cardinalis in Cœlio monte, fuit evectus: ut qvi jam à seipso differret, oblitterato priore nomine, Pius appellari, qvartus à cæteris suis antecessorib. existens, voluit. Neqve tn. piscatorem se hominum, humanarumq; pecuniarum oblitus, hanc inaugurationem sui feriis Epiphaniæ, Anno Domini 1560. Romæ celebravit. Primò omnium dictâ luce Pontifex, albo sericeo talari, atq; aureâ, gemmis interpolatâ infulâ conspicuus, à qvatuor auctoritate summâ pollentibus, & nobilitate præstantibus viris in solio deaurato, purpureis aulæis, & imminente fictili, & radiante cœlo, velato, humeris in sublimi ad S. Erhardi sacellum geritur: ubi Cardinales ultra qvadraginta septé, & ducentos Episcopos, in ordine stantes, & rubeis suis galeris, bifidisq; tiaris, tanqvam pro officio habendo, ornatos, debitis sibi votis, & hæreditario juramento adstrinxit.

Hæc ubi solemni de more sunt acta, Cardinales inaugurandũ Pontificem unxerunt, atqve in auspicia ejus antiphonam cecinerunt, indeq; sellæ impositum ad divum Petrum portavêre: & omne Cardinalitium examen, episcopi & cleri, immenso numero, & pulcerrimo habitu emuncti, seqvebantur, ipseq; Papa in egregium, omnium aspectui pâtens, auro gemmisq; irradians conclave delatus est, & in proximo unionibus integro, atq; pretiosissimo obryzo compacto solio collocatus, triplicem coronam Pontificiam à qvatuor Cardinalibus summis, amplissimis, & ut putabatur, sanctissimis, ceremoniis adhibitis accepit.

Interea, dum hæc fiebant, subornati sunt, qvi pecunias in populum circumfusum assiduè projicerent, qvo undiq; ad prædam, & tamqvam ad auream pluviam adurgente, viginti duo sunt oppressi. Plateas a. fora, & propugnacula lecti milites 8000. & qvin-

factus, ingenti lætitiâ de castro Angeli mille tormenta bellica sunt diploſa, unde omnia intremuêre, ipsumq; solum immugiit. Ingruente vesperâ, Romanis civibus omnibus & singulis injunctum fuit, funalia suspendere, & lucernas papyraceas accendere. Cardinales & Episcopi omnes, ante ædes suas & palatia, singuli terna dolia pice & sulphure adimpleta, terribilem in modum concremârunt. Atq; ita hujus Pii IV. solemnis inauguratio est celebrata. Imper. 118. Ferd. Pp. 231. Pio 4.

Ex Epistola, cujus titulus est de Julii 3. varia ratione, &c. ex Joannis Casæ libro. 1560.

Joannes à Casa, patriâ Florentinus, Archiepiscopus Beneventanus, Decanus Cameræ Apostolicæ, ac in toto dominio Venetorũ Nuncius, cum potestate legati à latere: scripsit poema rhythmis Italicis; qvibus primo qvidem aspectu videtur laudes Furni celebrare: verum ubi paululum fueris ingressus, senties, cum laudes Sodomiæ (salvo honore) satis apertis verbis decantare, & disertè dicere, se eâ valdè delactari, neq; aliam venerem agnoscere. Qvin addit, Sodomiam ipsam esse opus divinum, & artem divinam, qvi qvidem rhythmi fuerunt impressi Venetiis apud Traianum Navum.

Ad hæc ex eo conclavi, in qvo creatus est Julius 3. interceptæ fuerunt literæ alicuius ex conclavistis, id est, ex illis, qvi solent assidere Cardinalibus Papam electuris: qvibus qvidem literis non puto ulla memoria unqvam scriptas fuisse ullas obscœniores, sceleratioresq;. Nudis n. nefandissimisq; verbis illic agitur (salvo honore) cum cinædo. P. 813.

Postremo cum Julius 3. valdè malè audiat in hoc ipso obscœnissimo genere, qvod nunc attigi: ita ut neq; à Cardinalibus abstineat: tamen ego illi peperci hucusq;, qvod ad deterrimam illam libidinem attinet.

Verum cum omnes affirment, eum solere sæpissimè illis blasphemiis uti, qvib. impurissimi lenones, & reliqvi nebulones solent, videlicet, Al disperto di Dio, i.e. in contemtum Dei: & Pota di Dio, i.e. ad vulvam Dei; qvum in qvibusdam additionibus ad libellum de aqvâ benedictâ, & hanc suæ sanctitatis laudem attigissem, scio, hæc etiam de re Curtisanos me accusare: qvum tn. deberent Papam eorum Idolum magis, qvam me &c.

Theodorus Zvvingerus in theatro vitæ humanæ, volum. 4. l. 1. & alii. 1560.

Prodigii loco esse potuit lapis ille Islebii (qvæ patria fuit Mart. Lutheri) ex puteo effosus, patrum ætate, Pontificis imaginẽ, in throno sedentis & gemmâ in dextro pollice accuratè contemplantis, habens: de qvo etiam alibi in hoc opere Imp. Ferd. Pp. Paul. 4.

plum eupimus, videamus, qvid Ecclesiæ, negligentiâ & ocio pastorum, acciderit. Unde in hoc misella vinea vepres & spinæ creverunt? Unde fit, ut labrusca gignat? cur non putata, nec fossa circundata? cur depasta, deserta & demolita? cur deniq; omnes à Prophetis domui Israelis prædictæ & denunciatæ maledictiones, in eam sunt effusæ? nisi propter infidelitatem & negligentiam villicorum, qvibus illa commissa fuerat colenda? Unde tanta gregis miseria, ut aliæ scabiosæ, aliæ morbidæ, aliæ macilentæ & debiles, aliæ errantes, aliæ perditæ, aliæ sint abreptæ, & ablatæ? nisi proptetea, qvòd traditæ sint mercenariis, qvi otium, ac desidiam sectantur, & qviescere malunt, qvàm officio fungi; & tolerare, Jacobi exemplo, ardorem solis, & frigus nocturnum, ad tutiorem ovium custodiam.

D. Matthæus cap. 9. commemorat, Jesum Christum, cú vidisset turbam, misericordia commotum esse super eis, qvòd essent dissipari & disjecti, qvasi oves non habentes pastorem: & tunc dixisse discipulis suis: Ipsa qvidem messis multa, operarii a. pauci. Rogate igitur dominum messis, ut emittat operarios in messem suam. Hinc patet, culpam turbatæ & destructæ domus Dei ab eo conferri in œconomos. Et certè si qvis dominus suos eqvos macilentos & malè curatos videat, soli hippocomo, cui commiserat, irascitur: ita pastores speciatim reddituri sunt rationem tantarum calamitatum, qvibus Ecclesia deformatur. Pernitiosissimum est igitur cum privatim singulis, tum Reipublicæ in genere, otiosus tolerare.

1560. ## Margareta Valesia Reginæ Navarræ.

Editus est liber in lingva Gallica sub nomine hujus Reginæ, in qvo aliqvot Sacerdotum & Monachorum horrenda & turpissima recensentur. Vide ibi. Imp. 118. Ferdinando. Pp. 230. Paulo 4.

Erasmus Schreckenfuchsius de

1560. ## 7. Calendariis.

Anno 1453. cùm Turcarum Imperator Constantinopolin cepisset; Christi imaginem in urbe exigi jussit, & stercoribus projectis conspucari, Conjunx Cæsaris cum filialibus tractæ ad convivium, publicè stupratæ, & tandem frustulatim dissectæ sunt. V. S.

Joannes Acronius.

1560. Hoc anno aliqvot prodigia in cœlo, utpote faces & ostenta ignea, tres soles, & alia visa fuerunt: de qvibus Acronius apud Garcæum ejus thema cœli, ut etiam aliorum qvoq; plurimorum virorum illustrium & doctorum. V. S. 1560.

Joannes Glandorpius in Onomastico.

ULpianus Trajanus Crinitus Imp. Præfecto Prætorii de more gladium tradens, dixit: Hunc adversus hostes meos utere, si rectè imperaverò, sin minùs. in me stringito. V. S. 1560.

De Paparum cum Imperatoribus Concordia. Imp. 118. Ferdinando Pp. 231. Paulo 4.

Interea verò Carolo ad solitudinem vitæ in fano Justi degendam in Hispanias profecto: atq; Imperio ad Ferdinandum fratrem, multò ante regem Romanorum electum ac coronatum, publica Electorum ad principú Francofurti congregatorum approbatione translato: cum hic, pro sua erga sedem Romanam observantia, Saulum Pontificem de administratione Imperii suscepta, per Guzmannum, supremum Maj. suæ Camerarii, certiorem reddere statuisset, cum significatione voluntatis de diademate imperiali primo qvoq; tempore, cùm sese occasio daret, petendo, recipiendoq;: tam improba malevolentia elataq; proterviaCæsareæ observantiæ respondit, ut, se non vel Petri, cum cæteris Apostolis magistratum tanqvã ordinationem divinam debito honore cultuq; prosecuti, successorem, vel non hominem ad mutua benevolentiæ ac humanitatis officia propensum: sed ipsissimum Antichristum, qvem Sacræ Scripturæ autoritas supra omne id, qvod divinum est, se elaturum affirmat, esse, diciqve debere ostenderet. 1561.

Effera namq; bestia, qvæ Ferdinandum Imperatorem minimè agnoscere vellet, prætendens, à Carolo nemini nisi sedi pontificiæ imperium cedi potuisse: nec Ferdinando, citra consensum ejus, administrationem Imperii suscipere licuisse: legatum Cæsareum venientem minimè ad colloqvium admittere voluit: sed explorata causa adventus ipsius, Cardinalibus, Jurisq; peritis qvæstiones, non ex oraculis doctrinæ cælestis vel promtuario Legum petitas: sed ex imis tartareis sedibus, ab omnis malitiæ, superbiæ, mendaciiq; autore Lucifero prolatas, discutiendas proposuit: qvæ, ut postea per Romanistas disseminatæ sparsæq; fuêre, hujusmodi extiterunt.

Annon Guzmannus, qvi missum se assereret à domino suo Ferdinando ad sanctissimum dominum Papam, legitimè docere deberet, qvid circa Imperii cessionem, fratri

Papæ, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ?

An remotis iis difficultatibus, nihil de præſenti perſonæ ſeren. domini Ferdinandi reſiſteret, qvò minùs Imperialis dignitatis capax ſit: cujusm. ſit mala educatio filii ſui regis Bohemiæ, qvi ad manifeſtam hæreſin inclinet: permiſſo, qvòd in ditionibus ſibi ſubjectis paſſim hæreſes impunè vigeant, Catholici opprimantur, Eccleſiæ viduentur, & monaſteria deſpolientur, profitentes Auguſtanam Confeſſionẽ promiſcuè cum Catholicis converſentur & habitent.

Conceſſiſſe Ferdinandum colloqvium Wormacienſe ſine conſenſu & licentia. S. ſedis Apoſtolicæ, de rebus religionis inter Chriſtianos & hæreticos. Juramento ſe adſtrinxiſſe in conventu Francofurtenſi, ſervaturum omnia, qvæ in comitiis præteritis ſtatuta fuiſſent, inter qvæ plura hæretica & damnata reperirentur. Imperatoris nomen propria autoritate aſſumſiſſe. Decretum contra communicances ſub utraq; ſpecie publicatũ, ſuſpendiſſe, hoc præſertim tempore, qvo maximè executioni mandari debuiſſet. Violaſſe juramentum, qvo in electione primâ, in regem Romanorum, ad Eccleſiæ & fidei Catholicæ defenſionem hæreſium ac ſchiſmatum extirpationem, nec non hæreticorum averſationem, ſed adſtrinxerit. Alia qvoq; ejus generis qvàm plurima, contra juramentum & ſacros canones ab ipſo commiſſa.

Qvid itid. è perſonâ noñullorum Principum elector. dicendum ſit, qvi notoria Eccl. Romanâ relictâ, huic ceſſioni conſenſerint: & qvomodo tandem cum Chriſtianæ Reip. pace & tranqvillitate, hiſce omnibus conſuli ac proſpici poſſit. Et hæc Cardinalibus tunc diſcutienda propoſita fuère.

Licet a. nunc ordo narrationis exigeret, ut, qvid ad ea Cardinales reſponderint, ſubjicerem: & neutiqvam mei muneris atq; officii eſſe videam, in propoſitas qvæſtiones
p. 815. inqvirere: tn. veſana Romaniſtarum ſuperbia omnes leges ſuperans, ac rerũ propoſitarum indignitas, ab ordine propoſito me removent, & ab inſtituta narratione præter hiſtoriæ legem nonnihil digredi compellũt. Id qvod dum facio, veniam mihi ab æqvo Lectore dari pero. Nam qvis, qvæſo, hiſce qvæſtionib. perpenſis autorem, à qvo propoſitæ fuère, cõſiderans, etiam lege hiſtoriæ neglecta, veſanam dominandi libidinem, cũ horribili impietate ac impudentia conjunctam, in pontificibus Romanis non exſecretur? qvi non contenti ſervitute, qva Chriſti Eccleſiam multis annis tyrannicè preſsére; reges ac principes, in tanta veritatis luce, ſub tyrannidis ac captivitatis Babylonicæ jugum rurſus qvoq; redigere conantur.

ſucceſſorum poteſtas, hiſce limitib. ac metis arctata atq; circumdata eſt, ut ipſi miniſterium Evangelii docentes, non ſolùm Imperiis relictis, reges gentium dominari permittant, ſed & ipſi ſeſe eorum poteſtati ac jurisdictioni obediéter ſubjiciant? Qvis itaqve abominabile non judicet, qvòd Papa, Chriſti mandato ſpreto, ipſum Imperatorẽ ſibi ſubjicere, & de ejus electione ac autoritate judicandi poteſtatẽ uſurpare nitatur?

Conſenſum ſuum in ceſſione ac acceptatione Imperii intervenire debuiſſe, aſſerit. At qvæ lex divina vel humana id præcipit? Annon Pontificum ambitione creſcente, cũ hi autoritate ſua electum Imper. approbari contenderent, jam multis abhinc annis luculenter & copioſè doctiſſimi qviq; demonſtravêre, electum concordi principũ ſuffragio ad approbationrm Pontifices petendã, vel recipiendam, minimè aſtringi? Dum itaq; hic Saulus contrarium exigit, an potiùs Germanos vel meretricis magnæ amore adhuc inſanire, vel jurium ſuorum oblitos eſſe exiſtimat?

Porrò Ferdinandi confirmationi malam filii Maximiliani tunc regis Bohemiæ, nunc Imperatoris laudatiſſimi, educationem objicit: in qvo non inſignem, imò diabolicam Pontificis malitiam cernere licet. Qvæ enim bonæ ac laudabilis educationis pars eſt, qvæ omnibus ejus membris diligentiſſimè diſcuſſis, in principe Maximiliano deſideretur? Siqvidem veræ ac incorruptæ religionis Chriſtianæ cognitione à teneris annis, magno totius Eccleſiæ commodo imbutus, ad juſtitiæ omniumqve virtutum amorem aſſuefactus, literis bonis ac artibus honeſtis præ cæteris Europæ regibus atq; principib. liberaliſſimè eruditus, à vitiis teterrimis gubernatorum, libidine, rapacitate atq; ingluvie averſus: deniq; variarum peregrinarum cognitione, cum incredibili manſuetudine, humanitate, continentia, temperantia, & frugalitate inſtructus eſt, ut qvemadmodum in opalo gemma multarum gemmarum dotes eminere dicuntur, cunctæq; hæ pariter incredibili mixtura lucere: ita in Maximiliano multivaria ingenii atqve virtutum ornamenta effulgere, & qvæcunqve apud alios placere poſſunt, in illo inveniri conſpiciuntur: ut nemo tam à judicio averſus, vel à virtute alienus ſit, qvem pulcherrimis virtutum chorus in hoc principe, in admirationem ejus non convertat ac rapiat.

Verùm qvid beſtiam iſtam ſepticipitem utat, minimè obſcurum eſt. Potuêre ſuperioris ætatis Pontifices Imperatorum, qvos odio haberẽt, filios, amore meretricis Babyl. dementatos, in parentes nefariè ac parrici-

structus Pontificiam dignitatem augere, imperium armis proferre, Hieronymumq; præsertim Riarium filium (qvem, tegendæ libidinis causa, nepotem ex sorore vocabat) principatu urbium, ac amplissimi fortunis honestare cupiebat, qvando jam cæteros affines Petrum & Raphaelem Hieronymi fratrem, insignibus sacerdotiis ditatos, cardinei pilei honore decorasset.

Idem. Sæpe videmus accidere, ut, cum Pontificatus à vehementioris hominis ingenio administratur, omnibus semper sit formidabilis: cum in faciendâ injuriâ impunitas & licentia; in declinanda religio tueatur: & sic ingentia mala in Christianam Rempublicam invehat. Imp. Ferd. Pp. Pio 4.

Pius Papa 4. inauguratus.

1560. Postqvàm ad pastoralem dignitatem oviũ Christi Romanam Joannes Angelus de familiâ Mediceâ, Cardinalis in Cœlio monte, fuit evectus: ut qvi jam à seipso differret, oblitterato priore nomine, Pius appellari, qvartus à cæteris suis antecessorib. existens, voluit. Neqve tn. piscatorem se hominum, humanarumq; pecuniarum oblitus, hanc inaugurationem sui feriis Epiphaniæ, Anno Domini 1560. Romæ celebravit. Primò omnium dictâ luce Pontifex, albo sericeo talari, atq; aureâ, gemmis interpolatâ infulâ conspicuus, à qvatuor auctoritate summâ pollentibus, & nobilitate præstantibus viris in solio deaurato, purpureis aulæis, & imminente fictili, & radiante cœlo, velato, humeris in sublimi ad S. Erhardi sacellum geritur: ubi Cardinales ultra qvadraginta septé, & ducentos Episcopos, in ordine stantes, & rubeis suis galeris, bifidisq; tiaris, tanqvam pro officio habendo, ornatos, debitis sibi votis, & hæreditario juramento adstrinxit.

Hæc ubi solemni de more sunt acta, Cardinales inaugurandũ Pontificem unxerunt, atqve in auspicia ejus antiphonam cecinerunt, indeq; sellæ impositum ad divum Petrum portavêre: & omne Cardinalitium examen, episcopi & cleri, immenso numero, & pulcerrimo habitu emuncti, seqvebantur, ipseq; Papa in egregium, omnium aspectui pâtens, auro gemmisq; irradians conclave delatus est, & in proximo unionibus integro, atq; pretiosissimo obryzo compacto solio collocatus, triplicem coronam Pontificiam à qvatuor Cardinalibus summis, amplissimis, & ut putabatur, sanctissimis, ceremoniis adhibitis accepit.

Interea, dum hæc fiebant, subornati sunt, qvi pecunias in populum circumfusum assiduè projicerent, qvo undiq; ad prædam, & tamqvam ad auream pluviam adurgente, viginti duo sunt oppressi. Plateas a. fora, & propugnacula lecti milites 8000. & qvin-

factus, ingenti lætitiâ de castro Angeli mille tormenta bellica sunt diploſa, unde omnia intremuêre, ipsumq; solum immugiit. Ingruente vesperâ, Romanis civibus omnibus & singulis injunctum fuit, funalia suspendere, & lucernas papyraceas accendere. Cardinales & Episcopi omnes, ante ædes suas & palatia, singuli terna dolia pice & sulphure adimpleta, terribilem in modum concremârunt. Atq; ita hujus Pii IV. solemnis inauguratio est celebrata. Imper. 118. Ferd. Pp. 231. Pio 4.

Ex Epistola, cujus titulus est de Julii 3. varia ratione, &c. ex Joannis Casæ libro. 1560.

Joannes à Casa, patriâ Florentinus, Archiepiscopus Beneventanus, Decanus Cameræ Apostolicæ, ac in toto dominio Venetorũ Nuncius, cum potestate legati à latere: scripsit poema rhythmis Italicis; qvibus primo qvidem aspectu videtur laudes Furni celebrare: verum ubi paululum fueris ingressus, senties, cum laudes Sodomiæ (salvo honore) satis apertis verbis decantare, & disertè dicere, se eâ valdè delactari, neq; aliam venerem agnoscere. Qvin addit, Sodomiam ipsam esse opus divinum, & artem divinam, qvi qvidem rhythmi fuerunt impressi Venetiis apud Traianum Navum.

Ad hæc ex eo conclavi, in qvo creatus est Julius 3. interceptæ fuerunt literæ alicuius ex conclavistis, id est, ex illis, qvi solent assidere Cardinalibus Papam electuris: qvibus qvidem literis non puto ulla memoria unqvam scriptas fuisse ullas obscœniores, sceleratioresq;. Nudis n. nefandissimisq; verbis illic agitur (salvo honore) cum cinædo. P. 813.

Postremo cum Julius 3. valdè malè audiat in hoc ipso obscœnissimo genere, qvod nunc attigi: ita ut neq; à Cardinalibus abstineat: tamen ego illi peperci hucusq;, qvod ad deterrimam illam libidinem attinet.

Verum cum omnes affirment, eum solere sæpissimè illis blasphemiis uti, qvib. impurissimi lenones, & reliqvi nebulones solent, videlicet, Al disperto di Dio, i.e. in contemtum Dei: & Pota di Dio, i.e. ad vulvam Dei; qvum in qvibusdam additionibus ad libellum de aqvâ benedictâ, & hanc suæ sanctitatis laudem attigissem, scio, hæc etiam de re Curtisanos me accusare: qvum tn. deberent Papam eorum Idolum magis, qvam me &c.

Theodorus Zvvingerus in theatro vitæ humanæ, volum. 4. l. 1. & alii. 1560.

Prodigii loco esse potuit lapis ille Islebii (qvæ patria fuit Mart. Lutheri) ex puteo effosus, patrum ætate, Pontificis imaginẽ, in throno sedentis & gemmâ in dextro pollice accuratè contemplantis, habens: de qvo etiam alibi in hoc opere Imp. Ferd. Pp. Paul. 4.

Apostolus mutari vetuit, hoc argumento: cum hominis testamentum rescindere non liceat, nec Christi rescindere licere? Annon Ecclesia primitiva, Christi in institutioni insistens, eandem sub utraq; retinuit, usqve qvò vix ducentis abhinc annis, Christi ordinatione per Pontifices sceleratè mutata, Ecclesiæ altera species ademta est? Annon Paulus qvoqve III. & ipse Pontifex, edita bulla sua, Germaniæ Episcopis potestatem communicandi populi sub utraqve specie concessit, eaq; Imperator nonminùs qvàm qvivis illorum gaudere potuit?

Ferdinandus itaqve, suspenso mandato contra communicantes sub utraq; specie, remne institutioni Christi, atq; mandato ejus, bullæq; Pontificiæ dissonam, ac Christiano Imperatore indignam fecit? Annon, dum Saulus contrarii mexigit, se non Christi vicarium, sed verissimum Antichristum: non cultorem primitivæ Ecclesiæ, sed contemtorem: & antecessoris non sectatorem, sed hostem manifestum esse demonstrat?

Perjurii deniq; notam Imperatori (qvo jurisjurandi, fidei datæ, atq; promissi nullus tenacior, vel cultor religiosior extitit) perfidiæ author Papa, aspergere conatur. At qva de causa alia, qvàm qvòd ad nutum & voluntatem sænæ istius meretricis, ebriæ de sangine sanctissimorum martyrum, sangvinem innocentium, qvos hæreticos impiè asserit, effundere, atq; Christi doctrinam amplectentes, triremibus, aqvis, laqveo, securi, igne, ferroq; persequi noluerit: ea semper consilia secutus, qvibus certamina in Ecclesiâ nata, moderatione magis, qvàm vi & armis componerentur? Et jurârit Ferdinandus, qvod Pontifex prætendit, se omnẽ hæresin atqve hæreticos exterminaturum: idqve non præstiterit: ob idne in perjurii notam incidisse dici poterit?

Annon, cum hi, qvi à pontifice hæreseos insimulantur, ejus minimè convicti & condemnati fuerint, qvod canones exigunt, justius à tæde eorum justissimus Imperator abstinuit, qvàm juramento adimpleto sangvinem innocentem effudit: ipsis Pontificũ decretis statuentibus, juramentum iniqvitutis vinculum minimè esse, sed tres comites (veritatem, judicium atq; justitiam) habere debere: ac si qvid fortè nos incautiùs jurare configerit, qvod observatum in pejorem vergat exitum, illud liberè salubriori consilio mutandum, ac magis instante ne-
P. 817. cessitate pejerandum, qvàm pro vitando perjurio in aliud crimen gravius esse divertendum? Præterea, an ingens scandali atq; periculi imminentis necessitas, qvæ aliis ex sententia præstantissimorum Jurisperitorum in simili facti specie prodesse visa est, nil Imperatori ad excusationẽ prodesset, qvòd

an à proceribus Germaniæ, ea ipsis collata fuêre? Ac sint electorum qvidam hæresi asperſi, ob idne vota eorum infirmabuntur? Sanè si gesta ab hæreticis irrita sunt, qvæ decreta Romani episcopi valida firmaq; erũt? Ipse namq; non solum hæreticus est, sed hæresiarcha, adeoq; omnium hæreseon & impietatum impurissima lerna atq; latrina.

Ad extremum, omnia ita examinari postulat, ut qvieti & tranqvillitati publicæ consulatur. At qvæ furia unqvam ex stygе tartarea paci ac tranqvillitati infestior, qvàm volucris illa invisa atqve immunda Romana exorta est?

Hæc namq; cum inter principes Christianos discordias atq; bella serere & fovere omni studio, pollicitationibus, largitionibus, proditionibus, variisq; dolis contendat, in causa est, cùm ut Christiani principes inter se dissidentes, adversos, Turcam per Ecclesias Christi in Europa ferro, ac miserrimo Mahometici dogmatis jugo debachantem, nunqvã convenire possint: tum ut ipsi inter se bellis civilib. atq; domesticis conflictẽtur: ipsa interim tyrannidem suam, tanq. divinũ qvoddam numen conservante, hac cũ specie, ut rerum imperiti existiment, adversus ipsam imferorũ portas eon posse prævalere?

Sed qvò oratio delabitur? Revocetur ad qvæstiones à pontifice propositas, unde digressa est.

Cardinales, qvæstionib. hisce propositis, etsi ob novitatem facti eas tanti ponderis esse faterentur, ut non solùm personarum, de qvibus ageretur, sed & temporum perturbatissimorum ratione habita, maturiore sapientum consilio examinandas esse censerent, maxime cum & potentia infidelium imperio vicinorum extimescenda esset: tamen vel cupiditate pontificiæ autoritatis conservandæ, vel metu beluæ istius, sine discrimine in qvemlibet debachantis, adducti, ea respondêre, qvæ, ipsos libidini pontificæ qvàm veritati malle servire, testarentur.

Nimirum necesse esse, publicis documentis probari, qvomodo imperium per cessionem Caroli V. aut alia ratione vacârit: & dispiciendum, qvomodo Ferdinandus se successisse prætenderet: oratore interim ad obedientiam præstandam, vel ad actum aliqvem publicum tractandum, neutiqvã admisso. Omnia qvæ Francofurti circa Ferdinandi electionem acta & gesta essent, nullius valoris, momenti, vel ponderis esse: cùm authoritas sedis Apostolicæ, cui primitus claves cœlestis & terreni imperii datæ sint, defecerit: iis personis intervenientib. qvæ hæretica pravitate laborantes, omnẽ gratiã & facultatem, olim ipsis circa electionẽ Imp. concessam, amiserint. Qvæ in tertio capite Ferdin. opponeretur, maximi ponderis esse,

cofurti conſtitui: eaq; renunciatione facta, ac ſtante imperii vacatione, novum mandatum ad confirmationem petendam confici poſſe: cum conſtet vigore electionis, ac Clementis VII. confirmationis, Ferdinandum in Imperio ſuccedere debere. Cum v. impedimentum aliqva ſua culpa contractum ei obſtet, examini ſubjiciendum, ut abſolutione imperata, ad obedientiam exhibendā, & conſvetum juramentum fidelitatis admiſſus, ſedis apoſtolicæ confirmatione potiatur: cujus illud groprium ac peculiare ſit, extenſa brachia tenere, ut qvemcunq; pœnitentia ductum, & viva fide ad eam confugientem, amanter & obviis (qvod ajunt) ulnis complectatur.

Hic verò ex vobis (ô Romaniſtæ) qvis denuò non ſcire deſideraret, an qvispiā veſtrûm ſe Imperatore Ferdinando ſanctioré vel juſtiorem dicere auſit? Qvodnam ipſe delictum patrârit, dignum pœnitentia tanta? Qvalis pœnitentia, qvam poſtulas eſſe debuerit? Qvid deniq; ei de veſtro animo ſperandum fuerit? Væ vobis, qvi verbis religioſi ſanctiq; videmini, & in cordibus veſtris ne micam qvidem pietatis vel ſanctitatis habetis? Væ vobis, qvi pœnitentibus obvias ulnas offertis, & venientes ungulis urſinis crudeliter protritos deglubitis! Væ vobis hypocritæ, qvi aliis pœnitentiam injungitis, & ipſi eam non agitis? Qvando etenim horribili veſtra ethnica idolomania relicta, veram Chriſti Apoſtolorumqve doctrinam amplectemini? qvando piorum atq; innocentium, qvos falsô hæreticos dicitis, ſangvine ſatiabimini? Qvando Sodomitica ſpurcitie abjecta, dignam ordine ſacerdotali vitam inſtituetis? Qvando tandem immenſis Chriſtiani orbis expilationibus expleti, inexhauſtæ repacitati veſtræ modum finemq; ſtatuetis? Qvando à fraudibus excudendis, diſſenſionibus alendis, bellisq; conflandis, & orbe terrarum turbando deſiſtetis? Qvando infinitorum aliorum ſcelerum, qvæ pellis Madian, vel tota Ilias non contineret, pœnitentia vos capiet? O generatio prava, qvæ aliis regnum cœlorum claudis, & ipſa non intras, nec intrabis illud!

Interea verò, dum hæc in collegio Cardinalium, vexamine magis, qvàm examine diligenti diſcutiuntur, Guzmannus legatus Cæſaræus, cognitis his, qvæ Papæ machinatione tractarentur, ſe indies à pōtifice audiri poſtulat. Ac tandem poſt trium menſium ſpacium, ſeriasq; ac graves expoſtulationes, Imperatoris juſſu ſevetiore accepto, ut aut admiſſus mandata injuncta exeqvere-
p.818. tur: aut nulla interpoſita mora, Roma diſre licere: interea Sanctiſſimum rem totam ad accuratiorem deliberationē revocaturū.

Qvæ per Deum immortalem hæc deliberatio, niſi deliberata ac fruſtratoria eluſio fuit? Nam re antè ſatis deliberata ac fruſtratoria eluſio fuit? Nam re antè ſatis deliberata, Sauli iſtius arte, confirmatio Imperatoris ita protelata eſt, ut dum ſplendidiſſimis Cæſaris titulis officere conaretur, ipſe vitalia lumina linqvens, cum memoriæ ſuæ condemnatione, tartara obſcura, jam diu iis digniſſimus, ſubierit: Imperatore Ferdinando aliqvot pòſt annis qvoq; ex hoc terreſtri regno ad cœleſte evocato, ut confirmationē, qvam Saulus controverſam reddere ſtatuiſſet, à Pio IV. ejus ſucceſſore oblatam, animo excelſo vereqve regio reſpuerit: legitima principū Germaniæ electone, exemplo Rudolphi Habſpurgici progenitoris, aviq; Maximiliani, contentus. Schardius ex Leopoldo de Babenberg de juribus Regni, Dante, Alberico de Roſate, tomis conciliorū, & aliis.

Horrenda.

Anno Chriſti 1561. die Jul. 11. horribilis hæc hiſtoria accidit cum Chriſtianis hominibus 88. qvi Montali propter confeſſionem Evangelii in Regno Neapoleos miſerè fuerunt trucidati. Primùm omnes captivi compacti ſunt in unam domum, & ibi damnati mortis ſupplicio: qvam ſecutus ex mandatis ſententiam Carnifex ſingulos unum poſt alterum eduxit ad lanienam.

Primùm verò omnibus oculos obligavit faſcia, deinde in qvandam plateam ampliorem ſupplicio deſtinatam ſic occæcatos abſtraxit, ibi eos in genua cadere juſſit, & ſingulis cultro jugulum abſcidit veluti caponibus, & ſic miſerè emori fecit: ſi qvem humi foderat & jugulaverat, faſciam & ferrum cruenta in os recepit, & alium produxit ad macellum, ſicq; ſingulos tractavit, donec uno cruentato cultro octoginta & octo hominibus ademit vitam. Qvi erant grandiores natu, alacriores erant ad martyrium, qvàm imbecillioris ætatis juvenes.

Deinde in qvaterna ſingulos diſſecuit fruſta, & ibidem ea in cuſpidibus ſuſpenſa in qvaſdam ſeries collocavit in viam verſus Calabriam ducentem. Brevi poſt hæc centum mulieres ibidem loci martyrio ſancto coronatæ ſunt inſtar priorum. Nec non & ſeptem Eccleſiaſtæ, qvi etiam igni addicti, ſublati ſunt ex mundo. Chriſtianorum autē captivorum, qvos hæreticos vocitabant improbi, erant tunc in Calabria decies ſexies centum, excepto numero vulgariū & ruſticorum plebis non exiguo, qvorum tamen

maticus Bathienſis.

Carolus V. Imperator cùm adverſus Proteſtantes bellum movere vellet, priùs non ſolùm pacem & fœdera cum Turcis & Gallis ſanxit: ſed etiam Helvetios unà cum Papa rogavit, ne ſe interponerent. Non n. arma ſumi contrà religionem, ſed Proteſtantium inobedientium rebellionem: religioni autem manſuram fore pacem ſalvam & incolumem. Verùm in fine deprehenſum fuit conſilium & animus. Imp. & Papa ut ſup.

Gilles Corrozetus in Chronico.

Hic ſcripſit Antiqvitates, Singularitates, & Chronicon urbis Pariſienſis, cum ſepulchris, Epitaphiis Regum, Principum, aliorumqve clarorum virorum. Inter alia autem ſcribit memorabile, qvòd, cùm Petrus Remy, Adminiſtrator Regni tempore Philippi Valeſii, Anno 1328. ædificâſſet patibulum illud celebre prope urbem Pariſienſem, appellatum Mont faucon: qvidam miro præſagio inſculpſerit lapidi illius patibuli ſeqventem rhythmum:

En ce gibbet icy em my
Serapendu Pierre Remy.

Et hæc prophetia pòſt ſuum ſortita eſt eventum: Petro illo propter furta in medium patibuli, ut eſſet aliis in exemplum, ſuſpenſo.

1561. p.819.

Aloyſius Luiſinnus Utinenſis.

EDidit hic hoc tempore librum doctiſſimum & utiliſſimum de compeſcendis animi affectibus, qvem ſi ii, qvi Eccleſias & aulas regere volunt, meliùs (qvàm fit) obſervarent, certè aureo frueremur ſeculo. Imp. 118. Ferdinando. Papa 231. Pio 4.

1561.

Ordo Militum S. Stephani.

COſmus Florentiæ Dux anno 1561. inſtituit hunc ordinem, ad Melitenſis militiæ exemplum. Sed in eo differt, qvòd pro candida rubram crucem geſtant auro circumſcriptam: & mariti eſſe poſſunt, qvod Joannitis non licet. Ilva Liguſtici maris Inſula eorum ſedes eſt. Nomen à qvo habeant, authores variant. Panvinus, Stephano Papa: alii, à Florentinæ civitatis Stephano Pontifice: alii aliter ſcribunt. Imperatore Ferdinando. Papa Pio 4.

1562.

Menot Concion at. Gallus f. 70. Col. 1.

O Domini Eccleſiaſtici, qvi roditis oſſa mortuorum, & bibitis ſangvinem crucifixi, audite. *

Et fol. 5. col. 3. Non eſt cauda prælatorũ, qvi hodie poſt ſe ducunt canes, & mangones in dutos ad modum armigerorum, ſicut Svytenſes: qvi nullo modo curant de grege ſibi credito.

Et poſtea. Qvid dicitis domini Eccleſiaſtici & Prælati, qvi comeditis bona hujus magnæ uſuræ patentes, notoriæ luxuriæ, qvæ ſunt in Eccleſia: populus non eſſet ſcandalizatus, nec vos imitaretur. O qvalis rumor: dico ſecundum puram veritatem: Mille prælati ſunt cauſa, qvod pauper & ſimplex populus peccat, & qværit infernũ. Ad omnes diabolus! Nunc ſi aliqvem eorum vis laudare, hoc modo laudes: Eſt bonus paterfamiliâs: benè aliter facit, qvàm ſuos prædeceſſor. Ad omnes diabolos tale menagium! Menagium pro animabus eſt magis neceſſarium & principale.

Et fol. 9. Col. 1. Videmus, qvòd hodie intrant Eccleſiam, ut boves ſtabulum, cornibus elevatis: ut multi, qvi intrant non per Spiritum Sanctum, ſed vi armorum, & ſtrepitu armigerorum, & militum.

Item fol. 120. Col. 1. Sed unde provenit hoc? qvia certè Spiritus Sanctus eſt hodie expulſus de concilio, ſynagoga, & capitulis epiſcoporum, & electionibus prælatorum. Qvia, ut videtur, hodie puero decem annorum datur parochia, in qva ſunt qvingenti ignes: & pro cuſtodia aſſignatur qvandoqve unus nobilis curiæ: qvi poſt Deum nihil odit, niſi Eccleſiam. Heu Deus ſcit, qvomodo hodie dantur beneficia Eccleſiaſtica. Si qværitis, qvomodo puer iſte habuit beneficium: ſciunt reſponſionem: Mater ſua erat familiaris epiſcopo, dedit ei. Nàm hodie verificatur & conpletur Prophetia Eſaiæ 3. Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt, & mulieres dominatæ ſunt eorum. Videmus hodie ſuper multos habentes duas abbatias, duos epiſcopatus, & adhuc non ſunt contenti.

Item fol. 111. Col. 2. Qvòd hodie non dantur beneficia, non, non: ſed venduntur. Non eſt meum dare vobis. Antiqvitus dicebantur præbendæ, à præbeo, præbes: ſed hodie dici debent Emendæ, ab emo, emis: qvòd non eſt meum dare vobis.

Et fol. 100. Col. 4. Secundò erit prior, abbas, commendatarius, & potiùs comedatarius, qvi omnia comedit.

Et fol. 94. Col. 1. Nonne reputatis ſimoniam, qvando pro epiſcopatu valente novem millia facitis faſciculum plurium beneficiorum aſcendentium uſqve ad ſummam novem millium, & datis hoc pro recompenſa? Ad omnes diabolos talis recompenſa?

Et fol. 8. Col. 3. Sic iſti protonotarii, qvi habent illas diſpenſas ad tria, imò ad qvindecim beneficia, & ſunt ſimoniaci & ſacrilegi: & non ceſſant arripere incompatibilia: idem eſt eis. Si vacet epiſcopatus, pro eo habendo dabitur unus groſſus faſciculus aliorum beneficiorum. Primò accumulabuntur archidiaconatus, abbatiæ, duo prioratus, qvatuor aut qvinq; præbendæ, & dabuntur hæc omnia pro recompenſatione. p.820.

nando. Papa Pio 4.

Idem. Sed nunc qvid in Cameris Sacerdotũ reperietis? an expositionem epistolarum, postillam super Evangelia? Non. Faceret eis malum in capite magister Nicolaus de Lyra. Qvid ergo? Unum arcum, vel balistam, spatham, aut aliud genus armorum, aut scortorum.

Maillard prædicator Gallus folio 25. colum. 3.

1562.

Estis hîc domini bullatores & portatores reliqviarum?

Fol. 35. col. 3. Dixi hodie manè de lingva fraudulatoria: & credo, qvòd portatores reliqviarum, caphardi, & mensuratores vultum imaginum sæpè comedunt de isto pastillo.

Folio 37. col. 3. Estis hic portatores bullarum? nunqvid linitis auditores vestros ad capiendas bursas eorum?

Fol. 45. col. 1. Et vos portatores reliqviarum & indulgentiarum, nunqvid jactatis vos de malis, qvæ facitis in villagiis? An creditis, qvòd unus magnus usurarius, plenus vitiis, qvi habebit mille millia peccata, dando sex albos trunco, habeat remissionem omnium peccatorum suorum? Certè durum est mihi credere, & durius prædicare. Adulteri enim de malo concubitu recipiunt prolem: ita & vos pecuniam.

Et folio 331. col. 1. Videre magistri reverendi, habuistis bonum qvadragesimale: lucrati estis centum francos: congregastis multum: vos reddetis computum Imperatore Ferdinando. Papa Pio 4.

Idem. Crux suadetur Matth. 16. Si qvis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & seqvatur me. Sed utinam de religiosis moderni temporis non verificaretur illud Matth. 26. oves, relicto eo, fugerunt. O Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt sanctum templum tuum.

Andreas Duditius Sbardellatus Episcopus Tininiensis.

1562.

Hic Prælatorum & Clericorum in Ungaria nomine, in Concilio Tridentino vehementi oratione calicis usum (ut etiam Bavari petierunt) postulavit, adeò, ut etiam à patribus in hac qvæstione justissima nihil definitum, sed in Papam ea rejecta fuerit. Imp. & Papa ut sup.

Matthias Flaccius *Illyricus*.

1562.

Noribergæ in Comitiis anni 1523. à Statibus Imperii postulabatur, sed sedulò urgebatur, ut in Germania Christianum liberum; concilium instituretur, & (qvò vice versa, contrario juramento promovendæ veritatis, publicq; boni, circa ullius respectum, severissimè obligarentur. Qvod justissimum totius Imperii postulatum, Pontificius legatus ægerrimè tulit, prorsusqve recusavit, dicens: id nihil aliud esse, qvàm colligare manus Pontifici.

Idem. Scribit Papa Pius secundus, ut in Paralipomenis Urspergensis habetur, qvòd, si Episcopus Papæ contradicat, etiam vera loqvendo, nihilominùs contra juramentum Papæ præstitum à se peccet.

Idem. Sacrilegum dogma Catharini Archiepiscopi Minorien sis, non ita dudum editis Romæ scriptis assertum est, qvòd videlicet passio Christi satisfecerit tantùm pro originali peccato, & actualibus baptismum antecedentibus: at Missa satisfaciat pro peccatis baptismum & primam justificationem seqventibus.

Idem. Est pictor & sculptor in Italia nostra ætate egregius, Michael Angelus nomine, qvi admirabilis est in exprimendo nuda hominum corpora, & pudenda. Commendo artem in facto: at factum ipsum vehementer vitupero, ac detestor. Nam hæc membrorum nuditas indecentissimè in aris & præcipuis Dei sacellis ubiqve conspicitur. Verùm annumeretur & hic cum cæteris multis, & magnis Abusibus, qvibus fœdatur ECCLESIA DEI, SPONSA CHRISTI. Qvod verò omnium est teterrimum, hac tempestate in excelsis templis ac sacellis offendes picturas tantæ lasciviæ, ut, qvicqvid natura occuluit turpe nostrum, ibi liceat contemplari, ad excitandam non devotionem, sed cujusvis demortuæ carnis libidinem: qvod tantum nefas nostra, id est, prælatorum culpa contingere, qvi & hæc nedum patiuntur turpissima spectacula, sed eorum nonnunqvam etiam autores sunt, nemo potest inficiari. Hæc Archiepiscopus Compsanus. p. 81

Idem. In oratione Synodica Tridenti 4. Septembris, anno 1562. in sessione 4. coram illis sacris Patribus, nomine regis Galliæ recitata sunt inter alia duo valdè memorabilia puncta, aut dicta: qvorum prius qvidem testatur, multa jam olim in Ecclesiam & religionem Christianam, non tantùm per incuriam, sed etiam per hypocrisin, ac superstitionem prælatorum irrepsisse, qvæ omninò abroganda, & antiqvanda sint primo qvoqve tempore. Posterius verò dictum clarè fatetur, concilia nostri, & etiam prioris temporis parùm fuisse libera. Adscribam primùm prius dictum: deinde posterius. Inqvit igitur Antonius Sebastianus Uxentinus Episcopus:

cofurti conſtitui: eaq; renunciatione facta, ac ſtante imperii vacatione, novum mandatum ad confirmationem petendam confici poſſe: cum conſtet vigore electionis, ac Clementis VII. confirmationis, Ferdinandum in Imperio ſuccedere debere. Cum v. impedimentum aliqva ſua culpa contractum ei obſtet, examini ſubjiciendum, ut abſolutione imperata, ad obedientiam exhibendā, & conſvetum juramentum fidelitatis admiſſus, ſedis apoſtolicæ confirmatione potiatur: cujus illud groprium ac peculiare ſit, extenſa brachia tenere, ut qvemcunq; pœnitentia ductum, & viva fide ad eam confugientem, amanter & obviis (qvod ajunt) ulnis complectatur.

Hic verò ex vobis (ô Romaniſtæ) qvis denuò non ſcire deſideraret, an qvispiā veſtrûm ſe Imperatore Ferdinando ſanctioré vel juſtiorem dicere auſit? Qvodnam ipſe delictum patrârit, dignum pœnitentia tanta? Qvalis pœnitentia, qvam poſtulas eſſe debuerit? Qvid deniq; ei de veſtro animo ſperandum fuerit? Væ vobis, qvi verbis religioſi ſanctiq; videmini, & in cordibus veſtris ne micam qvidem pietatis vel ſanctitatis habetis? Væ vobis, qvi pœnitentibus obvias ulnas offertis, & venientes ungulis urſinis crudeliter protritos deglubitis! Væ vobis hypocritæ, qvi aliis pœnitentiam injungitis, & ipſi eam non agitis? Qvando etenim horribili veſtra ethnica idolomania relicta, veram Chriſti Apoſtolorumqve doctrinam amplectemini? qvando piorum atq; innocentium, qvos falsô hæreticos dicitis, ſangvine ſatiabimini? Qvando Sodomitica ſpurcitie abjecta, dignam ordine ſacerdotali vitam inſtituetis? Qvando tandem immenſis Chriſtiani orbis expilationibus expleti, inexhauſtæ repacitati veſtræ modum finemq; ſtatuetis? Qvando à fraudibus excudendis, diſſenſionibus alendis, bellisq; conflandis, & orbe terrarum turbando deſiſtetis? Qvando infinitorum aliorum ſcelerum, qvæ pellis Madian, vel tota Ilias non contineret, pœnitentia vos capiet? O generatio prava, qvæ aliis regnum cœlorum claudis, & ipſa non intras, nec intrabis illud!

Interea verò, dum hæc in collegio Cardinalium, vexamine magis, qvàm examine diligenti diſcutiuntur, Guzmannus legatus Cæſaræus, cognitis his, qvæ Papæ machinatione tractarentur, ſe indies à pōtifice audiri poſtulat. Ac tandem poſt trium menſium ſpacium, ſeriasq; ac graves expoſtulationes, Imperatoris juſſu ſevetiore accepto, ut aut admiſſus mandata injuncta exeqvere-
p.818. tur: aut nulla interpoſita mora, Roma diſre licere: interea Sanctiſſimum rem totam ad accuratiorem deliberationē revocaturū.

Qvæ per Deum immortalem hæc deliberatio, niſi deliberata ac fruſtratoria eluſio fuit? Nam re antè ſatis deliberata ac fruſtratoria eluſio fuit? Nam re antè ſatis deliberata, Sauli iſtius arte, confirmatio Imperatoris ita protelata eſt, ut dum ſplendidiſſimis Cæſaris titulis officere conaretur, ipſe vitalia lumina linqvens, cum memoriæ ſuæ condemnatione, tartara obſcura, jam diu iis digniſſimus, ſubierit: Imperatore Ferdinando aliqvot pòſt annis qvoq; ex hoc terreſtri regno ad cœleſte evocato, ut confirmationē, qvam Saulus controverſam reddere ſtatuiſſet, à Pio IV. ejus ſucceſſore oblatam, animo excelſo vereqve regio reſpuerit: legitima principū Germaniæ electone, exemplo Rudolphi Habſpurgici progenitoris, aviq; Maximiliani, contentus. Schardius ex Leopoldo de Babenberg de juribus Regni, Dante, Alberico de Roſate, tomis conciliorū, & aliis.

Horrenda.

Anno Chriſti 1561. die Jul. 11. horribilis hæc hiſtoria accidit cum Chriſtianis hominibus 88. qvi Montali propter confeſſionem Evangelii in Regno Neapoleos miſerè fuerunt trucidati. Primùm omnes captivi compacti ſunt in unam domum, & ibi damnati mortis ſupplicio: qvam ſecutus ex mandatis ſententiam Carnifex ſingulos unum poſt alterum eduxit ad lanienam.

Primùm verò omnibus oculos obligavit faſcia, deinde in qvandam plateam ampliorem ſupplicio deſtinatam ſic occæcatos abſtraxit, ibi eos in genua cadere juſſit, & ſingulis cultro jugulum abſcidit veluti caponibus, & ſic miſerè emori fecit: ſi qvem humi foderat & jugulaverat, faſciam & ferrum cruenta in os recepit, & alium produxit ad macellum, ſicq; ſingulos tractavit, donec uno cruentato cultro octoginta & octo hominibus ademit vitam. Qvi erant grandiores natu, alacriores erant ad martyrium, qvàm imbecillioris ætatis juvenes.

Deinde in qvaterna ſingulos diſſecuit fruſta, & ibidem ea in cuſpidibus ſuſpenſa in qvaſdam ſeries collocavit in viam verſus Calabriam ducentem. Brevi poſt hæc centum mulieres ibidem loci martyrio ſancto coronatæ ſunt inſtar priorum. Nec non & ſeptem Eccleſiaſtæ, qvi etiam igni addicti, ſublati ſunt ex mundo. Chriſtianorum autē captivorum, qvos hæreticos vocitabant improbi, erant tunc in Calabria decies ſexies centum, excepto numero vulgariū & ruſticorum plebis non exiguo, qvorum tamen

Salvatorem, & qvod à qvibusdam fuitis improbatur, commenti causas mox audiemus.

De hac re extant verba Concilii Tridentini in sessione 6. Canone 13. alia.

SI qvis dixerit, omni homini, ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse, ut credat certò, & absqve ulla hæsitatione propriæ infirmitatis & dispositionis, peccata sibi esse remissa, Anathema sit. De qvo sic Chemnicius:

Nec sanè nullæ sunt causæ, qvare tam acriter Pontificii de retinenda dubitatione digladiantur: intelligunt enim, totam negociationem Pontificiæ nundinationis hoc fundamento niti. Conscientia enim qværens certam aliqvam & firmam consolationem, qvando audit, ipsam fidem, etiam qvando in promissione Christum mediatorem apprehendit, debere dubitare de remissione peccatorum, cogitat, se velle cumulare tam multa, & tam varia opera, ut juxta poetam, si non prosint singula, plura juvent.

Hinc ultra opera divinitus mandata, electitii cultus sine fine & modo excogitati fuerunt. Hinc vota, peregrinationes & invocationes sanctorum, fraternitates, o-
p.823. pera indebita, opera supererogationis, nundinatio missarum, negociatio indulgentiarum, & breviter tota illa lerna superstitionum Pontificiarum. Cumqve in agone conscientia in illis omnibus non inveniret certam & firmam consolationem: excogitatum tandem est purgatorium, & propositæ redemtiones suffragiorum post mortem. His regni sui vectigalibus timent publicani Pontificii. Vident enim, fore, ut minuantur & intercidant, si homines ex verbo Dei doceantur, fidem esse fiduciam, qvæ in promissione Evangelii inveniat, accipiat, & possideat certam ac firmam consolationem, de reconciliatione cum Deo. Hinc illæ lachrymæ. Hinc tentationes pro stabilienda dubitatione.

Hæc Chemnizius in Examine Concil. Trid. Sed de his satis. Si plura Lector de hac re scire volet, Theologos reqvirat; Thomam 12. qvæst. 112. art. 5. Bonaventuram, Scotum, Durandum, 1. sent. dist. 17. Joan. Rofredum contra art. 10. & 11. Lutheri. Alphonsum à Castro lib. 7. adversus hæreses, super verbum Gratia. Dominicum à Soto libro 3. de natura & gratia. c. 10. & seq. Ruardum Tapper in explic. art. 9. Lovanienſium, Joannem à Lovanio in libro de fide speciali: Andream Vogam libr. 9.

Hic animadvertendum, prædictorum autorum nonnullos in hoc & aliis fidei articulis qvibusdam ferè consentire Luthero, adeoqve ad veritatem accessisse propè, ut si Lutheri temporibus vel ante scripsisset, qvis aut docuisset ea, qvæ jam ab illis palàm traduntur, hæreseos & anathematis damnatus fuisset. Certum igitur est, qvòd meliora sciant, videant, & sentiant de his negotiis, qvàm ob Metum Judæorum fateri ausint. In promtu causa est: Divitiarum & potentiæ nondum satis habent.

Verùm consequantur claves, qvas adhuc qværunt & affectant, certò in viam redibunt, & veritatem obviis amplectentur ulnis: non enim doctrina, sed candor reqviritur in eis. Imper. 118. Ferd. Papa 231. Pio 4.

De eodem.

SCribit Vincentius libro 30. cap. 107. anno Domin. 1210. Parisiis doctrina & pietate clarissimum vixisse virum, Almericum Gallum, qvi docuerit publicè, qvemlibet Christianum debere firmiter & indubitatò credere: se esse membrum ex corpore Jesu Christi: & hoc esse articulum Christianæ fidei, sine qvo salutem nemo possit acqvirere. Verùm Pontifex Romanus hanc ejus doctrinam acerrimè impugnavit, & publicè tanqvam hæresim damnavit: cumq; ferro & flamma revocare hanc sententiam adegit. Qvi præ dolore animi brevi pòst diem suum obiit, certam tamen spem & fidem suam in Christum retinens.

Ejusdem, de qva hactenus, impiæ dubitationis documentum extat & Paduæ in Italia, qvoqve in templo monasterii Franciscanorum: cum pictura & verbis, ut sequitur, hujusmodi.

Stanislaus Hosius, de exp. verb. Dei, Tomo 1.

p.811.

LAicis lectionem scripturarum permittere, est sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos Projicere. Imp. 118. Ferd. Papa 231. Pio 4. 1564.

Idem de expresso verbo DEI inqvit: Si qvis habeat interpretationem Romanæ Ecclesiæ, etiamsi non videat, qvomodo cum textu vel conveniat, vel pugnet, habet tamen ipsissimum verbum Dei.

Idem, certiores Traditiones esse sacris literis, dixit.

Idem nec non & sacra biblia comparavit herbæ Rhododaphnæ, qvæ est satis atqve magis usui, hominibusq; & pecudibus præsentissimum affert lethum. Ita nempe Hosius sacras literas pro venenatis habuit.

In Dialogis de Osio. 1564

vicinis Episcopis communicaret. Qvod ejus factum iniqvissimo animo tulisse Papam, & corruptorem qvendam Lucretium nomine subornasse, affirmant. Imper. & Papa ut sup.

P. Scalichius.

1564. HIc, qvi Paulus de la Scala, & comes Hunnorum esse voluit ex ficta Genealogia, contra Papam varia scripsit: de chorea Monachorum, seu cœtu Antichristi: de labyrintho Romani Antichristi, contra missam, & Centurias Joan. Nass. Sed tandem ejectus à reformatis ex Marchia, ad Papatum confugit, & contra conscientiam pro ventre & & Papatu strenuè scripsit. De qvo vide plura suprà in hist. Abbatis Joachimi, in parte Operis hujus prima.

1564. Petrus Asilius in Tyrannide Antichristi.

QVòd Papa sibi soli sumit Pastoris nomen: ideò fit, ut impleatur Prophetia Zachariæ de pastore stulto, qvem B. Hieronymus Antichristum in extremis diebus comparentem, & Christi gladio succumbentem vel succubiturum, interpretatur.

Et alibi in eodem libro ait: Haud dubiè Lutherus tertius est Helias, de qvo Malachias loqvitur ajens: Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, anteqvàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Imp. Ferd. Papa Pio 4. ut sup.

Idem. Qvi divina sapit, & Christum docet, Petri successor est: sed qvi carnalia sapit, & offendicula gignit, Satanas est. Deinde nec locus, etiam sanctus sit, nec ordo, nec successio, sed solum verbum & fides Christi, Christianos, sanctos & verè sacerdotes facit.

Et alibi cap. 5. Primatus initium & fundamentum est omnis tyrannidis Pontificiæ.

Idem. Qvi vitas pontificum apud sinceriores scriptores vel etiam apud qvosvis perlegerit, videbit, eos tanta in Deum, in magistratus, & omne genus hominum, atq; in ipsam naturam commisisse scelera, ut, potius cacodæmones qvam homines esse eos, crediderit.

1564. Theodorus Zvvinger.

IN gravissima illa lue, qvæ anno Christi 1564. per totum Rheni tractum grassata est, Basileæ plurimorum extremæ voces præsagii loco fuerunt. Nam cum qvis morti proximus esset, qvamvis delirans, aliqvem vel fratrum, vel amicorum, vel notum vocabat. Ille non multo pòst decumbens, eodem modo tertium vocabat: tertius qvartum. Constat certè, plurimos eodem ordine mortuos, qvo vocati fuerant.

inscripta: O clemens, o dulcis, o pia mater Maria. Tum vocem è statua editam fuerunt. Salvc Bernarde. At ille præstigias dæmonis suspicatus: Mulierem in Ecclesia loqvi Paulus vetat, respondit. Hanc statuam adhuc hodie post valvas templi Spiræ extare, ajunt.

Horrendum Monstrum Diabolicum. p. 825.

1565. ANno Domini 1565. 26. die Maji diabolicus iste partus in qvodam pago (cui Schmirtz nomen erat) ditionis Vratislai, generosi domini de Bernstein, à qvadam muliere est editus: ad qvam Satanas venit larva indutus mariti ejus, cumq; ea venerea habita re, hoc ipsam imprægnavit monstro. Infans nullum habebat caput: sed in humero sinistro os, in dextro autem humero aurem, manus pedesq; pro digitis habebant uncinos instar ranarum. Corpus erat coloris fusci instar, & tremebat subinde, ut folia auri: erat mera carnis gleba, nihil habens ossei. Obstetrix cum vellet diram levare illuviem, ingentem edidit clamorem. Multi id viderunt monstrum: & in sacrum sepultum fuit cœmiterium.

Multis autem precib. obsecrabat mater, iterum effodi hunc diabolicum fœtum, & igne cremari, qvò diabolo suum restituatur. Et factum est hoc: monstrumqve ex mandato magnificè dicti domini extra vicum combustum est flammis à carnifice, multis ad ejus combustionem reqvisitis lignis, & pyrio pulvere: oportuit enim post multos labores tandem in minutissimas partes id concidere carnificem, ut ita meliùs & citiùs igne absumeretur totum.

Mulierem ex eo ingens qvidam horror corripuit atq; timor. Illa enim nocte Diabolus magnum impetum & strepitum, ejulando, vociferando, iecndo terram & parietes, scalpendo & mordendo, instar canum & catorum inter se pugnantium, illi movit. Tandem verò ad preces confugiens pacem consecuta fuit, divinæ gratiæ adminiculo. Historiam hanc Senatus civitatis Vlmicensis describi, & publicis mandati typis curavit. Hondorp. Ut sup. Imperatore 119. Max. 2. Papa 231. Pio 4.

Taxa Curiæ Romanæ.

HIc liber clarè ostendit, nullum adulterium, nullum incestum, non homicidiũ, non usuram, non furtum, non Simoniam, non rapinam, nec crimen adeò scelcratum committi posse, à qvo Pontifex Romanus flagitiosissimos (accepto ære) non absolvat, divendita illis remissione peccatorum. Qvo nomine sicut & aliarum complurium fraudum retibus piscatus est thesauros mundi, ut jam pridem sub medio Papatu conqve-

1564. posita adversus Synodi Tridentinæ restitutionem.

De causis matrimonialibus.

IN causis matrimonialibus, pro contractu qvarti gradus, taxa est turonen. septem, ducatus unus, Karlini sex.

Si qvi gradus hujus impedimentum scientes carnaliter commixti sunt, taxantur turon. 16. duc. 4.

Pro legitimatione prolis suscipiendæ in dicto gradu, specialis taxa est tur. 9. duc. 1. Karlini 10.

Qvi ignorantes hoc impedimentum carnaliter copulati sunt, solvunt tur. 9. duc. 1. Karlinos 10.

Qvi ignoranter contraxerunt, & scienter cqnsummaverunt, pendunt turon. 7. duc. 1. Karlinos 6.

Qvi scienter contraxerunt, & non consummaverunt, taxantnr turon. 9. ducat. 1. Karl. 10. Verùm qvando matrimonium scienter contractum & consummatum est, tunc componendum est cum datario.

Si per ordinariam authoritatem divortiati prolis ante divortium susceptæ legitimationem petierint, dabunt tur. 9. ducat. 1. Karl. 10.

De contracto Matrimonio in tertio consangvinitatis vel affinitatis gradu, taxa est tur. 14. duc. 3. Karl. 4. Et præterea componendum super est cum Datario.

In secundo consangvinitatis vel affinitatis gradu dispensatur tantùm per Signoriam Papæ, aut, sede vacante, per summum Pœnitentiarium: & taxa est tur. 50. ducat. 12. Karl. 6.

p.826. In primo gradu affinitatis dispensatur in foro conscientiæ tantùm, & taxa est tur. 30. duc. 7. Karl. 6.

Divortium simplex taxatur tur. 7. duc. 1. Karl. 6.

Qvi contraxerunt in cognatione spirituali, taxantur tur. 17. duc. 3. Karl. 9.

Si cognatio hujusmodi fuerit triplex, taxa est tur. 30. duc. 7. Karl. 2.

In Compaternitate dispensatur tantùm per Signoriam Papæ, vel sede vacante per Signoriam summi Pœnitentiarii: & taxa est tur. 50. duc. 12. Karl. 3.

Qvando adulter, vel is, qvi fidem de contrahendo dedit, vel de facto contraxit, machinatus fuerit mortem alterius conjugi cum effectu, nunqvam cum illo dispensatur, ut cum altero contrahat, sed in jam contracto tantùm dispensatur (dummodò negotium sit penitus occultum) in foro conscientiæ tantùm: & taxa est turon. 36.

Si qvis in matrimonio constitutus, vivente adhuc uxore sua, contraxerit cũ altera, ignorante, ipsum esse conjugatum, post obitum uxoris suæ tenetur istam habere conjugem, novo tn. consensu interveniente, nec potest fieri divortium, nisi ad instantiam alterius ignorantis: & taxa est turon. 9. duc. 2. Karl. 9.

Si qvis, conjugem suam plures annos absentem obiisse credens, aliam duxerit, in eo matrimonio maneat, & durante hac credulitate debitum conjugale exactus reddat, non autem exigat. Si prior conjux redierit, secunda relicta, priori adhærebit: & taxa est tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

Cum eo, qvi perpetuam vovit castitatem, dispensatur in foro conscientiæ tantùm, & taxa est tur. 16. duc. 3. Karl. 6.

Cum eo, qvi vovit, qvòd religionem intrare velit, non tamen solenniter, dispensatur, ut contrahat matrimonium, in foro conscientiæ tantùm: & taxa est tur. 15. duc. 4.

Si clausula accesserit, qvòd mortua conjuge, votum suum omninò adimplere teneatur, dispensatur tamen, & taxa est tur. 7. duc. 2. Karl. 3.

Si qvis in sacris Ordinibus constitutus (modò id sit occultum) uxorem duxerit, dispensatur cum illo, ut possit in conjugio manere, donec uxor vixerit, postea abstineat à matrimonio, & in illo constitutus, officium beatæ Mariæ Virginis saltem diebus festis dicat, per modum satisfactionis, & taxatur tur. 15. duc. 4.

De Ebræis.

UT Ebræus possit habere Synagogam in domo propria, taxatur tur. 30. d. 7. K. 6.

Pro licentia erigendi de novo publicam Synagogam, taxa est tur. 60. duc. 15.

Pro licentia medendi cum assistentia, taxatur Ebræus tur. 60.

De promotis & promovendis super defectu ætatis.

IN sexto anno, vel cùm primùm sextum attigerit, pro prima tonsura tenetur solvere tur. 9. duc. 2. Karl. 6.

In decimo sexto, vel cùm primùm decimum sextum attigerit, ad Subdiaconatum taxatur tur. 12. duc. 3. Karl. 8.

In decimo septimo taxatur tur. 6. duc. 2.

In decimo octavo ad Diaconatura, tur. 12.

In decimo nono, tur. 6.

In vigesimo secundo ad Presbyteratum, tur. 12. duc. 2. Karl. 10.

In vigesimo qvarto, tur. 6.

Licentia suscipiendi Ordines.

tur. 12. duc. 2. Karl. 10.

Extra tempora ad omnes ſacros ordines, vel ad duos, vel ad unum tantùm, tur. 10. ducat. 2.

A qvocunq; recipiente munus benedictionis pro Abbate, tur. 24. duc. 6. & pro Epiſcopo, tur. 24.

De corpore vitiatis.

SUper defectu alicujus membri, diſpenſatio ad Clericalem characterem, & qvatuor minores ordines, taxatur tur. 6. duc. 2.

Super defecta alicujus membri, diſpenſatio ad Ordines, vel ad exeqvutivum Ordinem, tur. 16. duc. 4.

Super defectu digitorum, ad qvæcunqve ſimplicia beneficia, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Super defectu viſus oculi dextri, taxatur tur. 16. duc. 4.

Super defectu oculi ſiniſtri, dummodò chartam teneat in medio altaris, & non ſit magna deformitas, taxatur tur. 30. duc. 7. Karl. 6.

Super defectu utriuſqve, vel alterius genitalium, tur. 6. duc. 2.

Pro illo, qvi ſibi ipſi membrum virile abſcidit, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

De malè promotis.

QVi minorennis promotns eſt, turon. 7. duc. 2. Karl. 3.

Sine dimiſſorialibus literis pro irregularitate, tur. 7. duc. 2. Karl. 3.

Si cum retentione beneficii, tur. 13. ducat. 3. Karl. 8.

Qvi extra tempora promotus eſt, tur. 7. duc. 2. Karl. 3.

Et pro retentione beneficii, tur. 13. ducat. 3. Karl. 8.

Qvi ficto titulo promotus eſt in veteri forma, hoc eſt, qvi non juravit, nec teſtes induxit, tur. 7. duc. 2. Karl. 3.

Qvi prætermiſſis qvatuor ordinibus per ſaltum promotus eſt, tur. 6. duc. 2. Karl. 2.

Si prætermiſſo Subdiaconatu, vel diaconatu de expreſſo, tur. 12. duc. 3. Karl. 7.

Si prætermiſſis ambobus, tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Qvi eodem die ad duos vel plures Ordines promotus eſt, tur. 6. duc. 2.

De his, qvi miniſtrant non promoti.

SI in Subdiaconatus vel diaconatus ordine hoc fecerint, taxa eſt turon. 12. ducat. 3. Karl. 6.

Si cum retentione beneficii, tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Si miniſterium altaris exercuerint, & ſa-

nes & unum beneficium etiam curatum, tur. 5. duc. 1. Karl. 7.

Et cum clauſula permutandi, ſi petatur, ſemel tantùm, tur. 7. duc. 1. Karl. 3.

Si illegitimus tacito defectu hujuſmodi ſe fecerit ad aliqvos Ordines promoveri, taxatur tur. 7. duc. 7. Karl. 3.

Ut legitimus poſſit unum beneficium permutare, tur. 6. duc. 2.

Ut duo tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Ut tria, tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Ut poſſit deſervire beneficio patris, illo præſente vel abſente, tur. 6. duc. 2.

Pro expoſito, tur. 6. duc. 2.

De regularibus illegitimis.

PRo religioſis medicantis, taxa eſt tur. 6. duc. 1. Karl. 8.

Cum iiſdem mendicantibus ad miniſtrum provincialem, ad prioratum, vel ad alias qvascunqve dignitates, & cum non mendicantibus ad Abbatialem dignitatem diſpenſatur, tur. 15. duc. 4.

De conjugatis cum Unica & Virgine.

UT illi poſſint poſt obitum uxoris promoveri ad ordines, taxa eſt tur. 6. duc. 2.

Si volunt gaudere privilegiis, taxantur tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

De bigamis.

UT gaudeant clericali charactere, & qvatuor minoribus Ordinibus antea ritè ſuſceptis, taxantur turon. 12. ducat. 3. Karlin. 4.

Si verò addatur clauſula, ſi contingat cum alia contrahere, taxa eſt tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Si addatur diſpenſatio ad beneficia ſimplicia pro bigamo non habente uxorem, adduntur turones 12, & taxa eſt turon. 24. ducat. 6.

Qvi tacita bigamia, cùm eſſe conjunx, fecit ſe clericali charactere inſigniri, taxatur tur. 21. duc. 4. Karl. 6.

Pro milite bigamo contra ſtatuta ſacræ militiæ vel ordinis diſpenſatur, ut gaudeat privilegiis militiæ, & maneat in matrimonio, tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Pro bigamo non habente uxorem, ut poſſit ad qvatuor ordines minores promoveri, taxa eſt tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Pro bigamo, qvi eo tacito ſuſcepit Ordinem, diſpenſatur ad altaris miniſterium, in foro conſcientiæ tantùm, & cum clauſula, Nullis &c. tur. 35. duc. 6.

Pro bigamo, cum qvo fuit diſpenſatum per Papam ad ordines ſacros, & Canonicatum, diſpenſatur ad duo benefi-

men occidit, & mutilavit, neqve ad id auxilium contulit, tur. 36. duc. 9.

Qvi judicaverunt, vel scripserunt in causa criminalibus, taxantur pro qvolibet tur. 37. duc. 9.

Qvi violentam manum jecit in Clericum, vel Presbyterum, taxatur turonen. 6. ducat. 2.

Qvi in Abbatem, vel Prælatum generalem alicujus Ordinis, turon. 12. ducat. 3. Karl. 6.

Qvi in Episcopum, vel superiorem Prælatum, tur. 24. duc. 6.

De mutilatione.

PRo Clero cum suis limitationibus consuetis, tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Si petatur simplex absolutio absqve dispensatione aliqva, tur. 6. duc. 2.

Si qvis mulitavit Abbatem, vel generalem, adduntur tur. 12.

Si Episcopum, adduntur tur. 12.

Si Laicus Laicum, datur in foro conscientiæ, & taxatur tur. 6. duc. 2.

De homicidio voluntario.

CUm homicida voluntario in minoribus Ordinibus constituto, dispensatur ad unum beneficium simplex, si id non suffecerit, ad secundum: si nec secundum qvidem, ad tertium, & unà cum absolutione taxatur tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

p.829. Et ut gaudeat privilegiis Clericalibus, tur. 18. duc. 4. Karl. 6.

Et cum inhibitione taxatur, turon. 30. duc. 7. Karl. 6.

Et ad tria beneficia, si petat, turon. 18. duc. 4. Karl. 9.

Si petatur usq; ad congruam sustentationem, tur. 24. duc. 6.

Et cum inhibitione, tur. 36. duc. 9.

Si defunctus non est mortuus vulnere, sed alio qvodam casu, nec percutiens animum habuit occidendi, dispensatur etiam ad altaris ministerium, & qvæcunq; beneficia Ecclesiastica, tur. 36. duc. 9.

Absolutio ab homicidio pro Episcopo, vel Abbate, vel generali alicujus Ordinis, vel militiæ Sancti Joannis, tax. tur. 50. ducat. 12. Larl. 6.

Pro priore monasterii, vel protonotario Apostolico, tur. 40. duc. 10.

Cum homicida voluntaria occulto constituto in sacris, dispensatur ad altaris ministerium, & qvæcunq; beneficia Ecclesiastica, in foro conscientiæ tantùm, & cum clausula, Nullis, tur. 36. duc. 9.

taxatur tur. 50. duc. 12. Karl. 6.

Si petatur absolutio ab homicidio pro communitate aliqva, taxa est arbitraria, pro ratione loci, prout dominis, correctori, & officialibus pro tempore visum fuerit.

De homicidio casuali.

PRo clerico taxatur tur. 6. duc. 2.

Si datur assistentia, fit de speciali, & taxatur tur. 12. duc. 4.

Si petitur absolutio ad cautelam, taxatur tur. 18. duc. 4. Karl. 9.

Et si addatur assistentia, tur. 30. duc. 7. Karl. 6.

Si qvi occidit, diligentiam, qvam debuit, non adhibuit, taxatur, tur. 24. duc. 6.

Et si addatur assistentiam, taxatur turon. 36. duc. 9.

Et si dabat, operam rei illicitæ, utpotè venando, vel ludendo, & baculum vel lapidem jaciendo, & similibus, taxatur turon. 36. duc. 9.

De homicidio necessario.

SI clericus hoc amisit, sese necessariò defendendo, tur. 6. duc. 2.

Si addatur assistentia, tur. 12. duc. 4.

Si petierit absolutionem ad cautelam, tur. 21. duc. 5. Karl. 6.

Si cum inhibitione, tur. 36. duc. 9.

Pro homicidio, pro defensione alterius admisso, qvi aliàs evadere non potuit, dispensatur ad alterius ministerium, tur. 30. duc. 7. Karl. 6.

Pro Episcopo, vel Abbate, &c. absolutio ab homicidio, sive voluntario, sive casuali, sive necessario, taxatur tur. 50. duc. 12. K. 6.

Pro priore monasterii, &c. tur. 4. duc. 10.

De Presbytericidio.

PRo laico, cum forma, in pœnitentia publica, pro una persona tantùm, taxatur tur. 6. duc. 2.

Pro Clerico simplici, vel Presbytero in sacris constituto, executione suorum ordinum sibi penitus interdicta, turonen. 6. duc. 2.

Si plures fuerint, dummodò in uno & eodem negocio, pro primo taxatur integraliter, & de qvolibet aliorum pro medietate.

Si unus plura presbytericidia commisit eodem tempore, & in eodem conflictu, non taxatur ultra 6.

Si verò diversis temporibus, pro primo taxatur integraliter, & pro qvolibet aliorum pro medietate tantùm.

Si presbytericida petierit commutationem

ralem, tur. 24.

Diſpenſatio pro Presbytericida, ut poſſit obtinere beneficia Eccleſiaſtica, tur. 2. ducat. 2.

De Laicidio.

LAicidium in forma pro uno Laico tantùm, tur. 3. duc. 1. Karl. 4.

Si unus plures in uno conflictu occidit, taxatur pro uno tantùm.

De Parricidio.

PArricidium, matricidium, fratricidium, ſororicidium, taxatur pro uno tantùm, tur. 4. duc. 1. Karl. 8.

De Uxoricidio.

TAxatur hoc perinde atqve parricidium.

Si occiſor petierit licentiam contrahendi cum alia, tur. 8. duc. 2. Karl. 9,

Et pro aliis, qvi marito in eo negocio auxilium præſtiterunt, augetur taxa duobus turonenſibus, pro qvolibet.

De Infanticidio.

PRo uno tantùm, tur. 4. duc. 1. Karl. ſi pater, vel mater, aut conſangvineus infantem oppreſſerit; ſic verò extraneus, taxatur tanqvam de Laicidio.

Pro viro & uxore ſimul, tur. 4. duc. 2.

De Abortu.

PRo muliere, qvæ cepit potum ad necandum fœtum, vel patre, qvi dedit potum matri, tur. 4. duc. 1. Karl. 8.

Pro extraneo, qvi procuravit abortum alterius, tur. 4. duc. 1. Karl. 5.

De Veneficiis & Incantationibus.

PRo muliere venefica vel incantatrice, poſtqvàm ſuperſtitiones abjuravit, in qvolibet ſuprà dictorum caſuum taxatur tur. 6. duc. 2.

De Hæreticis.

ABſolutio ab hæreſi, priusqvàm abjuravit, cum rehabilitate, in ampla forma, & cum inhibitione, datur pro turon. 36. ducat. 9.

Pro Laico cum abſolutione infamiæ, turon. 12. duc. 3. Karl. 6.

Et cum inhibitione, adduntur turones duodecim, tur. 24. duc. 6.

De Sacrilegio, furto, incendio, rapina, perjurio, & ſimilibus.

ABſolutio cum rehabilitate, in ampla forma, cum inhibitione, in qvolibet di-

ducat. 9.

Et cum diſpenſatione ſuper irregularitate, qvoad ordines ſacros, & illorum exercitium, tur. 6. duc. 2. P. 831.

Si cum diſpenſatione ad obtinenda alia beneficia, præter illud, ſupra qvo fuit facta Simonia, materia erit componenda cum Datario Papæ.

Si petatur abſolutio, tantùm in foro conſcientiæ datur, etiam cum retentione beneficii, ſuper qvo facta fuit Simonia, ſive ex eo fructus perceperit, ſive non, cum clauſula, nullus &c. Et tunc non eſt componendū cum Datario, ſed taxatur turon. 30. duc. 7. Karl. 6.

De lapſu carnis.

ABſolutio à lapſu carnis, ſuper qvocunqve actu libidinoſo commiſſo per Clericum, cum Monialibus intra & extra ſepta monaſterii, aut cum conſangvineis vel affinibus, aut filia ſpirituali, aut qvibusvis aliis, ſive ab unoqvoqve de per ſe, ſive ſimul ab omnibus abſolutio petatur, cum diſpenſatione ab ordines, & beneficia, cum inhibitione, tur. 36. duc. 3.

De beſtialitate.

SI verò cum illis petatur abſolutio, etiam à crimine commiſſo contra naturam, vel cum brutis, cum diſpenſatione, ut ſuprà, & cum inhibitione, tur. 90. duc. 12. Karl. 6.

Si verò petatur tantùm abſolutio, à crimine contra naturam, vel cum brutis, cum diſpenſatione, & cum inhibitione, tur. 36. duc. 9.

Abſolutio pro Moniali, qvæ ſe permiſit pluries cognoſci intra & extra ſepta monaſterii, cum rehabilitate ad dignitates illius ordinis, etiam Abbatialem, tur. 36. duc. 9.

Abſolutio pro Concubinario, cum diſpenſatione ad ordines, & beneficia, tur. 21. duc. 5. Karl. 6.

Et cum inhibitione, tur. 36. duc. 9.

Pro Laico à lapſu carnis ſuper qvocunqve actu libidinoſo, in foro conſcientiæ, turon. 6. duc. 2.

Ab inceſtu pro Laico, in foro conſcientiæ tantùm, tur. 4.

Si petatur pro utroqve, videlicet pro viro & muliere, in utroqve foro, tur. 18. ducat. 4. Karlin. 9.

Si cum inhibitione, pro uno tantùm turon. 24. duc. 6.

Si pro utroqve cum inhibitione, tur. 36. ducat. 9.

Abſolutio ab adulterio pro Laico in foro conſcientiæ, tur. 4.

Ab adulterio cum inceſta pro una perſona tantùm, tur. 6.

Pro adultero & adultera ſimul, turon. 6.

municatorum Ecclesiastica tradant sepulturæ, tur. 6. duc. 2.

Si cum dispensatione super irregularitate, & ad beneficia obtinenda, tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

Si etiam cum retentione obtentorum, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Absolutio pro illo, qvi celavit cadaver defuncti, ut beneficia impetraret, turon. 6. ducat. 2.

Si cum dispensatione super irregularitate ad obtinenda beneficia, tur. 9. ducat. 2. Karlin. 9.

Si etiam cum retentione beneficii obtenti, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Absolutio pro Presbytero, qvi celebravit in loco interdicto ignoranter, turon. 6. ducat. 2.

Si verò scienter, non tamen in contemtum clavium, si interdictum erat authoritate ordinaria positum: absolutio simplex tur. 6. duc. 2.

Si verò à Papa, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Absolutio pro Presbytero, qvi conjuges in secundo matrimonio benedixit, qvi jam in primo benedicti fuerant, tur. 6. duc. 2.

Si cum dispensatione super irregularitate, tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

Si cum retentione beneficii obtenti, turon. 12. duc. 3. *Karl.* 6.

p. 832. Si Presbyter aliqvos clandestiuè matrimonio copulavit, & missam coram eis celebravit, absolutio pro ipsis conjugibus tur. 6. dur. 2. *Karl.* 3. Et pro Laicis, qvi interfuerunt, augetur taxa tur. 3. pro qvolibet.

Absolutio pro illo, qvi obstitit, ne literæ Apostolicæ executioni demandarentur, si Clericus est, cum dispens. ad obtentum, & ad obtinendum, & absolutione infamiæ & assistentia, tur. 36. duc. 9.

Pro Clerico absolutio simplex, turon. 12. duc. 3. *Karl.* 6.

Absolutio pro Mercatore, qvi transportavit hastas ad partes infidelium, & lucrum nullum reportavit, tur. 12. duc. 3. *Karl.* 6.

Si lucrum reportavit, taxatur similiter, & componendum est cum Datario Papæ.

Absolutio pro eo, qvi bona defuncti pro mercede servitiorum defuncto impensorũ retinet, & admonitus non restituit. dummodò non excedant debitam mercedem, in foro conscientiæ tantùm, tur. 6. duc. 2.

Absolutio pro Episcopo, qvi certis annis & terminis præfixis juravit limina Apostorum visitare, & adhuc non visitavit, cum injunctione, qvòd de cætero promissionem hanc servare velit, tur. 12. duc. 3. *Karl.* 6.

Absolutio à spirituali excommunicatione

Si verò etiam cum absolutione generali à qvibuscunq; dictis, tur. 80. duc. 20.

Si super irregularitate incursa ab eo, qvi judicavit in criminalibus vel in similibus sine absolutione, pro præterito, etiam cum absolutione infamiæ, & cum inhibitione, vel secus, tur. 30. duc. 7. *Karl.* 6.

Et cum absolutione pro præterito, qvando ea indiget, tur. 36. duc. 9.

Si verò petatur simul cum dispensatione de præterito, etiam qvòd in futurum possit judicare, vel advocare, tur. 45.

Si verò petatur cum utroq; dispensatio scilicet de præterito & futuro, etiam absolutio de præterito, qvando non indiget, tur. 50. duc. 12. *Karl.* 6.

Pro eo, qvi medendo incurrit irregularitatem, tur. 36. duc. 9.

Si verò petatur etiam licentia in futurum, tur. 50. duc. 12. *Karl.* 6.

De sepulturis.

ABsolutio ad instantiam cognatorum defuncti excommunicati, sive violenter mortui, ut ejus cadaver in terra benedicta sepeliatur, tur. 6. duc. 2.

Pro Abbate vel Episcopo, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Absolutio pro altero conjugum vivente, altero defuncto, qvi clandestinè contraxerant, tur. 4. duc. 2. *Karl.* 9.

De commutationibus, seu relaxationibus pœnarum.

RElaxatio exilii sive carceris perpetui simplex, tur. 40. duc. 10.

Si verò petatur dispensatio super irregularitate, etiam cum retentione beneficii obtenti, & absolutione à delicto, turon. 60. ducat. 15.

Relaxatio exilii sive carceris à 10. annis usq; ad 15. tur. 36. duc. 9.

Cum dispensatione super irregularitate, & in retentione beneficiorum, tur. 50. ducat. 12. *Karl.* 6.

Relaxatio exilii sive carceris à 5. usqve ad 10. annos simplex, & cum absolutione simplici à delicto sine dispensatione, taxatur tur. 23. & ducat. 6. Et pro assistentia adduntur tur. 6.

Ad qvinqvennium relaxatio simplex, &c. tur. 12. duc. 3. *Karl.* 6.

Relaxatio suspensionis pro Presbytero, qvi morbo caduco laboravit, & propterea per ordinarium suspensus fuit, & jam per

Rdi, pro una persona in uno contractu, tur. 7. duc. 2. Karl. 3.

Et cum inhibitione & absolutione infamiæ, dur. 36. duc. 9.

Si sint plures in eodem negocio, pro qvolibet adduntur tur. 3.

Si sint diversi contractus in eodem negocio inter easdem personas, pro qvolibet contractu ultro primum augentur tur. 3.

Relaxatio juramenti pro illo, qvi juravit in una Universitate sumere gradum, qvem possit sumere in alia, tur. 6. duc. 2.

Relaxatio juramenti, qvod absq; salutis æternæ interitu servari non potest, puta in malis promissis, vel turpi toto, tur. 6. duc. 2.

Et aliter taxatur Episcopus, aliter Abbas, vel Prælatus generalis.

De commutatione voti.

COmmutatio voti Religionis non solennis, in foro conscientiæ tantum, tur. 15. duc. 4.

Consimiliter commutatio voti castitatis non solennis, in foro conscientiæ tantùm, tur. 15. duc. 4.

Absolutio à transgressione dicti voti Religionis, ut valeat remanere in matrimonio, cum adjecta clausula: qvòd si conjugi supervixerit, votum omninò adimplere teneatur, similiter in foro conscientiæ tantùm, dur. 15. duc. 4.

Confimilis est absolutio, & taxa voti castitatis.

Prorogatio voti sepulchri Dominici, vel sancti Jacobi in Compostella, aut liminum Apostoli Petri & Pauli, propter aliqvas legitimas causas, tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

Si verò ad biennium tantùm, tur. 4.

Commutatio voti sepulchri dominici, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Et componitur cum Dadario Papæ.

Commutatio voti Sancti Jacobi in Compostella, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Et componitur cum datario Papæ.

Commutatio voti Sancti Petri & Pauli de urbe, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Et componitur cum Datario Papæ.

Commutatio voti alterius cujusqve, tur. 6. duc. 2.

Commutatio jejuniorum, & aliarum abstinentiarum, vel alicujus habitus, tur. 6. duc. 2.

Si petatur pluribus personis, habentibus connexionem inter se, taxatur pro primo integrè, & pro aliis pro medietate pro qvolibet. Si verò sunt personæ penitus diversæ, taxatur pro unoqvoq; integrè. Si verò petatur pro capitulo, vel conventu, aut collegio insigni, tax. ad turonenses centum, si commutatio sit perpetua.

De commutatione ora-

pro patiente defectum visus, vel propter aliud impedimentum, tur. 12.

Si verò mutatur de ritu unius Ecclesiæ ad ritum alterum, tur. 9. duc. 2. Karl. 9.

Commutatio officii pro conventu, vel capitulo, tur. 60. duc. 15.

Et si cum facultate anteponendi, vel postponendi, tur. 100. duc. 25.

De commutatione ultimæ voluntatis.

TAxatur tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Si petatur potestas transferendi ossa, vel missas, vel Ecclesiam, & similia, ultrà adduntur tur. 6.

De Reductione Missarum.

REductio Missarum propter tenuitatem fructuum, tur. 12. duc. 12. Karl. 6.

Et cum assistentia, tur. 18. duc. 5. p. 834.

Si ad petitonem Rectoris pro se, & successoribus cum assistentia, turon. 30. duc. 7. Karl. 6.

Si petatur à collegio, vel capitulo, aut universitate, tur. 40. duc. 10.

Si cum commutatione ultimæ voluntatis testatoris, taxæ reductionis adduntur turon. 6.

De confirmatione.

COnfirmatio concordiæ pro privatis personis, licitæ tamen, & juxta Canicas sanctiones factæ, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Si pro confraternitate, vel universitate, vel monasterio, tur. 24. duc. 6.

Confirmatio concordiæ super rebus Ecclesiasticis, si fiat in forma, si in evidentem, tavatur juxta valorem, &c.

Si verò non fiat in forma, si in evidentem, tur. 12. duc. 3. Karl. 6.

Confirmatio alienationis rerum Ecclesiasticarum taxatur juxta formam, si in evidentem.

Confirmatio statutorum super certo numero beneficiorum seu beneficiatorum, cum vel sine assistentia, tur. 30. duc. 10.

Confirmatio statutorum pro Ecclesiâ Cathedrali, tur. 80. duc. 20.

Si verò pro collegiata, tur. 60. duc. 15.

Si petatur confirmatio unius statuti tantùm expressi, si sit alicujus momenti, & Ecclesiæ Cathedralis, tur. 40. duc. 10.

Si verò non videtur magni momenti, taxatur ex arbitrio officialium.

Confirmationes erectionum, vel reservationum juris patronatus, taxantur prout ipsæ erectiones, vel reservationes. Et sic de similibus.

Confirmatio unionis perpetuæ factæ per ordinarium ex causa, in qva à jure

bonorum, vel termini qvinqvennalis ad electionem majoris part. tur. 5. duc. 1. Karl. 6.

Si cum derogatione statuti innuentis certam formam reddendi, tur. 8. 2. 5.

Capitulum Odoardus, pro Clerico, turon. 5. 1. 6.

Si cum absolutione à ten. tur. 6. 1. 9.

Si cum dispensatione ab irregularitate, tur. 9. 2. 9.

Capitulum pervenit, pro Clerico, & beneficiato, tur. 6. 1. 9.

Si pro Episcopo, duplicatur taxa.

De Declaratoriis.

DE declaratoria juris, sive Religionis, sive homicidii, sive alterius cujusq; taxatur tur. 6. 21.

Exceptis matrimonialibus, qvæ taxantur tur. 7. 2. 1.

Perinde valere.

PRo eo, qvi perdidit literas testimoniales aliqvorum ordinum, tur. 6. 2.

Pro eo, qvi omisit in literis aliqvid narrare, qvòd si narrasset illas, nihilominùs obtinuisset, nec aliqvid in taxa alterasset, turon. 6. 2.

Si verò id, qvod est omissum, non tam facilè fuisset concessum, non tamen alterasset taxam, taxatur tur. 6. 2.

Si autem alterasset taxam, si qvidem in minus qvàm sex, tur. 6.

Si in plus, taxabitur ultra 6. ad totum illud plus, in qvo prior taxa alterata fuisset.

De Licentiis, & Indultis.

LIcentia transferendi parochialem Ecclesiam, vel collegiatam cum omnibus suis juribus in monasterium, tur. 24. 6.

Et si cum prophanatione prioris loci, p. 835. tur. 40. duc. 10.

Licentia erigendi fontes Baptismales, tur. 24. 6.

Licentia erigendi collegiatam, vel commutandi parochialem Ecclesiam, tur. 100.

Licentia erigendi parochialem Ecclesiam, vel monasterium, tur. 24.

Licentia erigendi, seu transferendi cœmiterium, vel oratorium, vel capellam, turon. 12. 3. 6.

Cum prophanatione prioris loci, tur. 24. 6.

Et si petatur ad instantiam universitatis, duplicatur taxa.

Licentia transferendi reliqvias de loco ad locum, de consensu qvorum interest, non tamen ab urbe, tur. 9. 2. 9.

tur. 50. 12. 6.

Licentia celebrandi in capella non consecrata, tur. 12. 3. 6.

Etiam cum licentia transferendi vel erigendi unam capellam, tur. 18. 4. 6.

Reservatio juris patronatus pro se & hæredibus, tur. 40. 10.

Licentia erigendi Apothecas in porticu Ecclesiæ, tur. 12. 3. 6.

Licentia erigendi confraternitatem cum confessionali pro utriusq; sexus confratribus; altari portatili, & Licentia in locis interdictis sepeliendi, & Euchar. Sacramentũ recipiendi, festo Paschali excepto, tur. 120. duc. 30.

Mutatio dedicationis, seu invocationis Sancti, &c. tur. 12. 3. 6.

Licentia celebrandi ubiq;, tur. 9.

Licentia celebrandi bis in die, ad vitam unius tantùm, tur. 12. 3. 6.

Si ad petitionem collegii, vel capituli, aut universitatis, sine congregationis Presbyterorum secularium, tur. 100. 25.

Licentia pro consulibus unius oppidi, tempore interdicti, qvòd possint in eorum capella facere celebrari d. officia, & inibi sepeliri, cum clausulis consuetis, tur. 100.

Altera portatile, tur. 8. 2. 6.

Si pro viro & uxore, tur. 9. 2. 9.

Si etiam pro liberis, pro qvalibet persona augetur taxa tur. 4.

Licentia celebrandi ante diem, tur. 12. 3. 6.

Licentia publicandi indulgentias Cardinalium absq; ordinarii licentia, tur. 6. 2.

Licentia recitandi horas canonicas secundum ritum alterius diœcesis, qvàm suæ, tur. 6. 2.

Secundum usum Romanæ Ecclesiæ, turon. 6. 2.

Eadem licentia pro regulari, tur. 9. 2. 9.

Licentia anteponendi & postponendi horas canonicas, tur. 9. 2. 9.

Et si petatur simul etiam secundum usum Romanæ Ecclesiæ vel alteris, turonen. 12. 3. 6.

Et si licentia anteponendi & postponendi tantùm, petatur pro conventu vel capitulo, tur. 60. 15.

Licentia testandi & disponendi de bonis, pro clerico seculari, tur. 13. 3. 6.

Pro regulari, dummodò non de acqvisitis ex bonis monasterii, tur. 24. 6.

Pro Episcopo titulari, tur. 36. 9.

Pro alio Episcopo, tur. 50. 12.

Pro Abbate vel commen. totidem.

Pro Priore, tur. 36. 9.

Pro Protonotario Apostolico, tur. 18. 5.

Licentia eligendi confessorem in forma,

ron. 4.

Pro confraternitate, capitulo, vel universitate, in perpetuum, taxa est arbitraria, & habenda est ratio qualitatis illorum.

Pro regulari de licentia sui superioris, tur. 6. 2.

Sine licentia superioris, tur. 12. 3. 6.

Ut possit stare extra, turon. 6.

Licentia utendi lacticiniis temporibus prohibitis, pro una persona tantùm, tur. 62.

Pro tota familia, tur. 12. 3. 6.

Pro pluribus conjunctis, tur. 12. 3. 6.

Pro capitulo, collegio, congregatione, vel universitate, in perpetuum taxa est arbitraria.

Pro oppido, & illius districtu, etiam pro Clericis, fratribus, & Monialibus cujuscunque ordinis, tur. 200. 50. Habenda tamen est ratio oppidorum.

p. 836. Si pro communitate ratione loci frigidi, & ob penuriam piscium, & olei olivarum, quæ quidem communitas talibus lacticiniis uti consuevit à juvenili tempore, turon. 100, 25.

Licentia percipiendi fructus in absentia, residendo in altero beneficiorum, vel in Romana curia, vel studendo in loco, ubi studium viget generale, tur. 9. 2. 9.

Licentia transferendi ossa unius cadaveris, tur. 6. 2.

Si verò plurimorum cadaverum ejusd. familiæ, pro quolibet taxatur integrè.

Licentia visitandi per alium in Archidiaconatu, tur. 36. 9.

Derogatio fundationis alicujus beneficii, in qua cavetur, quòd nullus possit obtinere beneficium, nisi sit actu Presbyter, vel quòd illud obtinens non possit obtinere aliud, tur. 12. 3. 6.

Licentia deferendi corpus Christi si semel tantùm in anno, tur. 12. 3. 6.

Si bis, tur. 20. 5. 3. Si ter, turon. 30. 7. 6. Si quater, turon. 40. 11. Si quinquies, tur. 50. 12. 6. Si sexies, tur. 60. 15.

Et sic ulterius, pro qualibet vice addendo decem.

Licentia deferendi merces semel, vel pluries ad partes infidelium, vel aliàs exercendi mercaturam etiam, locorum ordinariorum, & quorumcunq; dominorum temporalium, etiam Regum, Imperatoris, seu quorumvis aliorum licentia minimè requisita, cum derogationibus amplissimis, tur. 24. 6.

Licentia portandi frumentum ad partes infidelium, videlicet per totam Barbariam, usq; ad tria millia grossarum salviarum, juxta tenorem privilegii, & literarum Apostolicarum, tur. 50. 12. 6.

Licentia pro vicario, quòd in absentia Episcopi possit quæcunq; ornamenta Ec-

In perpetuum verò, taxatur tur. 200. 50.

Licentia medendi tam pro Clerico seculari, quàm regulari, turon. 30. 7. 6.

Si cum absolutione de præterito, tur. 36. 9.

Si pro Episcopo, tur. 50. 12. 6.

Licentia pro Presbytero, quòd possit studere medicinæ, & mederi cum absolutione de præterito, si artem hujusmodi exercendo in aliquo excessit, tur. 40. 10.

Licentia audiendi leges pro Clerico seculari, tur. 9. 2. 9.

Pro regulari in conventu, tur. 12. 3. 6.

Extra conventum, tur. 12. 3. 6.

Si sine licentia superioris, extra conventum ad septennium, tur. 18. 4. 9.

Si cum facultate deserviendi beneficio Ecclesiastico, & prædicandi, tur. 21. 66.

Licentia procurandi seu advocandi pro Clerico seculari, tur. 30. 7. 6.

Si cum absolutione de præterito, tu. 36. 9.

Licentia exercendi officium notariatus, tur. 12. 3. 6.

Licentia exercendi officium judicis secularis in civilibus tantùm, tur. 24. 6.

Si verò etiam in criminalibus, cum limitationibus consuetis, tur. 37.

Licentia mutandi nomen proprium, turon. 9. 2. 9.

Licentia mutandi cognomen vel signũ, tur. 6. 2.

Licentia reconciliandi Ecclesiam, seu cœmiterium, tur. 12. 3. 6.

Licentia obtinendi Canonicatum in Cathedrali, pro constituto in duodecimo suæ ætatis anno, non obstantibus regulis in contrarium editis, tur. 12. 3. 6. Pro constituto in tredecimo, tur. 6. 2.

Licentia celebrandi inter Græcos græcè, & Latinos latinè, tur. 9. 2. 9.

Licentia visitandi sepulchrum Dominicum, tur. 4. 1. 6.

Pro Episcopo de non promovendo, nec suspiciendo munus consecrationis ad annum, tur. 30. 7. 6.

De non promovendo ad septennium, tur. 9. 2. 9.

Licentia celebrandi capite cooperto, tur. 12. 3. 6.

Si pro Episcopo vel Abbate, tur. 24. 6.

Licentia de non residendo pro Episcopo titulari, tur. 18. 4. 9.

Licentia obtinendi duo beneficia dissimilia sub uno & eodem tecto, tur. 12. 3. 9.

Licentia, quòd Episcopus titularis non teneatur visitare limina Apostolorum Petri & Pauli, propter locorum distantiam, & non perpetuò, tur. 24. 6.

Si perpetuò, tur. 50. 12. 6.

Licentia pro spurio, quòd possit recipere à patre Laico vel clerico seculari, usq; ad summam ducentorum ducatorum ex lega-

24. duc. 6.

p.837. Licentia piſcandi Dominicis vel aliis feſtis diebus, pro redemtione captivorum ad qvinqvennium, tur. 12. 3. 6.

Si pro conventu, confraternitate, vel communitate, tur. 50. 10. 6.

Licentia pro capitulo cathedralis Eccleſiæ, qvòd poſſit aliqvas pecunias pro reparatione & manutentione civitatis contribuere, tur. 24. 6.

Licentia adoptandi, ut poſſit in omnibus bonis ſuccedere, ſine tamen præjudicio cognatorum. turon. 12. 3. 6.

Licentia veſcendi carnibus à Saracenis interfectis; pro qvodam domino temporali, & ſua familia, tur. 30. 7. 6.

Licentia pro muliere honeſta cum tribus vel qvatuor matronis ingredi monaſterium Monialium qvater in anno, inſolita forma, tur. 12. 3. 6.

Licentia, qvòd pater poſſit familiam introducere in monaſterium, ut bonis imbuatur moribus, turon. 12. 3. 6.

Licentia recipiendi habitum militiæ S. Jacobi de Spata, à qvocunqve Prælato. turon. 60. 15.

Licentia recipiendi habitum militiæ Jeſu Chriſti, vel alterius, tur. 30. 7. 6.

Et pro muliere, etiam S. Jacobi, turon. 40. 10.

Licentia recipiendi habitum tertii ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati, à qvocunqve antiſtite, ſeu perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, pro conjugato, tur. 12. 3. 6.

Indultum, qvòd miles S. Jacobi poſſit matrimonium contrahere cum vidua, qvod per ſtatuta militiæ eſt prohibitum, turon. 12. 3. 6.

Licentia pro religioſo, ut poſſit eſſe confeſſor monialium, etiam alterius ordinis, turon. 15. 42.

Licentia prædicandi pro prædicatore egregio, tur. 36. 9.

Et ut concioni ejus intereſſentes certos dies indulgentiarum conſeqvantur, turon. 40. 10.

Licentia doctorandi pro Clerico ſeculari, vel regulari, tur. 12. 3. 6. ſi cum licentia ſuperioris ipſius: ſin minùs, tur. 18. 4. 9.

Licentia pro Abbatiſſa viſitandi domos & terras Monaſterii ſui, unà cum tribus aut qvatuor monialibus, tur. 24. 6.

Licentia pro fratre ordinis Minorum de obſervantia, qvòd poſſit habere procuratorem, qvi pecunias, qvas ipſe ſuâ induſtriâ acqviſivit, exigere, & recipere, ac in unius ipſius fratris filium convertere poſſit, tur.

Licentia pro toto Monaſterio petente reduci ad ſtrictiorem obſervantiam, qvàm profeſſi fuerint, non mutando ſuperiorem, tur. 40. 10.

Licentia transferendi de ordine ad ordinem paren, turon. 15. 4. Si ad arctiorem, turon. 12. 3. 6.

Si totum Monaſterium petit transferri ad alium ordinem, tur. 50. 12. 6.

Si de ordine ad ordinē longiorē, tur. 24. 6.

De monaſterio ad monaſterium ejuſdē ord. profeſſionis, habitus & obſervantiæ regularis ejusdem provinciæ, tur. 4. 1. 8.

Si alterius provinciæ, tur. 12. 3. 6.

Si cum uſufructu, dote, & ſupellectilibus, adduntur tur. 6.

Licentia ducendi vitam heremiticam, tur. 12. 3. 6.

Abſolutio ab Apoſtaſia pro vagabundo volente redire ad ovile, tur. 12. 3. 6.

Licentia deferendi habitum ſubtus, turon. 12. 3. 6.

De Marrania.

Marrania in ampliſſima forma componitur, pro Clerico, turon. 60. 15. Pro laico tur. 40. 10. Et in utroq; caſu componendum eſt cum Datario Papæ, niſi ſedes vacet, tunc datur pro Clerico tur. 8. & pro Laico, tur. 60.

Verùm, qvando non datur in ampla forma, ſed ad exercendum aliqvod officium, unde vivat, cujus ipſe peritiam habet, vel pro Presbytero ad effectum celebrandi, turon. 12. 3. 6.

Niſi ſit ad affectum advocandi, vel medendi, tunc taxatur tur. 24.

Theodorus Graminæus, & ante hunc multi alii.

p.838.

SCire debes, qvòd ex effuſione ſangvinis Chriſti, & multis meritis martyrum & aliorum ſanctorum, conſtitutus eſt theſaurus Eccleſiæ, cujus poteſtatem habet vicarius Chriſti, & claudit & aperit cui vult, & qvando vult. Nam qvia una guttula fuiſſet ſufficiens ad liberandum totum mundum: item & martyres fuerunt puniti ultrà, qvàm eorum delicta meruerunt: certè omnia illa merita, qvæ ſuperabundant, ſunt in manu Eccleſiæ. Imp. Max. 2. Pp. Pio 4.

Idem in Myſtico Aqvilone ſuo. Qvòd Thaddæus ait, me ſeptentrionis matrem Saxoniam facere, filias Magdeburgum, Brandeburgum, &c. malitiosè ac fraudulenter mecum agit, non ut virum bonum decebat, in qvo juvenilis ardor nocendi cupiditate flagrans, jam extinctus eſſe debebat. Verba enim non mea, ſed Abbatis

partibus Occiduis conſtitutam, Teutonicorum potentia conculcet. Nam ſicut peccati radix Antiochus, finem Judaicis dedit Hiſtoriis: ſic imperio perditionis filius præliis Germanorum. Nullus enim populorum legitur ad tantam amaritudinem perduxiſſe Romanam Eccleſiam, ſicut domeſticus Alemannus. Ab Aqvilone Germaniæ illa pandetur hæreſis, & afflictio, qvæ non ſolùm involvet reprobos, ſed & electos afficiet temporibus præfinitis. Hujus Aqvilonis mater eſt Saxonia: filiæ verò Magdeburgum, Brandeburgum, Miſnia, Mechelburgum, ISLEBIUM, levantes contra Dominum Spiritum peſtilentem.

Hæc prophetia cum circa annum Domini milleſimum, ducenteſimum ab ipſo Abbate ſcripta ſit, impudenter & temerariè mihi à Thaddæo imputatur.

Et in margine Graminæus porrò inqvit: nota patriam Lutheri, ante 350. & amplius annos prædictam.

Ad dirimendam hanc litem, propria & ipſammet verba Abbatis Joachimi ſuper Eſaiam, qvæ longè aliter (ut ſeqvitur) ſonant, recitanda ſunt.

In gl. b. Nam ſicut, inqvit, peccati radix Antiochus, 1. Mach. 1. finem Judaicis dedit hiſtoriis: ſic & in novo perditionis filius præliis Germanorum. Unde & legitur Eſ. 18. Deferetur munus Domino à populo dilacerato & terribili: poſt qvem non eſt alius, cujus diripuerunt terram Juda. Nullus enim populorum legitur ad tantam amaritudinem perduxiſſe Romanam Eccleſiam ſicut domeſticis Alemannus.

In gl. a. Etſi à Petri navicula toleratur pro tempore Spiritus tempeſtatis: illud magis torqvet Eccleſiam, qvo inter viros prælaticos & potentes Livonica puritas hæreticâ fœditate fordeſcet.

Totum tempus poſteritatis aqvilæ decedentis usqve ad filii perditionis originem: qvi erit univerſalis iniqvitas, nomen præfinitionis includit.

Super habitatores Eccleſiaſticos verſos in arcum pravum, Pſalm. 77. ab Aqvilone Germaniæ illa pandetur afflictio: qvæ non ſolùm involvet reprobos, ſed & electos afficiet temporibus præfinitis.

In gl. b. Omnes hi novæ filii Babylonis, Apoc. 18. levantes contra Dominum Spiritum peſtilentem. Hæc ſunt ipſiſſima verba Abbatis.

Conferens igitur Lector æqvus Graminæi relata ex Abbatis Joachimi libello, cum ipſo autentico, videbit, qvàm longè à veritate receſſerit ille Graminæus. Hæc enim ſeqventia omnia: (Hujus Aqvilonis mater eſt Saxonia, filiæ verò Mechelburgum, Isle-

Bragbeburgenſium, Miſnenſium, Berſebergenſium, & Vzeldienſium civitatibus gloſſam hanc ſeqventem, & nullam aliam adſcripſit (omnes hi novæ filii Babylonis, Apoc. 18.) Id autem, qvod in illo capite 18. agitur de Antichriſto ſuo Romano, ſeu nova & magna Babylone, omninò nihil pro Graminæo facit, ſed impugnat ipſum potiùs. Indigna autem tali viro eſt temeritas, qvòd falsò aſſuit Abbati verba; Hæreſis, Mechelburgum; & præſertim Islebium, qvorum nec unum ibi reperitur. Et ex Abbate refert qvidem: ab Aqvilone pandetur afflictio: cauſam autem, qvare, & in qvos ſuperventurum ſit id mali, ſilentio præterit. Nam Abbas expreſſis verbis, Eccleſiaſticos in arcum pravum (ſecundum illud Pſalmi 77.) verſos, & proinde ut malefactores iram Dei meritos, aſſerit.

Qvid verò ſentiat idem Abbas de urbe Roma, Curia & ſede Pontificis Romani, deqve toto clericatu, & cohorte papali, & qvod propter horrenda flagitia, & abominanda delicta Deus ipſos penitus ſit reprobaturus & perditurus; & qvòd non Magdeburgum, ſed Roma; Roma, inqvam, ſit Magna illa nova Babylon; lector ſuperiùs legendo perluſtrare poterit ſub nomine Abbatis Joachimi in libro ſuper Hieremiam, Jeſaiam, Danielem, Evangelium Joannis, Apocalipſim, de ſeptem ſigillis, concordiæ, in Cyrillum de magnis tribulationibus & ſtatu Eccleſiæ: de futuris temporibus; de fiore: item apud Hieronymum, Auguſtinum, Ansbertum, Petrarcham, Bocatium, & alios in hoc opere in plurimos; qvi, Romam eſſe ipſam Babylonem, ſatis abundè demonſtrant.

Habes (Lector) apud Gregorium ſuper illud Job. 30. (ad dextram orientis) ſeqventia: Hi ad perſecutionem, inqvit. Eccleſiæ proſilient, qvi electa membra redemtoris credebantur: hic nihil de Aqvilone, ſed de illis ipſis, ut Schola Pariſienſis de periculis Eccleſiæ interpretatur, qvi perfecta membra Chriſti reputantur, ut ſunt hodie Jeſuitæ, qvi certè (utpote viri prudentes & doctiſſimi) totius Papatus fundamenta nulla eſſe, ſatis noverunt: ſed cum, à qvo conducti ſunt, & qvi illos ad ſummas dignitates (intrant enim ut vulpes) evehere poteſt, offendere hactenus noluerunt; veruntamen ut de illis idem Joachimus ſuper Jeremiam vaticinatur, illi ipſi ſunt, qvi contra Romanam ſedem conſpirabunt: atqve eos, detracta larva, propediem hoc facturos, ſperamus. Hactenus enim (verba Joach. ſup. Jer.) prohibiti fuerunt ex lege, revelare, & denudare ignominiam matris ſuæ Eccleſiæ, ſed nunc cogentur prodere eius iniqvitates.

Testimonia ex triginta maximæ authoritatis scriptoribus, qvi Romam Babylonem, ejusq; Episcopum Antichristùm certò statuerunt: à Simone Schardio J. C. Imperialis Cameræ assessore, in unum collecta & edita.

1. INitio, urbem Romam Babylonem esse, ipse Angelus Dei affirmat, exponens Apocal. 17. Joanni Evangelistæ visionem bestiæ, habentis septem capita, & gestantis turpissimam adulteram seu meretricẽ, atq; dicens: septem capita esse septem montes, in qvibus mulier, qvæ tenet imperium in reges, sedet: videlicet rerũ pulcherrima Roma:

Septem qvæ una sibi muro circumdedit arces,

sive montes: ut Palatinum, Capitolium, Aventinum, Celium, Esqvilinum, Viminalem, & Qvirinalem.

2. Post Joannis Evangelistæ testimonium meritò secundus tribuitur Areziæ, vel Aretiæ, excellentissimæ in omni virtutum genere fœminæ, qvæ sanctissimi patriarchæ Noachi uxor fuit, Deum valdè timens, sapientissima & religiosissima, ac prophetiæ spiritu mirabiliter illustrata. Hæc omnium Sibyllarum antiqvissima, Chaldæa vel prophetissa à priscis autoribus, à qvibusdam etiam Sambetha sive cœlestis dicta, 24. libris (qvos vaticinos edidit) omnium gentium ac populorum momenti præcipui res descripsit: Dominiq; Christi negocia principalia, ejusq; æmulum nefarium & pseudochristum suis depinxit coloribus.

Nam eum vocat mendaciorum prophetam, peritussimum artium magicarum, veneficiorum amatorem, magnificè gloriantem tyrannum, regem teterrimum; Gog vel immanem hostem populi Dei, atq; impostorem: & Ecclesiam ejus regnum nefarium ac jactabundum (qvòd justum populum perseqveretur) appellat, pellicem impudicam, Babylonem: & (ne qvis aliam existimet qvàm Romam) impuram civitatem Latinæ terræ, veneficiorum operatricem, ac puerorum (proh nefas) mixtionem nefaviam admittentem. Alio item loco vaticinans, Romam expressè Babylonem hisce verbis nominat:

Veniet (inqvit) *cælo stella magna in mare vastum,*
Et inflammabit mare profundum; ipsamq; Babylonem,
Italiæ terram, cujus gratia multa perierunt,
Ebræorum sancti, fideles, & templum verum.

Et de ultimo certamine militantis Eccle- edet hominibus. Tunc verò sanctorum virorum dejectio erit, & profligatio electorum atq; fidelium.

3. Hanc Angeli & Sibyllæ interpretationem vetustas qvoq; ferè omnis secuta est. Siqvidem Irenæus Episcopus Lugdunensis, qvi vicinis Apostolorum, Polycarpum Jo. Evangelistæ discipulum vidit, lib. 5. adversus hæreses Valentini & similium, explicans numerum hominis bestiæ 666. annorum, inter cætera, Latinum seu Romanum fore Antichristum, indicat ex nomine λατεῖν☉, cujus literæ numerum 666. præcisè continent, ac de nomine ita scribit: hunc numerum nominis ostendit, ut vaveamus illum venientem, scientes qvis est. Et valdè verisimile esse dicit, nomen ejus esse λατεῖν☉. Novissimum enim regnum hoc habet vocabulũ: Latini enim sunt, qvi nunc regnant. Porrò literarum numerus hic est: λ 30. α 1. τ 300. ε 5. ι 10. ν 50. ο 70. ϱ 200.

Summa horum fit 666. cui etiam con- p.14
gruit Ebrææ dictionis numerus, qvæ significant suis literis regnum Romanum.

4. Irenæo meritò succedit Q. Septimius Florens Tertullianus, qvo ex veteribus, qvi rem Christianam adversus Ethnicos tutandam susceperunt (teste Lactantio) omni genere literarum millibus peritior fuit. Is verò inter alia libro 3. adversus Marcionem, sic de Roma scribit: nec n. hoc novum est Creatori, figuratè uti translatione nominum, ex translatione criminum. Nam & ἄρχοντας Sodomorum appellat ἄρχοντας Judæorum: & populum ipsam populum Gomorrhæ vocat. Sic & Ægyptus noñunqvam totus orbis intelligitur apud ipsum, superstitionis & maledictionis & eulogio. Sic & Babylon etiã ap. Joannem nostrum, Romanæ urbis figura est, proinde magno regno superbæ, & sanctorum Dei debellatrici. Hactenus Tertull.

Ideò verò Roma Babylon figuratè dicitur, qvia inter utramq; insignis est collatio. Babylon prima fuit monarchia, Romana est ultima. Babylon graviter afflixit Dei populum: ita graviter exercet Roma Ecclesiam Dei. Babylon gravi captivitate attrivit Israelem: ita Roma vexat plusqvàm diuturna captivitate Ecclesiam. Babylon vicit populum Dei, inflammataq; urbe Hierosolymorum, & exciso templo, captivum abduxit Israelem: ita & Roma, vastata urbe Hierosolymorum, & templo exciso, triumphavit de Israele. Babylon idololatriam, superstitionẽ, & omnem abominationem plantavit, provexit, defendit, & obtrusit omnibus: tandem verò cum minimè putasset, liberato derepentè Dei populo, ipsa funditus interiit: ita

beratis omnib. vere in Christo

5. Qvàm verò ut cæteros Orthodoxos dotibus ingenii ac eloqventiæ, sic qvoq; eosdem judicii de Babylonica Roma, intrepida libertate Hieronymus Stridonienſis ſuperat, dum ad Marcellum ſcribit, ut Bethlehem commigretur: Et hic puto (inq.) locus ſanctior eſt Tarpeia rupe, qvæ de cœlo ſæpius fulminata oſtendit, qvòd Domino diſpliceret. Lege Apocalypſim Joannis: & qvid de muliere purpurata, & ſcripta in ejus fronte blaſphemia, ſeptem montibus, aqvis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuére: exite, inqvit Dominus, de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis: fugite de medio Babylonis, & ſalvate unusqvisqve animam ſuam: cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmonum, & cuſtodia ſpiritus immundi.

Eſt qvidem ibi ſancta Eccleſia, ſunt trophæa Apoſtolorum & martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, eſt ab Apoſtolo prædicata fides: & à gentilitate calcata, in ſublime ſe qvotidie erigens vocabulum Chriſtianum: ſed ipſa ambitio, potentia, magnitudo urbis, videri & videre, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, vel audire vel proloqvi, à propoſito monachorum & qviete aliena ſunt.

Qvòd ſi hæc Hieronymus circiter annum à Chriſti nativitate 360. qvo tempore omnia adhuc Romæ caſtiora & incorruptiora erant, ſcripſit, qvid eum hoc tempore ſcripturum fuiſſe exiſtimas, qvo omnis impietatis, omniumq; vitiorum ſentina illic inundavit? Similes loci complures apud eundem inveniuntur: ut Tomo tertio Epiſtolarum, ubi Algaſiæ undecim qvæſtiones ediſſerit, maximè qvo ſenſu accipienda ſint, qvæ Paulus ſcribit 2. Theſſ. 2. Niſi diſceſſio venerit primùm, & revelatus fuerit homo peccati. Itidem in præfatione Dydimi, de Spiritu Sancto, ad Paulinianum. Item in fine ſecundi libri contra Jovinianum. Sed unum adhuc ex Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum ſubjungam, ubi de Marco diſcipulo & interprete Petri ſcribit: & Papias (inqvit) Hierapolitanus epiſcopus meminit hujus Marci, & Petrus in epiſtola prima, ſub nomine Babylonis figuraliter Romam ſignificans: ſalutat vos Eccleſia, qvæ in Babylone, vobis cum electa, & Marcus filius meus.

6. Nec aliud Auguſtini judicium de Roma fuiſſe, apparet ex lib. 18. de Civ. Dei, ubi ſcribit: condita eſt Roma velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis, per qvã Deo placuit orbem debellare terrarum.

7. Gregorius Magnus, qvi anno Domini 604. confeſſor obiit, omnium pontificum Romanorum doctrina & vita præſtantiſſimus, qvem Antichriſtum fore putaverit

Mauritium conqverens ſcribit: nunqvid non, cum ſe Antichriſtus veniens Deum dixerit, frivolum valdè erit, ſed tamen nimis pernicioſum? Si qvantitatem ſermonis attendimus, duæ ſunt ſyllabæ: ſi verò pondus iniqvitatis, univerſa pernicies. Ego autem fidenter dico: qvia qvisqvis ſe univerſalem ſacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit: qvia ſuperbiendo ſe cæteris præponit, nec diſpari ſuperbia ad errorem ducitur.

Et lib. 4. Epiſtolarum, capite 82. ſcribens ad Joannem Jejunatorem, patriarcham Conſtantinopolitanum, qvi œcumenicus & univerſalis epiſcopus haberi voluit, comparat cum Lucifero, qvi Eſaiæ 14. dicit: in cœlum conſcendam, ſupra aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aqvilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Qvid enim frates tui omnes univerſalis Eccleſiæ epiſcopi, niſi aſtra cœli, ſunt? qvorum vitæ ſimul inter peccata erroresq; hominum, qvaſi inter noctis tenebras lucent. Qvibus dum cupis temetipſum vocabulo elationis præponere, qvid aliud dicis, niſi; in cœlum conſcendam: veſtra fraternitas deſpiciens ſub ſe premere conatur, qvid aliud dicit, niſi hoc, qvod ab antiqvo hoſte dicitur: Aſcendam ſuper altitudinem nubium? Qvæ cuncta ergò cum flens reſpicio, &c. p. 841.

Et ad eundem Conſtantinopolitanum præſulem, epiſtola 38. parte qvinta Regiſtri, hæc rurſus: Secundum qvod veritas prædixit, peſtilentia & gladius per mundum ſævit: gentes in gentes inſurgunt, terræ concutitur orbis cum habitatoribus ſuis: terræ dehiſcentes ſolvuntur: omnia, qvæ prædicta ſunt, fiunt. Rex ſuperbiæ propè eſt, & (qvod dici nefas eſt) ſacerdotum ei præparatur exercitus: qvia cervici militant elationis, qvi poſiti fuerant, ut ducatum præberent humilitatis.

Dum ergò Bonifacius tertius civis Romanus, contra tam graves & verè Apoſtolicas anteceſſoris ſui cohortationes à Phoca crudeliſſimo Cæſaricida impetrat, ut Roma ſit caput omnium Eccleſiarum, & Epiſcopus Romanus ſuperior Conſtantinopolitano habeatur, & œcumenicus vocetur, annon ex ſententia anteceſſoris Gregorii, viri verè Magni, Antichriſti nomen meretur, vel ejus præcurſor dicendus eſt, cum omnibus ſucceſſoribus ſuis, idem nomen diabolico faſtu non tantùm uſurpantibus, ſed & horribili tyrannide, ac piorum perſecutione defendentibus, ut Satan à facie Domini egreſſus videatur ad percutiendum Jobum ulcere peſſimo? Etſi enim titulum Servi Servorum, qvem Gregorius ab omni ambi-

runt, ac tyrannicè fideles fratres oppreſſerunt, tanqv. totius terrarum orbis domini.

8. Inter Papiſtarum advocatas ſanctiſſimas, nulla à ſcriptoribus eorum ſuperſtitioſis magis celebrata eſt, qvàm Brigitta, ob mirabilia multa, qvæ cum aqva luſtrali feciſſe fertur. Ea librum ſuarum revelationum unum compoſuit, ac edidit (ut Geraldus Cambienſis ait) angelo dictante, Brigitta orante, & ſcriptore notante: tantæ apud Papiſtas authoritatis, ut in ſcholis Oxonienſibus magni doctores magiſtraliter eum expoſuerint. In eo qvæ continentur, ſi papiſtis probentur, qvomodo negabunt, Papam veriſſimam Antichriſtum eſſe? Etſi enim aliàs in verbis ipſis ſit tanta obſcuritas, ut ad ea enucleanda Delio natatore opus videatur: tamen, ubi de ſede Romana conqveritur, ita perſpicuis ac claris verbis utitur, ut etiam à puero intelligi qveant. Sic enim libro 1. Revelationum, capite 41. de Romano Epiſcopo ſcribit:

Nunc ergo conqveror ſuper te, caput Eccleſiæ meæ, qvi ſedes in ſede mea, qvam Petro & ſucceſſoribus ejus tradidi, ad ſedendum in ea triplici dignitate & authoritate: primò, ut poteſtatem haberent ligandi animas, & ſolvendi à peccato: ſecundò, ut aperirent cœlum pœnitentibus: tertiò, ut clauderent cœlum maledictis & condemnatis. Sed tu, qvi deberes ſolvere animas, & ad me præſentare: verè es animarum interfector. Ego enim inſtitui Petrum paſtorem ovium mearum: tu autem es diſperſor & lacerator earum. Tu autem peior es Lucifero. Ipſe enim habebat ad me invidiam, & nullum concupivit occidere, niſi me, ut pro me dominaretur: tu autem tanto deterior es, qvòd non ſolùm occidis me, removendo me à te per mala opera tua: ſed & animas occidis, per malum exemplum tuum.

Ego redemi animas ſangvine meo, & cõmiſi eas tibi tanqvam amico fideli: tu autẽ tradis eas iteratò inimico, à qvo redemi eas. Tu es injuſtior Pilato, qvi nullum judicabat ad mortem, niſi me: tu autem non ſolùm judicas me, qvaſi nullius dominatorẽ, & nullius boni dignum, imò & animas innocentes condemnas, & nocentes dimittis. Tu es immitior Juda, qvi me ſolum vendidit: tu autem non ſolum vendis me, ſed & animas electorum meorum, pro turpi lucro tuo & vano nomine. Tu es abominabilior Judæis: ipſi crucifixerunt corpus meum ſolum: tu autem crucifigis & pungis animas electorum meorum, qvibus malitia tua & transgreſſio amarior eſt omni gladio. Et ideo qvia tu ſimilis es Lucifero, injuſtior Pila-

qvod olim Roma multò tempore obtinuit.

10. Porrò ut orthodoxi patres, ſic qvoq; alii, qvi eos ſubſecuti fuêre, Eccleſiaſtici ſcriptores ac pii viri, Romam pro Babylone acceperunt. Nam Epiſcopi Belgici circa annum Domini 860. cum Nicolao primo Papa contentionem qvandam de qvodam matrimonio habentes, epiſtolam ad ipſum ſatis acrẽ ſcripsêre, in qva inter alia Romam Babyloniam vocant, his verbis: Spiritus (inqviunt) ſanctus autor eſt omniũ Eccl. qva lõgiſſimè & latiſſimè terrarum orbis porrigitur. Civitas Dei noſtri, cujus municipes ſumus, ad univerſos cœli cardines pertinet: major eſt urbe, qvæ Babylonia à ſacris vatibus appellatur, ut qvæ divinitatem uſurpet, cœlo ſe æqvet, ſe æternam fore jactitet, perinde ac ſi eſſet Deus, immortalisq; ſapientia: nec unqvam erraſſe, neqve errare poſſe mendaciter gloriatur. Extat epiſtola apud Aventinum libro 4to Annalium Bojorum, f. 428.

11. Legimus qvoq;, Arnulphum Aurelianenſem epiſcopum, ante annos amplius qvingentos & qvinqvaginta, in concilio Remenſi liberè & acriter adverſus Romani epiſcopi gravem dominatum publicè hæc verba pronunciaſſe: Qvid hunc in ſublimi ſolio reſidentem, qvid hunc (inqvam) eſſe cenſetis? nimirum ſi charitate deſtituitur, ſolaq; ſcientia inflatur & extollitur, Anti- P. 944
chriſtus eſt, in templo Dei ſedens, & ſeſe oſtentans, qvaſi Deus ſit. Si autem nec charitate fundatur, nec ſcientia erigitur: in templo Dei tanqvam idolum eſt. Tantum ille: qvi videtur hiſce verbis ſuis alluſiſſe ad loca ſanctæ Scripturæ, Ap. 19. 2. Theſſ. 4.

12. Extat epiſtola Leodienſis Eccleſiæ contra Paſchalem II. pontificem, qvi eam Eccleſiam & provinciam Roberto Comiti Flandrenſi, igne ferroq; vaſtandam conceſſerat, qvòd Henrico IV. obediret. In ea epiſtola vocant Romam Babylonem, dicuntq;, eam à Petro ſic prophetico ſpiritu vocatam eſſe, qvòd Romanis turbinibus & procellis Eccleſia eſſet perturbanda. Scripta eſt circa annum Chriſti 1100. & invenitur in tertio tomo Conciliorum, qvæ Coloniæ ſunt edita.

13. Eodem qvoq; ferè tempore pleriq; alii cùm privatim tum publicè pro concione Gregorio maledixêre, ac Hildebrando malè precati fuêre: ipſum odio atq; libidine dominandi præcipitem agi, vociferantes, Antichriſtum eſſe, prædicantes. Pietatis ſub ſpecie (inqviebant) debacchatur, honeſtis nominib. bonum publicum ſimulat, titulo Chriſti negotium Antichriſti cogitat: in Babylonia, in templo Dei ſedet: ſuper omne id, qvod colitur, extollitur: qvaſi Deus ſit,

tuperat vitam moresq; ſpiritualium. In qvadam verò epiſtola ad qvendam Officialem (ut vocant) epiſcopi, monet eum, ut qvàm primùm ex illa Babylone exeat, his verbis: Qvia te affectuoſiſſimè diligo in viſceribus Jeſu Chriſti, propoſui te ſalutaribus monitionibus adhortari, ut de Vr Chaldæorum, & de medio Babylonis tempeſtivè exeas, ut miniſterium damnatiſſimæ villicationis omittas. Clerum alioqvi ſæpè nominat Syriam, vitulos Bethel, pingves Samariæ, ſacerdotes Baal, judices, qvi condunt leges iniqvas: Cantantur (inqvit) eorum turpitudines in tentoriis Geth, & in compitis Aſcalonis. Sic factus eſt Princeps Sodomorum, diſcipulis poſt eum in cathedra peſtilentiæ ſedentibus.

15. Valdenſes qvoq; inter alios ſuæ doctrinæ articulos, qvos circiter annum Domini 1160. hinc inde docuêre, & hunc aſſeruerunt: Romanam Eccleſiam eſſe Babylonem, de qva in Apocalypſi: & papam eſſe omnium errorum fontem, & verum Antichriſtum.

16. Fridericus etiam ſecundus Imperator, cum præter meritum à Gregorio nono exagitaretur, cum alia adverſus ipſum, tum verò & hoc ſcripſit, captum ipſum imperii conſuetudine, ut ſolus regnet, omnia perturbare atq; commiſcere: cuncta tumultu complere, ut ſurſum deorſum univerſa ferantur. Jampridem eos, qvi Babyloniæ, h. e. Romæ templo Dei incubent, divinitatem affectare, & aſtutè id diſſimulare. Aventinus lib. 7. Annalium Bojorum, fol. 679.

Et paulò pòſt: Paulus armarium philoſophiæ divinæ præcipit, Subjecti invicem in timore Chriſti eſtote. Hoc intereſſe inter Chriſtianorum & prophanorum principes, cœleſtis doctor & præceptor noſter, ſummusq; atqve immortalis pontifex docet, qvòd hi dominantur ſubditis, illi ſerviunt. Formam ſervi ſuprema majeſtas ſuſcepit, ut diſcipulis ſuis ſerviret, eorumq; pedes lavaret. Flamines illi Babyloniæ ſoli regnare cupiunt, ferre parem non poſſunt: non deſiſtant, donec omnia pedibus ſuis conculcaverint, atq; in templo Dei ſedeant, extollanturq; ſupra omne id, qvod colitur: fames opum, ſitis honorum inexplebilis eſt.

17. Adeò porrò multi in Germania, Italia, Francia & Anglia, Friderici hujus tempore, crediderunt, Romam Babylonẽ & meretricem illam magnam eſſe, ut impoſtores qvidam Apocalypſin Joannis abolere conati fuerint: maximè qvidem Cyrillus Carmelita Græcus, qvi tam Moyſis qvàm Joannis exemplo, novam Apocalypſin è cœlis, circa annum à Chriſti nativitate 1192. Dei ipſius digito in argenteis tabulis græcè ſcriptam, ſuper futuro Eccleſiæ ſtatu ſe accepiſſe, glo-

hartus, imperante hoc Friderico, in concilio freqventi principum & epiſcoporum, Papam Romanum pronunciavit ipſiſſimum Antichriſtum eſſe, à Daniele & aliis vatibus prædictum. Theodorus Bibliander in Chronologia ſua, Tabula decima.

19. Abbas Joachim Calaber, homo eruditionis & etiam ſanctitatis vitæ nomine celebris, qvæ de Romana Eccleſia ſenſerit, in ſuis ſcriptis ſatis oſtendit. Nam ſuper Hieremiam ſic ſcribit: Eſt & alia ficus, qvæ maledictione prævaricationis jam aruit, Latina Eccleſia, ſive navicula S. Petri: cujus folia temporalia, de qvibus conficiuntur perizomata, ad excuſandas excuſationes in peccatis, qvibus in honeſtatem vitæ ſuæ tam Adam ſummi pontificis, qvàm Eva Eccleſiæ ſubjectorum operiant, & in ligno Eccleſiaſticæ gloriæ ſeſe miſerabiliter abſcondant. Sed qvia patrimonium Jeſu, qvod ipſi pontifices à principibus Chriſtianis qvaſi boni & mali ſcientiæ lignum ſumunt: boni qvoad ſuſtentationem vitæ: mali, qvoad diſſipationem & libidinem vitæ & abuſum: cupientes gigantes fieri ſuper terram Reipub. famoſiq; viri per totam latitudinem imperii Chriſtiani, non contenti ſtipendiis, &c.

Et aliqvantò pòſt: Nam ſecundum ſententiam ſanctæ Brigittæ, potens eſt Deus & Francos ſuſcitare adverſus Eccleſiam. Cum enim Eccleſia Romana deficiet, qvoad obedientiam, & pontifices ex Alemannis theſaurum extrahentes, filios & filias ad culmen dignitatis ſecularis promoverint, volante matre cum pullo, ad errorem ducetur populus Chriſtianus: tum finis, clamor & ululatus univerſæ carnis, veniet ad Dominum aſtrorum, &c. P. 843.

Idem in commentario ſuper Hieremiam, tempus, æſt mat, eſſe periculoſum futurum ab anno Domini 1200. uſq; ad ultimos dies: in qvibus apparebit (inqvit) Lex libertatis. Evangelium regni Chriſti tunc prædicabitur, & Eccleſia purgabitur, ut à palea & zizaniis triticum.

Verùm hiſtoria, qvam ex Rogerio Hovedeno de eo refert Foxus Angius in commentariis rerum in Eccleſia geſtarum, præcipuè notanda eſſe videtur. Richardus (inq.) Angliæ rex, in expeditione Hieroſolymitana, accepta fama Joachimi Calabrienſis abbatis de Curacon, qvi ſpiritu prophetico ventura prædicebat, qvo tempore Siciliæ ageret, eum ad ſe accerſiit, auditurus, qvid de Antichriſto inter cætera denunciare poſſet? Hic ergò explicans myſterium ſeptem regum in Apocalypſi, qvorum qvinq; ceciderint, &c. Reges ſeptem, inqvit, ſunt ſeptem perſecutores, Herodes, Nero, Conſtantius, Mahumet, Melſemutus, Saladinus, Antichriſtus. De

hujus Abbatis erat 1200.

20. Anno Domini 1345. qvidam Minorita nomine Hayabalus, propterea, qvòd solitus est publicè concionari & affirmare, se divinitus jussum concionari, Ecclesiam Romanam esse Babylonicam meretricem, & Papam ac Cardinales esse meros Antichristos: Avinione à Clemente, coram qvo id constanter & intrepidè affirmârat, miserum in modum vexatus est: ut refert Henricus de Ephordia, chronographus, in opere historiarum de factis memorabilibus.

21. Volqvini cujusdam homilia super Evangelium de interseminata zizania, ante tempora Lutheri extat, Basileæ anno 1555. impressa, in qva autor: proh dolor & proh dolor hodiè meretrix (inqvit) antiqva, qvæ habet poculum aureum in manu sua, plenũ abominatione, fornicatione & immundicia, qva mirabiliter inebriat sacerdotes & clericos? De qva in Apocalypsi: Vidi mulierem ebriam de sangvine virorum, & de sangvine martyrum Christi. Mulierem mollem vicit, emollientem luxuriam carnis, ebriam de sangvine suorum scortorum sive scortatorum. Hæc est illa sangvisuga, qvæ sugit sangvinem ministrorum Dei, & martyrum Dei, qvi martyres Christi esse debuerant, & fiunt martyres Diaboli, in honorem ejus & obseqvium, carnem & sangvinem consumentes. Cum vidissem, inqvit, homines, miratus sum. Qvis non miretur & horreat & obstupescat sacerdotem Domini, ministrum Dei, calice epotato sitibundum, & potare feces de calice Babylonis?

22. Dantes Florentinus, qvòd & ipse Papam meretricem Babylonicam esse senserit, non obscurè ostendit in concione 32. Purgatorii: dum ejus ministris, id est, Episcopis, tribuit bicornia capita, qvatuor verò qvibusdam, qvibusdam unum cornu, qvi & sunt Patriarchæ: ipsi verò meretrici, instar cujusdam arcis. Floruit sub Ludovico Bavaro, sub qvo etiam inter cætera composuit librum de Monarchia: in qvo probat, imperiũ nullam dependentiam habere à Papa, sed à solo Deo: ut refert Nauclerus generat. 45.

23. Ejusdem Ludovici Secretarius fuit qvidam Vlricus de Augusta, qvi in regiis literis summum pontificem vocavit bestiam ortam è mari, eoq; discordiæ causam inter Joan. 22. Papam & Imper. præbuisse fertur: ut Paralypomena Urspergensis testantur.

24. At qvi hosce paucos post annos subsecutus est, Franciscus Petrarcha, omnium artium instaurator eruditissimus, Romam multò acerbiùs est insectatus. Appellat n. inter alia de Roma: Schola di errori, & templo de hæresia: i. e. Schola errorum & templi hæreseos. Sic & sæpè aliàs in eodem poemate eam vocat impiam Babyloniam: item matrem errorum: item nidum proditionũ, in qvo totius terrarum orbis venenum fovetur, crapulis & ebrietatibus obstrictum, meretricem execrabilem, in qva luxuria undeqvaqve vagatur & viget, hæresium errorumq; asylum, carcerem, ubi bonum extingvitur, & qvodvis malum scelestumq; alitur: Christo, ejusq; Apostolis rebelle, ut Venerem Bacchumq; deos colat,

Item dicit, eam crescere ex alienis calamitatibus. Ait qvoq;, eam se extollere contra suos fundatores: id est, Imperatores, qvi ipsi multa antea largiti sunt. Sed ejus verba ex aliâ qvadam epistola adscribamus: Roma non jam civitas, sed larvarum & lemurũ domus est: & (ut breviter dicam) scelerum ac dedecorum omnium sentina, atqve ille viventium infernus, tanto antè Davidico ore notatus, qvàm funditatus aut cognitus. Qvid eventurum censes, ubi extincta protsus & sepulta virtus est? & ubi nulla fides habitat? ubi tumor, livor, luxus; avaritia, cum artib. suis regnant? ubi pessimus qvisq; provehitur, & munificus prædo ad cœlum tollitur, justus pauper opprimitur? ubi simplicitas amentiæ, malitia sapientiæ nomen habet? ubi Deus spernitur, adoratur mundus, calcantur leges, irridentur boni?

Novi expertus, qvòd nulla ibi sit pietas, p. 84
nulla charitas, nulla fides, nulla Dei reverentia, nullus timor, nihil sancti, nihil justi, nihil æqvi, nihil pensi, nihil deniq; vel humani: amor, pudor, decor, candor inde exulant. De veritate eqvidem sileo. Nam qvis usqvam vero locus, ubi mendaciis omnia plena sunt? aer, terra, domus, turres, vici, atria, plateæ, porticũ, vestibula, aulæ, thalami, tectorũ laqvearia, murorũ rimulæ, diversoria ædium, penetralia templorum, judicum subsellia, Pontificum sedes? ad postremum, ora hominum, nutus, gestus, voces, frontes, animi? Qvid ais? An mentior? an v. de mendaciis verum loqvor? In illa nefaria scelerũ scena, omnia sunt virtute vacua, plena criminibus, plena fallaciis, plena fucis, plena blanditiis, plena pessimis artibus ambitionis, avaritiæ, superbiæ, livoris.

Corrupti n. sunt, & abominabiles facti in studiis suis. Non est qvi faciat bonum, non est usq; ad unum. Visa loqvor, non audita, fato meo pessimo in eas terras evectus, &c. Ecce jam oculis vides, jam manibus palpas, qvalis est Babylon illa noviissima, fervens,

impietatis & morum pessimorum iparem habet & habuit mundus, id totũ cumulatim occupat, acervatimq; tenet. Hact. Petrarcha.

25. Anno 1528. Commentaria qvædam in Apocalypsin à Luthero, sine autoris nomine sunt edita: qvæ sibi aliunde ex finibus Livonicis & Polonicis, ut testatur, transmissa fuère. Compertum a. est postea, & Joannis Wiclevii esse, per Joannem Purvæum Anglũ ex prælectionibus magistri collecta. In eo opere idem Joannis apertissimis verbis Ecclesiam Romanam Babylonicam meretricẽ, & Papam Antichristum esse probat eo, qvòd neglecto Dei verbo, suas traditiunculas ac nugas doceat, Evangelium piosq; doctores opprimat. Item, qvia qvæstus gratia indulgentias excogitaverit, potentiam & splendorem regni sub falso donationis Constantini nomine ad se traxerit. Enumerat & alia plura flagitia, moresqve Papæ & Prælatorum: præcipuè verò, qvòd ex mandatis Christi consilia faciant. Hortatur etiam omnes, ut fugiant ex illa Babylone.

Idem Purvæus, Romam in Dei Spiritu Diaboli prostibulum esse dicebat: & Ecclesiam ejus magnam affirmavit esse ex fœda superstitionum colluvie, meretricem illam magnam in Apocalypsi descriptam, qvæ sedens super aqvas multas, incredibili tyrannide & hypocrisi Christiana regna omnia seduxit: Apocalypsis 17. Balæus de scriptoribus Anglicis, Centuria septima.

26. Anno Domini 1408. durante schismate inter Gregorium XII. & Benedictum IX. Manfredus Vercellensis, ordinis Prædicatorum Theologus, præsentem sentiebat adesse Antichristum. At contra eundem Manfredum statim prædicabat Bernhardinus Senensis, Franciscani ordinis monachus. Matthias Parisiensis, sed patria Bohemus, parùm antea scripsit de Antichristo librum valdè prolixum, in qvo Papæ ac sui cleri turpitudines insectatur. Locustas in Apolalypsi descriptas dicit esse hypocritas in Ecclesia regnantes. Jacobus Misnensis etiam composuit de adventu ipsius Antichristi librum, in qvo mentionem facit cujusdam docti viri, nomine Miltizii Bohemi, qvem famosum ac venerabilem prædicatorem appellat: qvi anno Christi 1366. docuit, Antichristum adesse, ac nullam in Papa, Cardinalib. Episcopis, prælatis, sacerdotibus atq; aliis religiosis veritatem inveniri: ac propterea à Joh. Pragensi archiepiscopo fuisse incarceratũ. Hæc Balæus Centuria 7. de scriptoribus Britanniæ, in appendice de Thoma Corby.

27. Petrus Joannes Minorita cum alia multa contra Papam docuit, tũ etiam, qvòd Papa sit Antichristus, & Synagoga Romana sit magna Babylon, ante annos 260. Unde cum vivum negvivisset exurere Papa, longè

28. Michael Cesennas generalis Minoritarum, floruit unà cum aliis, qvi tyrannidem pontificiam tempore Ludovici Bavari oppugnârunt, & accusavit Romanam Ecclesiam tanqvam Babyloniam meretricem, piorum sangvine ebriam: dicens, duas esse Ecclesias, alteram impiorum florentem, alteram afflictam piorum. Atq; ob eam causam à Papa sua dignitate privatus est. Veruntamen nihilominùs in sententia permansit. Catalogus testium veritatis.

29. Wolffgangus Aitinger, clericus Augustanus, qvi prophetias Methodii cõmentariis illustravit, contendit, Antichristum non in corporea, sed mystica Babylone nasciturum. Ea verò, teste Petro, Roma est.

Hisce alia qvoq; similia testimonia qvàm plurima adduci possent: sed his ipsis contenti, omnium, qvi unqvam fuerunt, fraterculorum doctissimi, ac vitæ severitate, morumq; sanctitate clarissimi vatis, Bapt. Mantuani carmina aliqvot subjiciemus, in qvib. Babylonicæ illius meretricis impuritates atqve tyrannidem, sicut & alii pii ante sua tempora, ad liqvidum detestatus est.

Fr. Mantuan. in libro 3. Calamitatum. p. 845.

INterea nostras odiis flagrantibus urbes
Exercent furiæ, per rura, per oppida sævit
Martis opus: Petriq; domus polluta fluenti
Marcessit luxu. Nulla hic arcana revelo,
Non ignota loqvor, liceat vulgata referre,
Sic verbis populiq; ferunt: ea fama per omnem
Jam vetus Europam, mores extirpat honestos:
Sanctus ager scurris, venerabilis ara cinædis
Servit, honorandæ divûm Ganymedibus ædes.
Qvid miramur, opes, recidivaq; surgere tecta?
Thuris odorati globulos, & cinnama vendit
Mollis Arabs, Tyrii vestes, & muricis imbrem:
Indus ebur, croceum Calices, & Tmolus odorem:
Mel Siculi, ferrum Chalybes, tenuissima Seres
Vellera, Cretenses mollissima vina, Tanager
Pernices mercatur eqvos: venalia nobis
Templa, sacerdotes, altaria, sacra, corona:
Ignes, thura, preces: cœlum est venale, Deusq;
Hi qvoq;, qvi nomen de religione superbum
Usurpant, qvanqvam sanctis à patribus ortos
Se jactent, ovium molli sub vellere fraudes
Mente Lycaonias servant, & crimine sordent.
Qvod speciem virtutis habent, scelus omne colorat:
Invisi superis, fœdaq; libidine olentes, (tris:
Heu frustra incestis iterant sacra orgia dex-
Polluti, circum qvoties altaria vultus
Convenũt, celebrãtq; choros, & carmine mixto
Sancta Deum vanis penetralia vocibus implẽt
Irritant, iraq; movent, non numina flectunt.
Hac prece nil opus est: nil adjuvantibus istis

Tempora Martigenæ qvid inania perditis?
Ite,
Ite lares Italos, & fundamenta malorum,
Romuleas arces, & pontificalia tecta,
Colluviem scelerum, &c.

Joannes Hentenius.

1566. HIc libros Esdræ, qvos major pars doctorum virorũ inter apocrypha numerat, Bibliis suis addidit, ut & Hieronymus eos qvoq; non præterit: sed tamen non nimium tertio & qvarto tribuendum esse, dicit. Qvod mirari qvis possit, cùm à patribus seriò citentur: Cypriano in epistola ad Pompejanum, & Ambrosio de bono mortis adversus Ethnicos. Adscribendum igitur hîc locum ex lib. 4. c. 14. consideratione dignum duxi: ubi legitur: Seculum perdidit juventutem suam, & tempora appropinqvant senescere: duodecim enim partibus divisum est seculum, & transierunt ejus decima, & dimidiũ decimæ partis: supersunt autem ejus post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuncia jam corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te pondera humana, & festina transmigrare à temporibus his: qvæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient, qvantum enim invalidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala: prolongavit se veritas, & appropinqvavit mendacium.

Baldinus de Luca.

1566. Anno 1566. sub hujus nomine inter alia, seqventia verba typis prodierunt: Turcæ propter suam vim atq; potestatem insignem nimis fient elati, & Vandaliæ maxima incommoda inferent: magnoq; classiũ numero Apuliam & alia Italiæ mariq; propinqva loca affectabunt: qvod Turcici Imperii deinde interitus, propter sui ipsius discordiam, inseqvetur. Imper. Max. 2. Papa Pio 4. p. 846.

Joan. Bodinus in Methodo cap. 4.

1566. BEssario Cardinalis cum inter Divos Romæ qvàm plurimos referri videret, qvorum vitam improbârat, se valdè dubitare dixit: utrum vera essent, qvæ ab antiqvis prodita fuerunt: de qvo Bessarione Jovius in elogiis doctorum virorum cap. 24. In Bessarione, inqvit, nemo Christiana probitate spectatior, nemo admirabilior doctrina. Imp. Max. 2. Papa Pio 4.

Idem Bodinus. Dæmoniaci inveniuntur qvàm plurimi in Hispania, Italia, & Germania maximè, qvi decem aut viginti annos vitrea fragmenta, capillos, acus, pannos, & similia excernebant, qvæ solent ex sortilegiis homines affecti ejecere. Puellas Dæmoniacas & mulieres 80. scribunt Romæ à Benedictino Monacho, qvem Cardinalis Gondius Parisiensis Episcopus eò adduxerat, exorcizatas fuisse an. 1554. sed nihil opera illius totis sex mensibus fuisse confectũ.

Huic percontanti à Statua, cur miseras istas puellas occupâsset? respondit: se fuisse à Judæis missum, indignè ferentibus, qvòd istæ, qvarum pars maxima ad judæam gentem pertinebat, fuerint baptizatæ: qvod à Satana credebatur dici, qvia Theatinum Papam cogitabat procuraturum Judæorum necem, qvibus erat infensissimus.

Idem. Audivi ex Insulano Abbate Novalliorum domino, qvi jam legatione Constantinopoli à Rege fungitur, & ex nobili Polono, cui nomen est Prúinski, Legato in Galliam, unum ex maximis Christiani orbis Regibus, avidum sui exitus cognoscendi, Jacobitam Necromantem ad se accersivisse: qvi, confecta Missa & sacrata hostia, primogenitum qvendam decennem puerum, ad hoc comparatum, truncari jussit capite: eo hostiæ impositò, certas voces pronunciâsse: characteras, qvos scire non attinet, adhibuisse, actum roganti qvid vellet? caput duobus verbis respondisse: vim patior: Illicò furibundum Regem indesinenter clamavisse, tollite caput istud: & in eo furore expirâsse. Hæc Historia in toto Regno, ubi gesta est, pro certa & indubitata habetur, etsi qvinq; homines solùm negotio interfuêre.

Idem. Ex Constantino, qvi inter peritissimos Pyrotechniæ & artis metallicæ in Gallia numeratur, estqve in toto Regno celeberrimus, audivi, socios ipsius, cum perditi flantibus nulla spes speciesve boni ostenderetur, consilium à Diabolo petivisse, rectiene facerent, & an rem optatam confecturi essent? Illum verò unico verbo respondisse, travaillez, laborate: hoc exhilaratos flatores perrexisse, & flavisse adeò strenuè, ut omnia in nihilum multiplicaverint, etiamq; porrò flaturos fuisse, nisi Constantinus dixisset ipsis, hunc esse morem Satanæ, ut ambigua responsa edat. Illud autem verbum Laborate innuere, bajiciendam esse Alchymiam, & in laborem aliqvem, ac honestam artem utilis ad vitam scientiæ incumbendum: hominis purè dementis esse, si qvis cogitaverit tam brevi temporis spacio aurum effingere, in qvo efficiendo natura annos amplius mille, solet consumere.

Initium Inqvisitionis Hispaniæ in Belgio.

Ominosum.

1566. HOc anno visi sunt in cœlo duo cometæ: & manus gladiam vibrans igneum, portendensq; magnam cladem mundo superventuram.

Joan. Basil. Heroldus.

1566. QVanta fuerit acerbitas, & calumniandi amor in Papa Gregorio 9. ex iis, qvæ Heroldus in continuata belli Sacri historia, scribit, æstimari potest. Qvia pontificis (pede ad osculandum Romæ antehac exhibito) Cæsar Fridericus 2. genua, velut errore, leviter osculatus fuerat: Sanctissimus ejus rei non immemor, eum proclamabat desertorem, perjurum, libidinosum, parricidam: qvi in Asiam non trajecisset: cujus absentia Damiata esset amissa, qvi copias in Asiam
p.847 permissas, cunctatione sua meticulosa (simulato morbo) prodidisset: Jolæ uxoris nobilem pedisseqvam violasset, illamq; patri conqverentem, verberibus affectam, in carcere necasset. Credebant hæc multi. Sed ipse literis, ad Germanos aliosq; missis, se purgabat. Imp. Max. 2. Papa Pio 4.

Adrianus Turnebus.

1566. INter alia plurima etiam, conscripsit librum de defectu oraculorum. Imper. 119. Maximiliano 2. Papa 231. Pio 4.

F. Bernhardus Comensis.

1566. HIc fuit hæreticæ pravitatis inqvisitor, & scripsit de hoc negotio librum, qvem intitulavit Lucernam inqvisitorum hæreticæ pravitatis. Ut sup.

Franciscus Stancarus Italus.

1567. VIxit in Polonia, & varia scripsit: inter alia, de Reformatione Ecclesiæ Italicæ, & Mysterio de locustis: item de fictitio missæ sacrificio. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Petrus Galatinus, & Franciscus Stancarus.

1567. ILle in Hebraicis, Chaldaicis, Græcis, & Latinis literis absolutè doctus, promissiones patribus factas de Christo, nempe Adæ, Noæ, Abrahæ, Isaac, Jacob, Moysi, Prophetis, Davidi, & aliis, non solum ex sacris literis, sed & Rabinis Judaicis doctissimè descripsit: & Franciscus Stancarus, Hebraicæ literaturæ callentissimus, diligenter emendavit, adeò, ut, qvicqvid de Christo dictum sit unqvam, hic reperias, unà cum interpretatione eruditissima. Et non immeritò possis mirari, qvòd, licet Hebræorum Rabini, qvi de Messia nascituro scripserunt, ipsum pro redemtore generis humani habendum esse, prædixerint uno qvasi ore: tamen jam natum paucissimi pro mundi Salvatore agnoscere voluerunt.

gicæ adolescens qvidam mortuus revixit, & miranda narrare cœpit: præsertim verò omnes seriò agere pœnitentiam, & ad Deum se convertere homines jussit. Rebuvicius. imp. & Papa ut sup.

Dominicus Soto in sermone qvodam. 1567.

ALmericum (inqvit) virum eruditum, pro hæretico Innocentius Tertius damnavit, atqve ejus ossa Parisiis cum suis sectatoribus cremari præcepit. Et hoc fecit, qvòd, ex templis ejiciendas esse imagines, docuisset. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Idem art. 4. Non absq; mysterio singulari, ait, Petrum qvæsivisse, qvoties peccanti remissionem indulgeret, eiq; peculiariter responsum fuisse: septuagies septies nempe per hoc plenissimam potestatem remittendi peccata in ipsum transfusam fuisse.

Idem asserit qvoqve, sacras literas non semper extitisse, qvapropter non esse necessarium illis credere.

Papæ Pius Qvartus & Qvintus. 1567.

ALter non modò Breviarium, sed etiam Missale castigandum, censuit: alter castigavit: qvin etiam officium beatæ Virginis, qvod appellant, refertum fuisse ait superstitionibus, priusqvam repurgandum ipse curasset. Præf. Pii 5. in Breviar. & Missal. restit. super recit. off. B. Mar. Et in Concil. Trident. sess. 22. decr. de obs. in celeb. Missæ, patres Tridentini jubent ea omnia in Missa prohiberi, atq; è medio tolli, qvæ vel avaritia, vel irreverentia, vel superstitio induxit. Cum igitur ipsimet fateantur, sua superstitionibus scatere, & avaritia Missam esse infectam, qva fronte gloriari audent, omnia apud eos esse incorrupta? Nam certè si adimantur omnia Missæ, p.848
qvæ avaritia adjecit, nihil reliqvum esset, qvàm Dominica Oratio: qva Petrus celebravit, de qvo sæpius in hoc opere, Imperatore Maximiliano 2.

Idem Papa Pius Qvintus rectè dixit: Romam adhuc magis gentilizare, qvàm Christianizare.

Epitaphium ejusdem Pii V.

PApa Pius Qvintus moritur: res mira, tot inter
Pontifices tantùm qvinqve fuisse pios.

Privilegia Belgarum.

HAbent Belgicæ provinciæ privilegia, ut Princeps non qvod vult, sed qvod privilegia & leges patriæ, qvas ante inaugurationem juramento confirmare tenetur, statuunt, facere & implere teneatur, adeo, ut si contra illas præscriptas conditiones, leges &

manifestò liqvet. Qvibus non obstantibus, Papa tamen tantam sibi tribuit potentiam, ut se talem sibi contranitentem Principem à juramento absolvere posse putet. De qvibus vide Meteranum in Annal. Belg. Imperatore Maximiliano 2. Papa Pio 5.

Portentum.

1567. HOc anno diri prodigii loco habitus fuit conflictus duorum exercituum militarium, conspectorum in cœlo: & Angelus qvoqve visus est, evaginato gladio alteram cohortem ita fundens, ut statim ex oculis hominum sublata evanuerit.

Stephanus Hubener.

1567. Anno millesimo, qvingentesimo, sexagesimo septimo, in Bohemiæ civitate Travvtenavv, Stephanus Hubener, in cumulandis divitiis, ædificiisqve splendidè extruendis, tantis fortunæ successibus usus est, ut omnibus magnæ esset admirationi. Tandem in morbum incidens moritur, & honorificè admodum sepelitur. Cæterùm brevi post ejus mortem & sepulturam, corpus ejus (vel qvod verisimilius, Satanas, qvi pro diabolica sua potentia corpus circumvexit) plurimos hominum arctis adeò complexibus compressit, ut multi morerentur, multi etiam ex morbo revalescerent, qvi omnes uno ore confessi sunt, se ab opulento isto viro, eo corporis habitu, qvo vivum ipsum vidissent, compressos esse.

Magistratus itaqve loci illius, ut Satanicum illud spectrum amoliretur, corpus viri istius (effracto sepulchro) effodi jubet, qvod licet jam viginti hebdomadas terræ defossum jacuisset, putrefactione tamen nulla adhuc corruptum, ea erat pingvedine, qva recentia & benè nutrita solent esse corpora. Carnifex corpus sibi traditum, ad locum, ubi de sontibus sumitur supplicium, avehit, securi caput resecat, hinc dissecto corpori cor exemtum discindit, nec aliter cruor è corpore emanavit, qvàm si vivus instar malefici sustineret pœnas. Itaq; Carnifex corpus flammis injectum, capite intra pedes repositò, cremavit, astante magna hominum turba. Imp. Max. 2. Papa 232. Pio 5.

Ecclesiastica Historia Magdeburgica.

1567. ETsi appellatio Antichristi in Evangelistis non extet: tamen rem ipsam exprimunt, imò appellationes similes habent, ut falsi prophetæ, Matt. 7. Pseudochristi, Pseudoprophetæ, Matth. 24. Fures, Latrones, Joannis 10. Est autem Antichristus regnum falsorum doctorum, Christi doctrinam ob-

dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (Marcus ubi non debet) qvi legit intelligat. Ipse igitur Daniel qvoq; vaticinatus est, Antichristum grassaturum esse in Ecclesia: & Christus prophetiam exponit, atq; accommodat ad tempora se secutura. Præterea Matthæus & Marcus concionem Christi de excidio Hierosolymorum, & de fine mundi, non separatim, sed conjunctim p. 849 & mixtim singulari consilio recensent, procul dubio Christi rationem seqventes: ut nô obscurè indicetur, eadê signa cladê Judaicã & mundi exitũ portendere. Nô igitur tantũ de idolo Caji abominatio illa desolans accipienda est: verũ etiã de regno pestifero, post Christũ in Eccl. horribiliter dominaturo.

Latiùs a. & expressius ista paulò pòst à Christo exponuntur. Dicent, inqvit, Ecce hîc Christus, aut illic. Item, Ecce in deserto, Ecce in penetralibus. Item: Surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna ac prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et præcedit hæc vox Christi: Multi venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. In medio igitur harum sentêtiarũ prophetia de abominatione desolante collocata, lucê inde accipit. Multos præterea ejꝰ abominationis ministros esse, significat.

Pertinet etiam huc præmonitio Christi Matth. 7. de falsis prophetis, & Jo. 10. de furibus & latronib. ovile Christi vastantib. Sunt n. ministri status Antichristi. In loco sancto, inq. Matthæus: ubi non debet, inq. Marcus, stabit. Itaq; in Ecclesia Christi prædicitur tale qvoddam portentum futurum esse.

Notæ huic abominationi seu Antichristo tribuuntur. Primùm falsa doctrina, & qvidê tali forma, ut affirmet, se esse Christum: mônstret diversa loca, Ecce hic, ecce illic. Imò & tali ratione, ut doceat, Ecce in deserto est Christus, ecce in penetralibus, aut cameris, aut cellulis est, h.e. qvòd articulum de justificatione sit corrupturus: qvòd variis operibus humano arbitrio inventis justitiam coram Deo adscripturus, eaq; omnia sub eo prætextu, qvòd Christus qværatur, & salus, si qvis in deserto solus degat, & ibi sanctè vivat: aut abdat se in cameras: ibiq; duris exercitiis sanctimoniam præstet. Joan. 10. Ante me, inqvit Christus, venerunt: hoc est, non me monstrârunt propitiatorem & mediatorem. Item ait, alienos vocem, qvam non cognoscunt oves, afferre solere.

Secundò idololatria, Matt. 4. Si procidens adoraveris me, hæc omnia tibi dabo. Non dubium est, qvin hic Antichristi status ad vi-

dicari, aut interrogari, cur id faciat? Hanc descriptionem sequentia declarabunt.

Causam efficientem regni Antichristi principalem docent esse Diabolum; nam Paulus 2. Thess. 2. inqvit: cujus adventus est secundum operationem Sathanæ: & 1. Tim. 4. dicit. Spiritus impostores doctrinam dæmoniorum asserturos: & Joannes membra Antichristi filios Diaboli vocat, utpote qvi ab eo gubernentur, 1. Joan. 3. & Apoc. 13. Draco autor integri status Antichristi in Romanum imperium infusi dicitur: & Apoc. 18. Babylon seu Antichristus appellatur habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi.

Organa Diaboli monent esse falsos doctores, nihilominùs tamen in templo Dei, hoc est, in Ecclesia sedentes, eamq; gubernantes, & miris artibus sanam doctrinam corrumpentes, & primatum in Ecclesia, & dominium externum, qvorum utrumqve à Christi ecclesiasticis personis est prohibitū, affectantes. Actor. 20. 2. Pet. 2. introducent sectas pernicioſas. Item dominationem, hoc est, magistratum contemnent. 1. Ep. Joh. 2. E nobis profecti sunt, sed non erant de nobis: & postea: Hic est Antichristus, qvi negat patrem & filium. Et 1. Joan. 4. ostendit, Antichristum negaturum, Christum in carne venisse: hoc est, Christum in sua carne integrè non redemisse & salvasse: sed propter nostra bona opera etiam aliqvid ad salutem nostram conferre: & Panlus 1. Tim. 4. & 6. & Tit. 1. item 2. Thess. 2. monet, organa diaboli & membra Antichristi fore falsos doctores.

Adjutores verò & promotores, & defensores, & patronos falsorum doctorum, regnum antichristi ædificantium, fore Reges & principes terræ: maximè verò bestiam, hoc est, Romanum Imperium, & mercatores, & omnes, qvorum nomina non sunt scripta in libro vitæ, Joanni in Apoc. revelatum est. Apoc. 13. 17. 18. 19.

Deum autem permissurum diabolo & impiis, ut tam horrendum & blasphemum antichristi regnum instituant, propter suū justum judicium, qvò puniat contemtum & neglectū veritatis, Paulus docet 2. Thess. 2. pro eo, qvòd dilectionem veritatis non receperunt in hoc, ut saluti fierent, propterea mittet illis Deus efficacaim illusionis, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qvi non crediderunt veritati, sed approbaverunt injustitiam. Idem. Tim. 4. homines defecturos à fide: & 2. Tim. 4. sanam doctrinam non retenturos, sed juxta concupiscentias suas sibi doctores coacervaturos, & à ni, qvos omnes pro sinceris doctoribus & successoribus Apostolorum habebunt, instinctu diaboli, 2. Thess. 2. deficient à fide, seu sana doctrina Evangelii, & introducent sectas pernicioſas, & abnegabunt Dominum, qvi ipsos mercatus est, 2. Pet. 2. & Jes. Christū in carne venisse, h. e. solum Jesu Christi sanguinem emundare nos ab omni peccato, 1. Joh. 4. & non manebunt in doctrina Christi, 2. Joan. Deum se scire, profitebuntur, Tit. 1.

Efferentur adversus prædicatum Deum, h. e. corrumpent sanam de Deo doctrinam, maximè verò articulum de justificatione, qvòd non sola fide in Christum justificemur, sed qvòd nostra bona opera etiam aliqvid conferant ad salutem coram Deo. Et de invocatione: qvòd non in solo nomine Jesu Christi, sed etiam in nomine sanctæ matris Christi Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum & martyrum, Deus sit invocandus: atq; ita adorabunt draconem, statuas & imagines, Apoc. 13. Et blasphemabunt meritum Christi, 2. Pet. 2. Ap. 13. & horrendam exercebunt idololatriam, Apoc. 18. p. 91. Alligabunt conscientias ad traditiones & decreta hominum, Col. 2. Prohibebunt nuptias clericis & sacrificis, & sic replebunt orbem terræ suis sodomiticis fornicationibus, 2. Tim. 4. Ap. 21. & 18. facient discrimen ciborum & dierum, 2. Tim. 4.

Deinde efferent etiam sese adversus cultus, hoc est, sacramenta à Christo instituta, & ea partim mutilabunt, scil. in Cœna Domini tantùm unam partem porrigendo laicis: partim deformabunt, affigendo vanas & superstitiosas ceremonias, administrando ea in lingva plebi ignota, & extenuando vim eorum, partim ad alios fines præter eos, ad qvos à Christo instituta sunt, transferent, qvales sunt: Cœnam ut incruentum sacrificium offerre Deo pro vivis & mortuis, atq; ita crucifigere denuò Dom. nost. Jes. Christ. ostiam inclusam circumgestare, & adorare: baptisare non homines tantùm, sed etiā ligna, & lapides, & campanas &c. 2. Thess. 2.

Tertio efferent etiam sese supra Ecclesiā Dei ita, ut in ea sese ostentent, qvasi sint Deus: qvod fieri necesse est hoc modo, ut se caput Ecclesiæ esse dicant, & vicarios Christi, & divinos homines, in qvorum scrinio & pectore habitet Spiritus Sanctus, qvi soli habeant potestatem exponendi scripturam, figendi & refigendi articulos fidei: qvi errare neqveant, qvi sint supra omnia concilia, qvi à nemine nisi à solo Deo judicari possint, nec debeant: qvi habeant jus imperandi Angelis, 2. Thess. 2.

Ut a. his fidem faciant, edent miracula vir-

lantium de purgatorio, petentium pro ie missas celebrari: sanationes morborum, qvæ accident colentibus statuas, & voventibus sanctis, & similes, 2. Thess. 2.

Ad fidem etiam suis deceptionibus faciendam, à diabolo transfigurabuntur in Angelos lucis. 2. Cor. 11. Incedent in humilitate & superstitione Angelorum, per humilitatem animi, & læsionem corporis, Col. 2.

Cum doctrinam synceram corruperint, & hominibus persuaserint, qvòd bonis operibus salus sit comparanda: & qvòd merita bonorum operum alienorum pecunia redimi, & animæ ex purgatorio per missas & indulgentiarum literas liberari qveant, paulatim iis accrescent plurima bona, 2. ep. Pet. 2. Fictitiis sermonibus de vobis negotiabuntur. *Iis* verò aucti, incipient contemnere dominationem, h.e. magistratum politicum à Deo ordinatum, 2. Pet. 2. & ad se trahent dominium urbis Romanæ: & tandem propter adorationem draconis & doctrinam dæmoniorum, accipient præmii loco regna mundi. Nam Apoc. 17. dicitur, bestiam, qvæ habet septem capita, & decem cornua, h.e. Rom. imperium, portaturam meretricem Babylonicam, h.e. Antichristum: eumq; sessurum super aqvas multas, i.e. regnaturum super populos, & turbas, & gentes, & lingvas.

Imagines seu typi regni Antichristi à Joanne visi, proponuntur in Apocalypsi: nam Ap. 10. spiritualis ejus status describitur in Angelo speciosо, ejusq; libro, qvi in ore dulcis est, sed amarus in ventre. Eo n. significatur, Antichristi doctrinam rationi plausibilem qvidem futuram, sed tamen conscientiis fore carnificinam, & mortem allaturam.

Externus verò ejus status Ap. 13. in duabus bestiis: & Ap. 7. in meretrice Babylonica, sedente super bestiam coccineam, & aqvas multas, gestantem poculum aureum, plenum abominationibus & immundicia libidinis suæ, scortante cum Regibus terræ, describitur. Iis enim significatur, Antichristum transformaturum regnum Christi in externum, & gestaturum gladium politicũ: & imperium Romanum vulneratum & distractum nonnihil, recollecturum, seq; in id immixturum: & deinde æqvo jure unà aliqvandiu regnaturum: postea vero super id adeò ascensurum, ut supremum qvasi teneat dominum, & in eo eqvitet.

Membra & cives Regni Antichristi fore docent pseudodoctores, 2. Pet. 2. 1. Joan. 2. Reges & Principes terræ, Ap. 13. & 14. Mercatores, & alios, qvi fruuntur bonis Antichristi, Apoc. 14. & omnes, qvorum nomina non sunt scripta in libro vitæ, Apoc. 13. & 16.

Mores verò civium regni Antichristi describuntur 2. Pet. 2. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. & alibi

licentia pollutionis ambulant, &c. pro voluptate ducentes, si in diem delitiis fruantur, labes ac maculæ, convivantes in erroribus suis, insultant nobis, oculos habentes plenos adulterii, & qvi à peccando cessare nesciant, cor habentes exercitatum rapinis.

Officia verò civium Antichristi hæc notantur; credere mendacio, & approbare injustitiam, 2. Thessal. 2. Negare, Jesum esse Christum, 1. Jo. 2. Negare, Jesum Christum in carne venisse, 1. Joann. 4. Transgredi, & non manere in doctrina Christi, 2. Jo. Attendere spiritibus impostoribus, & doctrinis dæmoniorum, prohibentium nuptias & cibos, 1. Tim. 4. Adorare dæmonia, & simulachra aurea ac argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, Ap. 9. Adorare draconem, Ap. 13. Adorare bestiam, Ap. 13. Adorare imaginem bestiæ, Ap. 13. Accipere characterem bestiæ in manu sua dextera, aut in frontibus, ob commoda corporalia, Ap. 13. Loqvi blasphemias, & convitiari Deo, & convitiis afficere nomen Dei & templum ejus, & eos, qvi in cœlis sunt: hoc est, sanctis attribuere honorẽ redemtionis, intercessionis & exauditionis, qvi soli Christo debetur, Ap. 13. Gerere bellũ cõtra Eccles. Dei, eosq; in captivitatem ducere & gladio occidere, Ap. 13. Inebriari sangvine sanctorum & martyrum Jesu, Ap. 17. & 19. scortari cum meretrice Babylonica, & bibere de vino prostitutionis ejus: hoc est, p. 852. ejus horrendam idololatriam, & Sodomiticas turpitudines approbare, ob commoda sua, Apoc. 17. & 18.

Sedem Regni Antichristi urbem, qvæ imperium tenet super Reges terræ, hoc est, urbem Romanam, Joan. Ap. 17. qvasi digito monstrat, eumq; in imperio Romano longè lateq; regnaturum, idem Apoc. 13. & 17. monet, dum bestiam meretricem portare, eamqve super aqvis sedere dicit: & id de populis, gentibus, turbis, & lingvis exponit.

Qvòd tempore Pauli & Apostolorũ mysterium iniqvitatis agere cœperit, ipse indicat 2. Thess. 2. Et Joannes, citò fieri oportere ea, qvæ vidit, significat Apooc. 1.

Tempus durationis spiritualis statu Antichristi, qvo atrium templi ejectum foràs dandum sit gentibus, & civitas sancta conculcanda, Joann. Ap. 11. facit mensium qvadraginta duorum, qvi faciunt dies mille ducentos sexaginta: qvos qvidem pro annis accipiunt. Tempus v. qvo durare debeat externus Antichristi status, qvia gerit utrunq; gladium, expressum videtur in n. 666. Ap. 13.

Etsi verò ante revelationem ostendant Antichristum admodum arcanum fore eò, qvòd mysterium iniqvitatis appellatur 2. Thess. 2. & Ap. 17. in fronte ejus nomen scriptum mysterium: item, dicam tibi mysteriũ

passim revelatur. Nam Apoc. 12. indicatur, Deum semper duos aut plures habiturum testes, qvi sese opponant, licet illi interficiantur: & Apoc. 12. remansuros aliqvos, ostendit, de semine mulieris: hoc est, qvi sint membra Ecclesiæ, qvi custodiant mandata Dei, & retineant testimonium Jesu: & Apoc. 17. ebria fuisse dicitur meretrix sangvine sanctorum & martyrum.

Tandem verò sub finem mundi Regnum Antichristi, qvod sese sub titulo Ecclesiæ occultavit, singulari Dei beneficio revelandũ esse spiritu oris Domini, hoc est, doctrina Evangelii in lucem reducta, Paulus indicat 2. Thess. 2. Tunc patefiet iniqvus ille, qvem conficiet Dominus spiritu oris sui. Idem aliqvantò clariùs revelatur Joanni Ap. 14. 17. 18. Nam Apoc. 14. 3. Angeli, hoc est, 3. doctores ad revelationem Antichristi destinãtur, qvibus accedunt & alii duo, Apoc. 18. Primus adfert æternum Evangelium, qvo accenditur lux de invocando Deo, in nomine Jesu Christi, & non in nomine sanctorũ. Secundus denunciat casum Babylonis, hoc est, ostendit, in Babylone seu Romana Ecclesia sedere Antichristum. Tertius hortatur, ut qvisq; sibi caveat adorare bestiam & imaginem ejus, & accipere characterem in fronte sua, aut in manu sua, Apoc. 14.

Revelatum regnum Antichristi mansurum usq; ad adventum Christi, Paulus 2. Thess. 2. monet, cum dicit: iniqvum glorioso Christi adventu abolendum esse. Joannes etiam docet, cum revelato Antichristo scortaturos esse Reges terræ, eosq; ægrè laturos ejus revelationem & casum, Apoc. 18.

Idem etiam ostendit, bestiam seu Imperium Romanum, & Reges ac Principes pro Antichristi idololatria instauranda bellum, sed non satis feliciter, gesturos, Ap. 16.

Idem qvoq; monet, multos ex Regibus & Principibus & mercatoribus varias tentaturos Christi & Antichristi reconciliationes: qvas etiam propter bestiam, hoc est, decreta senatus Romani Imperii, ut possint emere ac vendere, & negotiari sine impedimento, plurimi in fronte & manibus suis accepturi sint, reclamantibus subinde aliqvibus doctoribus, Apoc. 13. 14. & 18.

Præterea etiam illud monet Joannes, plerosqve Principes & status Romani Imperii defecturos ab Antichristo, & osuros meretricem, eamq; punituros, & concrematuros, & regnum suum bestiæ tradituros, Ap. 17.

Revelatum Antichristum ad statum pristinum res suas reducturum, angelus negat, Apoc. 18. qvi misso lapide molari in mare, inqvit: Hoc impetu mittetur Babylon civi-

runt imaginem ejus, bibituros de calice iræ Dei, & æternas recepturos pœnas, Ap. 14. & 19. indicatur.

Esse autem è regno Antichristi exeundum, & idololatriam ejus agnoscendam, exsecrandam, damnandam, & fugiendam, passim Apostoli monent, 2. Pet. 2. & 3. 1. Joh. 2. 4. 2. Joannis: Ne recipiatis eum, nec ave ei dixeritis. Ap. 14. & 18. Audivi aliam vocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum ejus ne accipiatis: qvoniam perveneruntpeccata ejus usq; ad cœlum, & recordatus est Deus iniqvitatum ejus. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate ei duplicia, secundum opera ejus. In poculo qvo miscuit, miscete illi duplum. Qvantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: qvia in corde suo dicit: Sedeo Regina & vidua non sum, & luctum non videbo: ideo in una die venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames: & igne comburetur: qvia fortis est Dominus Deus, qvi judicabit illam. Et Paulus Rom. 18. Declinate ab illis, Galat. 1. si qvis aliud, &c. anathema sit. Phil. 3. 2. Thess. 3. 1. Timoth. 6. 2. Tim. 3.

Prohibent etiam omnes cum Antichristo in religione conciliationes, Apoc. 14. Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si qvis adoraverit bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino iræ Dei, qvod mixtum est mero de calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sul- p. 87
phure in conspectu sanctorum Angelorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormenti eorum ascendet in secula seculorum. Nec habent reqviem die ac nocte, qvia adorant bestiam & imaginem ejus, & si qvis accepit characterem nominis ejus: 1. Cor. 10. Qvæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo.

Nolim autem, vos consortes esse dæmoniorum. Non potestis poculum Domini bibere & dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Generalis qvidem hæc est sententia: sed tamen commodè huc etiam applicatur. Nam mancipia Antichristi non Deum, sed Draconem & Diabolum adorant, Apoc. 13. & habent doctrinam dæmoniorũ, 1. Tim. 4. Et totus Antichristi status est habitatio dæmoniorum, Apoc. 18. Qvæ ergò cum illis bonâ conscientiâ fiat reconciliatio in religione? Idem 2. Cor. 6. Ne ducatis jugum cum incredulis. Qvod enim consortium justitiæ cum injustitia? aut qvæ communio

inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ Deus, & ipsi erunt mihi populus. Qva propter exite de medio illorum. & separemini ab illis, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos: & ero vobis in loco patris, & vos eritis mihi vice filiorũ ac filiarum, dicit Dominus omnipotens.

Cognationem cum Antichristo habent, seu membra ejus sunt & alii hæretici, qvos Joannes 1. ep. 2. 4. & ep. 2. Spiritum Antichristi habere dicit. Est n. Antichristus ex colluvione omnium hæresium compactus: unde Babylon magna, mater scortationum, & abominationum terræ appellatur, Ap. 17.

Affinis etiam Antichristo, intus sub nomine Christi Ecclesiam turbanti, est Gog & Magog: id est, regnum Mahometanum & Turc: qvod foris, h. e. extra Christianismũ constitutum, oppugnãt & lacerat Ecclesiam.

Postremò Christum suo glorioso adventu utrumq;, scilicet Antichristum Romanum, atq; Gog & Magog, Antichristum Saracenum seu Mahometanum, & deleturum & condemnaturum ad æternas pœnas, cum omnibus eorum sociis & mancipiis, & fautoribus ac patronis, Joanni revelatum est Apocalyps. 10. & 20. & cæt.

Ibidem. Romam Apostolum Petrum venisse, & qvoto tempore, & qvàm diu ibi perseveraverit, non satis liqvidò demonstrari potest eò, qvòd in sacris literis ferè etiam conjecturæ his de rebus nullæ haberi possint. Irenæus tamen lib. 3. cap. 1. & 3. clarè affirmat, Petrum & Paulum Roma Evangelizasse, eamq; Ecclesiam fundasse & constituisse eo tempore, qvo Matthæus scripturam edidit Evangelii. Constat autem ex Chronicis Eusebii, 3. Caji, Christi verò 41. Evangelium Dei editum esse: qvo tempore Petrus adhuc Hierosolymis fuit, & Paulus cum Barnaba ad gentes prædicatum primum abiit. Verum Romam ea profectione non venit, Act. 13. & 14.

Origenes tertio tomo in Genesin inqvit: Petrus in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappadocia & Asia, dispersis Judæis prædicasse videtur: qvi & circa vitæ finem Romæ constitutus, capite demisso cruci est affixus eò, qvòd ipse hunc passionis modum expetiisset. Idem & Eusebius pluribus in locis astruit, Cajum qvendam Ecclesiasticum virum, & Dionysium Corinthium affirmare, Petrum Romæ fuisse: lib. 2. cap. 25.

Sub Claudio Romam Petrum esse profectum, pleriq; autumant, idq; alii secundo ejus Imperatoris anno, alii tertio, alii qvarto factum esse putant: atq; adeò 25. annos ibi resedisse, ac docuisse. Hæc si ita se habent, cur Lucas non facit ejus rei mentionem? Deinde constat, sexto Claudii, Christi verò bie, si ita factum fuisset, non intermisisset. Tribuendi præterea Petro aliqvot anni sunt necessariò, qvibus in Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, atq; Asia tota docuerit: idqve non ante, sed post synodum Hierosolymitanam factam esse, patet. Qvidam tradunt, qvinq; annorum spacio hoc esse confectum. Antiochiæ septem cum fuisse annis, sunt qvi affirment.

Utut res sese habeat, si saltem à synodo Hierosolymitana computaveris annos usq; ad Neronis interitum: manifestum fit, Petrum ultra Neronem vixisse aliqvot annos: & qvomodo potuit ab eo trucidari? Si addideris a. plures ejus peregrinationis annos, sicut omninò rei ratio postulat: magis eluceseet, Petrum vel non fuisse Romæ, vel alio tempore fuisse, ac breviùs. Accedit & hoc, qvòd Paulo, venienti Romam, nullus Apostolus, nedum Petrus, obviam venit. In concione sua ad Judæos Romæ degentes, ne syllaba qvidem una meminit Petri, qvi priùs ibi fidei fundamenta jecisset. Et scribens Romam Paulus circiter 13. Claudii annum, Christi verò 55. qvo sanè oportuisset Petrum Romæ esse, multos mediocres Christianos expresso nomine salutat: de Petro autem, qvem aliàs columnam Ecclesiæ unà cum aliis qvibusdam nominavit, verbum prorsus nullum facit.

Damasus scribit, Petrum Romæ ordinasse tales, qvi ibi ministerio Evangelii assiduè fungerentur: ipsum verò populos, ut habet manuscriptum exemplar, erudiisse: hoc est, non diu Romæ fuisse, sed subinde alios atq; alios populos adiisse, sicut id functio apostolica postulabat. Præterea ait hic autor Petrum sub Nerone Romam venisse: & nihilominùs ei assignat 25. annos, menses duos, & dies septem, qvibus in eo loco resederit. Hæc qvomodo cum Historia conveniant: lector expendat. Apparet certè ex Damasi narratione, nimiùm confusa & perturbata, multa à sartoribus qvibusdem esse inserta, ut qvi libenter Petro nimium adscripsissent: qvæ si autor jam cerneret, pro suis non agnosceret. Longam narrationem de rebus, qvas Romæ Petrus gessit, & qvo mortis genere tandem vitam amiserit, Egesippus lib. 2. cap. 2. excidii Judaici recenset. p. 852.

Ibidem. Cum Constantinus Junior, ut & pater qvoq; suus egregiè antè fecerat, imagines ex templis passim amovere niteretur: Irene mater ejus, Augusta Constantinopolitana, in hanc veritatem à Leone tertio Pontifice est concitata, ut abolitâ excussaq; naturali in sobolem propensione, filium à Cæsareâ dignitate dejectum, luminibus suis immaniter privaret, fœdissimumq; in carcerem compingeret. Unde sol ipse tum

eam turpissimo lenocinio qvodam Carolo Magno uxorem jungere: qvod ipsum suo fine nunqvam caruisset: nisi detectis fraudibus invasisset Imperium Nicephorus, Irenemq; ad Cœnobium destinasset.

Ibidem. Marchio qvidam Bernardus à Gerone, qvòd in urbem Magdeburgensem impetu facto, eqvitem auratum cepisset, anathemate percussus: nudis pedibus accedēs, cilicioq; indutus, sese liberari petiit; adeò abjectus, ut etiam canes ab eo excommunicato panem recipere detrectarent.

Reformatio.

1568. HEnricus Dux Brusvicensis 79. annorum, antè strenuus Papista, moriens mandat Julio filio reformationem Ecclesiarum. Rebuuitius.

Adamus Ursinus.

1568. DEscripsit hic signa, qvæ anno 1568. & duobus seqventibus in cœlo multis passim locis apparuerunt, cum admonitione, causis, & significatione eorundem. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Israel Achatius.

1568. SCripsit librum de Ecclesiæ & Reipublicæ reformatione: & alia. Imp. & Pp. V.S.

Jodocus Ravensteyn Theologus Lovanienſis.

1568. SCripsit contra Carolum Molinæum: & inter alia qvoq; portum tutum (ut putat) & fidum statuit, in qvo acqviescere possint pii homines, & esse de suâ salute in miserabili præsentis Ecclesiæ dissidio securi. Imp. & Pp. V.S.

Cornelius Gemma.

1569. CUm nova stella in Belgico fuisset visa: Dux Albanus huic Cornelio mandatum dedit, ut, qvid de illâ judicaret, scriptis ostenderet: qvæ extant. Max. 2. Pp. Pio 5.

Crato Cæs. Maximiliani Consiliarius & Medicus, Jacotius, & Wierus, Medici.

1569. HI in Imperatoris Maximiliani 2. corde secto affirmant inventos tres lapillos, qvantitate pisorum, unum interim majorem altero, colore rubigineo. Et pectoris hydrope, cum cordis palpitatione ad viginti annos eum infestante, obiisse testantur. Max. 2. Pp. Pio 5.

Adamus Schubertus.

p. 854. HOc tempore prodiit liber hujus de his, qvi subitaneâ morte pereunt: item de his, qvi sibi ipsis manus violentas inferunt. Imp. & Pp. V.S.

Franciscus Sarmentus.

1569. Scripsit librum de reditibus Ecclesiasti-

Parthenius Parthenius Cremonensis.

1569. HIc fuit insignis Astronomus, & Carolo qvinto Imperatori octavum cœli motū ostendit per instrumenta. Cum qvo prius collocutus, statim ad Saxonicum bellum est profectus, in qvo Saxo fuit captus: idq; qvasi futuræ victoriæ præscius fecisse putatur. Imperat. & Pp. ut suprà.

Idem lib. 1. de Eccles. c. 3. Non decebat, ut Christus regnaret per se in terrâ, sed per alium, qvi personam suam gerat, ac suam ferat imaginem.

Ibidem. Si solam scripturam Christus nobis reliqvisset, qvid aliud haberemus qvàm gladium Delphicum, qvem fabri fecerunt ob inopiam.

Daniel Bodenberg.

1569. HUjus extat scriptum abominationum maximarum, & prophanationes impiissimarum religionum. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Ricardus Argentinus de præstigiis dæmonum cap. 16.

1569. CEremonia, qvâ cerea sigilla vexilliferi agni figurâ expressa, tanqvam symbola baptismatis, amuletaq; sacra, baptizati accipere consveverant, qvæ agnos Dei vocabant, ante Constantini Magni imperium usitata fuit; teste Joanne Alberto Widmastadio in præfatione suâ in Testamentum Syriacum. Imp. & Pp. V. S.

Idem. Seqventes versus latronibus tollunt nocendi cupiditatem, ut pecunia in peregrinorum loculis sit secura.

Imparibus meritis pendent tria corpora ramis:
Dismas & Gesmas, medio divina potestas:
Alta petit Dismas, infelix infima Gesmas:
Nos & res nostras conservet summa potestas.
Hos versus dicas, ne tu furto tua perdas.

Joannes Bunderius.

1569. FUit inqvisitor hæreticæ pravitatis, & scripsit librum, cui titulum fecit Scutum fidei Orthodoxæ, contra Anastasium Velvanum. In eo inter alia multa statuit, Papæ in omnibus obediendum, & tegenda ipsius vitia: allegans ad hoc illud Exodi cap. 21. & 22. & Genes. 9. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Qvi maledixerit patri suo, morte moriatur. Maledictum fuisse Cham, qvi non texit verenda patris sui: super qvo qvidam qværunt: Cum igitur adeò tegenda sunt verenda Papæ, cur qvæso in electione Papæ supremus Diaconus sanctissimi patris testiculos, qvos eodem honore, qvo sanctorum idolorum suorum reliqvias venerari decebat publico tactu debuerat? Imp. Max.

lantium de purgatorio, petentium pro ie missas celebrari: sanationes morborum, qvæ accident colentibus statuas, & voventibus sanctis, & similes, 2. Thess. 2.

Ad fidem etiam suis deceptionibus faciendam, à diabolo transfigurabuntur in Angelos lucis. 2. Cor. 11. Incedent in humilitate & superstitione Angelorum, per humilitatem animi, & læsionem corporis, Col. 2.

Cum doctrinam synceram corruperint, & hominibus persuaserint, qvòd bonis operibus salus sit comparanda: & qvòd merita bonorum operum alienorum pecunia redimi, & animæ ex purgatorio per missas & indulgentiarum literas liberari qveant, paulatim iis accrescent plurima bona, 2. ep. Pet. 2. Fictitiis sermonibus de vobis negotiabuntur. *Iis* verò aucti, incipient contemnere dominationem, h.e. magistratum politicum à Deo ordinatum, 2. Pet. 2. & ad se trahent dominium urbis Romanæ: & tandem propter adorationem draconis & doctrinam dæmoniorum, accipient præmii loco regna mundi. Nam Apoc. 17. dicitur, bestiam, qvæ habet septem capita, & decem cornua, h.e. Rom. imperium, portaturam meretricem Babylonicam, h.e. Antichristum: eumq; sessurum super aqvas multas, i.e. regnaturum super populos, & turbas, & gentes, & lingvas.

Imagines seu typi regni Antichristi à Joanne visi, proponuntur in Apocalypsi: nam Ap. 10. spiritualis ejus status describitur in Angelo speciosо, ejusq; libro, qvi in ore dulcis est, sed amarus in ventre. Eo n. significatur, Antichristi doctrinam rationi plausibilem qvidem futuram, sed tamen conscientiis fore carnificinam, & mortem allaturam.

Externus verò ejus status Ap. 13. in duabus bestiis: & Ap. 7. in meretrice Babylonica, sedente super bestiam coccineam, & aqvas multas, gestantem poculum aureum, plenum abominationibus & immundicia libidinis suæ, scortante cum Regibus terræ, describitur. Iis enim significatur, Antichristum transformaturum regnum Christi in externum, & gestaturum gladium politicũ: & imperium Romanum vulneratum & distractum nonnihil, recollecturum, seq; in id immixturum: & deinde æqvo jure unà aliqvandiu regnaturum: postea vero super id adeò ascensurum, ut supremum qvasi teneat dominum, & in eo eqvitet.

Membra & cives Regni Antichristi fore docent pseudodoctores, 2. Pet. 2. 1. Joan. 2. Reges & Principes terræ, Ap. 13. & 14. Mercatores, & alios, qvi fruuntur bonis Antichristi, Apoc. 14. & omnes, qvorum nomina non sunt scripta in libro vitæ, Apoc. 13. & 16.

Mores verò civium regni Antichristi describuntur 2. Pet. 2. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. & alibi

licentia pollutionis ambulant, &c. pro voluptate ducentes, si in diem delitiis fruantur, labes ac maculæ, convivantes in erroribus suis, insultant nobis, oculos habentes plenos adulterii, & qvi à peccando cessare nesciant, cor habentes exercitatum rapinis.

Officia verò civium Antichristi hæc notantur; credere mendacio, & approbare injustitiam, 2. Thessal. 2. Negare, Jesum esse Christum, 1. Jo. 2. Negare, Jesum Christum in carne venisse, 1. Joann. 4. Transgredi, & non manere in doctrina Christi, 2. Jo. Attendere spiritibus impostoribus, & doctrinis dæmoniorum, prohibentium nuptias & cibos, 1. Tim. 4. Adorare dæmonia, & simulachra aurea ac argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, Ap. 9. Adorare draconem, Ap. 13. Adorare bestiam, Ap. 13. Adorare imaginem bestiæ, Ap. 13. Accipere characterem bestiæ in manu sua dextera, aut in frontibus, ob commoda corporalia, Ap. 13. Loqvi blasphemias, & convitiari Deo, & convitiis afficere nomen Dei & templum ejus, & eos, qvi in cœlis sunt: hoc est, sanctis attribuere honorẽ redemtionis, intercessionis & exauditionis, qvi soli Christo debetur, Ap. 13. Gerere bellũ cõtra Eccles. Dei, eosq; in captivitatem ducere & gladio occidere, Ap. 13. Inebriari sangvine sanctorum & martyrum Jesu, Ap. 17. & 19. scortari cum meretrice Babylonica, & bibere de vino prostitutionis ejus: hoc est, p. 852. ejus horrendam idololatriam, & Sodomiticas turpitudines approbare, ob commoda sua, Apoc. 17. & 18.

Sedem Regni Antichristi urbem, qvæ imperium tenet super Reges terræ, hoc est, urbem Romanam, Joan. Ap. 17. qvasi digito monstrat, eumq; in imperio Romano longè lateq; regnaturum, idem Apoc. 13. & 17. monet, dum bestiam meretricem portare, eamqve super aqvis sedere dicit: & id de populis, gentibus, turbis, & lingvis exponit.

Qvòd tempore Pauli & Apostolorũ mysterium iniqvitatis agere cœperit, ipse indicat 2. Thess. 2. Et Joannes, citò fieri oportere ea, qvæ vidit, significat Apooc. 1.

Tempus durationis spiritualis statu Antichristi, qvo atrium templi ejectum foràs dandum sit gentibus, & civitas sancta conculcanda, Joann. Ap. 11. facit mensium qvadraginta duorum, qvi faciunt dies mille ducentos sexaginta: qvos qvidem pro annis accipiunt. Tempus v. qvo durare debeat externus Antichristi status, qvia gerit utrunq; gladium, expressum videtur in n. 666. Ap. 13.

Etsi verò ante revelationem ostendant Antichristum admodum arcanum fore eò, qvòd mysterium iniqvitatis appellatur 2. Thess. 2. & Ap. 17. in fronte ejus nomen scriptum mysterium: item, dicam tibi mysteriũ

nimum magis magisq; obfirmans, neq; Jesuitæ, neq; heri, tũ humanas admonitiones, cum minas atroces ullius pensi habebat.

Tandem igitur multo pòst tempore, opera & labore magno in convertenda ancilla inaniter ab illis insumto: hoc capiunt consilium; ut Jesuita larvas duas dispares, terribiles, & vestes Diaboli speciem referentes, cõparet, ac periculum faciat, num vel larva, hac Diabolica commoveri & converti qveat. Huic Jesuita obsecutus, vestes acqvirit, induit, habituq; illo diabolico nocte intempesta in cubiculum ancillæ irrumpit, tumultuans, rugiens, rictum diducens, lectum approperans, ac se non secus, qvàm si verus esset diabolus, exhibens. Eo horrendo & terribili spectro (ut illi videbatur) adeò perterretur ancilla, ut totam propemodum exanimem & semimortuam reputares.

Qvamvis a. nulli ex domesticis id aperire diu ausa fuit, utpote, qvi eam, ob religionis alienæ diversitatem, ut plerumq; fit, odio habebant: uni tantùm servo, eam amanti & ambienti, rem omnẽ tandẽ enarravit, & de tricula mẽtis illis dæmoniacis conqvesta fuit: cui servus, alia vice opem & auxilium se laturum, modò ad se redeunte diabolo clamorem ederet, pollicetur, & Satanam illum exploraturum se promittit. Seqventi igitur nocte, Lunæ per fenestras & valvas penetrãte lumine, Jesuita altera Satanica larva, & vestimentis magis horrendis amictus, adeoq; diabolũ verum repræsentans, cubiculũ ancillæ rursus impetit, ostium ejus leniter reserat, gressibus dirum strepentib. incedit, in lectum immaniter irruit; tunc ancilla, trepida qvidẽ & obstupefacta, servi memor, protinus clamavit ac ejulavit. Ei servo exauditæ extemplò, clavã & gladium arripiens, accurrit, animiq; vires colligens cubiculũ ingreditur, ibiq; diabolum ante lectũ aspectu perqvàm torvo ferocientem conspicit. Ubi eundem ad se qvoq; appropinqvantẽ videt, primo qvidem fugam meditari occipit: sed postmodum excusso metu, dæmonem per Deum omnipotentem adjurat: qvo facto, cum non evanesceret, sed propiùs ad ipsum
p. 857. accederet, ille continuò, non verum diabolũ, sed aliqvem alium esse, conjecit. Igitur ipsũ arrepta clava percutit, vehementerq; vulnerat: qvia v.ne tunc qvidem disparebat: deniq; vagina gladium eripiens, hunc Jesuitã sic diabolico more vestitum transfixit, ex qvo & statim corruit, animamq; efflavit. Hoc modo igitur ancilla à diabolo liberata fuit. Imp. & Pp. Pio 5.

Andreas Masius.

præceptor Ephræm Syri, Philoxenus Mabugensis, Diodor9, Episc. Tarsensis, de qvo etiã Suidas, Numysius, Jacobus Saragenus, Jacobus de Badnan, & Julianus Halicarnassæus.

Simon Schardius J.C. Cameræ Imp. Assessor, in Chronico de rebus in orbe gestis sub Max. 2. Imp. 1569

Wolffgangus Comes Palatin. Rheni, Dux Bavariæ &c. in Galliam cum pedestrib. & eqvestrib. copiis profectus, 11. die mensis Junii, anno 1566. ad fines Nessunii pie moritur, & cadaver ejus primùm Engolthymiũ transvehitur, & deinde usq; ad anni 1571. 3. Sept. diem Cognaci detinetur. Qvo tempore filii Joannem Wolfium J.C. qvo consiliario in expeditione parens usus fuerat, ad Regem Galliæ atq; Reginam Navarræ ob corporis paterni eductionem ablegârunt. Is cum iter neq; per Galliam ob bellicos motus, neq; per mare fatis tutò perfici posse, videret, cautè nautas sub specie mercimonii eludit, & feliciter conficit: etsi primò in adversam incidens tempestatem, ut ventorum variis modis circum actus, ad Hispaniæ & Portugaliæ littora propulsus fuerit.

Sed ut constet de itinere, qvo corpus circumductum fuit, distat Cognatum à Rupella 12. milliaribus, Rupella à Provaga 6. hæc ab Anglia 100. transitus secus Angliam & Galliam habet milliaria 80. ab inde ad sinum Norvagiæ 82. ab hoc ad Schagum sunt 24. inde ad locum dictum Sund in Dania 54. ad Lubecam 30. ab hac ad locum sepulturæ 80. milliaria si recta & brevissima via proficiscaris.

Michael Neander ex Lud. Guiciardino in Descriptione Belgici. 1566

MEchlinia habet octo collegiatas Ecclesias (seu ut vocant, tetche Thumstifft) in qvarum unâ, qvæ S. Lamberto sacra est, aurea D. Georgii sic satis magna statua est, è puro conflata auro, donata à Carolo Burgundiæ principe, ut hac donatione condonationem omnis culpæ à Deo impetraret. Imp. & Pp. V. S.

Henricus Blissenius in def. assert. de Eccles. 1569

SCripsit, scripturam sacram esse ambiguã, qvæ in varios sensus trahatur: & idem Basilium, & alios Patres rectè sensisse. Imper. & Pp. V. S.

Idem scribit præterea de expresso Dei verbo Tom. 1. Qvòd si qvis verba Christi (Bibite ex hoc omnes) ita intelligat, ut etiam laici adstringantur ad percipiendam Eu-

1569. Ein Ecclesiâ & imperiis, & horum temporum mutationibus & calamitatibus, sumtæ ex collatione annorum atq; eventuum veteris ac Novi Testamenti primæ & ultimæ Monarchiæ: numerorum in Daniele, & Apocalypsi.

1569. Simon Pauli Theologus.

HAbent Eclypses causam in natura, inqvit, sed tamen simul sunt signa pœnar. &, qvia nunc crebriores fiunt, commonefactiones novissimi diei & calamitatum, qvæ præcedent. Idem scribit, non ampliùs esse eam solis qvalitatem, splendorem, vim, & excellentiam, qvæ prioribus seculus fuit, & sæpius, ubi horrenda & multiplicia scelera nostra intueatur, qvasi illa perhorrescentē, inter nubila se condere. Cum Luthero qvoqve ait, similes in Germania & vicinis regnis futuras esse cædes, & vastationes regnorum & urbium, & alias calamitates, qvales in Judæa & Jerosolymis fuerant: propter summum Verbi Dei contemtum, horrendam securitatem, & infinita scelera.

p.858. Antonius Paganus Venetus.

Hujus extat liber de Ecclesiasticorum gradibus, jure, dignitate, potestate: & de necessaria eorum præsentia & fide pastorali. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Bundivica Angla.

1570. HEroici Spiritus fœmina, scripsit ad ordines Angliæ, pro excutiendo Romanorum jugo, epistolas doctissimas. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

1570. Joannes Pollius VVestphalus.

Scripsit hic de tribus monstris Ecclesiam vastantibus, avaritiâ, ambitione & superstitione, pulcherrimum poema, qvod vide. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

1570. Georgius Buchananus Poeta.

ET tunicam fluxam nodosâ cannabe cingis:
Cum meliùs fauces stringeret illa tuas.

Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Idem in Paulum Pontificem.

Paulus ab Hebræo scis qvantum distet Juda?
Hic cœli dominum vendidit, ille domum.

1570. D. Mylius.

Mahometes Turcarum primus Imperator moriturus, jamq; animam exhalaturus, ut mysterium de duratione Imperii à se inchoati, qvod sibi reservaverat hactenus unicum, proderet, cum jam lingva officium facere ampliùs non posset; decem digitos suos extendit, decem annorum duraturi regni sui centenarios fore, demonstrans. Imper. & Papa V. S.

Idem D. Mylius pro concione qvadam, qvam contra Turcam habuit: qvodam, inq. tempore Diabolo in mentem venit, ut uxo-

nor devinxerit: ex qvâ etiam, fœcundo existente matrimonio, septem puellas progenuit. Posteaqvàm autem maturæ videbantur, & nubiles esse: cogitavit pater eas elocare hominibus: qvia volebat hoc pacto illorum amicitiam sibi conciliare.

Proinde natu maximam Arrogantiam potentibus in mundo, divitiisq; affluentib, & qvi nobilitate generis, aut illustri qvodā munere, vel auctoritate reliqvis antecellerent, copulavit. Juniorem a. Avaritiam mercatoribus, atq; circa rerum solemniores cōmutationes occupatis, adjunxit. Tertiam inde Fallaciam plebejis, passimq; diffusis in principum ditionibus rusticis, operariis, & mercenariis adjudicavit. Qvartam verò Invidiam opificibus, & gregarias artes exercentibus exposuit. Qvintam, omnium optimè moratam, Hypocrisin, & egregiè insinuantem sese meretriculam, sacerdotibus, & qvi sanctitatis nomine vulgo conspicui essent, elocavit. Sextamq; Superbiam appellatam muliebri sexui addicavit.

De septima a. qvæ Scortatio dicebatur, hoc consilium cepit: velle se ipsam, nulli qvidem propriam, omnibus v. communem, in familiâ suâ retinere: ut si qvando cuidam libeat illam convenire, cogatur eam apud se qværere: qvâ ratione consultum esse putabat, qvàm plurimos amicitiam istam haudqvaqvam repudiaturos esse: sed imò incredibilem accessum novorum sodalium fore. Et certè non caruit eventu Diaboli institutum. utq; experientiâ liqvet, maxima pars hominum ejusmodi conjugiis irretita ad inferos descendit. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Georgius Nigrinus lib. 5. cap. 6. de Sergio cap. 2. qvi dicebatur antea Os porci. 1570.

Sed hoc profectò charactère cauteriata Bestia Romana notabilis est, & se palàm toti mundo prostituit Antichristus: qvòd (illo planè deposito nomine, qvo se priùs in Christi Baptismo Catholicæ Ecclesiæ testabatur addictissimum) in inani gloriola pontificia, & sede Babyionicâ, cujusdam aspersione chrismatis, & aqvæ, vult alium se appellari deinceps, atq; ita majoris pensi fabulas suas, humanasq; traditiones, ac ipsius Dei Sacramenta judicari. Imp. & Pp. V. S.

Idem in libro de Antichristi revelatione affirmat, Papam verum esse Antichristum; idq; 58. argumētis solidissimis probat; ut ibi p.859.

Joach. Cureus in Annalib Siles.

Matthias Huniades, Hungariæ & Bohemmagnus Rex, Ecclesiæ nomē valdè semper est veneratus, sed avaritiam & improbitatem sacerdotum maximè oderat. In colloqvio qvodam aulico vitia Episcoporum 1570.

eam turpissimo lenocinio qvodam Carolo Magno uxorem jungere: qvod ipsum suo fine nunqvam caruisset: nisi detectis fraudibus invasisset Imperium Nicephorus, Irenemq; ad Cœnobium destinasset.

Ibidem. Marchio qvidam Bernardus à Gerone, qvòd in urbem Magdeburgensem impetu facto, eqvitem auratum cepisset, anathemate percussus: nudis pedibus accedēs, cilicioq; indutus, sese liberari petiit; adeò abjectus, ut etiam canes ab eo excommunicato panem recipere detrectarent.

Reformatio.

1568. HEnricus Dux Brusvicensis 79. annorum, antè strenuus Papista, moriens mandat Julio filio reformationem Ecclesiarum. Rebuuitius.

Adamus Ursinus.

1568. DEscripsit hic signa, qvæ anno 1568. & duobus seqventibus in cœlo multis passim locis apparuerunt, cum admonitione, causis, & significatione eorundem. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Israel Achatius.

1568. SCripsit librum de Ecclesiæ & Reipublicæ reformatione: & alia. Imp. & Pp. V.S.

Jodocus Ravensteyn Theologus Lovanienſis.

1568. SCripsit contra Carolum Molinæum: & inter alia qvoq; portum tutum (ut putat) & fidum statuit, in qvo acqviescere possint pii homines, & esse de suâ salute in miserabili præsentis Ecclesiæ dissidio securi. Imp. & Pp. V.S.

Cornelius Gemma.

1569. CUm nova stella in Belgico fuisset visa: Dux Albanus huic Cornelio mandatum dedit, ut, qvid de illâ judicaret, scriptis ostenderet: qvæ extant. Max. 2. Pp. Pio 5.

Crato Cæs. Maximiliani Consiliarius & Medicus, Jacotius, & Wierus, Medici.

1569. HI in Imperatoris Maximiliani 2. corde secto affirmant inventos tres lapillos, qvantitate pisorum, unum interim majorem altero, colore rubigineo. Et pectoris hydrope, cum cordis palpitatione ad viginti annos eum infestante, obiisse testantur. Max. 2. Pp. Pio 5.

Adamus Schubertus.

p. 854. HOc tempore prodiit liber hujus de his, qvi subitaneâ morte pereunt: item de his, qvi sibi ipsis manus violentas inferunt. Imp. & Pp. V.S.

Franciscus Sarmentus.

1569. Scripsit librum de reditibus Ecclesiasti-

Parthenius Parthenius Cremonensis.

1569. HIc fuit insignis Astronomus, & Carolo qvinto Imperatori octavum cœli motū ostendit per instrumenta. Cum qvo prius collocutus, statim ad Saxonicum bellum est profectus, in qvo Saxo fuit captus: idq; qvasi futuræ victoriæ præscius fecisse putatur. Imperat. & Pp. ut suprà.

Idem lib. 1. de Eccles. c. 3. Non decebat, ut Christus regnaret per se in terrâ, sed per alium, qvi personam suam gerat, ac suam ferat imaginem.

Ibidem. Si solam scripturam Christus nobis reliqvisset, qvid aliud haberemus qvàm gladium Delphicum, qvem fabri fecerunt ob inopiam.

Daniel Bodenberg.

1569. HUjus extat scriptum abominationum maximarum, & prophanationes impiissimarum religionum. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Ricardus Argentinus de præstigiis dæmonum cap. 16.

1569. CEremonia, qvâ cerea sigilla vexilliferi agni figurâ expressa, tanqvam symbola baptismatis, amuletaq; sacra, baptizati accipere consveverant, qvæ agnos Dei vocabant, ante Constantini Magni imperium usitata fuit; teste Joanne Alberto Widmastadio in præfatione suâ in Testamentum Syriacum. Imp. & Pp. V. S.

Idem. Seqventes versus latronibus tollunt nocendi cupiditatem, ut pecunia in peregrinorum loculis sit secura.

Imparibus meritis pendent tria corpora ramis:
Dismas & Gesmas, medio divina potestas:
Alta petit Dismas, infelix infima Gesmas:
Nos & res nostras conservet summa potestas.
Hos versus dicas, ne tu furto tua perdas.

Joannes Bunderius.

1569. FUit inqvisitor hæreticæ pravitatis, & scripsit librum, cui titulum fecit Scutum fidei Orthodoxæ, contra Anastasium Velvanum. In eo inter alia multa statuit, Papæ in omnibus obediendum, & tegenda ipsius vitia: allegans ad hoc illud Exodi cap. 21. & 22. & Genes. 9. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Qvi maledixerit patri suo, morte moriatur. Maledictum fuisse Cham, qvi non texit verenda patris sui: super qvo qvidam qværunt: Cum igitur adeò tegenda sunt verenda Papæ, cur qvæso in electione Papæ supremus Diaconus sanctissimi patris testiculos, qvos eodem honore, qvo sanctorum idolorum suorum reliqvias venerari decebat publico tactu debuerat? Imp. Max.

relictum ſolitudini & inopiæ præſidium.

Qvid multis opus? Bonus iſte, & miſericors Anti Jeſus, ut ſe Naimitani miraculi velut imitatorem Jeſu comprobet, blandis verbis Mulierem bono animo eſſe jubet: vivere Maritum: vitâ nondum exceſſiſſe. Illa renuere: dicto fidem non habere. Itaq; Monachus facto verbis fidem additurus, veſpillonibus imperat, ut feretrum deponant, & operimentum amoveant. Qvod cum illi ſedulò feciſſent, mortuũ nominatim aliqvoties Anti Jeſus hic noſter inclamat: reviviſceret, ſurgeret, à capulo in lucem prodiret. At nullus hic erat Lazarus, qvi ad vocantis clamorem animam reciperet: ſurda erant omnia: fruſtra Monachus prono ad feretrũ vultu mortui nomen perſonabat: ad ravim vociferari licuiſſet.

Qvamvis erat impudens hiſtrio ille, tn. clàm trepidare cœpit in tantâ ſpectatorum multitudine: maluit a extrema potiùs experiri, qvàm cœptã fabulam turpiter deſerere eamq;, qvam ſibi perſonam impoſuerat, nõ pro virili tueri. Qvare perſtat in impudentiâ negans, hominem obiiſſe: profundiori tantùm ſomno correptum, ait: jubet corpus linteis involutum exſolvi, & vinculis liberari. Veſpillones haud ſegniter imperata faciunt, corpus undiq; pertentant, anhelitum captant: præter exanime cadaver, & frigore torpentia membra nihil reperiunt.

Illicò jam non ampliùs falsò credita, ſed vera vidua, excuſſa ſimulatione, veros ploratus edit, & miſerabili fletu acerbiſſimum animi dolorẽ profundit: ſpectantium coronæ omnes Myſtæ technas commemorat: ut amplis promiſſis unà cum Marito ſeducta fuerit, ad hanc fabulã agendam: ut Maritus adverſam valetudinẽ, & mortem ſimulârit, & ſe vivum in feretrum poni, atq; pro mortuo efferri paſſus ſit: ut Monachus de induſtria obviam factus, novi cujuſdã prodigii fucum hominum multitudini objicere voluerit. Secuta eſt vulgi illum Monachum exſecrãtis admurmuratio: & jam Tragœdiæ auctorẽ ad ſupplicia depoſcebãt. At is multò antè, ſimul ac fabulam in extremo actu corruere videbat, è media hominum turba ſe ſubduxerat, & urbe profugerat.

Ita Myſtæ ἀναζίωσις in fumos abiit, ſive, ut veriùs dicam, ζωνάρωσιν: neq; fabulæ finis à populo clarũ plauſum promereri potuit. Auctor eſt Greg. Turon. Cyrolam qvendam, Epiſcopum Arrianum, cuidam, qvi ſe cœcum ſimulaverat, lumen reſtituere conatum, prodigio in contrarium verſo, miſerum hominem lumine orbaſſe: noſtro Myſtæ ſimile qviddam, multò tamen gravius & atrocius evenit: mortem ſimulanti vitam ſe reſtituere poſſe, fingens, eo ipſo vitam illi eripuit, tantò majore ſupplicio di- ſcriptum.

Egregium ſcilicet hîc habent exemplum miraculorum ſuorum Pontificii: ſic poſſunt reſuſcitare mortuos: ſic confirmanda eſt veritas humanarum traditionum Papæ: ſic concilianda gratia & autoritas eſt doctrinæ in Eccleſia. Et tamen exprobrant hi falſatores Lutheranis, eos tam inopes eſſe virtutis miraculorum, ut nec claudicantem canem ſanare qveant. Si reqvirunt miracula, vertant oculos ad illud unius Lutheri miraculum longè omnium maximum, qvod edidit in Comitiis Auguſtanis coram Regibus & Principibus terræ, cum ſua confeſſione. Ubi ſanè canem Papatui (ſeu pedibus Papæ) injecit, qvi hujusmodi vulnus ei inflixit, ut ex eo perpetuò ſit turpiter claudicaturus, nec ullius Mſificis (qvoqvò ſe vertat, qvicqvid cœptet & auſit) præſtigiis vel artibus integritati reſtitui qveat. Indefeſſis enim canis iſte morſibus eum vellere & rodere nunqvam deſinet, donec vel prorſus ſit abſumtus, vel, mendaciorum & vanitatis operibus relictis, redeat in viam, & ad veritatem Evangelicam concedat. Imp. & Pp. V. S.

M. Leo de Caſtro, Salmanticenſis, in commentariis ſuper Eſaiam cap. 49. 1570.

IN vetuſtiſſimo codice ordinis D. Benedicti legimus: olim Reges Hiſpaniæ, cum adirent Epiſcoporum ſynodum, procumbere ſolitos toto corpore terrâ ante ipſos Epiſcopos, & terram oſculari. Neqve prius ſe attollere humo, qvàm hi ſuis ſedibus ſurgerent, & reges eorum pedibus circumfuſos brachiis attollerent, & in ſella regia pro dignitate collocarent. Imp. & Pp. V. S.

Laur. Surius rerum in orbe geſtarum, & Bruyerinus lib. 3. cap. 5. de re ciba- riâ. p. 861.

ANno 1511. Maximilianus Cæſar comitia indixit apud Auguſtam; ubi illi oblatus eſt vir qvidam prodigioſæ vaſtitatis & craſſitudinis, atqve incredibilis ingluviei, ita ut integrum vitulum crudum, vel ovem incoctam una vice devoraret: & tamen nec dum famem expletam diceret. Imper. & Papa V. S.

Martinus Bellaius commentariorum lib. 3.

PApa tamen ſive à qvibuſdam deceptus, ſive rei magnitudine perculſus, ſuis rebus non antè proſpicere voluit, qvàm hoſtem ad portas urbis conſpiceret. His rebus effectum eſt, ut pugnæ genus non aliud inierit, qvàm qvòd in caſtrum Angelicum cum

Ibi mirificus casus intervenit. Signifer qvidam, cui ruina muri ad compitum Petrinum commissa erat, cum Borboniũ aliqvot militibus comitatum vinetum perumpentem ad explorandum locum vidisset, tanto metum per territus est, ut cum in urbẽ profugere cogitaret, ipsâ ruinâ signo elato egressus ad hostes contenderet. Borbonius hominẽ ad se venire conspicatus, alios subseqvi, & eruptionem in se fieri arbitratus, gradum subito sistit, eo consilio, ut suis collectis impetum sustineret, dum reliqvus exercitus appropinqvaret, qvi cõfestim omnis in armis est. Signifer extra urbem ab passus ferè recentos progressus, audito ad arma capienda in castris Borbonianis clamore, ad se rediit, & instar ejus, qvi è somno excitatus animũ colligit, è vestigio urbẽ versus se proripit, eademq; ruinâ, qvâ exierat, ingreditur. Borbonius hominis gestũ admiratur, locoq; animadverso, signum oppugnationis statim dari jubet; ipse primus scalis arreptis ad murum accedit. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Idem scribit de Leone Papa, qvòd audito nuncio, Gallos ex Mediolano pulsos esse, tantam lætitiam acceperit, ut exinde mortuus fuerit. Et addit: bene sanè cum illo actum fuisse, ut qvi præ gaudio obierit.

Idem lib. 4. Accedebant novæ & immodicæ exactiones, qvas Romæ fieri in diplomatibus conficiendis, Ecclesiam Gallicanã apud se conqvestam esse dicebat: ex qvibus hæc mala conseqvi: regnum Gallicum pecuniâ, qvæ efferebatur, exhauriri: cleri opes extenuari: sacra ædificia non instaurari: deniqve mendicos, ut æqvum esset, non ali.

Qvæ omnia ut vera esse constaret: afferri à clero, qvòd caducaria sacerdotiorum jura, in qvib. nullus servatur modus, summo jure exigantur, qvòd multitudo nova ministorũ præter morem introducta sit, qvibus satisfieri, cum diplomata conficiuntur, præter id, qvod antea persolvi consuesset, oporteat: qvòd qvi in demortuorum locum allegandi sunt, id pecuniâ, qvæ ad papæ fiscum redeat, emere soleant: qvòd hostiariis, cubiculariis, protonotariis, eorumq; pueris, cursoribus, & famulis non levis pretii munera danda sint, qvòd ad apostolicas basilicas instaurãdas ingentes pecuniæ cogantur, qvæ ferè tamen ad bellum cum Rege gerendum profunduntur: qvòd diplomatum multitudo imperetur, ubi unico opus est, multa etiam alia per fraudem fiant, qvæ nulla ratio, nullum jus fieri postulat: ut nihil aliud, qvàm pecuniæ aucupium & nundinatio videatur.

Qvòd, cum antea caducarium illud jus [illegible] qvod deniq; semestris illa prorogatio sacerdotii ineundi, qvæ iis decernitur, qvi in locũ alicujus abdicantis alleguntur, causa sit, cur plurima per falsimonium & adulterationem fiant, ut vera esse eventus comprobat.

Ad hæc vitia emendanda multos sæpenumero à se contendisse, ut Ecclesiæ Gallicanæ concilium indiceretur: se tamen adhuc cunctatum fuisse, qvòd expectandũ sibi intelligebat, dum Papa ipse huic malo prospiceret. Verùm cum ducatus Britoniæ ordines convocasset, sibi à totius hujus regionis clero gravissimas qverelas fuisse exhibitas, in qvibus multa essent adeò fœda & turpita, adeò offendendis piorum animis obnoxia, adeò ab eâ charitate, qvâ Ecclesiam florere decet, aliena, ut nihil suprà: ut sibi neqvaqvam credibile sit, ista Papæ nunciata esse.

Ad extremum se privatim qvoq; gravissimas expostulandi causas habere: qvòd cum Papam non lateret, qvàm propensum animum & paratam operam ade defendendum orbem Christianum ostendisset: se tamen sciret, illo sinente & connivente, per calumniam accusatũ esse, neq; ullam interim ab eo significationem datam fuisse, qvâ se immeritò fuisse incusatum constare velle videretur: cum tamen summã semper diligentiam adhibuisset, ut qvoties falsis criminationib. impetebatur, Papæ purgatus esset.

Laurentius Capella lib. 1.

Fuit Arragoniæ Rex Ferrandus. Is qvamqvam incredibili amore Mariam de Foix illustrem virginem proseqvebatur: non audebat tamen, inhibente conjugium propiore sangvinis communione, qvod in votis habebat, agere. Dominum ergò de Wick, p. 361. ambassatorem suum, Papam adire jussit, qvi tum Julius II. erat, ut ille discerneret, atqve dispensaret. Sed proh Deum, Romanus ille Euclio qvinqvaginta millia ducatorum pro veniâ nubendi dandâ postulavit! Verum enimverò considerans auri vim Rex, atq; eã in multò potiora conferri posse judicans: egregiè sibi cõsuluit pariter, atq; Jul. induxit.

Curavit supplicationem fieri: sanctissime Pater, Ferrandus de Arragoniâ & Maria de Foix, nimium sibi affines sunt: proinde petunt dispensationem, qvâ jure matrimonium inire possint, &c. Illicò subscripsit Papa, decemq; numerari ducatos postulavit. Dati sunt illi confestim. Rex nuptias celebravit: tantiq; eas emi potuisse à tam mirè sordido pontifice, non mediocriter sibi, atq; ærario suo est gratulatus.

Innotuit autem Julio, qvòd Arragoniæ Rex cum agnatâ suâ thalamum iniisset:

trimoniam conjecere? Cui ille: Tam ve-
nia, Pater, est factum: protulitqve literas
summam dispensationis continentes: qvas
alicui privato pauperi, ac minimè Regi tam
diviti, pro decem tantummodò ducatis ex-
posuisse se Papa existimabat. Intelligens er-
gò fraudem: rectè, inqvit, nobiscum actum
est. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

1570. Joannes Stumpfius in Chronico Helvetico.

Certum est, Gallicana Monasteria multis
in locis qvotidiano labori incubuisse, sed
successu temporis exolevit. Nam cum Gal-
liæ reges sensim in tyrannidem prolaberen-
tur, scortarentur, & multos spurios procrea-
rent, item invicem sese interimerent, & cru-
deliter multum sangvinis effunderent, ob
hæc delicta reprehendebantur à piis episco-
pis & abbatibus ex verbo Dei; & cum pœni-
tentia ducti, ut pro se supplicarent, pios pa-
tres solicitassēt, qvod cum illi fecissent, & i-
nitio qvidem gratis, paulatim freti princi-
pes & reges suffragiis patrum, ad consueta
redierunt, & ut sedulius oraretur, pecunia &
donis patres instigârunt, & sic cœpit suffra-
giorum coemtio; prolapsi itaq; reges, prin-
cipes, & opulenti in qvodcunq; scelus, eam
opinionem induerunt, si saltem monachorū
preces pro se fundendas auro compararent,
ipsi a. interim nihil non sceleris committe-
rent, omnia in vado esse; & eò tandem res
rediit, ut nullus vel rex, vel princeps, comes,
aut alius decesserit, qvi non evitandam i-
ram, & peccatorum veniam comparandâ,
monasterium vel plura fundârit, aut saltem
fundata opibus ditârit. Sic creverunt mo-
nasteria divitiis, potentiaq;, labor autem
manuum prorsus evanuit.

Suffragiis itaq; tam largiter pecuniam lu-
crantibus, cœpit etiam Meritum eorum, ut
jejunia, & exercitatio qvæq; religiosa, venū
exponi: ita evenit, ut pietatem, merita, &
promotiones ad cœlum, nemo non magno
sumtu à monachis mercari anhelaverit, ut
sibi interea gnaviter peccandi esset licentia;
meritum illud fratrum, & eorum opera pro-
stituta sic, proh qvas peperêre divitias! Re-
ges, principes & opulenti qviq; gazam suam
erogabant monachis, ut suffragiorum & me-
ritorum eorum participes fierent; testimo-
nio sunt literæ indulgentiales, & ejusmodi:
qvarum aliqvæ, ut ipsemet vidi, tale exordiū
habent: In Dei nomine: Perpendendum est
unicuiq; hominū, qvàm velociter tempora
caduca prætereunt, & futura approperant:
ideo penset unusqvisq; apud semetipsum,
si habeat, unde aliqvid de facultatibus suis
tribuere valeat ad venerabilia loca, pro re-
medio animæ suæ, ut in sempiterna reqvie
cum beato Petro & Andrea paradysum me-
reatur possidere. Qvia illi datis rebus suis

N. valde compunctus trado, &c.

Et duabus pagellis pòst ait: in Gallia non
procul à Cabilona Burgundiæ in Monaste-
rio Molismon viri eruditi erant, qvi ex præ-
sentium temporum consideratione anim-
advertebant, possessionibus virtutibusqve
diuturnam non posse esse societatem: de his
Sigebertus circa annum 1098. V.S.

Id. Anno 941. in cœnobio Sangalli Abbas
erat Thieto, qvi habebat fratrem Cralochū,
ibi Decanum, qvi secundus dignitate ab Ab-
bate est. Erat ibidem juvenis qvidā mona-
chus, doctus & alacris, ex Comitibus gene-
rosis Rhætiæ vel Curvvaliæ ortus, nomine
Victor: Cralochus verò minùs doctus: &
nimium in adolescentes monachos severus.
Itaq; Victor, de qvodam delicto accusan-
dus ab ipso apud Abbatem, è Monasterio
profugit: qvòd utriq; se odio esse videbat.

Anno aut. 942. Abbatiam consecutus est
Cralochꝰ: Victore, qvi hoc decus spe conce-
perat, elisō. Cæsar Otho rogatus, ut Cralocho
dignitatē confirmaret: volebat id facere, si
ille Victorē in gratiā reciperet. Si ergò factū
est. Cralochus deinde oratus à propinqvis
Victoris, ut huic Abbatiā Pfœverensem, cō-
cederet, noluit. Illi cū indignatione abierūt.

Andein 953. & pòst, magnæ extitêre qve-
relæ: qvàm tyrannicè se gereret Cralochus;
qvi etiam Entzelinum, Pfœvetæ probatum,
Victori cognatione junctū, graviter propter
exiguum delictum excideraī, Abbatiaq; pri-
vaverat. Annoe xinde 956. veniente Sveviæ
Duce Luitholfo (inter proficiscendum in
Italiam) Sangallum profugit idem (superi-
ori tempore minis ejus territꝰ) in Franconiā
ad Regem Othonē. Otho, etsi nec ipse Cra-
locho æqvus erat, tn. rogatu Augustani Epis. p. 863.
Ulrici, eum recepit. Sed is tenui victu cū suis
acceptus fuit à curatorib. culinæ Cæsareæ:
qvoniā Entzelino & Victori propinqvitate
conjuncti. Dux Lultholfus, biduum ibi ma-
nens, Cralocho dignitatem abrogavit: con-
sentientibusq; Monachis fratrem ejus Año-
nem, virum bon. & eruditū, Abbatem fecit.

Qvi Ungarorum metu munivit totum
Monasterium: & cæteras omnes ei adhæ-
rentes domos: mœnibus, turribus trede-
cim, & amplis fossis circumdans: qvæ fue-
runt initia Sangellensis oppidi: cum autem
qvinqvennium præfuisset muneri: diem
suum anno 958. obiit. Tunc intercedente S.
Ulrico, qvi in Aulâ degebat: Cralochus
Abbatiæ Sangallicæ ab Othone restitutus est
(Monachis cum invitè recipientibus) sed eâ
conditione, ut Fabariæ sive Pfœveræ regi-
men deponeret: qvod Entzelino, qvamvis
invitō Cralocho, commendatum fuit: cum
qvidem Ulricus ei Cralochum reconciliās-
set, aliter profugituro.

Sed qvalis fuit illa reconciliatio gratiæ?

cardus, nobilis & doctus vir, Jonſchuvil ibi Decanus, ſibi in Abbatiæ gubernatione ſuccederet. Qvod & factum eſſet: niſi is malo qvodam fato, ex lapſu eqvi crure fracto, claudus evaſiſſet. Superbi autem Monachi nolebant Vulcanum claudicantem habere Abbatem. Subſtitutus igitur eſt 959. Ulrici Lintzovienſis Comit. & Wendelgards F. Burchardus: Regi Othoni, ut genere propinqvus, charus. Hæc de Monaſtico hoc bello: ut videamus, ne illos qvidem, qvi, ſe mundo exceſſiſſe, videri volunt, carnis concupiſcentiis ſolutos eſſe.

Idem. Parochus qvidam Clavennæ circa annum Domini 1533. Romanæ Eccleſiæ defenſor acerrimus, filiam civis formâ elegantiſſimam ad ſtupri commercium ſæpe fruſtra ſolicitatam, ſimplicitate ejus perſpectâ, novo aſtu circumvenit. Virginis Deiparæ ſimulachro veſtem detraxit cœruleam, aureis inſignem ſtellis, eaq; brachia, pedesq; velans faciem linteo ſubtili tegens, ad patris caulam more ſuo ſtatâ horâ proficiſcentem puellam exſpectat. Cui cum de improviſo apparuiſſet, blandis primùm verbis alloqvi, Lutheranæ religionis errores deteſtari, & ob innovandæ religionis ſtudium multa mala urbi impendentia prædicere cœpit, eaq; ut civibus ſuis ordine recenſeret, ſeriò monere.

Epilogi loco, & ut ex præteritorum cognitione futurorum certitudinem colligeret, hoc addidit: eam viro ſancto & catholico hactenus non fuiſſe obſecutam: obſeqveretur porrò, divinæ miſericordiæ & ſalutis propriæ conſeqvendæ ergò: clàm tamen & occultè, neq; enim margaritas porcis Lutheranis objiciendas & communicandas eſſe. Stulta puella revelationem Mariæ virg. urbi denúciat. Cives triduano jejunio pacé divûm impetrare ſtudent. Interea puella Parocho neqviſſimo morem geſſit, falſæ religionis ſpecie decepta. Cæterum eo ſcelere detecto, Parochus capite primùm plexus, mox igni abſumtus eſt.

Idem. Joannes Huſſus Bohemus Conſtantiæ in Concilio vivus exuſtus eſt, anno Chriſti 1416. Sigismundi Imper. 6. Cœperat autem prædicare anno 1407. Vaticinatus eſt in mediis flammis: poſt centum annos cygnum meum, ex hoc anſere natum (Huſs n. lingvâ Bohemicâ anſerem ſignificat) non aſſabitis. Verus fuit vates. Nam poſt 100. annos, anno Chriſti 1517. ſub initia Imperii Caroli V. Martinus Lutherus contra Pontificem ſcribere cœpit.

è cujus arcis regione caſtellum ſive arx munita in Rheno ſuper rupe poſita eſt: eam Abbas qvidam Scaphuſianus, ad cuſtodiendam concubinam vel meretricem qvandam, ædificavit. Oriunda enim erat ex celebri qvadam familiâ urbis Scaphuſiæ: ſed qvoniam fornicationem in urbe tam turpem tolerare noluerunt: ſibi ipſi tam egregium erexit lupanar.

Idem. Parochus qvidam Bernæ ſtans in ſuggeſto, exorciſavit genus vermium, qvod ſata & gramen ſub terra corrumpit: conſilio ad id faciendum uſus Lauſannatis Epiſcopi. Niſi deſiſtitis improbiſſimi vermes (inqvit) ego vos cito Wifflisburgum ad officialem Epiſcopi. F. Anno 1478.

Idem. Anno 1140. Arnoldus Brixienſis epiſcopus ex Lombardia Papam Romanũ, ſacerdotes, & Monachos vanitatis coarguit, eisq; in doctrinâ adverſatus eſt. Idcircò Innocentius Papa ſacris ei interdixit Romæ in Concilio, & acriter perſecutus eſt. Sed Arnoldus in Helvetiam aufugit, ſeq; Tiguri ſuſtentavit, donec Innocentius diem obiit. Tigurinos qvoq; in ſuam ſententiam pertraxit. Platina & Ligurinus eum oſorem & perſecutorẽ clericatus increpant, ſed qvid in rei veritate docuerit, omittunt: itaimproperant ei, qvòd fuerit hoſtis monachorum, & nõ erubuerit epiſcopos & Papas redarguere.

Docuit autem, Eccleſiaſticorum non eſſe, divitias & temporalia bona poſſidere, ſed dominia ſecularibus principibus compete- p. 86
re. Decimas non in luxum, ſed in corporis neceſſitatem accipi debere; crapulam, voluptates, ebrietates, ſcortationes, luſus, ſuperbiam, & alia ſcelera ſpiritualium ſtrenuè taxabat, & damnabat. Imò tantum ſua concione profecit, ut populus Clericatum & Papam floccipendere inciperet, & deſpectui ac deriſui omnibus tunc Eccleſiaſtici eſſent. Tigurini prorſus Arnoldi doctrinam imbiberant, & longo poſt tempore retinuerunt: qvod Ligurinus poeta, & palpo Papæ hoc verſiculo qveritur:

Servat adhuc uvæ guſtum gens illa paterna.

Qvo ſuſtinuit, ſuo tum qvoq; tempore, anno 1190. Tigurinos adhuc Arnoldi uvas oluiſſe. Arnoldus qvinqvẽnio Tiguri exacto & docendo conſumto, poſt obitum Innocentii ſui excommunicatoris, anno 1154. iterum per Alpes ex Helvetia in Italiam rediit, papatum tenente Eugenio: ubi omnem populum ad ſe convertit, & ſua doctrina ita commovit, ut Papæ primatum & omnem

Anno 1154. defuncto Eugenio, Adrianus in Papam assumebatur. Hic non consecrari se passus est, nec sedem occupare volebat, nisi priùs Arnoldus hæreticus (ut illum calumniabatur) è medio tolleretur: his conatibus popul9 Rom. qvantum potuit, restitit: propterea ab Adriano teterrimis execrationibus damnabatur. Inqvietus ille Arnoldum tolerare omninò diutius noluit. Simul ac enim Cæsarem Fridericum in Italiam venisse, & Viterbiam petiturum, comperit: ei in occursum it, lætus ejus adventu, conqveritur vehementer de contemtu sui: qvo eum populus Romanus onerabat, propter dogma Arnoldi Brixiensis: qvi sit hæreticus, & à superioribus Papis excommunicatus: nihilominùs eum Roma urbs alat & protegat. Papa gnaviter os Imperatoris oblinibat, & palpum obtrudebat, qvoad Arnoldum in crucem ageret. Imperator Romæ commorans, Arnoldum in vincula conjici & comburi jussit: cineres in Tyberim dissipabantur, ne à populo colligerentur, & pro re sacra colerentur.

Idem. Burcardus abbas S. Galli, Comes de Lintzgou vel Monfort, eligebatur anno 959. cùm semel eqvum sternacem ascendisset, & latus portæ improvidus allisisset, claudicare & baculo incedere cogebatur: ejus qvoqve Decanus Eckardus loripes erat: & cum aliqvando Kebo abbas Lorcheimensis à Cæsare, ad Monasterium S. Galli visitatum, & vitas fratrum exploratum, mitteretur: videretqve, & Abbatem & Decanum claudicare: dicebat; melius est, claudicare reges, qvàm regna.

Idem. Lampertus Trajectensis episcopus Pipinum Galliæ ducem sedulò instituit, fide propria coram Deo justum victurum, & si non ipsemet pietatem coleret, fidemq; erga Dei præcepta obedientiâ declararet, tum frustra esse monasteriorum fundationes: eiq; suffragia aliorum hominum nec tantillum qvidem profutura.

Idem. Papa Italiam, Pipino eam ab Imperio abalienante, nactus est, & Pipinus Regnum Galliæ: cujus cum tantùm esset à Childerico præfectus ordinatus, à Pontifice percontatus est; utrum is, qvi regni negocia administraret, an is potius, qvi regis nomen haberat, & nec qvicqvam in regno ageret, rex verus esset? Zacharias respondit: illum, qvi regnum administrat, merito regem esse. Hâc igitur Papæ sententia fretus, regnum invasit Pipinus, sicq; invicem Papa & Pipinus alter alterum ad suum fastigium nulla æqvitate evexit.

Ecclesia tum primùm dominatum acqvisivit, & in terrenum regnum abiens degeneravit à Christo rege suo: qvi ita pauperitatem & humilitatem docuit, ut divitiis sese implicavit, tota regna sibi mancipavit: nihil aliud fecit, qvàm qvòd regnũ suum abnegavit, ejusq; & humilitatem & paupertatem pedibus calcavit.

Idem. Ludovicus Pius donavisse fertur Papæ Paschali, vel S. Petro (valdè feliciter piscato) urbem Romam, ac ducatum Spoleti. Præterea insulas Sardiniam, Corsicam, Siciliam: seqvens avi Pipini, & patris Caroli sententiam. Id si verum est: nihil fuerit donatio Constantini: sed hæc Regum Franciæ.

Idem. Anno Dom. 914. Conradus Rex Rom. festum Nativitatis Christi Constantiæ celebrabat apud Salomonem Episcopum ibidem. Manè cum episcopo Arbonam, & deinceps ad Monasterium S. Galli navigabant, die S. Stephani: Salomon etiam ad S. Gallum abbas erat, festum puerorum ibi celebrabant. Conradus fratribus Conventualibus monasterii adscribi adsciscique; petiit, qvod ei libenter concessum erat, ideoq; unumqvemq; fratrem conventualem libra argenti puri donabat.

Idem. Papa Gregorius 9. Romæ ipse contra Imperatorem Fridericum secundum concionabatur, & populum flens admonebat contra atrocem hostem D. Petri: appellabat eum filium diaboli, pollicebatur omnibus contra illum arma sumentibus, remissionem peccatorum, & vitam æternam, ut Romani Cæsarem bello adorirentur: sed in urbem repellebantur, multi cædebantur, & capiebantur, inter qvos multi prælati Friderico sistebantur, qvibus cruces in capite ad cranium usqve penetrantes scindi jussit: Beneventum exussit, & omnibus episcopis & prælatis, qvi ab eo propter anathema desciverant, cuncta bona sua abstulit. Romam rursus properabat, diripiebat & vastabat monasterium opulentum in monte Cassino: omne aurum & argentum templorum im monetam cudebat, ad solvenda militibus stipendia, Ravennamqve oppugnabat.

Idem. Anno Christi 1325. Basilienses pro- p. 866.
scripti à Pontifice, qvòd Ludovici Bavari Imp. partes seqverentur, legatum pontificium diratum præconem ex Mariano luco in Rhenum præcipitem dedêre, & eundem natatu evadere conantem, in portu trucidavêre. Mortuo Ludovico, Carolum 4. in Imp. receperunt; nullis tamen Pontificis minis, ut Ludovicum hæreticum fatentur, adduci potuêre. Sacerdotes cessantes ad sacra peragenda exilii pœna coëgêre.

Idem. Berchtoldus Abbas S. Galli, castris qvàm Cœnobio aptior, monachum ab Eberhardo Episcopo Constantiense in jus vocatum, qvòd scortum palàm in condu-

one: sed hoc, qvia contra Papam sine dubio fuit, à Chronographis occultatur.

Idem. Anno Domini 1347. cum Carolus Rex Bohemiæ postobitum Ludovici in Imperatorem electus, Basileam anno seqventi proficisceretur, à civibus Juramentum exacturus, unâ cum episcopo Pabenbergensi, qvi legatus Papæ cives, ubi supplices veniã petierint, ab excommunicatione (qvam propterea, qvòd Imp. Ludovico obedientes adhæserant, incurrerunt) solvendi potestatem habebat. Basilienses ei obviam urbis proceres extra portam salutatum mittunt, significatumq; se hactenus Ludovico obseqventes fuisse, & in posterum facturos erga legitimos Impp. sed hac vice se non intromissuros imperatorem in urbem, priusqvam à Papa absolverentur, & restituerentur ritus, & ceremoniæ Ecclesiæ, &c. Basilienses, hoc modo absolutionem parvo comparaturos se, sperabant.

Legatus Papæ bullam expediens, civibus indicat, reqviri ab ipsis, ut hæresim, qvòd Ludovico faverint, abjiciant, & in gremium Ecclesiæ revertantur, peccata fateantur, etiam jurent, servaturos se Ecclesiæ fidem: item ut credant, Cæsaris non esse Papam exautorare: & qvòd id conari hæreticum sit: nec Cæsari nisi à Papa confirmato obediant: Ludovici viduæ & liberis, usq; dum reconcilientur Ecclesiæ, ne faveant, &c. Cives hac bulla acri percepta, unanimiter respondêrunt: nolle se intro mittere Cæsarem, nisi priùs absolvantur, absolutionem qvoq; non se petere velle, nedum aliqvam fateri hæresin: qvòd Cæsari fideles fuerint, laudi id sibi ducere potius, & istoc in fidem nihil deliqvisse. Idcircò Papæ mandatum neqvaqvam (inqviunt) capessere volumus.

Ecclesiastici Basilienses civium constantiam audientes, clam illis in proposito perseverando calcar addebant. Tum urbis primores Cæsarem accesserunt, ei gratulabantur, & Conradus à Berenfels Consul ad Legatum, Episcopum Bambergensem accessit inqviens: domine Bambergensis, scito tote, nos nec credituros, nec fassuros, Cæsarem Ludovicum hæreticum fuisse: & qvẽ electores, vel potiores eorum nobis Cæsarem nominaverint, illum agnoscemus, licet nunqvam à Papa confirmaretur: contra Imperii jura & leges nihil tentabimus, &c. Sic Basiliensibus constantibus absolutio gratis sine ulla qvoqve confessione & voto communicabatur: Carolus regali pompa exceptus constantiam civium maximoperè

cani miraculis falsis suam opinionem tueri, synodo Vimpæ habita decrevêre. Berna Helvetiorem urbs deligitur, in qva populus simplex facilè decipi, persuasus semel etiam armis, si ita res ferret, conceptam hæresin defendere posset. Ergò qvatuor monachi Prædicatores, qvos Observantes dicunt, negotium suscipiunt, Joannes Vetterus Prior, Franciscus Ulschius Subprior, Doctor Stephanus Bolzorstius Lector, & Henricus Steineccerus.

Franciscus magicis artibus dæmonem evocat, auxilium implorat, se sociosq; illi devovet, sangvine proprio chirographum obsignari à sociis curat. Pacto initio, occasione tantùm facinoris exseqvendi destituebantur. Commodum adest Joannes Hetzerus Cerciacensis, arte sutor, ætate adolescens, ingenio simplex, religione initiari cupiens: & qvia non vacuis venerat manibus, suscipitur. Hunc noctu terricula mentis qvibusdam ad δαιμονίων inducunt: inductum Franciscus sub mortui specie ad specie ad liberandum flagellationibus, jejuniis, missis hortatur: disertè verò, ut per octiduum in D. Joannis sacello cruentus sacro interesset, scilicet ad inescandam plebeculam. Manè Hetzerus qvadrumviris nocturnam visionem indicat. Stephanus protinus de pulpito Dominicanorum pietatem extollere, qvorum intercessiones, spretis Franciscanis, manes implorarent.

Octiduo exacto, spiritus, uti convenerat, redit, longam historiam antè actæ vitæ recenset, gratias pro officio agit, se qvoqve porrò inter Angelos receptum (ut qvi Parisiensis Sorbonæ Theologus olim fuisset) pro ipso spectante curia cœlesti missam celebraturum, promisit: obnixè interim obsecrans, ut qvod deesset suæ liberationi, adderet: reversurum se paulò pòst, & χαρίσιον loco admiranda revelaturum. Hetzerus gaudens qvadrumviris hæc denunciat. Illi codicillum exhibent qvæstionum, qvas spiritui proponeret, inter qvas & hæ fuêre, qvid de anima Alexandri VI. Papæ, qvi Hieronymum Ferrariensem Dominicanum Ferrariæ exurendum curârat, ageretur? Maria Virgo an in peccato originali concepta esset? qvis Dominicæ sectæ Generalis paulò pòst futurus esset? interea stata nocte D. Barbara personata comparet, spiritum Theologi Parisiensis cœlos petiisse, asserit, se vicariam substitutam ei in omnibus affuturam, spondet.

Exhibet ille codicillum cruce signatum, p[illegible]

Christi effluxisse dicebant. Sub matutinas in choro sponte sua cerei lumen concepere, arteSubprioris,& larvataMaria comparens, linteum sangvine filii infectum tradidit,&in pixide similiter cruoris divini particulam, Julio II. Papæ mittendam,qvem utEcclesiæ defensorem, sic religionis veræ protectorem contra impietatem Franciscanorum futurum dicebat,& æqvale præmium tandem cum D. Thoma in regno cœlesti acceptu-rum. Abiens dextram miselli acuto clavo transfixit, hoc se stigma illi veræ suæ apparitionis relinqvere, professa.

IV Viri potione narcotica sopito reliqva stigmata cauteriis inusserunt,ut&ipsi suum haberent Franciscū. Magnus interea populi concursus, ut hunc stigmatistam viderent. Monachi certis pharmacis ei modò stuporē sic,ut in ecstasi positus videretur,modò furorem immittebant,ut horrendis torsionib. Christi agonem repræsentaret. Stigmata arte qvadam sic sanârant, ut vestigia tantùm rubro tincta colore supereſſent. Jam cum porrò nocturnis illusionibus miserum dementare pergerent, accidit, ut Prioris vocē, Mariam se esse mentientis, agnosceret,& arrepto cultello femur ejus vulneraret. Detecto fuco, Hezerum adeunt monachi, præsentem mortem intentant, in silentio rem totam tegat, eumq; in partes suas amplissimis trahunt promissis : simularet,apparitiones veras fuisse, stigmatū impressiones divinitus factas,bearet ordinem Dominicanū Franciscanos Hæreticos damnaret: ita præclarè de religione Christiana meriturum.

Paruit ille aliqvandiu. Ast ubi noctu illos cum scortis potantes deprehendit, & nihil minùs qvàm religionem illis curæ esse,vidit, de relinqvendo cœnobio cogitare cœpit,sed uti simplex erat, consiliū celare non potuit. Illi veneno eum è medio tollere sæpius conati,cum spe frustrati essent, tandem hostiâ venenatâ per vim ori intrusêre,qvæ vomitu rejecta sangvine manare cœpit,Scabello,cui adhæserat,in ignem projecto, tantus in cœnobio strepitus exortus est, ut de interitu omnes metuerent. Profugit tandem Hezerus, &perfidiam IV virorum passim detexit. Cõjiciuntur in vincula. Bernenses à Julio II. delegatos judices obtinent episc. Lausanensem,&Cardinalem Sedunensem. Tormentis veritatem edere coacti monachi, horrenda qvædam sunt fassi,& tandē ultima die Maii, anno Sal.1509. publicè exusti, Judicum delegatorum & Octovirorum ad hoc ipsum à magistratu delectorum unanimi sententia.

Iren. Popelin de tribus mundis, & Joan. Lerius Burgundus in hist. Americæ.

JOannes Sebastianus à Cano Hispanus, Dracus Anglus,& Veneti,vel à Gvetaria,

eus sibi soli tribuit, picto orbis circulo adscriptis verbis : Primus me circumdedisti.

Cassiodorus Renius V. O. & D. 1570. in acromatis.

Magdalena Crucia,sive de la Cruz,Hispana, Cordubæ primaria Bæticæ urbe, in prima pueritia à parentibus obscuris:incertum, pietatis an paupertatis causa : in cœnobium D. Claræ detrusa (qvod illa post ex collata stipe de fundamento novum extruxit) dæmonis cujusdam sub Æthiopis specie sese offerentis, miris blanditiis, qvibus ea ætas potissimum capitur,inescata, familiariter illo uti cœpit : severa tamen interminatione interposita, ne qvis mortalium hoc rescisceret. Illa interim,cum dæmonem in colloqvium singulis penè diebus admitteret, supra ætatem sapere, & indolis causa omnibus admirationi cœpit esse,incredibili sanctitatis opinione, qvam morum elegantia vitæq; austeritas effingebant.

Vix dum duodecimum ætatis annum attigerat, cum malus ille genius Magdalenæ in solidum possidendæ ansam captans,phaleratis verbis coniugii mentionem iniicit, facileq; adeò ex eius, qvam iam deguſtaverat, sanctimoniæ successu,simplici & ambitiosæ puellæ persuasit. Dantur manus, fiunt sponsalia, concumbitur deniqve. Dotis loco Magdalena sui corporis usumfructũ, colloqvendo,conversando, concumbendo pollicetur. Æthiops vicissim contrà dotẽ splendidissimã offert : effecturum se, ut Magdalena per 30.& ampliùs annos ea sanctimoniæ autoritate per universam Hispaniã frueretur, qva omnes, qvi eo laudis genere unqvã fuêre celebres,vel eqvaret,vel etiã superaret

Neq; v. mendax ille spiritus hac in parte falsus videri voluit, ut universæ scilicet Hispaniæ per hanc suam sponsam imponeret. Qvandocunq; furtivis voluptatibus fruerentur, sponsi famulus (nã maiestatis causa famulum qvoq; veterator ille Æthiops sibi adiunxerat)tanqvam Sofia qvidam suppositititius,foris in templo & cœnobio,Magdalenæ larva assumta, illius vultum, gestus,incessum,cantando,orando, comedendo exactè imitabatur. Si qvando v. secessus illius voluptarii pertæsa hera in publicum prodiret,ne qvid interea temporis ociosè periret,per orbem terrarum vagando,qvæcunq; digna memoratu acciderent,Magdalenæ renunciabat. Sic de Francisci I. Gallorum regis captivitate: sic de Romanæ urbis direptione p.868. certior facta, divinitus hæc sibi ab angelo revelata, dictitans, in principum virorum dignationem summã pervenit,& Abbatissæ dignitatem,ultrò cedentib. tantæ sanctimoniæ reliqvis monialibus, maxima totius ordinis Seraphici cum lætitia, qvi, ad se qvoq; (tanqvam ad præceptores & institutores)

chrymarum profuso, comam ad talos usq; repente enatam producebat, qvæ sensim evanesceret. Qvotiescunq; monachæ statis diebus communione sacra uterentur, sacrificulo ex dinumeratis priùs diligenter mystici panis orbiculis unus semper deerat, qvem Magdalena (ministerio angelorum acceptum) se in ore habere, palàm ostendebat. Hinc tanta sanctitatis fama ei accrevit: ut Pontifices, Imperatores, reges per literas ejus sese precibus commendarent: atq; adeò Caroli V. uxor Philippum filium iis fasciis, qvas Magdalena suis precibus consecrasset, primùm excipi curavit, & involvi.

Exactis annis ad minus 30. in hoc diabolico conjugio, tandem sub annum Sal. 1546. Dei opt. max. benignitate, nullo suo merito ad se ipsam Magdalena redire, & dæmonem detestari cœpit. Ægerrimè autem ferente Æthiope hanc apostasiam, & multis modis illam vexante, visitatorib. ordinis, qvos vocant, præter omnem expectationem scelus ingenuè aperit, peccatum fatetur, auxilium implorat, carcere includitur. Neq; tamen interea dæmon loco excedere; sed matutinis precibus cum summo monacharum stupore & terrore, sub larva Magdalenæ interesse, sæpè etiam alia obire munia. Monachæ larvatam Abbatissam (qvam per 12. annos pertulerant) abhorrentes, multis vix tandem precibus impetraverunt, ut cognita ex integro causa, Magdalena eœnobio excluderetur, ut sic demum præstigiæ cessarent. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Henricus Efferhen, Theologus.

1570. SCripsit historiam de Gog & Magog, & de origine ac processu regni Mahometici, & qvòd missum sit à Deo in perniciem populi Dei tanqvam flagellum, & non interiturũ, nisi cum populus Dei fuerit in ejus manus propter securitatem & scelera sua traditus: venturum autem Turcam cum Persis, Tartaris & aliis circumjacentibus, vaticinatur: & vastaturum Christianorum terras. Imp. Max. 2. Papa Pio 5.

Andreas Musculus Theologus.

SCripsit librum de Mesech, Kadar, Gog & Magog: & de magna calamitate ante finẽ mundi. Item prophetiam Domini nostri Jesu Christi de imminente Germaniæ infortunio. Item considerationes appropinqvantis ultimi judicii, de qvo etiam Andreas Osiander qvædam in lucem emisit. Imp. & Papa ut sup.

Lud. Lavaterus de præsagitio-

...ciant: gladium n. ipsorum moveri. Sunt qvi dicant, se præscire ipsum genus supplicii, qvo captivi è medio tollendi sunt.

Idem. Fuit mihi notus Parochus qvidam, vir honestus & pius, qvi grassante peste præscivit, si qvis in parochia sua moriturus esset ex peste. Noctu enim supra suum lectum sonitum audivit, ac si qvis saccum frumento plenum ex humeris super tabulatum deponeret: hæc audiens dicebat: Iterum qvidam mihi valedicit. Postqvàm illuxit, interrogavit, qvinam illa nocte obiissent, aut peste correpti essent, ut eos consolaretur & erigeret, prout bonum pastorem decet.

Jonas Philognesais.

SCripsit Practicam practicarum, hoc est, certam prædictionem in multos futuros annos. Ut suprà.

Figuræ antiqvæ mysticæ.

WOrmatiæ, in templo, qvod cathedrale vocant, reperiuntur inter alia magnifica monumenta etiam hæ qvatuor figuræ (qvæ admirandis procul dubio mysteriis non carent) incisæ in lapide: qvas placuit hic apponere.

Joannes Herburtus de Fulstin.

HIc Regni Polonici Senator scribit: veteri Pontificum constituto, novem integris septimanis incolas Poloniæ jejunium servâsse: sed ut qvintam partem omnium bonorum Ecclesiasticorum aliqvot annis persolverent, aliqvid de eo remisisse. Imper. & Papa ut sup.

Joannes Wigandus, Corvinus, & Holthuter in Eccl. Historiæ.

Innocentius cõjugium sacerdotibus interdixit: qvod ipsum certissimum argumentum est, ministrum diaboli fuisse, ipsius etiam Pauli Apostoli testimonio. Cumq; in Alsatia qvidam nobiles id impiè factum dicerent, centum eorum per suas creaturas, sangvinarios Episcopos igne combussit. Imp. & Papa ut sup.

Didascus Seravas, Samuel Budina, & alii de rebus Turcicis.

AT verò Famagustam, dum nulla affulgeret subsidiorum spes, & hostes urbi vehementer imminerent, extrema necessitate compulsi, tandem his conditionibus sese dedunt: ut Venetis salva sit vita, arma, facultates, concedanturq; eis qvinq; machinæ bellicæ, terni pulcherrimi eqvi, & in Cretam usqve tutum iter: Græcis autem liceat manere domi suæ, rebus suis frui, & Christianam colere religionem. Hæc verò

venturum,& petit ab eo, ne qvicqvam interim moleſtia afficiatur. Aſſentit Muſtapha, laudat Bragadini virtutem, jubet ſine ullo metu eum,qvandocunqve velit, ad ſe accedere.

Nihil igitur formidans Bragadinus, ſub veſperam cum multis nobilibus, & qvinqvaginta gregariis militibus venit ad tentoriam Muſtaphæ. Ibi primùm ab illo comiter accipiuntur, & cum eos aſſidere juſſiſſet, loqvitur cum eis familiariter. Deinde verò objicit Bragadino, ſed falsò tamen, qvòd durantibus induciis captivos qvoſdã ſupplicio affecerit: moxq; exiliens ſtomachabundus, jubet omnibus vincula injici, atqve ita extra tentorium productos, ipſo inſpectante, in fruſta diſcindi. Bragadino autem tertiò mandat, ut caput præcidendum porrigat: illiq; conſtanter porrigenti, aures abſcindit: mox in terram eum procumbere jubet, atqve os impurum homo impius & crudelis jactandis in Salvatorem noſtrum conviciis & blaſphemiis laxat, &, ubinam eſt, inqvit, modò Chriſtus tuus, ut opem tibi ferat?

Bragadinus tacet ad omnia. Nec enim dignus erat homo perfidus & cruentus carnifex, cui vir tantus vel verbum reſponderet. Erant tum in hoſtium caſtris etiam alii milites, & Chriſtiani plus minus trecenti, nihil ſibi à tanta perfidia metuentes. Ii omnes ſubitò qvoq; necati ſunt. Qvi jam naves conſcenderant, detenti & ſpoliati ſunt. Incidit hæc horrenda Chriſtianorum cædes in ſeptimum Auguſti diem. In arce relictus erat à Bragadino Tiepolus, Eum Muſtapha ſuſpendi juſſit. Neſtor Martinengus Comes, cum ad paucos dies hinc inde in Græcorum ædibus latuiſſet, tandem captivum ſe tradidit Turcæ cuidam, in ejus caſtris manſit, cum ei pollicitus eſſet aureos nummos qvingentos.

Decimoſeptimo Auguſti, qvi Veneris dies erat, & ſpurcis illis hominibus feſtus, producunt Bragadinum, præſente ſemper Muſtapha, ad ſingula loca urbis diruta, cogunt in ſingulis locis binas aſcendendo & deſcendendo terræ menſuras ferræ, deinde cum tranſiret Muſtapham, humum exoſculari: mox ad mare eum adducunt, & ſedi impoſitum uſq; ad antennas ſupra malum pertrahunt, ut à Chriſtianis omnibus, qvi adhuc in portu erant, conſpiceretur. Inde in forum eum reducunt, & vinctum illic vivũq; non ſine immenſo cruciatu excoriãt. At ille tantam crudelitatem fert animo invicto, & inter ipſos cruciatus objicit tyranno perfidiam: Deumq; rogat, ut ſui miſereatur, ſeq; illi commendat. Ad extremum pellem ejus à corpore detractam carnifex [illegible]

ut non ſolum preces contra eam aſſiduis gemitibus in vera Chriſti agnitione, ac pœnitentia noſtrorum peccatorum ad Deum fundere diſcamus, ſed & perfidiſſimæ ac maledictæ ſectæ Mahometanæ promiſſis minimè fidem adhibeamus, tunc fallere conantis, cum credulos invenit, ut præter hoc exemplum, & Julæ in Hungaria, anno 1566. ſimili fraude doloq; captæ, abundè teſtatur. Non eſt autem, cur admodùm mirum nobis videatur, potuiſſe Turcas, Chriſtiani nominis hoſtes infeſtiſſimos, Cyprum expugnare, cum in Famaguſtæ obſidione fuerint ſtipendiis conducti ad 80000. Janicerorum 14.000. & ſua ſponte militantium 60000. ſimul omne genꝰ hominũ 200000. Obſeſſa eſt Famaguſta dieb. ſexaginta qvinqve, intra qvos centum & qvadraginta ferrearum pilarum millia in urbem conjecta ſunt ex bombardis. Extanto verò exercitu ultra 80000. ad Famaguſtam perierunt. Ad Cypri defenſionem relicti ſunt à Muſtapha peditum 200. eqvitum 2000. Non eſt dubium, qvin more ſuo ita communituri ſint eam inſulam, ut ejus recuperandæ nulla ſpes relicta videatur.

Ordo Minorum Jeſu Mariæ, ſeu Tertiariorum. p. 875. 1571.

FRanciſcus de Paula Siculus tres Regulas, fratrum ſc. & ſororum, ac utriusq; ſexus fidelium, Tertiariorum nuncupatorum, inſtituit anno 1571. Et ut fratres ac ſorores ſui ordinis humilitatem colerent, Minimos & Minimas nominavit. A multis confirmationem acceperunt Pontificibus: ut eſt apud Surium, Genebrardum & Panvinium. Decem præcepta & verbum Dei author Ordinis fratribus ac ſororibus cumprimis laudabiliter commendavit: rara avis. A carnibus & coctis prorſus abſtinuerunt. Polyd. Veſtitus erat ex craſſo lino. Aperto capite, ac pedibus nudis incedebant.

Polydorus exclamat de tot Ordinibus loqvens his verbis: hinc cognoſcere licet, inqvit, qvàm conducibile eſſet, haſce hominum feces, tanqvam membra Chriſtianæ religionis agnata, conterere, abſcindere, cremare, ne ſuis ſordibus divini cultus nitorem, & munditiam diutius conſpurcarent. Qvia ergo Polydorus in ſuo gradu Catholicus fuit, artifici certè in ſua arte credendum eſt. Imper. Max. 2. Papa Pio 5.

Catalogus reliqvorum Ordinum Monaſticorum, de qvibus certò ſciri non poteſt, vel à qvo, aut qvando ſint inſtituti, vel qvo habitu & veſtitus genere utantur.

sint instituti, vel qvo adeò habitu, seu vestitus genere utantur: propterea verò eos non omittendos, sed hoc loco juxta ordinem alphabeticum enumerandos putavi. Sunt autem hi ferè.

Ambrosiani.

HI super tunicis albis rubeas chlamydes superinduunt: alii à superioribus.

Antoniani.

UTuntur nigro habitu cum Tau cœrulei coloris ante pectus. Antonium illum Ægyptium se imitari, jactitant. Mendicitate sua importuna, contra Antonii exemplum, hominibus sunt molestissimi: ignem Antonii continuò non contribuentibus aliqvid minantur: qvo fit, ut superstitiosi homines singuli singulis annis porcellum, qvi vulgò eis in picturis adpingitur, bene saginatum dent, ut hoc pacto gratiam eorum & preces ad Deum promereantur, tutiq; sint ab illorum diris. Vid. Seb. Franck in Chron. fol. 468.

De Armenia fratres, qvorum meminit Balæus Centuria 4. de Script. Britan. cap. 26. in Appen. & in Angliam eos primò venisse ibi indicat Anno Christi 1258.

De Avis Ordo Eqvestris.

Batutini monachi, qvorum mentio fit in Bruto fulmine.

Bonæ voluntatis, seu de Communi vita fratres.

Bursfeldenses sunt de reformatis ordinis Benedictini.

Canonici regulares alii à superioribus, qvi præter scapulare album, tegumen totum colore pro arbitrio utuntur.

Capellanorum Ordo.

p.872.

UTitur vestitu partim atro, partim cœruleo, partim pullo: cucullionem gestat, qvalem rusticis usui esse in Germania videmus. Franciscus Modius sic de iis canit:

Ordo Capellanus pullumqve atrumqve colorem
Cæruleo miscens, membra tegenda tegat.
Qvo sibi qvid sacra turba velit, si nosse laboras:
Vilis (ait) color est, vilia membra sumus.
Conveniens ergo est habitus spernentibus omnem
Ornatum, blandis aptaq; deliciis, &c.

tionis, seu Charitatis, sive etiam Misericordiæ fratres vel sodales, qvòd morbis affectos vivere, mortuosqve efferre soleant. Interiùs linteam vestem atri coloris, exteriùs fuligineam gestant. Hos originem suam falsò ad Apostolica referentes tempora, sæpe ad nihilum propè redactos, alii subinde atqve alii restaurârunt: Franc. Modio auctore, qvi etiam hunc in modum de iis canit:

Cepimus in cellis nomen, qvia semper, in illis
Nostra ægris gnavè cura, laborq; vacant.
Qvos adeò haud timidè nostri est accedere amoris,
Ut neqve mors telis nos fuget ipsa suis.
Illa licet regnet per rura, per oppida victrix,
Sternat & infami corpora cuncta lue:
Nos tamen intrepidi morientum claudimus ipsa
Lumina, & hîc facili contumulamus humo.

Chalomeriani.

IN horum palliis albis crux item alba signata est.

Clavigeri.

p.873

HI originem suam referunt ad D. Petrum: gerunt in nigro cucullione geminas claves, qva tessera significare volunt, se potestatem habere claudendi & aperiendi regnum cœlorum. Seb. Franck in Chron. fol. 480. Incertum est, qvando & à qvo institutus sit hic Ordo, nihil enim de eo, qvod eqvidem sciam, in Sigisberto, Volaterano, Sabellico, Polydoro Virgilio, aliisq; historiarum auctoribus reperitur.

Constantinopolitani Milites.

SIc dicti à loco, in qvo Ordo eorum originem sumsit: utuntur veste viridi, & rubra chlamyde, gestantqve in pectore duarum crucium imagines, qvarum una alteri implicita est, qvasqve flavi alii, alii cœrulei coloris prædicant. Eadem incertitudo de habitu illorum est: sunt enim, qvi, contrà qvàm modò diximus, chlamydem hanc familiam viridem, interiorem vestitum rubricolorem habuisse, asserant: ut Franciscus Modius testatur.

Cruciferi.

DIscrepant hi à superioribus: incedunt incurvi, aperto ac demisso capite, nudis pedibus, induti chlamyde alba funeaccincta, & gestant in manibus parvam ligneam crucem: nunqvam aut rarò loqvuntur. Sebast. Franck in Chronic. fol.

Terra torus nobis semper, nec nota voluptas
Est plumæ, molles efficit illa viros.
Sed neqve, qvàm lectum, cura potiore culinam
Instruimus: nimiam fons levat usqve sitim.
Delitias alii media sectentur in aula:
Nobis rura inter sobria vita placet.

Crucis fratres. Nigro amiciuntur pallio sine cucullo, & crucem ante pectus gestant.

Crucis stellatores. Hi nigra toga & cucullo concolore utuntur, cui est assuta crux stellata. Cruce significant, se carnem suam crucifixisse: stella verò, se cum Christo sepultos esse. Franck lib. 4. Chronici.

Forficenses seu Forficiferi Schärbrüder.

UTuntur pallio & cucullo albo: & pallio qvidem forfex affixa est: qvo insigni videntur indicare velle, se tentationes & affectus pravos carnis qvasi forfice resecasse. Sartores, qvi forfice utuntur, maximè, hunc Ordinem instituisse videntur. Seb. Franck lib. 4. Chron.

Genettæ Ordo Eqvestris institutus à Carolo Martello: Pontus Heuterus lib. 4. Burgundicarum rerum.

S. Gertrudis moniales, qvæ utuntur vestitu atro, & carbaso concolore.

Helenæ fratres.

HI gloriantur, se ab Helena Constantini M. matre post inventionem Dominicæ crucis institutos sub Sylvestro 1. Rom. Pontifice: donatiq; sunt veste alba, & in ea cruce crocei coloris. Sebast. Franck libr. 4. Chron.

De Hispania fratres cucullam habent omnibus ferè Monachis dissimilem.

Histricis Ordo Eqvestris, sic dictus ab insigni, qvo ornabantur ejus eqvites, instituitur à Ludovico Duce Aurelianensi, fratre Regis Galliæ, Carol. 6.

Hospitalarii.

HI dicunt, se ab Higino Pontifice institutos, qvi primus certis ceremoniis hospitia hinc inde, sive ægris, sive peregrinis. sive deniqve utrisq; extructa, dedicari voluit, præfecto cuiqve uno, qvi ejus Herus seu Magister diceretur, & habitu nigro amiciretur. Franc. Modius. Seb. Franck fol. 481.

D Jacobi fratres.

PUllo vel griseo vestitu utuntur, cum appensa cochlea. Franck lib. 4. fol. 478. indicat, in Anglia ad Divum Jacobum hunc Ordinem incepisse.

HI rubeo vestitu per totum utuntur, & in eo ante pectus calicem habent pictum. Seb. Franck f. 479.

Josaphati vallis Ordo à moniali qvadam institutus est: sed incertum, qvando. Utitur veste rubea, nisi qvòd cucullionem Benedictino simillimum gerit. Hic Ordo Judices constituit in causis matrimonialibus, ad qvos confugere solent illæ, qvas pudicitiæ ipsarum expugnatores uxores ducere recusant: Francisco Modio teste, qvi etiam de iis ita canit:

Purpureo qvaqvà membra inducuntur amictu:
Qvi solis nobis penè tributus honor.
Cumqve aliis Monachis vetitum sit vestibus uti,
Commendat rubeus qvas tyrinve color:
Qvod vetitum est aliis Monachis, nobis licet unis:
Gratia qvæ tanti signa favoris habet?
Soli etiam erepto ut dicamus jura pudori,
Litiget & nostro fœmina læsa foro.

Josephi Ordo in honorem Josephi putativi patris Christi institutus est. Utitur vestitu cinericio, & cucullione candido: sed qvando cœperit, non magis habeo dicere, qvàm qvo authore cœperit. Sebast. Franck lib. 4. Chron. & Franc. Modius.

De Labanda Milites.

Lazari seu Magdalenæ Ordo.

QVo anno aut institutore cœperit, ignoratur: illud tamen palàm est, duo in genera eum dividi, qvorum alii vocentur Contemplativi, incedantq; interiùs atri, exteriùs candidi, & utantur communi cibo. Alii Activi, betico colore gaudentes, & solis bulbis, oleribus, aliisqve terrestribus & inemtis victitantes. Franciscus Modius. Stumpfius in Chronicis testatur, insigne Ordinis hujus esse viridem crucem in atro pallio, cum cucullione seu velo capitis, pauca sunt hujus Ordinis monasteria. Felix Schmid in suo Itinerario Hierosolymitano testatur, se in itinere illo longissimo unicum tantùm monasterium hujus Ordinis invenisse. Fuit etiam aliud non procul ab urbe Tigurina, qvod vocârunt das Gfänn.

Livonchlenii, de qvibus præter nomen nihil aliud invenire potui.

S. Mariæ monialium Ordo de decem virtutibus, exortus est nostra memoria, & mira colorum varietate insanit. Habent enim velum nigrum, tunicam albam, scapulare rubeum, cinericiam chlamydem, capelletum, qvod vocant, decies tantummodò repetitæ salutationis an-

pallium atri coloris, instar Carmelitæ, instituitur anno 1304. Vide Francum fol. 479. Chron.

Mariæ Conceptionis Ordo.

Martyrum fratres. Hi tertio anno administrationis Petri Teukesbury, Minoritarum in Anglia Provincialis Ministri, in Angliam venerunt. Author eorum fuit Martinus qvidam, qvi Parisiis qvasi fatuus nobilium Germanorum fuit, ibi literis operam navantium. Refert ex Thoma Eckleſtono Balæus in Append. 2. Centuræ 4. cap. 82. Script. Britan.

Maturini, qvorum fit mentio in Bruto fulmine.

Mensæ orbicularis versatilisqve, seu de Rotunda tabula, eqvestris Ordo, institutus est ab Arthusio Britanno. Pont. Heurerus lib. 4. Burgundicarum rerum.

Pauperes Voluntarii.

DE his vide Franckum fol. 479. b. De illorum institutis ac genere vitæ Franciscus Modius ita canit:

Non ulli studio scelerata pecunia tanto
Qveritur, & census divitioris opes:
Qvanto omnes gazas, irritamenta malorum,
Nostra (nec immeritò) provida cura fugit.
Ingens thesaurus nimirum ultronea nobis
Paupertas, & opes maximæ habere nihil.
De reliqvo magna est nudo per rura voluptas
Ire pede, & sanctæ huic oscula ferre cruci.

S. Petri de Corbulo Ordo.

S. Petri in Schunbach prope Tubingam Ordo: de qvo Seb. Franck in Chron. fol. 480. & Wil. Bidenbach sub anno 1569.

Purgatorialium Ordo.

NOn ita vetus dicitur, sed nuper adeò exortus, gestatqve in pectorali crucem rubeam. De iis idem Franc. Modius in hunc modum canit:

Candida sint aliis, sint pullave pallia: nobis,
Qvi medius color est inter vtrumq́, placet.
Intertexta cui clamat crux rubra colori: (mei.
Este, homines, memores tempus in omne
Hæcq́, adeò causa ipsa fuit, purgantibus ultrò
A flammis qvòd nos nomen habere juvat.
Purgati ritè hîc, ut non subeamus in ævum
Tartareo ardentes sulphure & igne lacus.

Ordo Rebattinorum Militum.

P. 877. HI ex reliqviis veterum expeditionum in Africa remanserunt, & ob virtutem in honore habiti, uxores duxerunt, & nihil intereunte sobole & disciplina, extra meri-

civdant; nec inde per totam reliqvam vitam egrediantur, sic pœnitentiam de peccatis commissis agentes.

S. Ruffi Ordo institutus per Galliam, Germaniam, & Italiam, anno 1100. à qvodam Ruffo: hujus fratres, ut Canonici Regulares, lineo indusio scapulare superinduunt: & cucullionem atri coloris.

Monacha vel Sacerdos libera.

VIvit hæc suo de sumtu, habetq; potestatem nubendi, si velit.

Scalæ Dei Ordo: scripsit ad hos ante annos 300. Arnoldus de Nova villa de mysterio Cymbalorum Ecclesiæ.

Sclavoniani.

DE horum Ordine Franciscus Modius sic cecinit:

Nos qvoqve (qvod paucis fas est) vestimur amictu
Sanguineo, & rubri purpureiq́, sumus.
Sclavorum & nomen nobis aptavimus, illis
Pandere qvòd Christi cœpimus ore fidem.

Ex Scotia fratres. P. 878.

VIridi amictu per totum utuntur; cujus habitus Franciscus Modius rationem reddens ita canit:

Si viridem in nobis qvis demirare colorem?
Hic, reputa, gratus qvàm sit ubiq́, color.
Gramine vestiri campos viridante, videmus,
Arboribus vires vere redire comas.
Ergo nos etiam memores, nos graminis instar
Florere, & parva posse perire mora:
Excidat ut nunqvam nobis hoc fortè, virorem
In vestitu ipso semper habere juvat.

S. Sophiæ sive Gratiæ Ordo.

HIc albatus magna cruce rubea signat pectus.

Ordo Specularіorum.

SIc à speculo, qvod gestare solenne habet, dictus: interiore vestitu ater est, exteriore candidus; cruce item, sed nigra, pectus muniens; qvo tempore & à qvo inventus, incertum est. Franciscus Modius de habitu illorum sic canit:

A speculis trahimus nomen, gerimusq́, per urbes
Pallia, qvæ sunt qvam lilia pura magis.
Nupera nec res nos, ut se multi esse fatentur,
Sed potiùs priscis annumeranda sumus.

Exorti sunt hi Monachi primùm in Italia. Vid. Seb Franck in Chron. fol. 481.

p.879. * ## Ordo Stellatorum.

DUplex hic est: alii enim habent togam nigram cum cucullione concolere: alii pallio (sine cucullione) vel atro vel rubeo indifferentes utuntur: utriqve tamen suis vestibus stellas affixas gestant. Vide Franckum fol. 478. a. & b.

S. Thomæ milites.

Ordo Vespillonum.

* TUnica linea utitur, cucullione & pallio atri coloris; mortuos effert.

De viridi valle fratres: eorum meminit Balæus in Appendice Centuriæ 4. cap. 26. ubi dicit, eos primò in Angliam venisse anno Domini 1258.

Valetudinario-servientium Ordo.

* Fœmineus est, & atro vestitu utitur.

p.880. * ## Ungaricus eqves.

DE hoc Franciscus Mottius ita canit:

Sangvineo tunica est, rubro chlamys inde colore:
Qvas gerere Ungarico ex Ordine gaudet eqves.
Insigne est viridis, qvam malunt candidam & atram,
Crux, alii, in leve ut parte videre potes.

* ## Ordo Wenceslaitarum.

HIc qvando & à qvo initium habuerit, ab historicis in incerto relinqvitur: illudq; de illis solummodò reperitur, albo eos vestitu incedere: & cucullione ferè ad eam formam, qva sunt tegumenta capitis, qvibus Franciscis mulieribus nobilibus uti mos, Francisco Modio teste.

Zambonitæ, qvi & Boni fratres, exoriuntur anno Domini 1190. Vide Seb. Franck in Chron. fol. 471.

Zupfonnæ in Concilio generali Lugdunensi anno 1273. habito abrogantur. Fuit genus sacratarum fœminarum. Inde fortassis nomen hoc habuerunt, qvòd non, ut reliqvæ moniales, comam seu capillos und die Zupffen detonderent, sed juxta morem aliarum mulierum retinerent. Meminit earum Aventinus lib. 7. Annalium.

Hisce sic Ordinibus finem faciemus. Ne autem videamur Fraternitatum, qvæ (juxta Hospinianum) monstrum sunt ex Monachis & laicis, nullam omninò mentionem fecisse; sciat Lector, illas ex eo initium cepisse, qvòd, cum multi devoti seculares habitum & regulam per omnia religionum seu Ordinis alicujus habere summopere expectarent; tum Societates & Fraternitates instituerint. Extant harum fraternitatũ literæ plurimæ. Vidi inter multas unam, qvam Doctiss. Theologus D. Heerbrandus edidit, plenam impietatis & idolomaniæ, ut mirum sit, qvòd nec dum in tanta Evangelii luce illos suarum ineptiarum pudeat. Papistæ originem ad Apostolos rejiciunt, Polydorus ad Romanorum sodalitia: unde Sodales Augustinales ap. Tranqvillum & Antoniani sodales apud Julium Capitolinum dicuntur. Et olim Arvalium fuisse collegium à Romulo (sic ferè semper Papistæ redolent gentilia) constitutum, illumqve duodecimum fratrem, ex Plinio constat.

Enumerantur ab historicis Fraternitates & S. Annæ, S. Sebastiani, S. Rochi, S. Hubreti, S. Coronæ, S. Bovis. Vestitu utuntur qvidam nigro, qvidam albo. Est & Senis fraternitas Disciplinatorum B. Mariæ Virginis. Surius & Hosp. & alii.

Turca inimicus simul & amicus. 1571.

ANno supra sesqvimillesimum septuagesimo primo Turca occupavit Famagustam urbem, & Insulam Cypri: & tamen mansit amicus & confœderatus Venetorũ, qvorum imperio Cyprius parebat. V.S.

Tilemannus Heshusius. p.881. 1572.

HIc librum edidit hoc tempore seqventi titulo: sexcenti errores pleni blasphemiis in Deum, qvos Romana Pontificia Ecclesia contra Dei verbum furenter defendit: ut apud eum.

De Martino Luthero narrat, eum, cum anno 37. ex conventu Schmalcaldico discederet, amicis his verbis valedixisse, impleat vos Deus benedictione sua, & odio Papæ: & D. Pontano Cancellario per ministrum nunciari jussit, se precari ei omnia felicia: & inprimis, ut disceret nosse Papam. Mirantur autem homines, inqvit deinde Heshusius, Politici novum & inusitatum genus salutationis, ac suspicantur, illud ex qvadam animi intemperie, & privato erga Papam odio profectum esse. Sed revera magnus ille vir Lutherus gravissimas habuit voti sui causas: ut magna luce spiritus sancti & singulari zelo pietatis præditus fuit, ita propiùs ille qvàm alii vel Theologi vel Politici adspexit abominanda idola, nefandos errores, & immanem blasphemiarum molem, qvam Papatus circumfert & obtrudit mundo: attentiùs vir ille expendit ineffabilem iram Dei, qvæ permisit Antichristo, tanta vi mendaciorum, tantaq; carnificina conscientiarum grassari in mundo, ut hoc modo contemtus Evangelii puniatur. Hæc ille.

mendacio.

1572. AB initio in omnibus Carolstadius cum Luthero sensit, sed cum Lutherus in arce Wartburg occultaretur, propter Imp. & Pontificis proscriptionem, Carolstadius ex ambitione putans, se clarum nomen præ Luthero, de Papatu dejectu atq; destructo adipisci posse, plebe concitata Witebergæ, in imagines impetum facit, & illas ex Ecclesia ejicit & confringit. Sed & Missam ac Jus Civile; dicens, juxta legem Mosaicam in foro apud Christianos jus dicendum, abolet.

Propter hanc causam Lutherus, ne suæ Ecclesiæ deesset, Witebergam rediens, Carolstadium de turbata Ecclesia graviter reprehendit. Statuas primùm ex corde esse removendas, populumq; docendum, sola fide nos placere Deo, statuis nihil profici, hoc modo rectè informatis animis, nullum subesse periculum amplius ne qvid noceant: si verò tollendæ sint, id ad Magistratum, non privatos pertinere.

Carolstadius iratus, ne idem qvod Lutherus, sed plus etiam sapere videretur, ut alia via illustre nomen præ Luthero acqviret, primus litem de Cœna Domini movet, & se conjungit Anabaptistis, & illis, qvi divinas revelationes jactabant, & reformationem Ecclesiæ non solùm verbis, sed etiam armis aggrediendam dicebant. Hac de causa Sax. Princeps illum de finibus suis ejecit. Interim cum Svvenckfeldio etiam clanculũ cõsusurrat, missis literis, qvæ sunt impressæ.

Cœpit ergò solus Lutherus in Saxonia Papæ resistere anno 1517. & totius orbis (sunt verba Sleidani in præfatione) odium ac impetum unus tantùm homo sustinuit. Glacie perfracta à Luthero Zinglius (qvod tamen non nisi toto biennio pòst demum factum fuit, anno 1519.) in Helvetia, lectis libris Lutheri, idem tentavit.

Carolstadius tandem, cum in Saxonia locum nullum haberet, Ministris Anabaptisticis Rotenburgi ad Tuberim se conjungit. Hi cum capitis supplicio afficerentur, & civibus seditiosis oculi eruerentur; eadẽ pœna dignus, ex muro demissus evadit; & ad Helvetios Tigurum profectus est, ubi initiũ faciens, Zinglium & Oecolampadium secũ produxit in aciem. Nam & hi, ne discipuli Lutheri, & omnia à Luthero hausisse viderentur, mera ambitione ducti, omnes tres, ut olim Core, Dathan & Abiron, insurrexerunt contra Moysem servum fidelem Domini, Luthero obstiterunt. Nihil enim Zinglius de cœna ante adventum Carolstadii tentat,

Consulem steterit, rursumq; egressum, domum Carolstadii intrasse, ubi filium solum domi remanentem, manibus in altum levarit, qvasi in terram illisurus: Sed cum nihil ei damni inferret, saltem hoc jusserit suo parenti renunciare; se post triduum redituru̇m, & ipsum ablaturum. A concione Carlstadius interrogat Consulem, qvisnam ille grandis vir fuerit, qvi in templo prope ipsum constitisset? At is respondet, se neminem vidisse. Domum itaq; veniens, accepto nuncio, qvod spectrum sibi renunciari jusserat, maximis terroribus correptus, post triduum expirat. Idem & Schlisselburgius, atq; alii plures. Imp. Max. 2. Pp. Pio 5.

Idem Wigandus de sede Antichristi sub Lutheranismo. Nihil jam differemus de iis, qvi ut semper habuerunt Antichristi characteres, ita indesinenter eos qvoq; retinent & augent: neq; de illis, qvi palàm & apertè ad Antichristum se rursus contulerunt, abnegata veritate, qvam cognoverant: tantùm verò cum gemitu & dolore inspiciamus eos, qvi simul in verâ Dei Ecclesiâ, ab Antichristi sordibus liberatâ, versantur, ac simul homini peccati & filio perditionis non parvam locârunt, vel etiamnum locant operam.

Primùm enim plurimi vigiles, seu doctores in Ecclesiâ Christi, doctrinam de Antichristo ab obitu Lutheri alto silentio sepelierunt, imò penitus obliti sunt. Nam in concionibus, in libris editis Antichristi nullam jam diu fecerunt ampliùs mentionem. p. 881. Nõ auditæ sunt illæ voces; exite, fugite, excecramini. Sed ô vos dormitantes vigiles, qvi incendio publico patimini omnia absumi! ô negligentes! ô infideles! ô crudeles pastores! ô canes muti! qvi lupo intra oville grassante, pacem & tranqvillitatem somniatis, & ovibus qvoq; vestris Pacem securitatemqve pollicemini! Hac enim oblivione, torpore, & malitiâ vestrâ, Antichristus robur ingens rursum sumsit, viresq; antea prostratas recuperavit, & plurimas oviculas Christi, vestræ fidei commissas, nihil metuentes incautasq; devoravit.

Alii non tantùm obliti sunt revelationis Antichristi, sed insuper etiã in eum rursus pingere, ac cõmendare sunt conati. Hinc illæ voces: utile esse, ut unus aliqvis toti Ecclesiæ dominetur, ad prohibenda schismata & hæreses. Non oppugnandũ esse primatũ Papæ, relinqvendam eminentiã ac dignitatem Episcopis, notis Antichristi Romani insignitis, eiq; diris execrationibus adstrictis: ac optandum esse, ut eis maneat inviolata,

monialarum Antichristi, non habita ratione, qvòd justis de causis abrogatæ priùs sint, recipiant Ecclesiæ Christi, etiam sub pœnâ expulsionis, captivitatis, & aliorum supplicíorum, qvi detrectant. Scilicet nihil referre, etiamsi sponsa Christi sit ornata ornamentis Babylonica meretricis. Ratio est: qvia hoc pacto redimi possit à persecutoribus pax & securitas: imò qvia etiam amplæ divitiæ, dignitates, & similia præmia isto qvasi aucupio accipiantur.

Insuper hisce proximis aliqvot annis plus qvàm Cainico & diabolico odio persecuti sunt plurimi doctores Ecclesiæ miseros illos homines, qvi durissimis & periculosissimis temporibus INTERIM vociferati sunt; exeundum esse ab Antichristo; non ingrediendum aut redeundum ad eum; abjiciendas esse ejus notas, non recipiendas: virginitatem sponsæ Christi retinendam, non prostituendam; Confessionẽ Augustanæ exhibitam Imperio Romano conservandam, non abjiciendam. Hinc adhuc qvidam pro catharmatis ac pestibus orbis terrarum eos infectantur, conspurcant, damnant, & omnium hominum animos atqve gladios adversus ipsos excitant: qvi docent, peccata cum Antichristo turpiter commissa, agnoscenda & deprecanda, iramq; Dei & pœnas tantis sceleribus debitam expiandà, & publicum scandalum publicâ pœnitentiâ sanandum & avertendum esse. Alii penitus in omnia qvasi oculis capti abiverunt, imò etiam excusârunt, defenderunt, propagârunt.

Deinde & multi politici homines variè post Lutheri obitum Antichristi partes egerunt. Nam alii simul cum Doctoribus Ecclesiarum in hoc incubuerunt summo studio, ut cessione in dogmatibus ac ceremoniis aliqva conciliatio iniretur cum Antichristo, hoc est, grege Papistico, ne premerentur cruce Christi, neve corporalia bona in discrimen aliqvod venirent. Idcò qvidam INTERIM crassè & apertè, qvidam verò aliqvas ejus partes moliti sunt instituere. Exempla non sunt ignota.

Alii verò Adiaphorici pallii latitudine, altitudine, profunditate freti, etiam ausi sunt coram ipsâ Bestiâ Babilonica genu flectere, ei jurare, qvòd Cœna Domini non sint usi in utraq; (ut vocatur) specie, seu Lutheranorum more; tantùm ut regna hujus mundi & gloriam ejus, ut Matth. 4. extat consequerentur: nec pudet dicere, nihilominus veræ se doctrinæ Evangelicæ addictissimos esse. Imò si pallia, si aliæ dignitates ab Antichristo ingenti argenti vel auri pondere emtæ sunt: consuetudine aliorum sese excusare ac peccatum tam tetrum ira-

nes ejusmodi sceleribus contaminentur & impleantur, id verò nolunt pro vitio haberi, propter qvod Deus irascitur, & puniturus est id æternis cruciatibus in inferno, nisi matura ac seria agatur pœnitentia. Nec desunt talibus sui eruditi parasiti, qvi omnia excusent ac tueantur.

Post hæc addit hic autor qvædã de Adiaphorici pallii fructibus, de qvibus ap. eum

Aiii Antichristo portas portulasq; aperiunt, areas purgant & muniũt, ut intra suas regiones, intra civitates & mœnia, Monachi, Canonici, sacrificí, sua regna cum septem pejoribus cacodæmonibus redeuntes recuperent: boatibus plusqvàm Baaliticis nomine Dei abutantur: sanctos invocent: Christũ qvi nos pretioso sangvine redemit Missis & aliis blasphemiis horribiliter crucifigant: tot instituant lupanaria, qvot domos incolunt: polluant Ecclesiam Dei: oves Christi mactent: matronas & puellas innumeris artibus circumventas contaminent, & ad mores suos etiam vicinos conforment: irã Dei, pœnas & interitum etiam in propinqvo habitantibus accersant & accumulent, idq; tali opinione, qvòd Antichristo in suo nido libertas sua sit reliqvenda: non esse tantũ ab ipso incommodi, ut stoici qvidam ministri verbi Dei odiosè vociferantur: imò pacem, tranqvillitatẽ, occasionẽ diteſcendi ex ipsis Antichristi ministris offerri, qvia vino & frumento, ut inq. Psalm 9, abundant. Deum etiã dispensaturũ cum illis, qvi bono studio Antichristi membra fovent, & ad scelera eorũ atrocissima connivent. Esse ipsos etiam Baalitas & Sodomitas dominos; nec turbandos, etiamsi oves Christi trucident. Reliqvus v. popusus suorum ducum exempla imitatur, ut nimirum verè dicitur: Scilicet in vulgus manant exempla regentum. Gaudet enim vulgus hominum, sibi occasionem contemnendi veram religionem liberè fruendi voluptatibus cum sponsis illis penelopes, & deniq; emendi ac vendendi opportunitatẽ datam esse. Nam uberiores fructus ex grege illo Papistico, ignavo, ocioso, luxu perdito, & omnis generis opibus affluente, sperant & accipiunt, qvàm ex aliis piis, frugaliter & honestè viventibus. Eamq; ob causam Antichristi mancipiis blandiuntur, beneficia expetunt, obsequia promittunt, & deniqve contra fratres suos, imò & contra Ecclesiæ ministros, ac deniq; contra propriam patriam & publicum bonum militant.

Hæc tam sunt manifesta, ut nefas sit negare p. 883.
Qvid a. omnia portendant: omnes pii facilè agnoscunt: nempe infinitâ apostandi & cum Antichristo scortãdi licentiâ, ac deniq; ejus-

DEscribit ille vitam, mores, res gestas, virtutes & vitia Albani Ducis: Hic autem, qvaliter turbato Belgico in Hispaniam redire cupiens, regale trophæum priùs sibi erexerit. Abitum verò parans, inqvit Meteranus, ad perpetuam rei memoriam, in medio castri, qvod Antvverpiæ exædificârat, trophæum, statuam scilicet æneam supra stylobatam lapidis cœrulei, adscensu duorum aut trium graduum, sibi erigi curat: hæc autem artificiosissimè facta, conflataq; fuit à Jongelingho, ex æneis aliqvot tormentis, Ludovico Comiti, prælio Jeminghensi in Frisia ereptis: longitudine & forma Albano persimilis.

Stabat hic fusilis Dux prorsus armatus ac cataphractus, capite nudo, brachio dextro versus urbem Antvverpiam extenso, tanqvã reconciliator, ostendens iñuensq;, se omnia superasse ac devicisse. Statuæ duæ æneæ sub pedibus prostratæ designabant (Aria Montano interprete) Belgii duos Ordines, Nobilitatem videlicet & populum, sive civitates, Ecclesiasticis integris servatis: habebant duæ hæ statuæ brachia plurima, tenebantq; manibus supplices libellos, crumenas, malleos, fractas secures, & faces, qvibus omnia, qvæ demoliti fuerant, designabantur: pendebant ab auriculis scutellæ geusiorum sive mendicorum, & à collo pera, unde serpentes & colubri prorepebant: aderant & harvæ, qvibus falsitas, malitia, avaritia & mendicitas notabantur. Anteriori stylobatæ lapideæ parti insculptum fuit: *Ferdinando Alvarez à Toledo, Albæ Duci, Philippi 2. Hispaniarum apud Belgas Præfecto; qvod, extincta seditione, Rebellibus pulsis, Religione procurata, Justitia culta, provinciis pacem firmârit, Regis optimi ministro fidelissimo positum.*

A dextro stylobatæ latere opilio placidè cum ovibus ad pascua tendit, lupi & leones fugiunt, bubones vespertilionesq; avolant, aurora surgente, malaq; suo fulgore discutient: cum inscriptione; ἀλεξίκακος ἠὼς, Aurora averruncans mala: huic autem Auroræ Albanus seipsum comparabat: à sinistro ara & thymiama hac inscriptione: *Deo Patrum nostrorum*: inferiùs *Pietas*: his addita trophæa, victoriæ signa, arma instrumentaq; bellica.

Erant autem hujusmodi simulacra duo: qvorum alterum, qvod in Hispaniam mittere statuerat Albanus, tertio aut qvarto post anno, Commendatore majore Belgium gubernante, amotum fuit.

Horrenda gloria ejusdem

carnificis manu, exceptis iis, qvos acies bellica devorasset: item, plus qvàm octo donnas auri per ipsum rediisse in ærarium Regis ex confiscatione fortunarum Lutheranorum: & sic crevisse Regis redditus. Item, se, cum vidisset, Belgas nimis esse divites, & potentia valdè auctos, ab eis exegisse decimum qvenq; de bonis suis nummum: viceſimumq; devenditis mobilibus: centesimum autem de immobilibus: & de universa summa tantùm centesimum nummum annuatim feciſſe ad 1200000. 12. i. aurei donnas. Idem oppidanos & alios, qvibus interdum vitæ salutem pollicebatur, qvò se dederent, perire finebat fame, dicens; se vitam, non victum debere eis. Item Infantes Reformatorum rebaptizari jussit. Meteranus Imper. 119. Max. itidem. 2. Pp. 232, Pio 5.

DISCURSUS DE FUTURA, & sperata victoria contra Turcam: è sacris Prophetis, aliisq; vaticiniis, prodigiis, & prognosticis depromtus, ac noviter in lucem datus per Johannem Baptistam Nazarum Brixiensem, lingva Italica, typis Venetianis Sigismundi Bordognæ; Latinè redditus per Theosophiæ studiosum qvendam virum. p. 884. 1572.

Unio conspirat sancta, incursura colubrum.

Ad Magnificam & Inclytam urbem Brixiam NUNCUPATORIA.

FEliciorem constellationem & influxum cœlestem nec habere potuisti, nec etiam desiderare (honorata & magnifica urbs, patria mea dilecta) qvàm illum, qvi, merito bonitatis divinæ, nunc tibi favet, teqve regit: concessis tibi uno eodemq; tempore, vigilantiâ tam pii & clementissimi pastoris, patrisqve spiritualis, Reverendissimi Episcopi Dominici Bolani: & recta sapientissimaqve gubernatione duorum Illustrissimorum Clarissimorumqve Rectorum, Antonii Bragadini Prætoris, Danielis Foscarini Capitanei; qvi, ut Patroni & domini humanissimi, imò potiùs ut boni benevoliqve patres, semper tibi faciles ac supra modum benigni fuerunt; qvemadmodum & integritate sapientia-

damqve promtiſſimorum: nec non Dn. Carolo Duco, militùm præfecto, ſimiliter à te electo, viro religionis & Chriſtiani zeli, cum magnanimitate ac fortitudine copulati, pleno, unà cum exercitatis Centurionibus, militibus, civibus ac popularibus tuis: ut cum majore ſecuritate ac confidentia te in debito illuſtriſſimis noſtris dominis ſervitio eò alacriorem gereres: idqve cum æterna fidelitatis tuæ laude, famaqve nominis illorum immortali.

Unde & ego me, qvoad licet, fidelem benevolumq; civem exhibiturus, præſentem collegi diſcurſum, ac ſub tuo felici nomine imprimi curavi: qvò, deſtinata contra perfidum Tyrannum victoria qvaſi præmonſtrata, unusqvisq; animo ac ſpecertæ indubitatæq; victoriæ erigi poſſet, viribusq; invicem ac fortitudine cum magnanimitate conjunctis, magno cum totius Chriſtianitatis triumpho honorificus victorioſusq; ſeqveretur effectus. Primo die Maji, anno 1570.

Fidelissimus tuus Civis

Johannes Baptiſta Nazarus.

Cur ad tantam majeſtatem pervenerit Turca, ſecundum ſacros Prophetas, Eſaiam, Micheam, Habacuc, & alios, &c.

TAntum creverat iniqvitas inter majores noſtros, imò tantus erat eorum faſtus, ſuperbia, iniqvitas, & impietas, ut ad divinam perveniens majeſtatem, eam ad iram commoverit: unde volens (ut æqvum erat) punire dicta peccata iniqvitatis patrum in filiis, in tertiam & qvartam generationem, dixit per os Oſeæ prophetæ cap. 4. Audite, filii Iſraël, vocem Domini, qvòd judicium eſt Domino cum habitantibus terram. Proinde eventus docuit, qvòd cœtus Chriſtianus jam olim, ferè 838. annis primum flagello Saracenorum, deinde Mahumetica perſecutione iram Domini paſſus eſt.

Qvamobrem dici poteſt illud apud Micheam cap. 6. Audite montes, ac fortia terræ fundamenta, judicium Domini, qvia judicium eſt Domino cum populo ſuo: qvandoqvidem Mahumetici in hunc uſqve diem, ac Selim Sultan, ultimus (ut ego ſpero) Turcarum Imperator, manibus Chriſtianorum eripuerunt Bithyniam, Cappadociam, Lyciam, Armeniam majorem & minorem, Cariam, Lydiam, Paphlagoniam, Phrygiam, Pontum, Pamphiliam, Galatiam, & in ſumma minorem Aſiam univerſam [Turci- deoqve Achaja, Attica, tota Thracia cum imperio Conſtantinopolitano, Beotia, Ætolia, Peloponneſo, Morea, Epiro, Macedonia, Albania potitus, ſuperatoqve Bulgariæ, Boſniæ, Serviæ, Ruſſiæ, Rhodi, Nigropontis, Belgradi, totiusqve ferè Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Poloniæ, Ungariæ, & Syriæ regnis; nec dum imperii ſatur, cuperet inſuper Germaniam, Italiam, Galliam, & Hiſpaniam invadere.

Et in hunc modum perfidus iſte eò devenit potentiæ, ut; reliqvis Chriſtianis inſolenter minitando, ſe faciat appellari Imperatorem Imperatorum, Regem Regum, dominum dominorum, & dominum Paradyſi terreſtris, atqve Hieroſolymæ, Principem principum, & ſubjugatorem Tartariæ, Perſiæ, Indiarum, & magni Cairi: ut inſignis profectò fuerit ira Domini adverſus miſeros nos Chriſtianos, qvi permiſit, ut Turca tot Epiſcopatus, totqve Eccleſias è manibus Chriſtianorum extorſerit, &, qvod majoris eſt momenti, ipſam qvoqve Terram ſanctam, ubi Chriſtus ſacroſanctum ſuum effudit ſanguinem. Et hoc qvidem aliunde non poteſt proficiſci, qvàm qvòd Chriſtiani non timuêre Deum, ut Samuel dicit 1. Regum 10. Et vos hodie contemſiſtis Deum veſtrum, qvi vos liberat ab omnibus malis. Et paulò pòſt; contemsère, inqvit, cum, neqve afferunt ei donaria. David in 7. Pſal. Si vos non converteritis, neq; obſet vaveritis ejus præcepta, jam evaginavit gladium, & intendit arcum, &c. p. 885.

Qvo ſignificatur, qvod propter enormia Chriſtianorum peccata miſſus ſit Turca, qvem aſſimilare, imò nuncupare poſſumus Aſſur, de qvo dixit Dominus per Eſaiam cap. 10. O Aſſur, virga furoris mei, & illa ipſa virga, &c. Pergit Dominus per Hierem. cap. 5. Ecce ego adducam ſupra vos gentem longinqvam, gentem robuſtam, gentem antiqvam, &c. Et iterum pergit Dominus, dicendo per Habacuc cap. 1. Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, &c.

Nec abſurdum eſt, dicere; qvòd per Satanæ à catenis liberationem, poſt mille annos ab Angelo factam, intelligi poſſit Ottomannorum Mahometicorum adventus. Unde Johannes 20. Apoc. dicit: qvòd Angelus ligaverit Satanam ad mille annus, ne fideles perturbaret, & hoc factum eſt ſub Conſtantino (ut multi periti ac docti viri opinantur) circa trecenteſimum ſcilicet & vigeſimum annum, qvi majorem ſeditioſorum po-

& hoc contigit circa 1300. cum eruptione familiæ Ottomannicæ, nimirum ab Ottomanno Tartaro: qvod qvidem per exiguum tempus durabit, & postea Satanas denuò profligabitur. Unde beati illi prædicandi, qvi patienter hactenus tulêre Mahometicam istam ac Ottomannicam persecutionem, cùm dicat sacra scriptura: Beati, qvi persecutionem patiuntur.

De Ottomannica hac Fidelium persecutione, ejusq; præfixo qvasi termino vaticinatus est Daniel cap. 12. dicendo (juxta genuinam hebraicam expositionem) Beatus, qvi expectat, & pervenit usq; ad dies mille, trecentos, triginta qvinqve. Qvòd autem hic dierum numerus de tempore adventus Ottomannorum intelligi debeat, resolutio (meò qvidem judicio) hunc in modum fiet.

Sermonem habens hoc loco Daniel de eorum beatitudine, qvi ad dies perveniunt 1335. stante eo, qvòd tum affligentur Christiani, tria circa hoc dictum veniunt consideranda; primò dierum numerus, secundò eorum qvalitas, tertiò eorum principium. Ad primum propositum dico, antiqvos interpretes diem pro anno accipere consueviſſe, atqve etiam pro mille annis: adeò ut per dies 1335. totidem annos intelligere oporteat. Ad secundum, loqvendo de dierum ejusmodi, aut annorum per dies istos intellectorum qvalitate, utrùm solares intelligendi sint, vel lunares anni: dico [cùm Prophetа hoc in loco de eorum, qvi ad tempus illorum dierum sunt perventuri, beatitudine agat] intelligendos esse solares: qvandoqvidem anni bonis eventibus præfixi solares erant, lunares autem infaustis.

Unde videmus (secundum intrepretationem è primo geneſcōs depromtam) diluvium fieri debuisse in fine ætatis secundæ, nimirùm anno mundi 1714. solari: qvòd tamen contigit anno 1658. Unde conjecturam capio, Deum annos malorum ac sceleratorum illorum lunaribus dimensum. Anni autem solares conspiciuntur in data lege, cujus promulgatio in vigesima generatione promissa erat, sicqve anno solari 2448. in vigesima generatione lata fuit: utpote cùm boni augmentum subesset.

Tertiò, qvoad dierum illorum, annorum vé principium, dici potest, inchoan-

& adimplenda, ut infrà dicam, viticinia. Et tantum est, qvod apud sacros reperi Prophetas; nunc ad alias prophetias & vaticinia accedamus.

De Potentia Turcarum, eorumq; adventu, secundum alias Prophetias & vaticinia.

QVemadmodum Johannes Echio Turcarum adventum comparavit Assur: sic illi etiam filiis Ismaël comparati leguntur. Proinde in prophetica qvadam ex Hebræo in latinum à Bemechobo Paterensi Episcopo facta translatione scribitur: exiêre primitus filii Ismaël de eremo ad confligendum, & intravêre (Domino sic volente) in Regna ac provincias, eratqve exercitus eorum numerosissimus, & cœperunt expugnare terram Orientalem, ac vastare Meridionalem, structisqve ibi navibus, ad occidentem usqve prope Romam pervenerunt, dominatiqve sunt provinciis, factis ex semetipsis qvatuor principibus, videlicet Oreb, Zeb, Zibee, & Salmana. Postea verò, cùm Ismaëlitici isti filios invasissent Israël, percussit eos Dominus, deditqve in manus Gedeonis Hebræi, filii Johar; qvi, ingenti eorum numero occiso, Ismaëlitas usqve in patriam eorum ferro & igne persecutus est. Fieri etiam potest, ut denuò id fiat, destruaturqve Terra, & filii Ismaël eam ab Orientali plaga ad Occidentalem usqve, & à meridionali ad usqve septentrionalem possideant; sitqve jugum eorum grave super collo gentium; neqve gens ulla regnumvé fiet, qvod obstare iis valeat, usqve ad certum qvendam terminum, tuncqve à Christianis superabuntur. Proinde denuò (inqvit Bemechobus) ex eremo suscitabatur filii Ismaël, & hoc fiet in sexto Mundi millenario, & adventus eorum citra modum misericordiamqve omnem erit acerbus, dabitqve Deus in manus eorum omnia regna gentium, propter peccata, qvæ contra divina committuntur præcepta.

Qvamobrem tradet nos Deus in manus Barbarorum, & Saracenorum; & Persia cum Cappadocia ad captivitatem ac internecionem, Syria in solitudinem, ejusqve populus in servitutem redigetur; Cilicia gladio peribit; Græcia cum Africa perimetur; Ægyptii, Orientales, & Asiatici grave tributum pendent; Hispa-

sub jugo & tributo erunt, omnibus divitum, sacrorumque templorum ornamentis, auro & argento potientur. Tunc ingens vigebit tribulatio, & transitus Saracenorum erit ab uno mari usque ad alterum; eruntque regiones impervia, & via illorum via nominabitur angoris, &c.

Sanè statui potest, quòd, quantum in hoc continetur vaticinio, sit adimpletum: siquidem non dicat, Italiam ab Ismaëlitis, hoc est, Turcis fore subjugatam; sed Romani, inquit, occidentur, & in fugam vertentur universi: quod quidem, meo judicio, dici potest accidisse, in tot ac tantis direptionibus superiori tempore in iis ac circumvicinis locis à dictis Canibus, magna cum animarum jactura perpetratis. Cùm itaque nil aliud restet, quàm Italia, quæ non est in potestate Turcarum, fueritque Hispania novis seditionibus, Gallia pravis Hæreticorum sectarumque diabolicarum tumultibus, & Germania per Ungariam aliasque discordias afflicta; finem Turcarum ajo esse vicinum, nisi tamen Deus adhuc vehementiùs Germanos per Agarenos affligere velit, qui creduntur sanguinis esse Turcici, nimirùm de Agar matre Ismaëlis.

Unde in hanc sententiam Reynhardus Lolhardus in sua revelatione dixit: hæres veniet de Doglioso [qvid vocabulum hoc Doglioso sibi velit, obscurum est, nisi dolorificum aut dolore plenum significet, atque ita de truculento Tyranno intelligatur. Nam doglia idem est Italis, quod dolor Latinis] qui de stirpe sacra se generatum gloriantur, sed originem habet ab Agar, & successores ejus nominati sunt Agareni; hi vivendo de rapto, rabidarum bestiarum instar, Christianos septentrionales & occidentales invadent.

Et proinde inquit sanctus Methodius: eveniet etiam, ut aliquando Agareni in Germaniæ parte congregati egrediantur è deserto, & in parte Terræ Lunæ omnem obtinebunt terram, & via eorum nuncupabitur Agarena. Quandoquidem urbes & regna subvertent, & sacerdotes in templis occident, & cum mulieribus in illis dormient, & ex sacris vasis bibent, & equos suos divinis Sanctorum sepulchris alligabunt: id quod Christianorum tum temporis faciet iniquitas. Postea Agareni isti ad aureum pomum Agrippinæ hoc est, Coloniæ ferro compellentur, nullo Christianorum principum illis resistente, excepto Hispaniarum Rege, qui solus successorem di Doglioso occidet.

hæres di Doglioso XV. Turcarum ramus veniet, subvertetque Poloniam, Misniam, Thuringiam, Prutheniam, ingredieturque Picardiam, Barbantiam, & Flandriam, perimeturque ad Pomum, ut Juvenis Anglicus scribit, aureum. Qua de causa jamdudum Christiani principes concitatas inter se tantas rixas deponere, unanimiterque in sacrum fœdus coire, non minùs ac reliqua omnis Christianorum turba, debebant, relicta sua illa peccatis implicita vita, bonam & honestam vitæ rationem amplectentes.

Repurgatis hunc in modum à sinistris suis (si qui tales habent) animis Principum cordibus, perversisque subditorum vitiis, certus sum de suprà dicto Agarenorum adventu per Dominum abrumpendo, qui, nobis interim ferventes preces, synceram confessionem, ac commissorum delictorum pœnitentiam præstantibus, nos exaudiet adeò, ut, sumtis contra immanem Draconem (qui, Cyprum, Italiam, omnesque Christianitatis reliquias se absorpturum, minatur) armis, deprædicatam tanto jam olim tempore concessurus sit victoriam: quam sanè mox benignus ille Deus, ut infrà dicam, (dummodò nobis ipsi non desimus) vult concedere.

De futura & sperata contra Turcam victoria, secundum sacras Hieremiæ, Danielis, Ezechielis, aliorumq; Prophetias. p. 887.

POsteaquàm superiùs causam ostendi, ob quam Turca ad tantam pervenit potentiam, operæ precium nunc videtur, è sacro Prophetarum textu (quantum quidem per ingenii vires licebit) demonstrare, quòd brevi tempore magna perfido huic Tyranno immineat calamitas adeò, ut ira Dei, quæ tanto tempore in nos sæviebat, nunc ad in iniquum illum serpentem sit convertenda. Qua de causa ardentissimis orationibus omnium fidelium cœtus Deo partim gratias agere, partim preces fundere debet, ut ille nobis suam largiri gratiam dignetur, quò peccatores à sceleribus suis abstineant, infirmi fortes evadant, ac pusilla nimes resumant animum.

Et hoc quidem, ut sacer adimpleri textus incipiat, cujus tractationem nunc inchoaturus dico; quòd, adversario nostro, virulenti serpentis, iracundi ursi, animosi apri, velocis pardi, crudelis crocodili, & voracis lupi speciem gerente, &, dum

hasta liberare potest, veluti David ad Goliam, & Jonathas ad servum dixit: ut videre est 1. Reg. cap. 14. Veni, inqviens, & eamus ad præfectum illorum incircumcisorum, fortè Dominus salus nostra erit, qvando salutare per multos aut paucos apud Deum perinde facile est.

Ea verba Judæ verbis etiam confirmantur 1. Maccab. 3. qvi inqvit: Facilis est res, multos servari per paucos; neqve differentia est apud Deum, per multos aut paucos liberare, qvoniam haud in multitudine exercitus belli sita est victoria, sed de cœlo pendet fortitudo. Ipsi contumaces & superbi ad perdendum nos, uxores, & filios nostros, deprædandumqve, cum multitudine veniunt, nos autem pro animabus nostris, & lege dimicabimus, ac Dominus ipsos ante faciem nostram dissipabit. Unde manifestum est, perfidum Tyrannum fidelibus haud formidandum esse: qvandoqvidem victoriâ & fortitudine cœlitus profectis nihil mirum sit, Abrahamum 4. Reges, Davidem Goliam immanem illum gigantem percussisse, ac Josuam, Gedeonem, Jephtem, Samsonem, Deliboram, Josaphat & alios tam insignem de suis hostibus reportasse victoriam.

Unde, si ex dictis jam sententiis sperare licet victoriam, huc etiam facit, qvod supra dictum fuit de virga Assur, stante eo, qvòd virga Assur ira sit divina, qvæ post longum usum in ignem conjicietur. Id qvod Esaias cap. 10. affirmat, dicens: qvando Dominus omnia sua opera in monte Sione & Hyerosolymis complevetit, tunc super fructum elationis Assur (hoc est, Turcarum) & super gloriam fastus ejus inqviret: propterea dixit Dominus: ego in fortitudine manus meæ, & in sapientia mea feci: nam intellexi, populorumqve terminos ac thesauros eorum auferri curavi, deprædatus sum, &c. qvibus verbis conspicuum sit, Dominum, ira sua à Christianis reflexa, visitaturum Assur, qvemadmodum ipse Dominus per Esaiam in capite suprà dicto inqvit:

Ne timeas populus meus, habitator Sionis, Assur iste virgâ te percutiet, & baculum suum supra te tollet in via Ægypti; idqve exiguo temporis spacio, & postea remittetur ira, & furor meus ad interitum illorum convertetur, suscitabitqve supra ipsum Dominus flagellum de exercitu, secundum plagam Madian, & suscitabit virgam suam, virgâ. Et hoc omne evidentiùs à Deo promissum fuit per Esaiam cap. 13. Visitabo malum supra mundum, & supra impios impietatem illorum, & cessare faciam superborum superbiam, & fastum potentium humiliari. Unusqvisqve ad populum terramq; suam revertetur. Qvantumcunq; ergò per tot Regnorum ac provinciarum accrementa superbiat Turca, qvilibet tamen id noviisse debet.

Suffocetur itaqve perfidus iste Tyrannus, qvemadmodum evenit Pharaoni, fidelem populum persequenti: perimatur instar Goliæ, exercitum Dei infestantis: eveniat illi, sicut Holoferni, Sennacherib, Adonisech, Agag, Nabuchodonosor, Antiocho, & sicut 5. Regibus Amorrhæorum, cum Josua pugnantibus: pluant supra illum de cœlo lapides, ut dicit Dominus. Hæc dicta confirmantur per Lucam Evangelistam, cap. 21. Magna erit afflictio super terram, & ira in hoc populo, perqve aciem gladii cadent, & captivi ducentur in omnes gentes, & Hierosolyma conculcabitur à gentibus, usqve dum completa sint gentium tempora.

Unde conspicuum evadit, gentem Mahumeticam Hierosolymas non semper possessuram; sed tantisper duntaxat, dum completa sint gentium tempora: qvibus ita completis, Hyerosolyma Christianorum manibus est reddenda. Non hic refert commemorare, qvoties Hierosolyma fuerit capta: nec qvenqvam latet, qvòd in Judæorum potestatem non amplius sit ventura: qvandoqvidem Dominus per Amos Prophetam cap. 2. dixit: tribus Israëlis transgessionibus indulgebo: verùm non indulgebo qvartæ; siqvidem argento justum, & pauperem pari Calceorum vendiderunt. Et postrema vice Hierosolyma Christianorum manibus fuit erepta anno Domini 1187. die 2. Julii. Itaqve jam elapsi sunt anni 382. ex qvo Saraceni & Turcæ loco isto potiuntur.

Unde cognoscimus, dictum tempus esse adimpletum, dum Turcæ prædones, homicidæ, & fidelium verorum Christi membrorum persecutores, iram Domini, qvaqva versum illa sese extenderat, sunt executi: & qvemadmodum Dominus causam exposuit Abrahamo, cur terram Canaan semini ejus non esset daturus: sic ad præsens tempus dictum illud Esaiæ cap. 21. de interitu Babylonis accommodari potest: ubi inqvit Dominus: vade, constitue spe-

Echio ſcribit] ad defendendos contra Turcam Chriſtianos, magno cum furore cameli inſtar exurget, ac vindictam à Turcis ſumet: qvæ deſtructio ab Ezechiele cap. 35. apertè fuit prædicta.

Dixit Dominus: qvemadmodum lætatus es ſupra hæreditatem domus Iſraël, qvòd illa ſit deſolata: ſic ego & tibi faciam. Qvaſi diceret Dominus: qvando, ò Turca, ſanguinem Chriſtianorum omnium maximè perſeqvêris, tum ipſe te perſeqvetur. Sicuti per vaticinium Danielis cap. 12. (qvod eſt: Beatus qvi expectat, & pervenit uſqve ad dies 1335. Tu autem vade ad finem, & qvieſces, & ſtabis in ſorte tua in finem dierum) qvaſi præfixum Ottomannicæ familiæ teempus fuit demonſtratum: ſic per eandem Prophetiam qvaſi deſtinatus Ottomannorum finis oſtenditur. Proinde in jam dicta ſententia, Tu autem vade, inqvit Daniel, ad finem, & qvieſces: qvod eſt: dura patienter ad finem hujus Draconis, tunc enim incipientem invenies reqviem.

Unde tempus hujus ſermonis deſcripturus (vade uſqve ad finem, & qvieſces: id eſt: perdura ad finem, & univerſalem invenies qvietem) dico, qvòd Hebræi literas duorum iſtorum Danielis verſuum numerales conſiderando, de verbo adverbum in lingua ſua Hebræa certum illarum numerum accipiunt, ex qvo tempus hoc modo reſultat:

Asre	511. Beatus,
Hamchachéch	78. qvi expectat,
Veiaghitha	99. & pervenit
Leiamím	130. uſq; ad dies
Elef	111. mille,
Scelós	1077. trecentos,
Meöth	
Scelocim	1039. triginta qvinq;
Vachamisáh	
Veatáh	412. Tu autem
Lech	50. vade
Lachéz	220. ad finem,
Vethanuach	470. & qvieſces,
Vethahamód	520. & ſtabis
Legoralchách	283. in ſorte tua
Lechez	220. in finem
Hagiamín	115. dierum.

Omnes illi numeri ſimul ſumti conficiunt 5335. & hi ſunt anni, qvi ſecundum Hebræorum conſuetudinem numerandi ſunt à principio mundi. Unde hi anni, utpote ſolares, in annum Salvatoris 1575. inciderent: qvo tempore ſecundum Hebræos magna qvies & pax erunt. Qvamobrem dici poterit, tranqvillitatem hanc non aliunde profecturam, qvàm per interitum Mahumetani & Ottomanici ſceptri; id qvod univerſalem effectum ctam nil aliud intelligi poſſe, arbitror, qvàm finem peſtiferi ſerpentis. Qvapropter David 2. Pſalmo jam dictam Danielis ſententiam qvaſi confirmans, dicit de anno 1572. debere Deum iram & furorem deponere, & concedere qvietem; hiſce verbis: oſculamini filium, ne iraſcatur, & pereatis à via. Et paulò pòſt: brevi exardeſcet furor ejus; beati omnes, qvi ſperant in eum. E textu Hebræo tempus hujus vaticinii ſecundum ordinem ſuprà dictum eruitur hoc modo:

Naſcecu	456. Oſculamini
Bar	202. filium;
Pen	130. ne
Jeenáph.	141. iraſcatur,
Vethoudú	419. & pereatis
Dérech	224. à via.

Hi numeri computati producunt 1572. Et hi ſolares ſunt anni, ab annis Jeſu Chriſti filii Dei inchoandi, per vocem: Oſculamini filium, Congratulamini vobis de Chriſto, ne vobis iraſcatur. Nam brevi, inqvit Propheta, exardeſcet furor ejus. Qvaſi diceret: tolerate pauliſper; mox enim præteribit furor divinus, & Beati omnes illi, qvi ſperant in eum. Itaqve Dominus anno 72. dilectorum ſuorum recordabitur, qvo tempore divinum ſuum deponens furorem, deprimere Mahumeticam & Ottomannicam incipiet feritatem: unde poſtea, juxtà memoratum Danielis vaticinium, anno Domini 1572. univerſalis erit reqvies: qvam qvidem à Domino precamur.

Aliâ qvoqve de causâ futura nobis contra Turcam ſperanda eſt victoria. Sciendum, ſub imperio Turcico in aliqvot regnis ac provinciis; ut Bulgaria, Servia, Boſnia, Romania, & aliis in locis magnum adhuc eſſe Chriſtianorum numerum, qvi patienter Turcicum ſuſtinentes flagellum, magno cum angore ſuam redemtionem expectant. Hi, inqvam, variis modis ſunt oppreſſi, non tantùm tributis, exactionibus & injuriis: ſed etiam levem qvamlibet ob cauſam vita privantur. Miſeri hi Chriſtiani, qvantò pejus cum ipſis agitur, tantò ferventiùs DEUM precantur, cum Davide Pſal. 119. dicentes: Ad Dominum, cùm tribularer, clamavi, &c. p. 889.

Ad horum preces omninò ſperandum eſt inclinari aures Domini, qvandoqvidem ſine intermiſſione vivas ſpargunt lacrymas, cum Davide Pſal. 19. clamantes: Exaudi nos Domine in die, in qva invocaremus, &c. Libera nos, ſicut Danielem è captivitate Babylonica, Joſaphat è multiplicibus inſidiis, Judith ab Holopherne,

tiones pæcis, non autem afflictionis: ut finem vobis concedam & patientiam: invocabitis me, & ibitis: orabitis, & ego vos exaudiam: qværetis me, & invenietis: inveniar à vobis, & reducam captivitatem vestam, &c.

In captivitate Babylonica, qvoniam ibi pii qvidam Dei ministri, ut Daniel, Tobias, Esdra, & alii erant, qvantumvis inter eos qvàm plurimi improbi & perversi reperirentur, nihilominùs tamen Deus suam illis misericordiam non subtraxit, sed anno septuagesimo eos liberavit. Cur itaqve non etiam de Salvatore nostro JESU CHRISTO speremus, qvòd infelices illos Christianos, qvi sub maligno Tyranno inviolatam servant Catholicam S. Ecclesiæ fidem, à crudelissima servitute sit liberaturus? Hi, inqvam, fervidi Christiani cum Davide integrum 73. psalmum ad Deum fundunt: ut qvid Deus repulisti in finem? &c, Comprehensum in hoc psalmo auxilium Dominus afflictis suis per Ezechielem cap. 44. his verbis promisit: Ecce, ego reqviram oves meas, & visitabo eas, sicut Pastor suum visitat gregem, in die, qvando medius consistit inter oves suas dispersas: ita ego visitabo oves meas, easqve liberabo ex omnibus iis locis, in qvibus erunt dispersæ.

Sperare nobis etiam licet victoriam ob assiduas beatorum Sanctorum preces, qvi ad cœlestem evecti gloriam continenter hanc Deum orant victoriam. Unde, si Dominus Lothum, Abrahamo, & Judam, Davide intercedente, liberavit: ad hæc, si Deus protexit Hierosolymas, & in gratiam Davidis non dissipavit Judæam: qvid nos per Apostolos & discipulos Salvatoris nostri nobis non pollicebimur? Et qvam ob rem precari debent Patriarchæ & Episcopi? non precaturos, putabimus, pro suis Provinciis, ut Catholicorum manibus restituantur? Imò certè Joannes pro Epheso, Andreas pro Achaja, Paulus pro Corinthiis, Dionysius pro Atheniensibus, Lucas pro Antiochenis, Gregorius pro Beritinis, Chrysostomus pro Constantinopolitanis, sicqve alii pro aliis locis Deum orabunt, non secus, atqve David fecit pro Hierosolymis. Et hunc in modum gloriosa procul dubio Christianorum succedet victoria.

De suprà dicta Victoria, juxta varias S. Brigidæ, aliorumq; pro-

desideraretur, ostendendum etiam duxi per dicta qvorundam sanctorum Virorum & Mulierum, aliorumqve hominum visiones, inspirationes, aut, divinos qvasi discursus, horum temporum, inprimis autem futuræ contra Turcam victoriæ statum. Itaqve dico, sciendum, propinqvissimam esse Mahumeticorum destructionem.

Qvocirca canunt pròphetiæ, qvòd inter Antichristum mixtum [in Italico habetur misto nec, satis constat, qvid per Antichristum mixtum sibi velit: unde, fortassis mysticum substituere liceat?) per Roboan figuram, & inter verum, per Nabuchodonosor designatum, secta Mahomitica in universum abolenda & dissipanda sit: id qvod Methodius, magnus ille Abbas, & alii sentiunt. Et ad demonstrandum, utrùm Antichristus mixtus jam advenerit, necné, dico: qvòd S. Augustinus & Lactantius, & Gregorius illum post annos 200. exspectârunt: & S. Eduardus de revolutione 7. dormientium dicit, tormenta sua 70. annis post 1100. circiter annos fore.

Sic multi Sanctorum, venisse jam illum, de suo tempore prædicârunt: alii nasciturum de Monacha, eqve Germania, Italiæ à Septentrione confini oriundum. Insuper dictum fuit, mistum hunc Antichristum unum è tribus falsis Pontificibus futurum, vi & dolo à certò qvodam imperatore creandum, qvi Papa hunc Imperatorem sit coronaturus, Christianismum, per Italiam præcipuè, extincturum. Secundum falsum pontificem, Græcum: tertium autem fore Italum.

De tribus his falsis Pontificibus Sibylla scribit Erythræa: veniet alia Aqvila, qvæ ignem gremio sponsæ imponet, & erunt [Locus hic subobscurus, apud ipsam Sibyllam videndus] cum ipsa Aqvila tres adulteri, sed alius sponsus legitimus illos devorabit. De his tribus adulteris Joannes in 16. Apocalyps. scribit: Et vidi ex ore Draconis egredientes ranarum instar, tres immundos spiritus, qvi à Regibus terræ ibant, congregatum illos ad prælium, in die Domini. Tribus his adulteris Abbas certos assignat titulos. Et scribit Frater Rusticianus, abbreviator prophetiarum, discordes qvidem inter se fore tres istos Antipapas, sed in hoc concordes, qvòd nimirùm ituri essent contra verum sponsum, ad exterminandum illum: sed hunc (ut verè contigit) exterminaturum illos.

p. 89

qve dico, unumqvemqve ex tribus hisce adulteris suo extitisse tempore. Græcus hoc modo fuit: qvòd videlicet veri Pontificatus destructio profecta est à tribus factionibus contra Ecclesiam excitatis: adeò, ut primi Antipapæ, constantis animi, fuerint Patriarchæ Constantinopolitani, seu Græci, à perfidis Imperatoribus concitati: unde omnis ruina Arriana contra Romam per Aqvilonem à Gothis, Lombardis, eorumqve assecIis processit. Et hic fuit Antipapa Græcus.

Inde ab illustrissimis Venetis per bonos Imperatores Orientales, ac demum à Carolo Magno, rebus in debitum ordinem redactis, pòst in Italia propter Papatum continua extitit dimicatio: qvia imperium à Gallis sanctæ Ecclesiæ Protectoribus fuit translatum, adeò ut per il soporto (in qvo sensu hoc Italis dicatur, haud memini) Germenorum imperatorum in centum annis, & ducentis post Carolum Magnum, primum Mundi verum Imperatorem, reperta sint (qvemadmodum est in sacro ceremoniali) multa schismata. Ita se habuit per tot scismamata, intrusiones & expulsiones Antipapa Italicus.

Græcus Antipapa per Turcam totus est absumtus: Italicus jam dudum evasit debilissimus: ut omne periculum in Antipapa Germanico omnium deterrimo consisteret, ob confœderationem, cum Turcis, Saracenis, Scythis, Tartaris seu Barbaris habendam: id qvod factum est. Antipapa hic Germanicus, seu mixtus Antichristus, omnium pessimus, olim à Sybilla Symea fuit prædictus, ita dicente:

Cùm fuerint anni transacti mille ducenti,
Et decies bini post partum virginis almæ,
Tunc Antichristus nascetur Demone plenus.

Qvando igitur circa annum 1190. à multis Antichristus brevi futurus fuit prædictus, evènit illud à mundo non animadversum, & qvidem qvòd oriundus esset à Moniali. Hic alius nemo fuit, qvàm perfidus ille Tyrannus (qvi inter cæteras urbes Brixiam & Mediolanum admodum afflixit) Fridericus Imperator, cujus impietatis occasione illustrissimus Senatus Venetus, mandato Pontificis Romani, imperio maris fuit potitus.

Hic Fridericus filius erat Constantiæ, Roggieri Filiæ, qvi filius fuit Roggieri 3. Ciliciæ Regis, qvæ in Monasterium S. Mariæ de Panormo (qvanqvam unica hæres) concluſa, ruina (secundùm magnum Abbatem) illius Regni esse debuit, matrimonio juncta fuit, & anno 1194. Fridericum istum peperit: idqve [res stupenda & admiratione digna] anno ætatis suæ 55.

Ita filius ille Diaboli, Antichristus personalis & mistus, de factione sua Idolum seu Antichristum constituit mixtum, qvo omnibus sibi subjectis populis interdixit, qvòd, qvisqvis idolo suo nollet obedire, & aliqva in re Pontificem Rom. qvi se Christi diceret vicarium, adjuvaret, perditus atqve proscriptus esset. Hoc, ut semel dicam, Christianitatis fuit incendium. Qvamobrem non in Occidente solùm, sed etiam in Oriente, disturbando la santa cruciata, (id est, sanctæ cruciatæ ordinem) qvæ est Hierosolymis, nocebat.

Nam [juxta Pandolphum Collenutium in compendio de Neapoli] Romam usqve perveniens, magnum ibi damnum & internecionem dedit: exercendo, inqvam, contra eos, qvi ordinis sunt sanctæ Cruciatæ, sævitiam adeò, ut eorum nonnullis vulnera inflagi in modum crucis, aliisqve multis caput eodem modo findi, Sacerdotibus la cogida della chicrica [qvid codiga Italis significet, me latet: sed, partem esse vestis sacerdotalis, ex hoc loco colligitur) in crucem discindi, multaqve alia diabolica damna afferi curaret.

His ita comparatis, dici potest, fuisse illum non Lombardiæ solùm & Italiæ, sed ipsius etiam Germaniæ ruinam: siqvidem Fridericus Barbarossa Patre & Avo non minor fuerit. Unde multa Germaniæ loca fuerunt infecta, ut ibi templa, Monasteria, & Religiosi malè tractarentur: qvæ res postea qvasi in causa fuit, cur Turcæ in Forum Julium & alia loca (qvamvis cum suo damno) toties excurrerent.

Cùm itaqve demonstraverim, venisse jam Antichristum mixtum: verè potest affirmari, secuturam hisce annis Christianorum contra perfidum illum serpentem victoriam. Priusqvàm autem Unionem (uniendorum imagines posuit autor tres, Leonem; agnum insulatum, & gestantem pedum Episcopale, stantemqve super monte; atqve coronatum gallum; hoc addito versu: *Unio conspirat sancta, incursura colubrum.*) Ostendam Fidelium non præteribo alia qvædam de hac ipsa unione vaticinia.

Primum ergò in prophetia typis excusa, cum prognostico qvodam Joannis Anshelmi Nostradami [si modo fidem meretur] instantibus nunc annis adimplendo reperiri

dinem incutiet. Tunc Aqvila & Gallus reconciliabuntur, coibuntqve ad resistendum Principi illi Orientali, Leone tamen Maris illos adjuvante, & Christi ministris pariter ad sui defensionem, tantiqve incendii extinctionem concurrentibus.

Insuper, cùm celebris admodum vir, sanctam Fidelium unionem suscitaturus, esse debeat, imitatione Theolesphori Cusentini prophetiarum compilatoris, dico: Instantibus his tribulationibus, Pontificem fore spiritu plenissimum, qvi cum sancta unione initium abruptionis tribulationum, ad immanis bestiæ adventum usqve faciet. Pergitqve idem Abbas, dicens in suo libro de Conc. Circa prædicti Beatissimi Papæ tempus idem erit munus, qvod sub tempus nativitatis nostri Salvatoris fuit: siqvidem alter qvidam Zacharias erit, & alter Joannes Baptista.

Jam autem, qvòd prænominatus ille sanctissimus Pastor sit præsens Pater noster, sanctissimus Pius Qvintus, ex dicto di Rabano (de hoc autore dictisqve his vide in parte prima hujus operis fol. 668.) probatur, dicentis: Ite, fidelis mei [inqvit Dominus] celeres, & invenietis virum religiosum, Amicum meum, carcere concluſum, non in domo regia, calvum, nigrum gerentem cucullum, & in prospiciendis magni momenti rebus acutissimum: sed sciatis, moriturum eum in hisce afflictionibus. Et pergit Abbas hunc in modum: Hicqve ob plurimas suas virtutes nominabitur angelicus, fietqve Pastor fidelium.

Sic contigit nostro Pio Qvinto: cùm in novi post Pium Qvartum Pontificis creatione, divinus Spiritus cogitationes sancti Cardinalium Consistorii ad Pii qvinti electionem deflexit, qvi [ut Ordinis erat Prædicatorum] nigram gestans cucullam, atqve humanarum cogitationum veluti carcere clausus (qvando nemo, vel saltem pauciſſimi de eo cogitabant) in auspicato illo die summus Christi vicarius fuit electus: ut meritò inter Fideles cantari potuerit: Benedictus, qvi venit in nomine Domini.

Jam super illam sententiam di Rabano, qvòd moriendum sit Pastori, pendente adhuc perfidi Tyranni tribulatione: scriptum reperitur in Abbatis prophetia, de Martini qvinti pontificis successoribus tradita, qvòd rum, qvi hominum pectora ad vitam honestam & spiritualem sit suscitaturus, & vitiis positurus obicem, hoc est, è cordibus hominum ea exemturus: unde pax propemodum universalis seqvi debeat: id ego statim ab ejus electione prædixi, & hoc meum præsagium figuris notatum hieroglyphicis ad ejus sanctitatem transmisi.

Transiturus jam ad speratam victoriam, affirmo, eam esse propinqvam: qvandoqvidem Dominus cum Christo, filio suo unigentio (ut ex revelatione S. Brigidæ libro 3. cap. 33. patet) loqvens, Profectò, inqvit, cùm te non sine sponsa degere, eamqve non, nisi qvàm castissimam habere, deceat, ideò ego amicos meos, hoc est, Christianos cum vicario meo ablegabo, qvi tibi novam sument sponsam, aspectu venustam, honestam moribus, & desiderabilem, eamqve in cubiculum tuum [hoc est Ecclesiam] adducent. Hi mei amici celeres erunt, instar avium, qvia meus propemodum ipse spiritus eos transferet, qvi fortes erunt eorum instar, ante qvorum manus mœnia concident: magnanimi eorum instar, qvi non formidantes mortem, suam reliqvere vitam promti sunt. Hi novam tibi sponsam (sectam scil. Mahometicam) adducent, tibiq; magno cum honore, ornamento, devotione & caritate acqvirent: idqve cum labore insigni (depugnando scilicet) & perseverantia. Ego, qvi jam loqvor, is sum, qvi in Jordane & monte clamavi: Hic est filius meus dilectus. Sermones mei mox erunt completi.

Hæc nova sponsa nil aliud est, qvàm S. Hierosolyma, & secta Mahometica, ad Christum, hoc est S. Ecclesiam, Fidelium Matrem, reducenda. Porrò ad pleniorem temporis speratæ victoriæ, & destructionis Turcarum nunc instantis demonstrationem, videndum propheticum S. Bemechobi [cujus suprà meminimus] Episcopi dictum, qvi demonstrata per suam prophetiam [à S. Methodio confirmatam] Filiorum Ismaël origine, de eorundem interitu postea loqvens ait,

Et post dierum tribulationem, ab Ismaëlitis, totum penè orbem vastantibus, perfectam, illi ornamentis exauro, argento, purpura, & preciosissimis decorati vestimentis, ceu sponsi dicent: Neqvaqvam è manibus nostris elabentur Christiani: deqve suis gloriabuntur triumphis, dicentes: Ecce vidimus terram per noten-

sub jugo & tributo erunt, omnibus divitum, sacrorumque templorum ornamentis, auro & argento potientur. Tunc ingens vigebit tribulatio, & transitus Saracenorum erit ab uno mari usque ad alterum; eruntque regiones impervia, & via illorum via nominabitur angoris, &c.

Sanè statui potest, quòd, quantum in hoc continetur vaticinio, sit adimpletum: siquidem non dicat, Italiam ab Ismaëlitis, hoc est, Turcis fore subjugatam; sed Romani, inquit, occidentur, & in fugam vertentur universi: quod quidem, meo judicio, dici potest accidisse, in tot ac tantis direptionibus superiori tempore in iis ac circumvicinis locis à dictis Canibus, magna cum animarum jactura perpetratis. Cùm itaque nil aliud restet, quàm Italia, quæ non est in potestate Turcarum, fueritque Hispania novis seditionibus, Gallia pravis Hæreticorum sectarumque diabolicarum tumultibus, & Germania per Ungariam aliasque discordias afflicta; finem Turcarum ajo esse vicinum, nisi tamen Deus adhuc vehementiùs Germanos per Agarenos affligere velit, qui creduntur sanguinis esse Turcici, nimirùm de Agar matre Ismaëlis.

Unde in hanc sententiam Reynhardus Lolhardus in sua revelatione dixit: hæres veniet de Doglioso [qvid vocabulum hoc Doglioso sibi velit, obscurum est, nisi dolorificum aut dolore plenum significet, atque ita de truculento Tyranno intelligatur. Nam doglia idem est Italis, quod dolor Latinis] qui de stirpe sacra se generatum gloriantur, sed originem habet ab Agar, & successores ejus nominati sunt Agareni; hi vivendo de rapto, rabidarum bestiarum instar, Christianos septentrionales & occidentales invadent.

Et proinde inquit sanctus Methodius: eveniet etiam, ut aliquando Agareni in Germaniæ parte congregati egrediantur è deserto, & in parte Terræ Lunæ omnem obtinebunt terram, & via eorum nuncupabitur Agarena. Quandoquidem urbes & regna subvertent, & sacerdotes in templis occident, & cum mulieribus in illis dormient, & ex sacris vasis bibent, & equos suos divinis Sanctorum sepulchris alligabunt: id quod Christianorum tum temporis faciet iniquitas. Postea Agareni isti ad aureum pomum Agrippinæ hoc est, Coloniæ ferro compellentur, nullo Christianorum principum illis resistente, excepto Hispaniarum Rege, qui solus successorem di Doglioso occidet.

hæres di Doglioso XV. Turcarum ramus veniet, subvertetque Poloniam, Misniam, Thuringiam, Prutheniam, ingredieturque Picardiam, Barbantiam, & Flandriam, perimeturque ad Pomum, ut Juvenis Anglicus scribit, aureum. Qua de causa jamdudum Christiani principes concitatas inter se tantas rixas deponere, unanimiterque in sacrum fœdus coire, non minùs ac reliqua omnis Christianorum turba, debebant, relicta sua illa peccatis implicita vita, bonam & honestam vitæ rationem amplectentes.

Repurgatis hunc in modum à sinistris suis (si qui tales habent) animis Principum cordibus, perversisque subditorum vitiis, certus sum de suprà dicto Agarenorum adventu per Dominum abrumpendo, qui, nobis interim ferventes preces, synceram confessionem, ac commissorum delictorum pœnitentiam præstantibus, nos exaudiet adeò, ut, sumtis contra immanem Draconem (qui, Cyprum, Italiam, omnesque Christianitatis reliquias se absorpturum, minatur) armis, deprædicatam tanto jam olim tempore concessurus sit victoriam: quam sanè mox benignus ille Deus, ut infrà dicam, (dummodò nobis ipsi non desimus) vult concedere.

De futura & sperata contra Turcam victoria, secundum sacras Hieremiæ, Danielis, Ezechielis, aliorumq; Prophetias. p. 887.

POsteaquàm superiùs causam ostendi, ob quam Turca ad tantam pervenit potentiam, operæ precium nunc videtur, è sacro Prophetarum textu (quantum quidem per ingenii vires licebit) demonstrare, quòd brevi tempore magna perfido huic Tyranno immineat calamitas adeò, ut ira Dei, quæ tanto tempore in nos sæviebat, nunc ad in iniquum illum serpentem sit convertenda. Qua de causa ardentissimis orationibus omnium fidelium cœtus Deo partim gratias agere, partim preces fundere debet, ut ille nobis suam largiri gratiam dignetur, quò peccatores à sceleribus suis abstineant, infirmi fortes evadant, ac pusilla nimes resumant animum.

Et hoc quidem, ut sacer adimpleri textus incipiat, cujus tractationem nunc inchoaturus dico; quòd, adversario nostro, virulenti serpentis, iracundi ursi, animosi apri, velocis pardi, crudelis crocodili, & voracis lupi speciem gerente, &, dum

plurimum præ cæteris omnibus totius mundi gentibus in se bonitatis habebit. Gens hæc initio vili pendetur, qvando eorum exiguus eris numerus, sed postea per omnia loca aqvis pervia erit formidabilis. Et hi bonam in se proprietatem habebunt, multùm illis apud Deum & homines profuturam, qvòd nimirùm nulla re communitatem suam fraudabunt: hæcqve illorum proprietas apud illos durabit, donec curtum brachium Græciam versus illis crescat: qvo qvidem tempore multi improbi suam illis fortunam invidebunt adeò, ut facinorosorum nautarum nomen [qvamvis mendaciter] sint gestaturi. Et hoc nomen tam magno Serpentinis [Turcis] constabit, ut non, nisi cum eorum venia, mare ampliùs ingredi sint ausuri.

p. 893. Et seqvitur in ejusdem libro cap. 2. Et illa Naturam provincia nomen habet V. (hoc est Venetiæ) & principalis ejus locus vocabitur R. hoc est, Rilato, id est, rivus altus. Inchoato itaqve per peritum Nautam certamine, seqvetur Aqvila Septentrionalis, sed cum exiguo volatu, ob pennarum inopiam. Unde postea, si concordare volumus vaticinia, mortuo forsitan Imperatore, pendenteqve inter Electores lite, pluribus in locis, qvàm ut credi possit, magni enascentur rumores. Ac proinde prophetica Martiniana Chronica sic habet:

Et omnis hominum malitia contra sponsam erit directa, nec per 25. menses qvenqvam habebit defensorem, qvia nec imperator in Septentrione, nec Papa Romæ, (qvòd tum fortè ibi non sit futurus, qvemadmodum aliqvando eum Venetiis reperiri contigit) neqve Rex Galliarum iis erit temporibus.

Qvare, qvantum ego qvidem conjicio, post Italiam, Hispaniam, Galliam, & Germaniam, in meliorem statum unionemqve reductas, summus Romæ vicarius Pastor confirmabitur universalis, eritqe unus tantummodò dominus, hoc est, Imperator, sub qvibus unicum duntaxat regnum erit, unicus fidelium grex, ac fides unica. Unde statuendum est, qvod Rex ille in vaticiniis prædictus, omnium Christianorum Imperator creatus, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ atqve etiam Germaniæ Rex erit. Et ita demum adimplebuntur vaticinia.

Jam, qvòd hic Rex debeat esse Rex Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ, Cataldus Fineus de insigni Turcarum invasione loqvens, Christiam, & coronam obtinebit geminam. Posthæc transmisso pelago, magno cum exercitu Græciam intrabit, omnesqve Turcas & Barbaros sibi subjiciet, ac qvotqvot Christum adorare crucifixum detrectabunt, ad mortem condemnabit: qvo facto, pax inter Christianos florebit.

Et pariter: qvòd Rex Angliæ, & qvidem Leoni junctus esse debeat: illo tempore, inqvit Juvenis Anglicus lib. 4. cap. 16. Rex Angliæ, numerosæ Gentius dominus, Ecclesiæ mandato, defuncto magno campiono [fortè capitaneo] in S. Ecclesiæ gratiam mare cum peritis Nautis transmittet.

Jam, qvi sint periti illi Nautæ, ostendit ipse Anglicus libro 2. cap. 2. Præfectus tanti navalis exercitus erit Venetus. Et ulteriùs libro 3. cap. 45. Priùs, inqvit, qvàm veniat Filius perditionis, hoc est, verus Antichristus, tantum Hierosolymis suscitabitur bellum, ut totus Orbis illud sit experturus, & tum Hierosolyma Saracenorum manibus eripietur. Sed victoria dicti regis erit, ut bonorum Nautarum, hoc est, Venetorum, qvorum successus esse debet, qvalem ponit prædictus F. Rusticianus, ita scribens: Reliqvum est, ut abolito magno Campione (Duce, Gladiatore, seu Capitaneo) contumaci, hoc est, utroqve Antichristo, utriusqve littoris, hoc est, Parisiorum & Venetiarum, Reginæ *in æterna* vivant concordia, hæc qvidem ad dispendandum, illa verò ad imperandum in charitate Orbi universo.

Imminens hæc sperataqve victoria ab ipsismet Turcis etiam proclamata est, qvi certam qvandã in Turcica sua lingua prophetiam adducunt, ex qva certò sibi persuadent, brevi futurum suum finem; eaqve talis est: Parissah omoz gehelur, &c. qvod Italicè sic sonat:

Venirà l' Imperadore &c. hoc est, latinè: *Veniet Imperator noster, eripiet Principi cuidam infideli suum regnum, auferet etiam rubrum pomum, & in suam id potestatem redigit adeo, ut ad septimum usq; annum Christiani gladium non sint capturi. Erit illorum dominus usqve ad annum duodecimum, ædificabit domos, plantabit vineas, circumsepiet hortos, progenerabit Filios, & post duodecimum annum a rubeo pomo in suam potestatem redacto, gladius apparebit Christianorum, qvi Turcas in fugam vertet, &c.*

Hoc vaticinium aliqvi sic sunt interpretati, qvòd per principem infidelem princeps intelligatur Christianus, qvia Christiani Turcis vocentur Ethnici. Per rubeum

dem eſt, ac Sacerdos Græcus, aut Patriarcha. Ædificabit domos, hoc eſt Moſchæas ſeu templa Mahometica. Plantabit vineas, hoc eſt, novas colonias, & populorum tranſitus. Inſtruet hortos, hoc eſt, muniet occupatas à ſe provincias. Filios habebit, hoc eſt, ſecta Mahumetica incrementum ſumet.

Poſt annum duodecimum: Turcæ duobus hæc modis interpretantur: primùm, qvòd poſt duodecimum eorum Imperatorem, dominium ſuum ad finem ſit perventurum. Tunc enim apparebit gladius Chriſtianorum, hoc eſt, Exurget ſancta fidelium unio, qvæ in fugam vertet, hoc eſt, in exterminium, Turcas, hoc eſt, ſectam Mahometicam. Alii dicunt, qvòd ſinguli hi 12. anni decem annos ſignificent, ut futuri ſint in univerſum anni 120. & hi qvidem in annum 1573. caſuri. Cùm itaq; præſens Turcarum Imperator ſit decimustertius, & nos annum 1573. ferè attigerimus, ideò unuſqvisq; fidelium accingatur gladio propterea, qvod ab illis reportatus ſit victoriam.

p. 894. ## *De futuro & ſperata victoria, ſecundùm varia prodigia ad Caffam obſervata.*

MOnſtratis hactenus iis, qvæ prophetiæ de ſperata contra Turcam victoria produnt, oſtendendum qvoqve id ratus ſum, qvod olim in meorum diſcurſuum aliqvo de miraculoſis iſtis ad Caffam, urbem Turcis ſubditam, anno 1567. viſis portentis judicavi. Proinde dico, qvòd die 26. Januarii, cœlo ſereno, per totam urbem tres conſpecti fuêre Soles, inter duos arcus, qvorum ſuperior candidus, inferior variè coloratus erat. Hi per tres horas durârunt. Poſtea arcus mutati ſunt, & evanuerunt, atqve ſuperior Sol montem, alter Orientem, ac tertius Occidentem verſus eſt progreſſus.

Hujus interpretatio talis erit: qvòd Sol ſit luminare majus, qvodqve ab eo cæteræ ſtellæ ſuum mutuentur lumen. Qvare S. Theologi illum ſapientiſſimè unico omnipotenti Deo aſſimilârunt, qvi, ut univerſi conditor, rebus omnibus lumen impertitur. Unde affirmare licet, qvòd ſuperior Sol cum reliqvis duobus, qvi omnes ſub candido arcu locati eum continebant, viſus, ſacroſanctam denotet Trinitatem, qvæ tria in uno complectitur. Ita tres illi conſpecti ſoles, qvoniam arcu continebantur candido uno, divinitatem ſignificârunt.

Qvantum deinde ad interpretationem attinet hieroglyphicam, apud antiqvos Ægyptios (ut ſentit Pierius Valerianus) per ſolem unitas, ſumma imperii maieſtas ſeu templa Mahometica. Plantabit vineas, hoc eſt, novas colonias, & populorum tranſitus. Inſtruet hortos, hoc eſt, muniet occupatas à ſe provincias. Filios habebit, hoc eſt, ſecta Mahumetica incrementum ſumet.

Poſt annum duodecimum: Turcæ duobus hæc modis interpretantur: primùm, qvòd poſt duodecimum eorum Imperatorem, dominium ſuum ad finem ſit perventurum. Tunc enim apparebit gladius Chriſtianorum, hoc eſt, Exurget ſancta fidelium unio, qvæ in fugam vertet, hoc eſt, in exterminium, Turcas, hoc eſt, ſectam Mahometicam. Alii dicunt, qvòd ſinguli hi 12. anni decem annos ſignificent, ut futuri ſint in univerſum anni 120. & hi qvidem in annum 1573. caſuri. Cùm itaq; præſens Turcarum Imperator ſit decimustertius, & nos annum 1573. ferè attigerimus, ideò unuſqvisq; fidelium accingatur gladio propterea, qvod ab illis reportatus ſit victoriam.

p. 894. ## *De futuro & ſperata victoria, ſecundùm varia prodigia ad Caffam obſervata.*

MOnſtratis hactenus iis, qvæ prophetiæ de ſperata contra Turcam victoria produnt, oſtendendum qvoqve id ratus ſum, qvod olim in meorum diſcurſuum aliqvo de miraculoſis iſtis ad Caffam, urbem Turcis ſubditam, anno 1567. viſis portentis judicavi. Proinde dico, qvòd die 26. Januarii, cœlo ſereno, per totam urbem tres conſpecti fuêre Soles, inter duos arcus, qvorum ſuperior candidus, inferior variè coloratus erat. Hi per tres horas durârunt. Poſtea arcus mutati ſunt, & evanuerunt, atqve ſuperior Sol montem, alter Orientem, ac tertius Occidentem verſus eſt progreſſus.

Hujus interpretatio talis erit: qvòd Sol ſit luminare majus, qvodqve ab eo cæteræ ſtellæ ſuum mutuentur lumen. Qvare S. Theologi illum ſapientiſſimè unico omnipotenti Deo aſſimilârunt, qvi, ut univerſi conditor, rebus omnibus lumen impertitur. Unde affirmare licet, qvòd ſuperior Sol cum reliqvis duobus, qvi omnes ſub candido arcu locati eum continebant, viſus, ſacroſanctam denotet Trinitatem, qvæ tria in uno complectitur. Ita tres illi conſpecti ſoles, qvoniam arcu continebantur candido uno, divinitatem ſignificârunt.

Qvantum deinde ad interpretationem attinet hieroglyphicam, apud antiqvos Ægyptios (ut ſentit Pierius Valerianus) per ſolem unitas, ſumma imperii maieſtas poſuit tabernaculum, &c. Hinc affirmare licet, qvòd, ut Sol unitatem ſignificat, viſiqve ſunt tres Soles, denotetur, Sectam Mahumeticam in tres aut plures partes diviſam iri, & qvod inter perfidos illos oritura ſit diſcordia, ſive religionis, ſive præeminentiæ, rixarum, odiorumqve inter illos excitandorum cauſa. Hincqve ſi è præteritis futura conjectare volumus, firmum confici poteſt argumentum, ita fore.

Nam anno 1077. tres in Italia Soles apparuerunt, inqve novi Pontificis electione ſchiſma tuit exortum ita, ut Henricus Imperator, congregatis 24. Epiſcopis, Pontificem ſuo arbitratu creaverit. Præterea anno 1107. tres conſpecti fuerunt Soles in Oriente, cum arcu verſicolore, ac inde Turci contra Damaſcum arma ſumſit. Adhæc anno 1157. tres in Italia Soles ac tres Lunæ, qvarum media crucem ante ſe habebat, viſi fuerunt, fuitqve inſecuta illas diſcordia, & ſchiſma in electione Pontificis. Anno 1469. Romæ apparuerunt tres Soles, fuitqve Roma à Turcis infeſtata. In Polonia viſis anno 1492. tribus ſolibus, ſubſecuta fuit inter Ungaros & Maximilianum Imperatorem diſcordia.

Cùm itaqve prodigia hæc oculis noſtris ſint obvia, ſtatui poterit, Turcas in Græcia & Turcia, ob diſcordiam in illis partibus enatam, inſignem aliqvam cladem paſſuros, ac inſuper fidelibus, qvanqvam ſuo cum ipſorum damno, aliqvid facturos negocii.

Tranſeamus ad ſecundum prodigium. Dico, die ejuſdem prædicti menſis 28. circa horam noctis qvartam, cœlo etiam ſereno, viſam in urbe Caffa ſplendidam crucem, ſupra qvam fulgidiſſima lucebat ſtella, & ſub cruce Luna cum ſuis cornibus ſurſum ſpectantibus ſtabat: circa cujus interpretationem dico, felicem id Chriſtianis ſucceſſum portendere: ſiqvidem Luna apud Hieroglyphicos unitatem piorum ſignificat adeò, ut aſſeverandum veniat, Chriſtum JEſum ſupra fideles ſuos conſtitutum, effecturum, ut Turcica rabies (qvæ contra Chriſtianos gliſcere creditur) in ſeipſam vertatur: fiatq; deinceps pia fidelium congregatio.

Exemplo huic rei Luna eſſe poteſt, qvæ interdiu an. 1156. in Italia cum cruce fuit conſpecta, qvam etiam in Italia, per Fridericum Barbaroſſam orta, excepit affiictio. Anno 1120. Leodii, viſa cruce, bellum civile fuit excitatum. Idem obſervatum eſt in Anglia anno 1190. ſecutæqve ſunt in ea regione contentiones. Præterea, cùm Luna Hieroglyphicis Ægyptum & Perſiam denotet, ideò, & illas par-

ones, dici poterit, qvòd tres illi obſervati Soles, deflexo in diverſas partes ſuo curſu, portendant, Turcus ad Occidentem, Ortum, & Aqvilonem vires ſuas converſuros; ſed poſtea, Deo ſic volente, per inteſtinas occultè inter ipſos excitatas diſcordias, intemperies illorum (beneficio divino) in proprium eorum damnum, & extremam ferè internecionem ceſſuras, illosqve ex omni parte victoriam amiſſuros. Vel aſſeverari poterit: Turcam aut regnum illius in tres pluresvè partes ſciſſum iri, ſingulis partibus ad proprios ſuos & antiqvos poſſeſſores redituris.

Qvamobrem illa in Oriente [ut dictum eſt] animadverſa prodigia, Turcas furioſè contra Chriſtianos inſurgentes, ſuam ipſorummet ruinam paraturos, prænunciant: qvandoqvidem ita feret divina voluntas, ut tandem tam ſordida in fidelium colluvies, excuſſo dæmone, ſub ſuave jugum S. Eccleſiæ ſeſe recipiat. Qvod uti ſic fiat, unusqvisqve Deum orare debet: ſin minùs, fiat voluntas Domini.

p. 895. ## *De prædicta futura ſperataq; victoria, ſecundùm varia vaticinia & prognoſtica.*

QVamvis futuram & ſperatam contra Tureas victoriam primùm juxta ſacros Prophetas, deinde ſecundùm alia vaticinia, obſervataqve præſagia ſatis ſuperqve demonſtrârim: non tamen alienum fuerit ab inſtituto, Aſtrologicè etiam, qvantùm videlicet ſydera ad exſpectatam præſentibus hiſce annis victoriam inclinent, oſtendere, ac, ut aliqvi ſentiunt, qvinqve, aut pauciorum, ſecundum alios, annorum ſpacio. Ac fortaſſis hoc 1570. [qvod Deus faxit] hujus rei illuſtre qvoddam fiet principium, cùm de ſancta Fidelium unione, tum de tumultibus Turcicis, eorumqve damnis intelligendo.

Proinde rem aggreſſurus dico, qvòd in prognoſtico, (ſotto brevità) anni 67. 68. & 69. à me facto ſcripſerim, in fine anni 1569. hoc eſt, ſub veris anni 1570. principium, tractatum iri de unione fidelium, idqve hiſce verbis: Medici qvidam potentes Mithridatium qvoddam ſeu Theriacam præparabunt, qvæ venenum rabidi ſerpentis propemodum extinguet: qvam ob cauſam oraculum Mechæ penè fatuum reddetur.

novas ibi ſedes fixuri: nam conatus eorum erunt fruſtranei. Et alio qvodam loco inqvit: O calamitoſum, per conflictum qvendam, Regis illius finem! ô formidabilem novi Tyranni exitum, qvi magnis Regibus occaſionem præbebit cogitandi de eo, qvod faciendum, &c. Et in præcedentibus inqvit: Qvidam ex propria voluntate & ſumtibus in militiam ibunt, & major Italiæ pars inde erit immunis. Et in ſeqventibus: priùs fortè, qvàm Auguſtus prætereat, propter Saturni & Martis conjunctionem, utilis qvidam apparatus & principum Chriſtianorum unio ſperari poteſt, unde aliqvis [Turca videlicet] depreſſus ægrè rem feret.

Ad hanc unionem, ſuſcipiendaqve adverſus malignum iſtum Tyrannum arma, qvod attinet, Joannes Lichtenberger ſeu de Claromonte in ſuo de anno 1484. ad imminentes hoſce annos producto vaticinio, multis retrò annis multa de Catholico contra Turcas bello præſagiens, ac de Illuſtriſſ. Senatu Veneto cap. 24. loqvens, Princeps, ait, illuſtriſſime, qvi Leonem geſtas coronatum, ab omni impedimento liberum, attende clementer, ut principem decet: qvandoqvidem ex ſententia Ptolomæi, Sapiens dominabitur aſtris; cæleſtes influxus tibi tuisqve multiplicem prænunciant fortunam. Qvamobrem tibi tuisvé Leoncini monteſi [id eſt, magnis, vel Leunculis fortè] ingentes conferentur honores, aut vel tu ipſe, aut aliqvis ex tua familia [hoc eſt, Civis aut nobilis] exercitus erit ſive eqveſtris, ſive pedeſtris capitaneus, aut navale geret imperium, aut poteſtatem habebit vitæ & mortis, & urbes cum caſtellis ob tuum adventum contremiſcent, ac ſi ſapienter circumſpexeris, magna tibi tuisq; continget felicitas, &c.

Et hæc unio armamentorumqve proviſio, qvæ fieri debebat, non in alium finem ſuſcepta fuit, qvàm ob Tyranni alicujus, hoc eſt, Turcæ adventum: de qvo ego meum præterito ſeptembre, qvoad ſtatum anni 1570. ferens prognoſticum, ejus adventum his verbis prædixi: qvod ſyderum influxus minantur, à perfido proficiſcetur Tyranno, qvi non exiguum afferet damnum: ingentem iis qvos attigerit, eorumqve vicinis terrorem incuſſurus.

Hoc Annibal Raymundus Veronenſis, peritiſſimus affirmat Aſtrologus, qvi de

vitæ pacatæ avidos, concitabunt formidinem. Jam, qvod sat futurum sit hoc anno negocii, idem ille Raymundus prædixit, inqviens: Et qvoniam Mars grandis in hac revolutione, Orbis divisor erit, utraq; constellatio expeditionis cùm navalis tum terrestris poterit esse occasio.

Porrò qvi rerum hujusmodi bellicarum futuri sint participes, à multis ostensum est. Ac primùm ego in meo supra 1570. annum prognostico ita scripsi: Saturni cum Marte conjunctio contentionem inter Arabes & Græcos, sive in Græcia & Arabia minatur. Et ulteriùs dixi: illæ gentes, qvæ Eclipsin hujus anni in decima domo habebunt, (hoc est Constantinopolitani) cum suis ad mare usqve Adriaticum vicinis haud lætabuntur, sed præ cæteris tristes erunt, &c.

Qvò usqve autem bellici isti tumultus debeant extendi, sic effatur jam dictus Anshelmus: Viennam & Austriam versus novi tumultus erunt, sed in Turcia varii conflictus & apparatus fient bellici, non sine illius imperii, ut astra qvidem promittunt, periculo.

Antonius etiam Arqvatus (non ille typis excusus, qvi corruptus est, nec manuscripto respondet) in qvodam suo, de Turcarum adventu, manuscripto judicio sub finem inqvit: Vexabit Apuliam, affligetqve navali suo exercitu Galliæ, Hispaniæ &
p. 896. Italiæ littora, maximumqve Christianis terrorem incutiet: sed Christus tantam ejus stragem haud feret, suscitabitqve contra illos furorem Germanicum, Hispanamqve & Italicam militiam: atqve ita demum Turca dissipabitur.

Turcarum adventu, variisqve ea de re rumoribus hactenus ostensis, exponendum nunc videtur, qvod omnium maximum contra prædictum serpentem robur sit futurum. Discursum itaqve meum continuaturus, id afferam, qvod certum qvoddam Pamphilo Riccio [si modo fidem id meretur] adscriptum habet prognosticum, cujus judicium ad annum usqve 1583. protenditur. Leo [inqvit] robustus anno 1570. exertis dentibus eos, qvi caudam illi sunt evulsuri, mordebit, suisq; tremendus erit adversariis. Inde ætas redibit aurea, cantabiturqve hymnus iste, qvi sonat: Benedictus, qvi venit in nomine Domini, &c.

Jam duo nobis adhuc demonstranda restat, qvorum unum est ingens Turcarum ruina: alterum Victoria Fidelium. Qvocirca de insignibus damnis, detrimentis, ac mutationibus Turcarum acturus, id

tium aut decimum qvintum ramum [multò minùs autem 1575. aut alium circiter annum) haud excedet. Tunc obitus Imperatoris Turcici occasione horrendus eveniet casus adeò, ut magna inter illos Turcas, Magnates, & Ottomannos exoritura sit contentio, eruntqve ab extraneis occisi: & omnis Græcia ruinis externisqve bellis perturbabitur, eodemqve tempore fame simul ac peste affligetur: nec Græcis Mahometicisqve vel minima respirandi facultas indulgebitur, usqve dum penitùs è medio sint sublati. Tunc Christiani coibunt unanimes, tantoqve impetu ac hominum multitudine pontum transmittent, ut eò convolasse magis, qvàm navibus appulisse videri qveant.

Pergitqve sic dicendo: Africa sanguinolentis bellis, ruinis, immaniqve peste tentabitur, atqve à Rege catholico maximis involvetur calamitatibus adeò, ut nolens volens ei sese sit submissura: eaqve occasione superba Africa in Christianorum manus perveniet. Nec priùs ab instituto suo recedent Hispani, qvàm ad extremos usqve Indos omnem partem meridionalem subjugaverint. *Surget Oliva. Pœnas jam nunc meritas solvis.*

Pamphilus Riccius suprà dictus, inqvit: Fastuosa Turcarum insolentia, deprimi incipiet, qvi se obedientes sub umbram & vexillum S. Crucis recipient.

Prædictus etiam Joan. Anshelmus scribit: Magna erit ab anno 1570. ad 1575. usqve annum desolatio, cunctiqve è principali Thraciæ urbe, Byzantio, Rhodo, Constantinopoli trement, auferetursqve ab ipsis sceptrum, ac præ timore, qvo tenebuntur, transferetur ad alios. Et ulteriùs dicendo pergit: Orientales versus, qvi sunt 39. usqve ad 49. latitudinis graduum, Principem qvendam, potentissimumqve Monarcham, defuturum, ostensum est: id qvod de nullo alio, qvàm maligno illo Dracone intelligendum venit, qvi dominus est eo loci maximus.

Adhæc aliorum persequens Astrologorum sententias, in certo qvodam prognostico, eoqve veteri reperio, qvòd anno hoc 1570. retundendus sit Furor Turcicus. Idqve his verbis: Turcæ ob ampliſſimum suum imperium, ingentesqve divitias plùs solito arrogantes facti, contra Christianos arma capient, typos qvarundam urbium conficient, sclavis ingens damnum afferent, navibus

cùsqve illis dominus Ottomannicæ familiæ omnium maximus capietur, aut vitam cum morte commutabit, ac imperium Turcicum priùs ibit pessum, qvàm 1570. annus prætereat. Itaqve horrendo qvodam causa finiet, ortis nimirùm tantis inter ipsosmet Turcarum Magnates rixis ac dissensionibus, ut non alienis duntaxat, sed mutuis etiam vulneribus sint interituri.

Ac in seqventibus, illi, inqvit, qvi sub Leonis habitant signo, generaliter sunt Itali, Bohemi, Gallorum pars, Mesopotamii, ac multi Asiæ, Turciæ jam dictæ, populi. Unde Albumasar duorum infortuniorum in Leone conjunctionem, bellum Turcis & Arabibus, magno cum gentium pavore, ob prodigia in cœlo & in terris apparentia, portendi affirmat, fietqve ingens arborum animaliumqve pernicies.

Et in hanc de Turcica calamitate sententiam, Gentes Orienti viciniores, inqvit Avogadrus Vercellensis, qvibus Saturnum anni dominum esse contingit, posteaqvàm is apud illos in ascendente fuerit retrogradus, tanta capientur siti (hoc est, dominandi libidine) qvæ fortè in illorum famen est evasura. Scribitqve ulteriùs: Turca, lupus rapax, ob Solem in meridiano Thracio, & Saturnum anni eo in loco moderatorem, & qvidem retrogradum, repertos, fortè non habebit, cui aliorum incommodis sine suimet ipsius infortunii deploratione lætetur: qvandoqvidem in Orientalibus illis partibus anxietas, mortes, litigia, rebelliones, atqve interneciones vigebunt: cujus rei fortè Junius aut September nuncium nobis sunt allaturi.

p. 897. Inclinant etiam, inqvit idem, ad futuros insignes cruenti navalis prælii conflictus: id qvod Raymundus suprà dictus in suo judicio confirmat, inqviens: Constellationes promittunt, futura qvædam bella cum gentibus Tartarorum naturam æmulantibus, idqve non sine magno Nobilium Principumqve suorum damno. Et in seqventibus, Stellæ, inqvit, maximam in Oriente ac Meridie mutationem, sed tamen in Oriente damnum minantur multò maximum: minitanturqve vitæ Regis in Oriente maximi: aut qvòd saltem ingens qvædam clades illum sit excepturus.

Addit autor: Multi ex ipsismet [Turcis] mortes occidentalibus pranunciat: sed qvia hæc conjunctio in libra est, & qvidem in detrimento suo, cadenteqve angulo: ideo, ut Bethen sentit, qvotiescunqve Planeta cadens in suo reperitur detrimento, mortuus reputari potest. Saturnus itaqve, Regiæ honorum domus præses, in exaltatione sua constitutus, data ab hinc post exactum Decembrem confligendi impugnandiqve occasione, populos Occidentales [hoc est, Christianos] prudentia & astutia sua victores evasuros, pollicetur.

Claromontanus capite 25. ruinam Turcarum prospiciens, inqvit: Daniel de sua visione ad Regem dixit: qvemadmodum sanè pedum, qvas vidisti, unam qvidem luto, alteram verò ferro constantem portiones, lutum cum ferro neqvaqvam uniri posse, ostendunt: ita planè sub imperio Romano discordiæ inter Catholicos & Turcas erunt comparatæ: sed altera pars interibit, qvæ sub imperio Constantinopolitano est consolidata, altera verò, hoc est, Imperium [de Trabisonda] dispersum, redigetur in nihilum. Tunc enim Deus Regnum suscitabit Cœlorum, qvod in æternum perdurabit.

Mahometicam hanc ruinam idem ille Claromontanus cap. 26. hisce verbis confirmavit: syderum influxus, Turcicam majestatem succubituram, prænunciant, Regnaqve & Principatus ad Ecclesiam devolventur, profligataqve erit [Saturnia & Teucrina, hoc est,] Judæorum atqve Turcarum malitia. Et Turcas sub hoc tempus in fugam vertendos, purumqve & illustrem sub Monarcha qvodam M A. aut aliqvo ex Carlingis primogenito, statum fore, affirmo: adeò, ut stellæ maxima promittant gaudia, ea ratione, qvòd, deleta extirpataqve Turcarum malitia, homines inde à mari muscarum instar advolantes, templumqve S. Sophiæ pristinum suum robur recuperare conspicietur. Et tunc prosperum illucescet tempus, vastusqve ac sylvestris ille Leo ad S. Fidelium Matrem ferico funiculo adducetur, factaqve nova qvadam reformatione, omnis Turcici Imperatoris fama extinguetur.

Pergit insuper Claromontanus in fine sui prognostici, de tribulatione mahumetana sic loqvens: posthæc ingens adveniet Tribulatio: veruntamen Orientales magna patientur incommoda, omnisqve discordiæ sceptrum illos invadet: & iis

ra virginali: eritqve nova qvædam reſtauratio, &c.

In cauſa verò Turcicorum incommodorum novæ poterunt eſſe diſcordiæ. Unde Raymundus id prævidens, Stellæ, inqvit, legum, morumqve mutationes, rerumqve ſacrarum impedimenta innuunt: ſed Turcarum templis ac ſynagogis majora portendunt incommoda, per mortes ſcilicet, ignes, ruinas & excidia. Eruntqve (ſubdit) calamitatibus iſtis diverſi ex Æthiopibus, Hebræis, Turcis & ſimilibus populi ſubjecti. Et ulteriùs inqvit: Conjecturam etiam præbent ſtellæ, magnam ſectæ Arabicæ ac Mahometanæ partem in controverſias ſuæ religionis incurſuram, eo planè modo, qvo Hugonottis, Lutheranis, aliisqve ſimilibus in ſua religione diſcordibus fieri contigit. Sic ſecta illa ad diverſorum idolorum adorationem ſeſe recipiet.

Hanc legum ſectarumqve mutationem in meo ſupra inſtantem 1570mum annum prognoſtico ſic prædixi: Stellæ legibus, ſtatutis, ſanctionibus & ſectis mutationem portendunt. Et in judicio anni 1567. de temporibus iſtis locutus, oraculum Mechæ ſenſum amiſſurum, dixi.

Jam ad demonſtrandam futuram victoriam ut accedam, prædicta hæc fuit ab Avogadro illo ſuprà nominato, qvi ſic ait: Lunarium ſignificatorum, principes attinentium, ſitus in eorum dignitate repertus, fortes eos atqve ab externis gentibus ſecuros reddit. Anshelmus prædictus inqvit: Sufficit, qvòd ante Octobris exitum res miræ, ſtupendæ, ac S. Eccleſiæ gaudium allaturæ audientur.

Raymundus Veronenſis futuram aſſeverans victoriam, deqve illuſtriſſimo Senatu Veneto ſpeciatim loqvens, ſic habet: revolutio illuſtriſſimæ Reipublicæ Venetæ inſinuat, dominos illos in qvodam magni momenti negocio tardos eſſe, impedimentis rerum antiqvarum, multisqve ac magnificis ſumtibus, populorum, cenſuum, hominumqve militarium cauſa, implicari, qvodqve Saturnus in Libra, ſigno aëreo, religionis & itinerum domo, religioſorum, ob longinqvas peregrinationes, ac principem qvendam, diſturbationes minetur: ſed qvia ambæ revolutionis p. 898. hujus fortunæ in domo facultatum reperiuntur, ac præterea orientales viſuntur, partim honorificas ſumtuum impenſas: partim, qvoad honores, authoritatem, & facultates, magnam acceſſionem promittunt: & hujus illorum revolutionis influxus, promtos eos ad res laudabiles, & in Salvatoris noſtri Deiqve omnipotentis honſitu loqvens, ait, qvòd, qvemadmodum ſimilis 5. planetarum in decima domo collocatorum figura anno 1430. fuit, indeqve magni ac prolixi rumores ſecuti, ſic etiam per totum annum 1586. multæ leges, ſtatuta, & decreta in meliorem ſtatum commutari debeant: qvodqve milites Chriſtiani cum Illuſtriſſimo Senatu Veneto, pro defendenda ſua religione, ac pro impiorum reformatione, fideles contra prophanos arma capturi ſint.

Cùm hunc uſqve ſatis [ut arbitror] ſuperqve futuram ſperatamqve contra Turcas victoriam oſtenderim, ad imponendum huic rei finem, nil mihi videtur reliqvum, qvàm qvòd unuſqviſqve fidelis Chriſtianus Deum aſſiduis ſolicitare precibus debeat, ut ad comparandam univerſalem qvandam cunctis Fidelibus pacem, ſectam illam Mahumeticam, atqve unâ qvoſcunqve abuſus, hæreſes, operationesqve diabolicas tandem è medio tollere dignetur.

De nuptiis ſeu veſperis Pariſiensibus Theodori Bezæ præſagium in Epiſtola 68. 1572.

AMiſimus Navarrenam, qvanti pretii fœminam? & qvidem eo tempore, qvo maximè juvare nos & potuit & voluit. Apparantur nuptiæ, mihi planè ſuſpectæ, in Salomonis ipſius ſapientiſſimi exemplum intuenti. Ut ſup.

Veſperæ Gallicanæ. 1572.

SIcilienis olim ſimiles Veſperas habuit Gallia in die Bartholomæi anno 1572. Papa inſtigatore: unde eum qvidam Phalaridi ſimilem faciunt. Cùm enim Carolus Rex Galliarum plurimos annos contra Proteſtantes bella gereret, nec tamen expugnare aut opprimere illos poſſet: Pontifex Romanus hoc ei conſilium dedit: ſtultum eſſe diu belligerari cum illis, qvi nullo negocio ſubitò qveant interimi. Jubet igitur eum ſimulare ſtudium pacis, qvodqve liberam cuiqve velit relinqvere religionem: & tanqvam in fœderis perpetui confirmationem deſponſare ſororem ſuam Regi Navarræ, atqve ad nuptias invitare omnes Evangelicos: qvòd ſi verò compareant, celebrare cum illis veſperas Bojarianas & Sicilienas: de qvibus ſuprà anno 834. & 1287. Obtemperavit igitur Papæ Rex, & ejuſmodi laniena decoratæ ſunt ab ipſis nuptiæ, ut illa nocte & ſubſeqventibus aliqvot diebus, Pariſiis & per totam Galliam, multò plures qvàm centena millia hominum, utriusqve ſexus, cum liberis, horribili crudelitate fuerint

ANno Domini 1260. aut circiter, celebratum fuit Ord. Prædicatorum capitulum 40. in ſerie Barchinonæ: in qvo ejuſdem conventus Prior pœna abſolutionis ab officio tam ipſe, qvàm etiam omnes, qvi ad id conſilium dederant vel favorem, puniti fuerunt per tredecim dies in pane & aqva, qvia dormitorium conventus erat tunc recens conſtructum, & aliqvantò altius, qvàm religionis noſtræ erat conveniens paupertati. Et in capitulo generali 43. facto Pariſiis, fuit ordinatum, ut nulla veſtis daretur fratribus, niſi priùs pannus, ex qvo illa eſſet paranda, per examinatores judicatus fuiſſet convenies noſtri ordinis paupertati.

O Deus bone, qvanta erat illorum primorum noſtri ordinis patrum vigilantia: ut in nobis nihil inveniretur, qvod ſanctæ paupertatis noſtræ ſtatui derogaret! Qvantum diſcrimen inter illorum & poſterorum facta decreta! Illi enim totos nervos intendebant, ut primævus religionis decor perduraret: ſi qvippiam illius collabebatur, ſummo ſtudio reſtaurabant. Erat apud illos novarum legum raritas, multiplicitas verò operum. Pauca tunc temporis ordinabantur: ſervabantur autem illa, & pleraqve alia; & prævaricatores ad aliorum exemplum mox debita ſeqvebatur pœna. Illi tanqvam legis novæ filii & cultores, ſpiritu divino concepto & nutrito, ſpiritus opera magis ac magis partuiebant: poſteriores verò foliis forſan magis, qvàm fructibus, verbis, qvàm factis abundamus, & ordinationum novarum multitudine, qvàm illarum exeqvutione & obſervantia: &
p. 899. tanqvam ſervi, timoris ſpiritu agimur, & attendimus ſemper ad nova præcepta multiplicandum magis, qvàm ad obſervandum antiqva. Imp. Max. 2. Papa Greg. 13.

Idem. Anno Domini 1255. aut circiter, in capitulo generali 34. facto Mediolani fuit ordinatum: qvòd priores, qvi non poſſent ad capitulum provinciale ire peditando, remanerent ab illo. Tanta erat eorum patrum religio, tantus & regularis obſervantiæ zelus: qvòd, ne conſtitutio illa de non eqvitando infringeretur, minoris faciebant, ut priores ad capitulum non compararent. Qvid rogo dixiſſent vel ordinaſſent patres iſti religioſiſſ. ſi tempora prævidiſſent, in qvibus vix qvenqvam reperias, etiamſi juvenis ſit, & corpore va- aliqvi mulas pingues, & eqvos craſſos habeant in qvodvis obſeqvium eorum: nec ſolùm diſcurſibus gaudentes aſſiduis, tempus & bona conventuum conterant: ſed etiam pro ſtatu mulas & ſervos etiam ad minima in promtu habere debeant? Reſpiciat Dominus ſuper nos, & collapſa reſtauret!

Nauſea Indulgentiarum.

1572. ANno 1572. Gregorius 13. Papa indulgentias Romæ publicè proclamari juſſit: diſpenſari, & accipi gratis: ſed qvare? qvia earum vanitate cognita, nemo ipſas ampliùs ne teruncio qvidem redimere volebat. Ut ſup.

Grio Malvii eqves in Epiſt.

1572. *ad Papam.*

SAnctiſſime Pater, hoc 1572. anno, 5. Martii ſui Conſtantinopoli: eo tempore ingens & inauditus terræmotus fuit, conjunctus cum fulgeris, fulminibus, grandine, & procellis, tantisqve tempeſtatum & ventorum turbinibus, ut omnes exhorruerint homines, & penitus crediderint, imminere ultimum mundi diem, & omnia qvæ ſunt in orbe, jam funditus interitura. Lapides grandinoſi de cœlo lapſi magni ponderis fuerunt, & pleriqve bilibres, qvorum ictibus & impetu tecta palatiorum & ædium plurimarum numero funditus fuêre vaſtata & contrita: imò qvædam domus radicitus periêre. Præterea qvoddam auguſtum antiqvum templum Divæ Margarethæ ſacrum funditus interiit, & ima ſummis commutavit: qvæ tempeſtas duabus horis longius perduravit interdiu.

Undiqvaqve ſtrati jacebant multi homines ſaucii, qvosdam omninò cecidit grando ad mortem: ita ut ruri & urbi intra 4. milliarium ſpacium, plus qvàm 3000. homines mortui fuerint reperti. Paulò poſt finem tempeſtatis ex dicto deperdito templo flamma qvædam, ſimilis vento urenti, cum magno fragore & concuſſione audita eſt & viſa, qvæ non tantùm reliqvuum fundamentum eximis ſubvertit, & diſſipavit: ſed & ingenti vi multa ſaxa, qvæ poſtmodum inventa fuerunt, ultra 3. milliarium ſpacium hinc ab urbe ejecit & proſtravit undiqvaqve.

Inter rudera illa, & in muſeo qvidam marmoreus extitit lapis, in qvo ſculpta fuit effigies Imperatoris Turcarum, (cujus hic

dem eſt, ac Sacerdos Græcus, aut Patriarcha. Ædificabit domos, hoc eſt Moſchæas ſeu templa Mahometica. Plantabit vineas, hoc eſt, novas colonias, & populorum tranſitus. Inſtruet hortos, hoc eſt, muniet occupatas à ſe provincias. Filios habebit, hoc eſt, ſecta Mahumetica incrementum ſumet.

Poſt annum duodecimum: Turcæ duobus hæc modis interpretantur: primùm, qvòd poſt duodecimum eorum Imperatorem, dominium ſuum ad finem ſit perventurum. Tunc enim apparebit gladius Chriſtianorum, hoc eſt, Exurget ſancta fidelium unio, qvæ in fugam vertet, hoc eſt, in exterminium, Turcas, hoc eſt, ſectam Mahometicam. Alii dicunt, qvòd ſinguli hi 12. anni decem annos ſignificent, ut futuri ſint in univerſum anni 120. & hi qvidem in annum 1573. caſuri. Cùm itaq; præſens Turcarum Imperator ſit decimustertius, & nos annum 1573. ferè attigerimus, ideò unuſqvisq; fidelium accingatur gladio propterea, qvod ab illis reportatus ſit victoriam.

p. 894. ## *De futuro & ſperata victoria, ſecundùm varia prodigia ad Caffam obſervata.*

MOnſtratis hactenus iis, qvæ prophetiæ de ſperata contra Turcam victoria produnt, oſtendendum qvoqve id ratus ſum, qvod olim in meorum diſcurſuum aliqvo de miraculoſis iſtis ad Caffam, urbem Turcis ſubditam, anno 1567. viſis portentis judicavi. Proinde dico, qvòd die 26. Januarii, cœlo ſereno, per totam urbem tres conſpecti fuêre Soles, inter duos arcus, qvorum ſuperior candidus, inferior variè coloratus erat. Hi per tres horas durârunt. Poſtea arcus mutati ſunt, & evanuerunt, atqve ſuperior Sol montem, alter Orientem, ac tertius Occidentem verſus eſt progreſſus.

Hujus interpretatio talis erit: qvòd Sol ſit luminare majus, qvodqve ab eo cæteræ ſtellæ ſuum mutuentur lumen. Qvare S. Theologi illum ſapientiſſimè unico omnipotenti Deo aſſimilârunt, qvi, ut univerſi conditor, rebus omnibus lumen impertitur. Unde affirmare licet, qvòd ſuperior Sol cum reliqvis duobus, qvi omnes ſub candido arcu locati eum continebant, viſus, ſacroſanctam denotet Trinitatem, qvæ tria in uno complectitur. Ita tres illi conſpecti ſoles, qvoniam arcu continebantur candido uno, divinitatem ſignificârunt.

Qvantum deinde ad interpretationem attinet hieroglyphicam, apud antiqvos Ægyptios (ut ſentit Pierius Valerianus) per ſolem unitas, ſumma imperii maieſtas ſeu templa Mahometica. Plantabit vineas, hoc eſt, novas colonias, & populorum tranſitus. Inſtruet hortos, hoc eſt, muniet occupatas à ſe provincias. Filios habebit, hoc eſt, ſecta Mahumetica incrementum ſumet.

Poſt annum duodecimum: Turcæ duobus hæc modis interpretantur: primùm, qvòd poſt duodecimum eorum Imperatorem, dominium ſuum ad finem ſit perventurum. Tunc enim apparebit gladius Chriſtianorum, hoc eſt, Exurget ſancta fidelium unio, qvæ in fugam vertet, hoc eſt, in exterminium, Turcas, hoc eſt, ſectam Mahometicam. Alii dicunt, qvòd ſinguli hi 12. anni decem annos ſignificent, ut futuri ſint in univerſum anni 120. & hi qvidem in annum 1573. caſuri. Cùm itaq; præſens Turcarum Imperator ſit decimustertius, & nos annum 1573. ferè attigerimus, ideò unuſqvisq; fidelium accingatur gladio propterea, qvod ab illis reportatus ſit victoriam.

p. 894. ## *De futuro & ſperata victoria, ſecundùm varia prodigia ad Caffam obſervata.*

MOnſtratis hactenus iis, qvæ prophetiæ de ſperata contra Turcam victoria produnt, oſtendendum qvoqve id ratus ſum, qvod olim in meorum diſcurſuum aliqvo de miraculoſis iſtis ad Caffam, urbem Turcis ſubditam, anno 1567. viſis portentis judicavi. Proinde dico, qvòd die 26. Januarii, cœlo ſereno, per totam urbem tres conſpecti fuêre Soles, inter duos arcus, qvorum ſuperior candidus, inferior variè coloratus erat. Hi per tres horas durârunt. Poſtea arcus mutati ſunt, & evanuerunt, atqve ſuperior Sol montem, alter Orientem, ac tertius Occidentem verſus eſt progreſſus.

Hujus interpretatio talis erit: qvòd Sol ſit luminare majus, qvodqve ab eo cæteræ ſtellæ ſuum mutuentur lumen. Qvare S. Theologi illum ſapientiſſimè unico omnipotenti Deo aſſimilârunt, qvi, ut univerſi conditor, rebus omnibus lumen impertitur. Unde affirmare licet, qvòd ſuperior Sol cum reliqvis duobus, qvi omnes ſub candido arcu locati eum continebant, viſus, ſacroſanctam denotet Trinitatem, qvæ tria in uno complectitur. Ita tres illi conſpecti ſoles, qvoniam arcu continebantur candido uno, divinitatem ſignificârunt.

Qvantum deinde ad interpretationem attinet hieroglyphicam, apud antiqvos Ægyptios (ut ſentit Pierius Valerianus) per ſolem unitas, ſumma imperii maieſtas poſuit tabernaculum, &c. Hinc affirmare licet, qvòd, ut Sol unitatem ſignificat, viſiqve ſunt tres Soles, denotetur, Sectam Mahumeticam in tres aut plures partes diviſam iri, & qvod inter perfidos illos oritura ſit diſcordia, ſive religionis, ſive præeminentiæ, rixarum, odiorumqve inter illos excitandorum cauſa. Hincqve ſi è præteritis futura conjectare volumus, firmum confici poteſt argumentum, ita fore.

Nam anno 1077. tres in Italia Soles apparuerunt, inqve novi Pontificis electione ſchiſma tuit exortum ita, ut Henricus Imperator, congregatis 24. Epiſcopis, Pontificem ſuo arbitratu creaverit. Præterea anno 1107. tres conſpecti fuerunt Soles in Oriente, cum arcu verſicolore, ac inde Turci contra Damaſcum arma ſumſit. Adhæc anno 1157. tres in Italia Soles ac tres Lunæ, qvarum media crucem ante ſe habebat, viſi fuerunt, fuitqve inſecuta illas diſcordia, & ſchiſma in electione Pontificis. Anno 1469. Romæ apparuerunt tres Soles, fuitqve Roma à Turcis infeſtata. In Polonia viſis anno 1492. tribus ſolibus, ſubſecuta fuit inter Ungaros & Maximilianum Imperatorem diſcordia.

Cùm itaqve prodigia hæc oculis noſtris ſint obvia, ſtatui poterit, Turcas in Græcia & Turcia, ob diſcordiam in illis partibus enatam, inſignem aliqvam cladem paſſuros, ac inſuper fidelibus, qvanqvam ſuo cum ipſorum damno, aliqvid facturos negocii.

Tranſeamus ad ſecundum prodigium. Dico, die ejuſdem prædicti menſis 28. circa horam noctis qvartam, cœlo etiam ſereno, viſam in urbe Caffa ſplendidam crucem, ſupra qvam fulgidiſſima lucebat ſtella, & ſub cruce Luna cum ſuis cornibus ſurſum ſpectantibus ſtabat: circa cujus interpretationem dico, felicem id Chriſtianis ſucceſſum portendere: ſiqvidem Luna apud Hieroglyphicos unitatem piorum ſignificat adeò, ut aſſeverandum veniat, Chriſtum JEſum ſupra fideles ſuos conſtitutum, effecturum, ut Turcica rabies (qvæ contra Chriſtianos gliſcere creditur) in ſeipſam vertatur: fiatq; deinceps pia fidelium congregatio.

Exemplo huic rei Luna eſſe poteſt, qvæ interdiu an. 1156. in Italia cum cruce fuit conſpecta, qvam etiam in Italia, per Fridericum Barbaroſſam orta, excepit affiictio. Anno 1120. Leodii, viſa cruce, bellum civile fuit excitatum. Idem obſervatum eſt in Anglia anno 1190. ſecutæqve ſunt in ea regione contentiones. Præterea, cùm Luna Hieroglyphicis Ægyptum & Perſiam denotet, ideò, & illas par-

impetu mœnia, templa, urbesqve passim cum ingenti mortalium strage procubuerunt, fontes turbati: templorum lampades, nullo impellente ventorum flatu, per aërem latæ: præcipuè Parmæ nova basilica. Veronæ ædificiorum pars maxima corruit. Hiatus item terræ in illis partibus ingentes apparuerunt, & arbores radicitus evulsæ sunt; infans locutus, tristia ac portentosa qvæpiam enunciavit.

p. 901. Qvin etiam III. Kalend. Februarias tremenda tonitrua ac fulgura, qvæ nulla hominum memineret ætas, creberrimâ immissa grandine, mortalium auribus oculisq; objecta, rem in eam religionem adduxerunt, ut diræ aliqvid calamitatis impendere, homines suspensis mentibus pertimescerent qvodqve pavorem majorem animis incutiebat, eadem prodigia ac multò tristiora ex Germania nunciabantur.

Idem lib. 16. Anno 366. sub horam diei cujusdam tertiam, Pistorii, spectantibus multis, asinus non sine omine excelsum tribunal alcendit, atqve ibi ruditum usqve adeò compositum edidit, ut populum accurrentem alloqvi, & qvædam velle dicere videretur.

Idem. Postremò in hunc modum ipsum Regem Henricum Pp. Gregor. 7. abdicavit, ac diratum religionibus obligavit, & Rodulphum confirmavit. Qvippe beatos Apostolos, Petrum & Paulum, ut antè, contestatus, injurias omnes sibi ab Henrico atqve Ecclesiæ factas commemoravit; & qvàm sæpè admonitus præcepta sua sprevisset, & se ipsum in ordinem coëgisset, demonstravit. Qvas ob causas, inqvit, ego auctoritate Apostolicâ mihi delatâ à Deo, Henricum, Henrici Imperatoris filium, regio Germaniæ titulo iterum spolio, & Christianorum obedientiâ privo, atqve omnes religione jurisjurandi, qvo se illi obstrinxerunt, absolvo: contrà verò, ut Rodulfus, à proceribus Germaniæ in Henrici locum declaratus, regnum administret ac tueatur, nomine vestro omnibus, qvi fidem ei præstiterunt, omnium peccatorum remissionem, veniamq; in hac in futurâ vitâ concedo: & ut Henricum ob suam superbiam regiâ dignitate depello; sic Rodulfum propter suam humilitatem atq; obedientiam in potestate repono.

Idem. Hisqve de rebus Romani veteres Henrico honores instaurârunt: decreto facto, ut Patricius Romanus esset, atqve ut

Idem. His actis, Archiepiscopus se projecit in terram, atqve piaculum sibi injungi jussit: qvia, qvamvis ea ipse in Ecclesiam probra non invexisset; tamen, cùm posset, ex ea non sustulisset. Legatus centum annorum piaculum imposuit, idq; redimi posse certâ in singulos annos solutâ pecuniâ, voluit.

Ex libro Melchioris Cavi Hispani locis Theologicis lib. 12. 1574

QVin injurius es tu, si cogas sacerdotem, ut solùm pro te illi hostiam præbeat, nisi tu illi præbeas cibum. Uno in tempore & loco non satis erit argenteus nummus, alio forsan plus nimio erit.

Scribit præterea, traditionis majorem vim, qvàm scripturam habere: & traditiones non aliter verba divina esse, affirmat, ac illa, qvæ in sacris libris scripta sunt. Imp. Max. 2. Pp. Greg. 13.

Simon Goulartius Gallus. 1574

SCripsit admonitionem ad eos, qvi post Ianienam Parisiensem à vera Religione discesserunt, & simul plurima exempla iræ Dei tam in persecutores, qvàm in apostatas ostendit. Imp. Max. 2. Pp. Greg. 13.

Iacobus Ledesima Iesuita de divinis Scripturis. 1574

SAcrilegus est, qvi, sacras literas vulgari lingua vertendas, & omnibus sine discrimine communicandas, putat. Imperat. Max. 2. Pp. Greg. 13.

Regnum Tunetanum. 1574

TUnetum est urbs extructa eo loco, ubi olim Carthago sitâ fuerat, & Hispano à Selymo Turcico Imperatore cum Tunetano regno erepta, anno Domini 1574. Imp. Max. 2. Pp. Greg. 13.

Ioannes Hilttuuol. 1574

PUblico scripto memoriæ prodidit, apparuisse hoc anno 3. Soles: & in urbe Creuzenach visos esse exercitus militares dimicantes: item ingentia tormenta bellica disposa, horrendum personantia- p. 90
boatum, fumoqve & flammis terribilibus obfuscantia aërem. Erant autem ejusmodi positu directæ illæ machinæ, ut omnes suos ignes & globos evomerent, & collimarent tanqvam ad scopum, adversus illum cometam, qvi eo anno multis in cœlo diebus fuerat conspectus. Imp. Max. 2.

nisſmo ad Arrianiſmum, & nonnulli etiam ad Mahumetiſmum progreſſum faciunt: eſtq; inter alia famoſum exemplum Joannis Sylvani & Adami Neuſeri, Paſtorum Heydelbergenſium; qvorum prior capitis pœnas ibi luit: hic autem cùm Conſtantinopoli ſervitii cauſa Generoſum meum conveniſſet, à prandio per familiare colloqvium qvæſivi, qvomodo Conſtantinopolim pervenerit, & qva ratione factum ſit, ut deſerta religione Chriſtiana, Mahumetiſmum amplexus ſit? Reſpondit: Qvandoqvidem extra teli jactum nunc ſit, ſe velle mihi rem totam bona fide narrare.

Dogma Lutheri de ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in cœna, ſibi, ut etiam nunc, abſurdiſſimum viſum fuiſſe: ideoqve ſe Calvini opinionem, qvæ minus abſurditatis habeat, acceptaſſe. Deinde cùm diſputaretur de perſona Chriſti, ſe nullo modo probare potuiſſe doctrinam Lutheri & Brentii de reali communicatione Idionatum divinorum. Et hujus diſputationis ansâ ſe cœpiſſe animo volvere, qvòd Filius Mariæ non poſſit eſſe verus Deus, qvandoqvidem nulla realis communio ipſi cum Deo ſit. Cogitaſſe enim ſe de illo principio: Finitum non eſt capax infiniti: item; inter finitum & infinitum nulla eſt proportio.

Hæc & alia ſe ſibi & familiaribus oppoſuiſſe: cumqve nemo eſſet, qvi animo ſuo ſatisfaceret, firmum & ratum ſibi fuiſſe, qvòd Chriſtus tantùm Homo, & excellens Doctor fuerit, qvi virtute & gratia antecedentes omnes ſuperaverit. Inde progreſſum ſe dixit ad Diſputationem de Trinitate: cumqve Transſylvanorum qvoddam ſcriptum legiſſet, & poſtea veteris ac novi Teſtamenti dicta examinâſſet, ſe non niſi unum verum & æternum Deum agnoviſſe, cui nec Chriſtus, nec Spiritus ſanctus conſubſtantialis & coæternus ſit. Hinc ſe per duos annos (qvod an verè dixerit ignoro, ſed de eo chartam manu ipſius ſcriptam habeo) non in nomine Trinitatis baptizâſſe infantes, nec etiam obſcurè doctrinam illam ex decem præceptis & ſymbolo Apoſtolico tradidiſſe, qvòd ſolus Pater Deus verus ſit. Item ex cœna Dominica ſe ſumſiſſe hoc axioma: nullam creaturam poſſe eſſe creatorem, etiam communicatione Idiomatum.

Hoc, inqvit, cùm in comitiis Spirenſibus de me & Sylvano Imperatori Maximiliano, & per eum meo Principi innotuiſſet; fuga mihi conſului; ſed ſpontè in Palatinatum reverſus, ad Electorem pertractus ſum, cui in faciem reſpondi (verba illius qvi idem de Chriſto & Trinitate qvod ego, ſentiebant. Sed qvia per inſidias mei Principis ibi tutò conſiſtere non poteram, in Transſylvaniam ad Franciſcum Davidis abii, tutiorem receptum propter Turciam viciniam ſperans.

Dum ibi hæreo, inter Fratres Poloniæ & Transſylvaniæ diſputatur de articulo Juſtificationis: & res eò deducitur, qvòd Chriſtus ſua morte & paſſione genus humanum non redemerit, nec illud ſuo ſanguine juſtificare & ſalvare poſſit, ſiqvidem nudus homo ſit: & reqviri à nobis impletionem legis [de qva ipſe qvoq; Heydelbergæ publicè egerit] & hujus Diſputationis, nec non aliorum qvorundam occaſione, motam fuiſſe qvæſtionem de authoritate Bibliorũ: in qvibus cùm multæ contradictiones occurrant, dubium eſſe, an ſint in corruptum verbum Dei.

Hæc, inqvit, cùm agitarentur, & ego qvædam de uno vero Deo contra Trinitatem publicare conſtituerem, ejusq; gratia in vicum qvendam nobilem Turciæ patrocinio gaudentem, ad Typographum ibi commorantem profectus eſſem, Baſſæ Themeſuvarenſi proditus fui, qvi me Conſtantinopolim miſit nihil reluctantem, ſed potiùs de eo gratulantem mihi ipſi: qvod, Alcoranum à veritate non alienum eſſe, & in omnibus capitibus Religionis mecum ſentire, cognoviſſem (ſicut qvoqve in literis ad Imperatorem Turcicum Selimum 2. Heydelbergæ ab ipſo ſcriptis fatetur, *ſe credere, omnia eſſe vera, qvæ in Alcorano habentur.*)

Qvæ porrò Franciſcus Stancarus de Calvini Arrianiſmo, & Valentino Gentili, qvi Tigurina capitali ſupplicio affectus fuit, ſcribit, & qvòd multi, derelicta doctrina Tigurina & Genevenſi, in Poloniam, & deinde Turciam profecti, & Alcoranum amplexi ſunt, vide Sebaſtianum Caſtalionem, Reginaldum in Calvino Turciſmo, Prateolum in Elencho Alph. M. Launoyum, Syl. Czecanommum de corruptis moribus utriusqve partis pontificiorum & Evangelicorum, Claudium Xanteſium, & alios.

Idem Gerlach. Exhibuit etiam mihi Neuſerus tunc qvoq; literas; eodem anno 2. Julii, ad ſe ex Poloniâ, à primario qvodam Antitrinitariæ hæreſis propugnatore datas [qvas bonâ fide tranſcripſi] cujus inter cætera, hæc qvoq; verba ſunt, qva ſo mi Adame, diligenter interroga, an Alcoranus iſte qvem Bibliander Tiguri edidit, ſit authenticus, & veritati Arabicæ conveniat?

Nam iſto libro nos valdè delectamur, & p. 963.
divinum eſſe aſſerimus. Deinde peto

impediemus, qvin ad tuos rebus, ita summoperè curabimus, ut tutus discedere Constantinopolim possis. Nam talem virum, sicut tu es, optamus Constantinopoli habitare, ut, qvoad libros istos prædictos, utilitas qvædam Ecclesiæ accedat.

Afferto etiam tecum, si potes invenire, libellum Prophyrii de authoritate S. Scripturæ, contra qvem Cyrillus Alexandrinus scripsit: nam nos ex tuis literis, qvas scripsisti, intelligimus, multas esse contradictiones in sacris literis, igitur de multis locis dubitamus, & te magnâ cum aviditate expectamus, te amplectimur, & ex ore tuo verba divina audire petimus. Noli ergò propter Deum tuos fratres in hac causâ deserere, &c.

His literis addita qvædam erat scheda, manu propriâ Adami Neuseri his verbis scripta: Nullus nostro tempore (mihi notus) factus est Arrianus, qvi non antea fuerit Calvinista, Servetus, Blandrata, Alciatus, Franciscus Davidis, Gentilis, Gribaldus, Sylvanus, & alii. Igitur qvi timet sibi, ne incidat in Arrianismum, caveat Calvinismum. Hoc ipsum αὐτόγραφον Neuseri memoriæ causâ retineo.

Michaël Bapst.

SCribit, Turcis esse qvendam librum antiqvum, in qvo certissimis oraculis declaratum ipsis fuerit, qvid de ultimis temporibus esset futurum: & jam præterlapsos esse annos, qvibus oracula finem imposuissent. Imp. & Pp. V. S.

Maximilianus 2. Imp.

MAjus peccatum committi non posse, dixit, qvàm si mortalium conscientiæ gravarentur. Ac proinde cùm Henricus Rex Poloniæ profugus transeundo Imp. visitaret, pacem illi multis modis suasit, inqviens: illos, qvi conscientiarum carnificina cœlum asseqvi pertentarent, sæpè & cœlum & terram amittere. Meteranus.

Joannes Basilius Heroldus.

IN qvodam panegyrico ad Cæsarem Maximilianum 2. pertractavit vaticinium Sibyllæ Erythrææ de Rudolpho, sub qvo sit in toto orbe futura tranqvillitas, & abuntia pacis: id qvispiam haud incommodè latino carmine comprehendit, qvod huc apponere libet.

S. R. I.

MAximus Imperii decoratus honore Ru-

Et pœnas illi Turcia capta dabit.
Donec Tarpejas conscendat victor ad arces,
Emerita & summo cum Jove signa locet.
Sic tranqvillus erit tam re qvàm nomine Cæsar,
Sydera dum cœlum, dum feret unda rates.

Joannes Pomarius in libro Germanico, qvem vocat das Ehrenkräntzlein.

PEtrus Kessaler, Ecclesiastes Basiliensis, ardentibus votis subinde rogabat Deum, ut daret sibi conjugum bonam & piam: & voto facto pollicetur Deo, se jam proditurum, & qvæcunqve primùm sit obviam occursura, illam se ducturum. Egressus igitur incidit in qvandam mendicantem: gavisus ergo & sperans, se habiturum ipsam conjugem ex animi sententia, alloqvitur eam, & ducit: sed ut juxta vulgare proverbium, *Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum*; ita & ipsa in pessimam bestiam abiit. At hic non erat legitimus & bonus modus ducendi uxorem. Imperat. & Pp. ut suprà.

Idem. Joannes Tezelius Misnius Pyrnensis, Francofordiæ ad Viadrum crucem in templo erexit, cum Papæ insignibus: qvam ejusdem efficaciæ & dignitatis esse cum Christi cruce, affirmavit. Imp. Rud. 2. Pp. Greg. 13.

Columbanus Urancx S. T. Licentiatus.

SCripsit librum, cui titulum fecit Malleus Calvinistarum: in qvo cladis Belgicæ & calamitatis, ut putat, meritoria item Missæ, & causas ejus enumerat: ut ibi. Imp. & Pp. V. S.

Portentum.

HOc anno minacissimus in cœlo apparuit cometa in forma acinacis.

Iosephus Stephanus Valentinus, Italus, Theologus.

ISTE Stephanus cùm videret, se justis & Christiano dignis rationibus aspirare ad altiora, & se tollere humo non posse; execrandum & diabolicum qvoddam cœptavit opus.

Scripsit, fas esse, adeoqve divinum, Papam ab omnibus adorari, humeris gestari, & infigere fœtidis suis calceis imaginem sacræ crucis. O facinus nefandum, memoriam Sanctæ crucis, in qva Christus pro nobis crucifixus est, alio honore non dignari. O Vicarium Christi non pudere, in fœdum hunc abiicere:

nere & elevare.

Et ad diras qvidem has blaſphemias probandas, peſſimus adulator & inſanus iſte homo, aſſumſit ſacrarum literarum dicta, miſerè corrupta & depravata. In remunerationem autem à Papa Greg. 13. ornatus fuit præfectura Eccleſiæ Segobricenſis. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 233. Greg. 13.

Idem. Conſtat, inter noſtros & veteris legis Sacerdotes latiſſimum eſſe diſcrimen; cùm illi [teſte Philone lib. 3. de vita Moyſi, & libro de profugis] Regibus Iſraël paruerint: noſtri omni poteſtati temporali præſcribant.

Idem. Ergo ut ad noſtrum inſtitutum proximè accedamus, nónne Chriſti exemplo Romanus Pontifex omnes ſuis pedibus circumfuſos ad oſcula pedum excipiet, atqve etiam ſandaliis oſcula imprimere permittet? cùm Chriſti loco in terris præpoſitus ſit, ejus perſonam ſuſtineat, poteſtas ſumma remittendi peccata ei fuerit commiſſa, & tandem moderandi ac regendi univerſalem Eccleſiam qvaſi qvædam habenæ traditæ, qvibus jus dicere, ſententiam ferre, ligare, ſolvere in terra, & in cœlis poſſit?

Idem. Hinc ut noſtram complectamur ſententiam, ex Petro in Romanos Epiſcopos permanavit authoritas: qva & imperio permulti abire juſſi, coactiq; ſunt; & aliis regium diadema ac poteſtas conceſſa. Regia enim inſignia, qvæ βασιλικὰ σύμβολα, ſive σήμαϛα καίσαρος appellantur, purpura, ſceptrum, diadema, & alii regii honores, qvi, more majorum, Imperatoribus competunt, ab ipſis ſummis Sacerdotibus decernuntur hac conditione, ut ex eorum ſuffragiis, dentur vel detrahantur imperia, removeantur jura, ſi ad qvasdam pactiones reges non accedant, vel ad eas ſervandas adduci non poſſint. Ita enim imperium deponere, inſignia abdicare compelluntur.

Philippus Lonicerus in hiſt. Turcica.

MOrtis Ladislai Regis Ung. in prælio Varnenſi, ſigna præceſſerunt, dum armaretur: delapſa manu armigeri galea: & eqvi, cùm inſcenſuro admovebatur, fera inſolitaqve obluctatio: præterea inſtructis jam aciebus, inter expectandum hoſtis adventum, ſereno tranqvilloq; cœlo, atrox ſubita ventorum vis aborta, pleraq; vexilla, Regiumq; inprimis dilaceravit. Paulò etiam poſt dimiſſum conventum, qvo ſecunda in Turcos decreta fuit expeditio, ingens terræ motus non ſolùm privatorum ædificiorum partes, ſed tota etiam oppida primum ſemper in hoſtili aggere vel muro apparuit. In Græcia, Ungaria vicinisq; regnis virtus ejus inprimis fuit conſpicua, ſemper in eam curam incubuit, qvomodo cum minimo Chriſtiani ſanguinis detrimento bellum conficeretur.

Pugnam ingredienti è labris, æſtuantis animi vehementia, ſanginem erupiſſe, ajunt. Narrant etiam, nunqvam eum pugnam detrectaſſe, nunqvam terga vertiſſe, nunqvam vulneratum eſſe, niſi levi ſagitta in pede, nec hoſtibus plus qvàm ſena eqvitum terna peditum millia oppoſuiſſe, & ſua manu ſupra duo hominum millia, Barbarorum præſertim, jugulaſſe, tanto ictuum impetu, ut multos per medium diſſecuerit transverſim ad umbilicum usqve. p. 905.

Idem. Sacerdos eo die, ubi è loco ſublimi, variis uſus ceremoniis, nonnulla de Mahumetis vita è libro legit, precesq; abſolvit, lanceam & acinacem oſtentans, populum hortatur, ut altera manu lanceam, altera gladium adverſus Mahumetanæ legis oſores ſemper in promtu habeant: Qvid nos Chriſtiani?

Idem. Abdalæ patri Mahometis magna intercedebat familiaritas cum Judæo qvodam Aſtrologo; qvi, ſe ex aſtris cognoviſſe, affirmabat, infantem natum fore magnum imperio, & legis ſcientia. Sed utinam ea prædictio falſa fuiſſet, ſine dubio minùs jam laboraremus.

Idem. Abominabile ſcelus judicant Mahometiſtæ Impudicitiam. Lege etiam ſingulis mandatur, ut legitimam uxorem ducant, ad vitandam omnem impudicitiæ & ſcortationis occaſionem. Verùm prorſus inter ipſos lex hæc ſopita eſt, nec alio vitio æqvè contaminati ſunt, ac fœdiſſimarum libidinum ſordibus. Nec enim contenti ſunt, mulieribus ad ſatiandam libidinem abuti, ſed & Sodomitico ſcelere ità fervent, ut verbis id conſeqvi difficile ſit, adeoq; ve dictu horrendum. Cumqve inter, omnes, cujuscunqve ſint conditionis, ſupra modum nefarium hoc ſcelus graſſetur, nulla in eo puniendo vel coërcendo legis habetur ratio, nec eos movet, qvod in libro Curaam ſcriptum eſt, pollutos hoc crimine tam in hoc, qvàm in futuro ſeculo, & corpore & animâ atrociſſimè puniri.

Scriptum etiam legitur in libro qvodam Mahumetano, re ipsâ edoctos ipſos eſſe, qvæ divinæ pœnæ ſævitia in impudicos homines graſſetur. Nam cùm, vivente Mahomete, qvidam adoleſcentis cujusdam pudicitiam impugnaret, jamq; vim in ullũ

ab interfecti fratribus adolescens ille in vincula conjectus, homicidiiq; reus actus est, &, ut capitis in ipsum animadverteretur supplicio, flagitatum.

Adolescens suam etiam in vinculis causam dicere jussus, qvâ injuriâ ad cædem illam compulsus sit, edisserit: Mahometes, auditâ adolescentis purgatione, sententiam ipse tulit, qvâ, adolescentem insontem esse, pronunciavit, alterum verò jure cæsum esse, cùm tali impudicitiâ polluti homines & corpore & animâ damnati sint. Verùm adversarii, neutiqvam eam homicidii causam fuisse, adstruentes, instabant, legibus in homicidam vindicandum esse. Mahometes itaqve jussit, ut fratrem occisum sepulturæ mandarent, sepulchrumq; accurata custodiâ munirent, se postridie ex præscripto legum, de homicida judicium facturum.

His peractis, postridie coram Mahomete accusatores denuò apparent, causam suam persecuturi: ad qvos conversus Mahometes, qvâ ergò morte, inqvit, petitis adolescentem affici? Eadem, inqviunt illi, qvâ & nostrum ille fratrem affecit. Jubet itaqve Mahometes, ut abeuntes, qvot fratri ipsorum occiso, jamqve sepulto, inflicta sint vulnera explorent; & tunc totidem vulneribus homicidam confici, sese curaturum. Illi verò ubi sepulchrum apervêre, cadaver ibi nullum offendunt, sepulchrum verò atrâ fuligine defœdatum, tetroqve fœtore immundum, non sine stupore animadverterunt, Mahometiqve, qvæ viderint non sine horrore, renunciant. Ille, num accuratè singulos sepulchri angulos perscrutati sint, interrogat? illisqve affirmantibus, facilè; infert Mahometes, inde vobis conjicere licet, à Sathanâ & corpus & animam impuri hominis simul ablata, omniq; culpâ immunem adolescentem dimittendum esse.

Hoc exemplo Mahometem testatum fuisse, asserunt, divinam haud dubiè irrogari pœnam omnibus iis, qvi aliqvâ se impudicitiâ contaminant, & qvia divinæ reum vindictæ nefarium illùd scelus & ipse Mahometes commisit, hodiernum etiam in diem nullam ei pœnam irrogant Turcæ, ad divinum illud tribunal rejicientes.

Idem. Fuerat Camsonis Ægyptii exercitus à Selymo oppressus, sed, ipsum de hac clade sua tristi somnio præmonitum fuisse, ferunt. Nam copiis suis, iisq; instructissimis collectis, de belli ratione cum Ducibus & præfectis consultaturus, admi- gravi tetretur somnio. Qvo vehementer turbatus, duces de bello deliberantes accedit, eosq; mœsto vultu allocutus, se abominabili somnio de infelici hujus belli exitu præmonitum esse, ait. Sibi castra sua igne tota collucere visa esse, Turcosq; immani impetu impressione factâ: omnia diripuisse, se verò inter fugiendum eqvo dejectum, suorum eqvis conculcatum.

Qvod somnium licet ominosum multis videretur, pleriq; tamen, somnio terreri potentissimum principem & Monarcham, dedecorosum esse, ajebant, adeoq; omnium nationum & Regum hostem esse Selimum, qvi parricida sit impius, regnorum omnium vastator immanissimus: ideoqve pacem cum eo piè coli haud posse, & illustriorem eâ gloriam esse, qvam concilicet victoria de tali hoste, qvi omnium regnorum moliatur ruinam, omniumq; principum & regum sanguinem sitiat. Acqviescens illi consilio Camson, eo qvo diximus eventu cum Selimo pugnavit.

Annorum fuit Camson sex & septuaginta: & annis & ramice gravis, ad fugam minùs expeditus, comis & humanus, animo magno, & ad credendum qvidvis proclivi, cibi potusq; temperans: si qvando ira excandesceret, in qvosvis citra discrimen temerè grassari: ira ubi defervbuit, mox gravi dolore suam ipse violentiam detestari solitus. Victoria hæc aditum patefecit Selimo in univerſam Syriam. p. 30

Idem. Certatum est in pugna Varnensi totos dies noctesq; tres, diu fortunâ ancipiti, sed tanto animorum ardore utrinq;, tantoq; impetu, ut cæsorum sanguine campi stagnârint. Victoria tandem ad Christianos inclinare visa est, ob primos Turcorum ordines disturbatos atq; in fugam dilapsos, confuseq; palantes, & Imperatorem ipsum trepidantem, ac desperabundo similem: tunc antistites, qvos in templis & scholis, qvàm in âcie conspici satius fuerat ac decentius, ex statione sua hostem fugientem inconsultò persecuti, aditu ad nudatos ordines patefacto, victoriam & vitam Regis, totiusqve exercitus ac regni Pannonici, imò Europæ salutem hostibus prodierunt. Dimicatum autem fuit anno 1444. 10. Novembris.

Jesuitæ locum mutant. 1578.

HOC anno Jesuitæ ex Antvverpia ejiciuntur, ubi ex raptis pecuniis nidificaverant: qvo etiam temporis Brugis Flandriæ oppido, & alibi qvoqve Monachi aliqvot in Sodomitico scelere comprehensi,

DE qvibusdam populis in Lucomoria habitantibus portentosum & dictu incredibile qviddam referunt, qvòd qvotannis 27. Mensis Novembris die, velut hirundines & ranæ, præ intenso frigore brumali moriantur: postea redeunte vere 24. Aprilis die denuò reviviscant.

Idem. In Tachim fluvio pisces nasci dicuntur, qvi capite, oculis, naso, ore, manibus, pedibusq; hominem referunt: & alia mirabilia multa: de qvibus prolixiùs in Compendio orbis.

Idem in Sarmatia. Juxta Cracoviam aliqvando mulier qvædam puerum cum collo leporino & auribus peperit. Non multùm pòst; mulier etiam cum puero serpentem peperit, qvi serpens puerum ad intestina usqve corroserat.

Idem. Martinus Bielski Polonus, qvi annales Polonorum vulgari lingua conscripsit: facit mentionem, in principio imperii Sigismundi primi, Nobilem qvendam Jacobum Melstinski, prætorem de Brezinii civitate, ex levitate qvadam animi, seu potiùs desperatione, nomen authoritatemq; Christi sibi ascivisse, Petrumq; Zatorski civem Cracoviensem, cæterosq; sibi similes latrones duodecim, secundum numerum Apostolorum, elegisse: singulisq; nomina Apostolorum, imposuisse: se verò Jesum Christum appellasse. Qvi per villas ubiqve ambulantes: prodigia, morionum & præstigiatorum more, exercebant: sycophantasqve alios & latrones, velut mortuos subornantes suscitabant: pisces in paludes lutosas primò impositos ubi nunqvam eos nasci possibile erat, in nomine Christi sui manibus capiebant: panes in fornaces imponebant: in nomine Christi, cùm illis antè non essent, depromebant: cum ingenti simplicis vulgi admiratione.

Qvodam tempore ad Cestochoviam, Monasterium divæ Virginis imagine celebre, prædictus Christus cum suis Apostolis, ubi adhuc ignotus erat, venit: cumq; illic aliqvot diebus morarentur, unum ex suis qvasi obsessum à dæmone subornaverunt: cujus opera victum acqvirebant, cùm sua coqvina carerent: ille enim qvasi dæmophoretus per hospitia, diversoriaq; ambulans, carnes de coqvinis rapiebat, in suosqve projiciebat, qvi cruce illas munientes carnes comedebant. Illic autem ingens erat confluxus populi tunc temporis ad divæ Virginis imaginem, qvæ ibi perinde, ut apud nos in Loreto miraculis celebris est.

Predicti itaqve Sycophantæ, illum obsessum suum ad altare divæ Virginis dicunt: duplici veste ad id studio præparata in-

altera deduceretur, ille è manibus ducentium furibundus sese proripiens, in altare oblationibus pecuniariis onustum irruit, pecuniasq; de altari rapiens, in vestit duplicatæ intercapedinem eas imponebat: Monachus verò ab altari, divino officio intermisso, aufugit: cæteri Monachi stupidi accurentes, cingulum illius resolvunt, putantes, eum pecuniam intra indusium posuisse: sed lapilli duntaxat, qvos antè studiò imposuerat, in terram exciderunt: pecunia verò in veste duplicata remansit.

Monachi igitur mœsti, pecuniam arte dæmonis in lapillos transformatam putantes, exorcismos, orationesqve supra lapillos sine intermissione fundunt: ut deinde in pristinam formam transformarentur: sed cùm lapilli immutati in sua forma perseverarent; Monachus librum Agendam (ut dicitur) indignabundus in terram projecit, dicens: adhuc talem dæmomonem nunqvam experti sumus: abite cum eo ad omnes dæmones. Hoc latrocinio prædicti Sychophantæ perpetrato, cum illa pecunia recta in Silesiam vicinam Poloniæ perrexerunt, simplicem vulgum suis præstigationibus seducentes, ubi ad qvandam matronam nobilem, in qvodam pago divertentes, dicunt ad illam: Christus te cum suis Apostolis visitat, ô mulier, ideò te offer illi, & salvabitur anima tua.

Illa verò, virum domi non adesse, in cujus absentia id sibi non licere, respondit. Cui Apostoli dixerunt: Habesné mappas vel telam ad sacrificandum; mulier verò ligaturam telæ illis obtulit. Qvi dixerunt, hanc nobiscum accipiemus, Christusqve tibi benedicet, ut tibi linum abundantiùs crescat, ostende aliam, si habes, telam: qvam cùm similiter accipere vellent, mulier dixit: non dabo vobis hanc: maritum enim timeo. Illi autem frustulum fomitis cum igne in telam involventes, mulieri reddiderunt: qvam illa nihil suspicans in cistam reposuit. Itaq; cista à tela, à cista verò domus accensa in flammam abiit. Vir igitur illius uxoris reversus, domum conflagrantem inveniens: causam sciscitatur, cui uxor, se malè Christum cum suis Apostolis tractasse, respondit: ideò hanc plagam haud injustè se permisisse.

Vir autem ità excandescens, latro hic, inqvit, neqvissimus, & non Christus fuit. Ideò cum vicinis malefactores perseqvitur, qvos in qvadam villi insecuti sunt. Ille itaq; Pseudochristus, re animadversa, ad illum, qvi vocabatur Petrus, dixit Petre jam mea passio calixq;, qvem bibiturus sum, appro-

te. Sicqve ille Christus per feneſtram, Petro ſeqvente, aufugit: cæteri qvoqve Apoſtoli, qvâ potuerunt, evaſerunt: qvos villani, unâ cum ſuo Chriſto inſecuti undiqve circumventos, baculis fuſtibusqve præuſtis cæciderunt. Imp. Rod. 2. Pp. Greg. 13.

1578. *Henricus Petrejus Herdeſianus.*

COllegit hic varios, qvi de aulica vita ſcripſerunt, ut apud eum. Apponam ego hîc unicum aulicæ fortunæ vetus exemplum, ex Luciano Samoſatenſi Græco. Pingatur, inqvit, veſtibulum ſublime atqve inauratum, neqve id humi ſitum in ſolo, verùm procul à terra in ædito collis faſtigio: præterea inacceſſum ferme & & abruptum, lubricoqve aditu ita, ut plerumqve, qvi, ſe jam ad ſummum uſqve verticem penetraſſe, ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem opulentia ſedeat, tota (ſicuti videtur) aurea, majorem in modum formoſa atqve amabilis. Porrò amator, ubi vix tandem conſcendit, jamqve ad fores acceſſerit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixus: deinde Spes, qvæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mirè jam ipſo ingreſſu attonitum. Atqve ab eo qvidem tempore ſpes uſqve illum antecedat, ducatqve; tum aſiæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia, Servitusqve tradant Labori: at is miſerum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat jam morbidum, coloreq; commutato: poſtremo Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat.

Ex hoc qvidem tempore Spes avolans evaneſcat. Tum ille non per aureum illud atrium, per qvod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum qvoddam & occultum exitum extrudatur nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex, læva qvidem pudorem occultans, dextra verò ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum bis etiam conficiens. Atqve hic qvidem eſto picturæ finis.

1579. *Ruardus Tapperus Art. 1. & 6. de ſatisfact.*

CHriſti inqvit, ſatisfactio & placatio, ſufficiens qvidem ſatisfactio & placatio eſt: ſed non ut efficax qvædam & operoſa. Nec meritò ſanè ſatisfactionis ac redemtionis nomine appellari debet ſola. At noſtra opera ſunt illa ſatisfactio, & vim vos abominando ſacrilegio tollere, hominibusq; peccatorib. [qvi nihil boni ex ſe cogitare, nedum facere, teſte Apoſtolo, poſſunt] vim omnem redemtionis aſcribere! Imp. Rud. 2. Pp. Greg. 13.

Idem ſcripſit rationes & modos Germaniæ pacandæ in cauſa religionis: item aureum corollarium de veris calamitatibus Belgi, cauſis, atq; remediis.

Halepo Aſtronomus ex Theſſalonia. 1577.

HOC tempore Conſtantinopoli viſus eſt cometa, cujus ſimilem Halepo Aſtronomus non apparuiſſe mundo dixit ullo unqvam tempore antea, præterqvàm tunc, cùm Sodoma & Gomorrha exurerentur cœlitus: & Pharao tyrannus Ægypti in mari rubro ſuffocaretur.

Nicolaus Baſel. 1577.

ANNO, ut ſuprà, in cœlis exercitus bellicos Deus Italiæ oſtendit, ſignificaturus, ſe bella cum iis geſturum, propter ſummam inobedientiam & contemtum verbi divini.

Jacobus Heerbrandus in Refutatione Defenſionis Aſſertionum Jeſuiticarum. 1578.

TRridenti cùm eſſemus in Concilio anno 1552. ex Argentinenſis Epiſcopi D. Eraſmi, Magiſtro eqvitum, qvi tum unà cum ſuo Epiſcopo Roma redierat, audivimus, bonâ fide nobis recitante, qvòd Romæ eſſent ultra 24. millia ſcortorum publicorum, qvæ proportione mercedis meretriciæ, menſtruum ſolverent Romano Pontifici cenſum: qvi qvæſtus eſſet uberrimus. Annè hic potiùs Sodomorum præfectus, qvàm Catholicæ Eccleſiæ univerſalis Paſtor dicendus? Præterea delecti ipſi Cardinales, in ſuo Conſilio de emendandâ Eccleſiâ dicunt; In hac etiam urbe Meretrices ut Matronæ incedunt, ſeu mulâ vehuntur, qvas conſectantur de mediâ die Nobiles familiares Cardinalium, Clericiqve. Ita ut non ſit, qvòd hac in parte nos accuſetis, qvi non probamus talia, ſed arguimus ſeveriſſimè. Nec pudet nos, æqvo Indice, Judicium vobiſcum ſubire, ut cognoſcatur de bonis operibus, & vitiis utriuſqve partis. Imp. Carolo 5. Pp. V. S.

Idem. Non defuerunt olim qvoqve, qvi, Pontificios doctores cavendos eſſe tanqvam impoſtores, lupos, vulpes, ſues, & aſinos, monuerunt: cujus rei tibi

ignobilem, ubi Marchiones Badenſes & Hochbergenſes tunc, more majorum, aulam habebant, ut abrogatâ Idololatriâ, & expurgatis ſordibus Pontificiis, ſincera inſtauraretur Religio: ingreſſus templum collegiatum, quod arci vicinum D. Michaëli eſt dedicatum, pulvinar quoddam vidi è regione ſummi altaris ad parietem, in ſedè, quâ Præpoſitus ſacra ſua interdum feſtivitatibus ſolennioribus faciens, defatigatus, pro more quieſcere ſolitus erat, valdè artificioſè contextum, & pictum variegatis filiis, atque imaginibus.

Erat autem pictura hæc intertexta. Lupus indutus cucullâ monaſticâ (in cujus capitio ab humeris dependente, anſer prominebat) in ſuggeſto ſtabat, prioribus quaſi manibus, librum tenens, ex quo recitare videbatur, neſcio quæ. Infrà cathedrâ vulpecula aderat quaſi in inſidiis. Eregione anſeres cõplures, ſinguli roſtris ſuis, Patres noſtros vocant, tenentes, & lupo concionanti auſcultantes. Adſtabat & juxta anſeres, quaſi cuſtos, fatuus in ſuo habitu: Circa lupum in eodem pulvinari, ad marginem adſcripti erant eodem texturæ artificio, rhythmi hi Germanici:

Ich wil euch wol viel Fabeln ſagen/
Biß ich fülle alln meinen Kragen.

p.909 Hoc pulvinar, quia magnam referebat veſtuſtatem, ego tum ad rei memoriam, ab iis, quibus hæc procuratio data erat, emi. Emi, inquam, Jeſuita, ut habeas calumniandi materiam: cùm apud veſtros omnia ſint venalia, Epiſcopatus, cœlum ipſum, Deuſq;, ut ex Mantuano conſtat. Quid ſapiens vetuſtas voluerit, facilè intelligunt omnes. Ita ut optimè pictura hæc in tuum (Jeſuita) quadret poſtulatum, quò lupi rapaces, & vulpeculæ aſtutæ miſeris inſidiamini hominibus, quosq; cœcos habere cupitis auditores, ut eos tanquam anſeres, fabulis veſtris, quocunq; viſum fuerit, ducere, circumvenire, devorare poſſitis. Cavere itaq; vos omnes quicunq; audire poſſunt & volunt, monemus. Dicam & alterum.

Anno 1551. Argentinæ cùm eſſem, urbisq; antiquitates videre cuperem, deductus ſum in templum ſummum, in quo mihi in circuitu ſuperiori, è regione ſuggeſti, in columnâ lapideâ ingenti, mirabilis monſtrabatur ſculptura, ſive exequiarum, vel depoſitionis funebris, ſive Reliquiarum ſanctarum (non enim omnia calleo myſteria iſta: utrumcunq; ſit, non magnoperè curo, aut laboro) non tam artificioſè, quàm ingenioſè in ſaxo exciſa, in hunc modum: Sus & hircus geſtant ſive ſunus, ut dixi ſive reliquias

Præcedit pompam iſtam à fronte urſus, aquam conſecratam urceo portans, quem ſequitur lupus crucem ferens, hunc porrò lepus proximè antecedens, cereum ardentem. Sequitur bajulos iſtius, quod dixi, feretri, aſinus ad altare miſſam celebrans. Poſt hunc alius ſtat aſinus, prælongis auriculis, librum tenens prioribus pedibus, ore intentus in librum, labris tamen carens. Librum porrò iſtum cattus tenet. Hæc figura eſt, quæ illic dicto loco proſtat, & omnibus, qui petunt, viſenda monſtratur? Nec nova eſt, aut recens exciſa: verùm unâ, quod facilè apparet, cum ipſo templo fabrefacta.

Jacta autem ſunt templi hujus fundamenta anno à Chriſto nato 1015. Cujus abſoluta eſt ſtructura (exceptâ turri altiſſimâ) anno Domini 1277. unde conſtat, effigiem hanc ante trecentos annos factam; qua ſapiens antiquitas, & pii tunc Chriſtiani, qui metu tyrannidis publicè & palàm profiteri ea, quæ ſentiebant, non auſi fuêre. (Lapides autem locuti ſunt) ſignificare voluerunt: Papatum nempe, qui magnâ ex parte Miſſis & exequiis defunctorum conſtat, plenum eſſe vulpinarum aſtutiarum, quæ tamen non mox aut facilè, ut in vulpeculâ dormiente, animaduerti præſertim à ſimplicioribus potuerunt. Qui verò fumos, aut nugas iſtas venditant, ſui & hirco aſſimulantur, idq; non temerè. Sunt enim Epicuri de grege porci, fruges conſumere nati, quorum Deus venter.

Canis impudens eſt animal, quod in publico & plateis paſſim congreditur, unde Cynici impudentes. Himores ſunt ſcortatorum ſacrificum, fructusq; cœlibatus impuriſſimi, publici fornicarii, & impudentes homines, qui libidines iſtas vagas & impudicas, honeſto & divinitùs inſtituto præferunt coniugio, palàm affirmantes, minùs peccare ſcortatorẽ ſacerdotem, conjugato. Et cum talibus impudicis canibus abliguriunt quæſtum, quem ex funeribus, & exequiis, atque indulgentiis comparãt. Iidem etiam per hircos fœtidos deſignantur, qui permolunt alienas conjuges, & filias honeſtorum ſæpè hominum, Eccleſiamq; Dei fœtore ſuo replent ac polluunt. p.910.

Urſus præcedens, portans aquam benedictam, deſignat potentes & Magnates, brachium nempe ſeculare, quo traditiones humanas Pontificias vi externa, gladio, & armis confirmare & defendere conantur, ſiquidem verbo Dei, & ſcripturæ teſtimoniis id facere nequeant. Lupus crucẽ

tum lucis habuerint, ut errores Papatûs absurdos, fraudes, & impostura intelligerent: metu tamen eos periculorum profiteri & redarguere non ausos fuisse, sed cuticulæ suæ metuêtes, simul & præbendis pinguibus, cõtra cõscientiã tacuisse, suoq: silentio superstitionem confirmãsse.

Quòd Asinus missam legit, ostensũ est, in Papatu plerunq; indoctos asinos ad eas celebrãdas adhibitos, qui sacerdotes fuêre ordinati ad tria Missa, ut vulgò dicitur: quibus repletus fuit passim totus orbis Christianus. Alter subsequens asinus cum libro, sed labris carens, significat eos, qui in Papatu tum Evangelium Christi docere debuissent publicè in Ecclesia, asinos esse, & fuisse indoctos, qui donis idoneis non sint instructi ad docendum, & rerum sacrarum cognitione etiam destituantur.

Cattus librum tenens, Pontificios adulatores, qũi mirabiliter se insinuare blãdis verbis possunt; Pontificios doctores, quibus cathedra magnâ ex parte fuit cõmissa in Scholis & templis, sed se ad latus navis felicius inclinaverunt, ut olim monachi; & jam, illis de suo loco delectis, novos monachos, Jesuitas designat.

Non fabulas narro, sed historias veras recito, quæ dictis locis omnibus videre cupientibus monstrari possunt. Ex quibus intelligitur, cujus modi fuerint oculi, h. e. doctores: & superioribus seculis, in densissimis Papatus tenebris, nõ defuisse cordatos homines, pios & ingenioso, qui Papatus erroribus non consenserunt, sed turpi Ecclesiasticorum vitâ vehementer offensi: qui ingemuerunt dolueruntq; super cunctis abominationibus in Papatu factis: cumq; Papa & sui tum, quemadmodum & nunc, sua reprehendi, ferre noluerint, concionibus publicis: illi, cùm, tacentibus aliis, lapides loqui necesse fuerit, errores Papatus, Idolomaniam multiplicem, impostura, tyrannidem, inscitiam, libidines vagas, & vitam Epicuream, quocunq; potuerunt modo, reprehenderunt & damnaverunt.

Patrum scripta.

p. 911. 1579. GLossa in decretum c. noli meis. dist. 9. statuit, patrum scripta esse authentica, & tenenda omnia usq; ad ultimum iota: quod Jesuitæ hodie negant. Canus de locis Theologicis lib. 7. cap. 3. Villavincentius de ratione studii Theologiæ libro 4. capite 6. observ. 2. contra Hiperium: non modò Tertullianum, Irenæum, Lactantium, Cyprianum, ruditione, subinde verbo scriptoq; offendisse.

Possevinus de Sixto quoq; Senensi Biblio. select. lib. 12. cap. 2, 3. operæ precium, inquit, censuit, patrum loca, in quibus à scopo aberrâssent, ostendere: & Baronius in annalibus Ecclesiasticis affirmat, in divinis tantùm scripturis nullum reperiri posse errorem atq; mendacium. Et Tomo quarto sub A. D. 369. Cæterùm, inquit: cùm divinæ tantùm scripturæ sit, nihil habere erroris, quod corrigatur, nec ipse Hilarius nævis caruit. Quem Cæsarem Baronium Bellarminus de bonis operibus lib. 2. cap. 24. quia virum optimum & verum nominat, Ioannes Reinoldus in lib. de Romanæ Ecclesiæ idololatria Bellarminum alloquitur, ex ore tuo, inquit, te judico, serve nequam, Lucæ 19.

Baronius omnes omnium hæreticorum fraudes & corruptelas profligans, affirmat, omnium Patrum scriptis inesse nævos & errores. Cur ergò tu Magdeburgensibus hanc ipsam sententiam, tanquam horribilium in cœlites blasphemiarum plenam, vitio vertis? Addit enim Villavincentius prioribus de rat. stud. Theolog. lib. 4. cap. 6. observat. 2. non propterea damnandos esse patres, quòd errârint aliquando, quia Deus Fabris in domo sua operantibus libenter indulget, etiamsi non semper aurum vel gemmas, sed interdum quoq; fœnum atq; stipulas superstruant. Imp. Rud. 2. Pp. Greg. 13. V. S.

Andreas Kreychius. 1578.

EXtat hujus Kreychii homilia de sigillo Lutheri, quod est cor rubrum, & crux nigra in alba rosa. Imp. Rud. 2. Pp. Greg. 13.

Auctor libelli de periculis regis Henrici 4. 1579.

RIsi nuper, inquit, cùm legerem, Catholicum Regem Philippum, Romanæ Ecclesiæ delicias, & morigerum filium, anno 1579. repudiâsse Gregorium Papam, qui se de regno Lusitaniæ judicem offerebat, Imp. Rudolpho 2. Pp. Greg. 13.

Ordo. Equitum S. Spiritus. 1578.

ORdo Equitum Spiritus sancti institutus fuit anno 1579. ab Henrico 3. Rege Galliæ: ad perpetuam Catholicæ religionis defensionem. Caput Ordinis ipse

HIC in suo nocendo typis [illegible] quòd conspecta fuit ab inhabitatoribus agri Mansfeldici in cœlo urbs apprimè magnifica & pulchra, muris atq; turribus egregiis cincta: sed brevi collapsa. Secundò rheda, quam trahebant quatuor equi: eiq; insidebat vir longissima insignis barba: qui & ipse paulò pòst evanuit. Tertiò duo viri armati acriter dimicantes. Quartò ingens Elephantus. Quintò sylua, ex qua prodibant milites multi: eosq; sequebantur non pouci amicti vestibus pullatis, magnam calamitatem & luctum ploratibus testantes. Imp. Rud. Pp. Gr. 13.

Alombrates.

p. 912. 1578. HI novæ cujusdam factionis sectarii, in Hispania hoc anno sunt damnati eò, quòd dicerent, sibi integrum esse & licere coire cum fœminis maritatis: de quo singularis extatliber V. S.

Desperati in Frisia.

1579. HOc tempore convenerunt in Frisiá quidam, nominantes se Desperatos: pro insignib. in vexillis suis ostentantes gladium cum testa ovi dimidia, ovi vitello effuso adjacente. Sic enim dicebant: hactenus ob ipsum ovum noluimus: nunc autem pro testa debemus depugnare. Meteranus.

Jacobus Majer in Chronico Flandriæ.

GErtrudis, filia Pipini Curti Regis Galliarum, & Abbatissa cujusdam cœnobij, anno 760. tantâ clarebat sanctitate, ut invocaretur, si quis glires, mures, & sorices domo volebat propulsare. Imp. Rudol. 2. Pp. Greg. 13.

Idem. Rosala uxor Principis, multa bona assignavit cœnobio Blandinensi, pro salute animæ filiæ suæ: quod si non filiæ profuit, certò tamen in salutem ventribus Monachorum cessit.

Idem. Phthiriasi consumitur Fulcherus Episcopus Noviomagensis, anno 955. cujus exanime corpus, quando non cessarent ex illo scaturire pediculi, cervino insutum est tergori, atque ita sepultum. Magnum exemplum puniti ambitus ac Simoniæ, si nos posteri timeremus Deum.

Idem. Templa plerisq; in locis, sacerdotesq; de cœlo tacti, prodigia fœda ac horrenda facta. anno 956.

Idem. Venit quidam magni nominis Anachorita (anno 1388.) ad Carolum regem, dixitq;, divinitùs se missum de vectigalibus miseriisq; populi levandis, alioqui brevi tempore iram Dei in Regem sævituram esse. Verrùm iste concionator ab avaquatuor.

Idem. Complures (proh dolor) stultos concionatores ea (Scholasticorum) ætas habuit, qui in arcana Dei nimis curiosè inquirebant, nulla interim solida doctrina populum imbuentes. Præclatè in tales Solon ille Philosophus: de Deo (inquit) credendum, non inquirendum.

Idem. Asserebant pleriq;, ortam esse tunc (de hoc tempore alibi suprà) pestem à Judæorum maleficiis, qui fontes aquarum & puteos veneno infecerant. Eam ob rem undiq; ferè terrarum sævitum in Judæos, præterquàm Avenione, ubi eos Papa protexit.

Idem de Christiano Archiep. Moguntino. Teutonicus Thuringus lingua latina, Græca, Italica & Brabantina utebatur: Imperatoris vicarius, bellator: de quo dicebatur, quòd asini & meretrices in ejus exercitu majoribus uterentur sumtibus, quàm tota Imperatoris familia, quæ tunc opulentissima videbatur.

Nullus unquam Imperator Gallus ex eodem.

AD Romani Imperii apicem nescio quo pacto nemo unquam Gallus, etsi multi contenderint, pertingere potuit. Nam Carolus Magnus, ejusque progenies Galli non fuerunt, sed Germali.

Idem. Inter hæc (anno 1407.) tanta mala quid de rebus sanctæ matris Ecclesiæ? Horret animus, stupet calamus illas attingere. Induci non potuit Antipapa ille Petrus Luna, ut, sua relicta perversitate, pacem redderet Ecclesiæ. Discessio publicè ab eo factâ: destitutus â rege, à principibus, & à tota ferè Gallia: nisi quòd quidam Episcopi, turpis lucri gratia, mendacium adhuc præferrent veritati. Sed vindictam parare audet. Mittit diploma ad Regem: removet que piorum cœtu omnes per Galliam sibi non obedientes. Necesse enim erat impleri vaticinia de illusoribus novissimorum temporum, cauteriatas habentibus conscientias. p. 913.

Idem. Ob hæc non solùm Regi, sed toti etiam regno sacrificiis Pontifex (anno 1301.) interdixit, seque non minùs in profanis quàm sacris dominum esse, prædicavit. Proceres tamen regni unà cum Principibus sacerdotum convocati, soli regi profitebantur se esse devinctos, nullum sibi dominum præter eum agnoscentes. Egit illis gratias Rex, seque illos defensurum pollicebatur.

ab eodem patrono suo deceptus, procurante quodam nobili milite, occisus est à Ribaldis, anno 1174. De eo etiam Vincentius.

Idem in curia Parisiensi judicatum est anno 1287. perarestam contra Petrum Archiepiscopum Remorum, sacerdotes ac cæteros sacri ordinis homines, in negotiis suis temporariis non esse liberos à tributis ac collocationibus Principibus solvendis.

Idem. Dum anno 1299. paciscerentur inducia, Eduardus rex persanctè juravit, nunquam se pacem cum Philippo Pulchro rege facturum, nisi tota Guidoni Flandria restitueretur, quod tamen jura mentum malè seruavit: sed absolutus fuisse dicitur per Bonifacium octavum, qui Pontifex nihil sibi non licere putabat.

Idem. Magna religione sacris anno 1092. ubique operatum, ad procuranda quæ fiebant prodigia, placandamque Dei iram. Nam alii instar carbonum nigrescentes, alii exesis morbo visceribus tabescentes, pars truncati miserabiliter membris; incredibile est dictu, quàm multi mortales sacro igni sunt absumti.

Idem. Ludovicus XI. Gallus, cùm veneno fratrem Aquitanum tollere vellet, monachi usus fuit opera, anno 1471. qui propter hoc scelus fulgure ac tonitru de cœlo tactus, manè jacens medio cubiculo instar carbonis niger, & lingua exerta semipedis longitudine repertus est.

Idem. Pestes illæ duæ, avaritia & ambitio, à malis maximè Principibus ortæ, anno 1070. Ecclesiam graviter affligere cœperant.

Idem, Anno 1076. mulier quædam fatidica Coloniæ Agrippinæ cecinit: Frisii progeniem usque ad tempora Antichristi in Flandria regnaturam: quibus dictis statim evanuit, nec unquam postea illic visa est.

Idem. Anno 1109. Tornaci nascitur agnus duobus capitibus, quatuor auriculis, quatuor oculis, & octo pedibus, sed uno tantùm corporis trunco.

Idem. Inde simul (anno 1389.) omnes Avenionem profecti Antipapam invisunt. Horum omnium propinquis & familiaribus per exspectativas suas omnia pinguia toto regno sacerdotia accumulavit, ut ita regem & satrapas inescaret, atque in gratia & amicitia contineret. Hinc maximæ querelæ proborum virorum, qui literarum studiis na-

nihil jultum, nihil sanctum relinqueretur.

Idem. Anno 1402. in mari Hollandico, tum admodum procelloso & alto, capta mulier marina, nuda & muta, portata in oppidum Edam, & inde Harlem: vestita est, didicitque edere panem & lactaria, & vixit annos multos semper muta. Didicit item nere, & honorem exhibuit sanctæ cruci, quamuvis muta.

Idem. Anno 1406. fama erat, promisisse Gregorium Pontificem, se pacis gratia cessurum Papatui, si idem feciset Luna, quem Benedictum vocabant: sed mansit is in sua pervicatia. Tales omnes illusores & pseudoprophetas, si sapuissent Principes, domumque Dei amassent, in vincula & carceres conjecissent, & creassent Ecclesiis veros Sacerdotes, quales præscribit Paulus Apostolus ad Timotheum & ad Titum.

Idem. Anno 1408. schola Parisiaca per Johannem Theologum, cognomento Cortohosam, natione Normannum, exponit, & declarat Petrum Lunam non modò obstinatum esse schismaticum, verùm etiam hæreticum, turbatoremque pacis & unionis Ecclesiæ. Non nominandum esse Benedictum: non illi obediendum, tanquam pastori Ecclesiæ. Bullam ejus seu diploma per Gallias missum, plenum esse fraudis & perturbationis. Neminem posse ejus obedire literis, nisi fautor esse velit schismaticis. In vincula conjiciendum, aut vi pellendum regno. Igitur ab omni ordine mortalium secessio ab illo facta: quod ubi cognovisset, plenus timore, cum quatuor Cardinalibus suis per flumen Rhodanum fugit in Aragoniam, unde erat oriundus.

Idem. Erant anno 1437. duo Œcumenica Concilia, Basilienſe & Florentinum, quæ adeò nihil habebant concordiæ, ut utrumque alterum schismaticum, synagogamque Satanæ nominaret. Unde hæc tam effrenata Sacerdotii licentia? nempe quòd orbis Christianus acephalus nullum haberet supremum Principem, qui tantis valeret mederi malis. Toto autem affectu orandus Deus, ut, quemadmodum jam per Carolum Quintum invictissimum Augustum cœptum est, Respub. Christiana non nomine tantùm, sed etiam re, pium potentissimumque semper habeat caput, totaque Ecclesia ad reformationem piosque mores tandem redeat. Nam si Imperium non resurgat, quonam

bus contra Turcas opus est: hac si caremus, haud mirum est, si in illorum deveniamus ludibria. Si Turcas velimus vincere, reformemus Ecclesiam, tollatur ab ea radix omnium malorum avaritia, reformentur omnium mortalium ordines. Tunc nobiscum pugnabit Deus, omnemque Barbarorum colluviem procul à nostris removebit finibus. Turcas vincere, est depravatissimos priùs nostros vincere mores. Quòd si sapuissent anno Domini 1444. Ungari, Legatum Eugenii ad gladium Spiritus remisissent, quod est verbum Dei.

Rarò res bellica cedit feliciter, cùm se illi intermiscent Episcopi, qui non jubentur bella gerere, sed prædicare verbum Dei, populumque docere meram Christi doctrinam. Interfectus enim & ille Iulianus Legatus, justo Dei judicio pœnas luisse videtur: qui, ut priùs autor schismatis, ita postea autore Eugenio, hujus publicæ inventor erat calamitatis. Volebat (ut mihi videtur) Deus Opt. Max. ostendere, fidem ac jusjurandum nunquam esse violanda, longeque majoris esse ponderis, quàm nostri credere curant homines.

Idem. Anno 1348 Hymbertus Delphinus, Imperii beneficiarius, malè doctus, & pravo (nisi fallor) usus consilio, principatum suum Gallis, Imperio nunquam non rebellibus, vendidit, & monachus factus est Lugduni in conventu prædicatorio. Hoc autem fecisse traditur, ut hæredes suos, quos ob offensam (nescio quam) oderat, fraudaret. O mira hominis religio! Volebât religiosus & vir bonus haberi sine charitate. Hanc autem rem ita fabricari passa est Caroli Imperat. tarditas, pacta conditione, ut duntaxat Regum Gallicorum filii Delphinatum possideant, idque in fide ac clientela Imperii, illumque ab imperio nunquam alienent. Erat enim Delphinatus una ex septem provinciis regni Arelatensis Imperio subiecti: ejus metropolis Vienna est urbs nobilis. Accepit autem à Philippo rege Hymbertus præ manu quadraginta millia coronatorum aureorum, & decem millia florenorum annuatim, dum viveret, factusque est postea presbyter Caridinalis. Primus Delphinus seu Delphinatus dux abhinc est ex Galliis factus Carolus, Philippi regis filius. Hæc quidam tribuunt anno sequenti.

Idem Anno 1340 Pontifex Benedictus, qui sedebat Avenione, toti Flandriæ sacris interdixit. Episcopi Turnacensis, Mori-

am sacro ministerio suo ausus sit uti. Cessar cœna Dominica, silent campanæ, negatur Baptimus, sepulturaque defunctorum, & nuptiarum benedictiones: nec ægrotantibus Sacramenta administrantur. Ingens cooritur turbatio. Hæc omnia ob metum Episcoporum negantibus domesticis, conducuntur externi sacerdotes undelibet venientes, illique sacra omnia populo communicant, jactante Eduardo, se sacerdotes missurum, qui, vel innitis omnibus Gallorum Episcopis, missas quoque canant in Flandris.

Idem. Anno. 1378. schisma Ecclesiæ per annos triginta novem. Causa tam longi ac perniciosi in Ecclesia schismatis timor erat reformationis morum, ac reditus Pontificis ad propriam sedem ex Galliis. Imperabat Urbanus 6. Cardinalibus, ut pompam, fastum, superbiam, & ambitionem suam minuerent, supervacaneam domesticorum turbam, equorumque strepitum decurtarent: Simoniæ non proferrent, sed coarctarent pomaria. Vindicem se futurum in quoscunque Simoniacos. Bonam partem pecuniæ, quam per luxum & superbiam turpiter profundebant, velle se pauperibus & templis collabentibus attribeure. Romæ, quæ summæ sedi natalis esset locus, se permansurum. Nemini se obtemperaturum ex iis, qui discessum suaderent.

At Cardinales Galli, qui pontificatum ad quæstum duntaxat & ambitionem petebant suam, graviter his rebus permoti, fremere, capita conferre; Urbanum calumniari, non liberè esse creatum, non esse verum Pontificem, sed solium vacare: cumque nec adducere Urbanum in Gallias possent, nec ullo pacto reformare detestabiles suos mores vellent, freti favore Johannæ Neapolitanæ Reginæ, Ananiam & Fundos clanculum petunt (erant numero octo) factaque (conniventibus quoque Galliarum Potestatibus) turpissima secessione, alium sibi ex suo corpore summum (ut dicebant) Sacerdotem creaverunt. Is erat Robertus Cardinalis Gebennensis, Comitis, Gebennæ filius.

Hunc mense Septembri electum, tandem Calendis Novembribus coronaverunt, Clementem septimum appellaverunt, totumq; orbem Christianum in grandem perturbationem, magnamq; pietatis jacturam conjecerunt. Erat tum Christiana Respub. instar domus, quæ patremfamiliâs non habet. Quòd si Carolus Imp. vir fuisset, non extra suam Italiam, ceu exulasset, Ecclesiam (quod munus illi erat præcipuum) defendisset, illusores illos facilè compescuisset, Gallo-

p. 915.

dotum Simonia. Homicidia leviæ jam & quotidiana vitia ſeut : parva admodum pecunia redimuntur. Adulterium ludus eſt penè omnium, ſed maxime magnatum ſacerdotumque. Pro nihilo ducunt matrimonii leges à Chriſto ſancitas : hinc tot nothis, tot ſpurii ſuas replent familias. Unicum nobis Deo præſcribitur remedium turpitudinis, nempe matrimonium : quod dum per Satanam contemnitur, videmus, quò devenimus ignominiæ. Pupilli à fraudibus tutorum, viduæque ab oppreſſoribus pauperum non vindicantur. Leges non vigilant, ſed altùm dormiunt. Mercatura in uſuras fœdiſſimas tranſit. Album factum eſt nigrum, & nigrum album : dulce amarum, & amarum dulce.

Bellum eſſe malorum omnium ſentinam, à ſapientibus definitum eſt, magis tamen eſt tolerabile, quam domeſticæ factiones, quibus noſtri Principes totam Chriſtianam Rempubl. commiſcent & & atterunt, nec ullum nôrunt terminum ſuæ inſaniæ. Certo tamen certius eſt, niſi pacem tandem firment, Monarchamque ſibi conſtituant, brevi Monarcham paſſuros eſſe fœdiſſimam & immaniſſimam illam beluam, id eſt, Turcam, qui propter immania vitia noſtra, flagellum Dei eſſe putatur. O utinam in hiſce rebus falſum me vatem nominate, ridereque valeat poſteritas?

Idem. Certis quibuſdam prodigiis tantam Francorum cladem, anno 1303. factam, præmonſtratam, lego. Nam in tanta equorum multitudine vix unus aut alter inventus eſt, qui toto ante pugnam triduo hinnitum emiſerit : & lupus, quem manſuefactum Attebas habuit, ad feritatem rediit, atque equi herilis phaleras, inſtante prælii die, laceravit. Corvus item Iacobum ejus fratrem ponè tergum uſque ab Atrebatibus Curtacum ſecutus eſt : unde ſcriptus verſiculus:

Corvus eum ſequitur, qui mortis dicitur ales.

Sed & equus Atrebatis non, niſi invitus ac vi protruſus, in Flandros dominum tuliſſe dicitur, felicem quidem illum, ſi non minus quàm ipſa belua mentis habuiſſet. Aër inſuper ſub prælii initium, cùm tanta calcatione equorum ſurgente pulvere, tum per ſe ipſum uſque eò nebuloſus eſt factus, ut non ſatis præſertim tam magno interim, tamque terribili furore illo Cymbrico furentibus Flamingis.

Idem. Anno 1300. Papa Regem cruce ſignare jubet : quibus tantum abfuit, ut Pontifici Bonifacio 8. Gallus pareret, ut Apamenſem Epiſcopum, ejus rei gratia miſſum, ideo, quòd liberiùs loqueretur, in cuſtodiam duci imperârit : vocatos Romam ad concilium Epiſcopos, patresq; Galliam excedere regno vetaverit, vacantiumque ſacratarum ædium bona fiſco intulerit: unde Pontifex indignatione permotus, publicè & nominatim eum execratus eſt, hoſtemq; Eccleſiæ judicavit. Miſit præterea archidiaconum Narbonenſem cum diplomate, quo nobilitatem Gallicam ab ejus fide ſolvit, regi jus illi abrogavit, idque Alberto Cæſari attribuit : ſacramque huic tiaram impoſuit in hoc præcipuè, ut bello Gallum quateret : quod quidem diploma cum Archidiaconus apud Lutetiam recitaret, raptum ab ejus manibus Robertus Atrebas in ignem abjecit.

Idem Anno 1471. ſexto Calend. Auguſti Paulus Papa Romanus apoplexia percuſſus, ſolus in cubiculo obiit ſubitanea & improviſa morte. Tantus hoſtis (inquit Platina) bonarum fuerat literarum, ut omnes illarum ſtudioſos appellaret hæreticos. Venetus erat natione, ſed Venetos tamen minimè dilexit. Lego apud quendam, Venetias vendere voluiſſe Turcis, ſed fides penes autorem ſit.

Idem. Ludovicus Rex Siculus Italiam petit contra competitorem ſuum regni Siciliæ Ladislaum, Caroli Dyrrachii filium, Ladislaus autem Romam concedit. Eum Gregorius Papa ſe pollicetur creaturum Imperatorem, ſi viciſſim illi operam dare velit, ut Pontificatus ipſi ſtabiliatur.

Zacharias Rivander. 1580.

THeologiæ Doctor Lipſiæ habuit ſomnium. Vidit venientem ad ſe quendam ſenem, monſtrantem librum, in quo ſcriptum erat: Duo Triſyllaba, mas & fœmina, Mahomet & Maria, maturabunt interitum noſtrarum Eccleſiarum. Imp. Rudol. 2. Papa Greg. 13.

Wigulcius Hund in Metropoli Salisburg. de Epiſcop. Ratisbonenſ. 1580.

INterfuit ſynodo Tridentinæ Iohannes Iacobus Metropolitanus Salisburgen-

nam attulit, moxque suis convocatis Parochis, eo modo Sacramentum Eucharistiæ petentibus dispensandum per suam diœcesim permisit: nempe, prævia confessione, ac sub missa, à catholico sacerdote juxta ritum Rom. Ecclesiæ celebrata, & cum certa fide, communionem quoque illam usitatam sub unica specie, sanctam esse, & divino mandato haud repugnantem, &c. Quod in aliquibus locis ita cœptum quidem; postea autem gravibus de causis rursum per totam Bavariam ordinaria potestate abrogatum, ac vetus Catholicæ Ecclesiæ consuetudo unius speciei rursum sibi asserta ac confirmata: ita ut, pro conseruanda concordia, & vitandis pluribus inconvenientibus, in toto Ducatu Bavariæ unus atque æqualis esset Sacramenti hujus, sicut & aliorum, usus, &c. Imperatore Rudolpho 2. Papa Greg. 13.

Idem. Dominus Henricus Rahtgebo de Gotha, Sacerdos Moguntinensis diœcesis, propter hæresin Hussitarum, quam defenderat, degradatur, & comburitur anno 1423.

Idem. Zacharias Pontifex Episcopo Laureacensi pallium, quod honorantias non solveret, iterum ademit.

Idem. Anno 1256. fuerunt bella, & maximæ discordiæ inter duos Archiepiscopos, Philippum & Ulricum, per integros sex annos; ut etiam per aliquod tempus à sacris abstineretur. Et puer in Rastat duobus cornibus natus, ejusque ploratus 14. diebus antè auditus fuit, quàm nasceretur.

Idem. Episcopus Ratisbonensis Iohannes, sacerdotem quendam, pertinaciter defendentem articulos Wielefi, omni sacerdotali dignitate exuit: anno 1422.

1580. ## Valentinus Rudolphus Butstadiensis in Annotationibus temporum.

ISTuc ætatis Bretteburgi mulier gravida, desiderio sui mariti capta & accensa edendi, eum noctu jugulavit, & mortui sic brachium & latus sinistrum cingulotenus devoravit: reliqua sale condita reposuit, volens, & illa comedere. Interea verò tres peperit filios, & perpetuo clauditur carcere. Imp. Rud. 2 Papa Gr. 13.

Idem. Vinariæ in fossa quadam, quæ nullas habebat scaturigines, magna vi scaturigines sanguineæ prodiêre. Posterioribus diebus quædam fuit Eclipsis, & dicta scaturigo defecit, at postmodum quatuor oribus denuò se terrâ profudit. Verùm enimverò ante no-

Idem. Aliquando tres ludebant, eorum autem alter, qui damnum fecerat lusus, dicebat: si hanc, quam ludam jam, perdidero aleam: Deum pugione confodiam. Quid fit? perdidit, ut metuit: eripit vagina pugionem, & sursum ad cœlos projicit: pugio evanuit, & 5. guttæ sanguineæ desuper cadunt in locum, quo ludebant illi: & Sathanas horrendo impetu hominem blasphemum invadit, & totum cum corpore & anima secum ocyus abripit: ingentes tollentem ad æthera clamores & mugitus, auditos omnibus in urbe: duo reliqui capiuntur, & in vincula cogunturalter collapsus, & plenus atque scatens pediculis moritur miserè: tertius decollatur.

Idem. Hoc anno duo artificii manuarii Juvenes de Deo impiè, at sic jocaturi, locuti sunt, illorumque alter accepto poculo Deo propinavit haustum. Evacuatum autem illud ad cœlos elevavit, Deum compellans & jubens respondere. Ibi corpus ejus regere & immutabile ac immobile esse & manere cœpit, nec ampliùs vel hiscere videri; Socius ejus suspendio sublatus: domus hospitii tentata succendi, sed nulla potuit flamma accendi.

Iacobus Schopperus in sua Chorographia. 1580.

CArdinalis Campegius ad quendam dixit: Ominabar ego, & sæpius cogitani; tam immensam movachorum multitudinem tandem magnum Ecclesiæ malum daturam. Imp. Rud. 2 Papa Greg. 13.

Idem. Bartholomæus Müller Biberacensis pastor, cùm monachos mendicantes & prædicantes in urbe videret, publicè de suggestu eos taxabat & increpabat, monachatumque damnabat ita, ut monachi non facilè ulteriùs ibi comparerent.

Idem. Sigismundus Imperator cùm animadverteret, Reformationem Concilii Constantiensis in fumum abituram; valdè animo dolebat: & cùm aliquando Possenii in Ungaria quietem caperet, apparuit ei in somnis vir honestæ speciei, in habitu sacerdotali, qui ei significabat, Papæ & Sacerdotum errores futuro tempore per doctus homines revelatum iri, qui auxilio quorundam principum Ecclesiam juxta Dei verbum reformaturi essent.

Idem. Cùm legatus Papæ D. Martino Luthero nihil renunciari fecisset, D. Martinus ad Legatum misit D. Wenceslaum, & Legatum rogavit, ut rem paternè componeret: tibi tum Legatus sese

veredarium proprium. Item si D. Martinus articulum saltem de Indulgentiis revocaret, tunc rem in vado esse; alter n. articulus ad fidem in sacramento attinens, facilè interpretationem & glossam
p. 917. admitteret: ex quibus apparet, Romam attentam esse ad pecuniam solummodò, non autem ad fidem & salutem. Hoc cùm D. Staupizius audisset, dixit: equidem magni æstimandum esset, si D. Wenceslaus Notarium & testes ad manus habuisset, cùm illa de fide periculosa verba proferrentur, nam certè Romanensibus non exiguum allatura essent detrimentum, si divulgaretur eorum propositum.

Idem. Cum à Carolo 5. Cæsare Lutherus vocaretur Wormaciam anno. 1521. obediens comparuit, publica fide eò deductus: verùm multi cum adversariorum tum aliorum, adventum illius exspectare non ausi fuissent. Licet enim à Cæsare per Caduceatorem salvo conductu vocaretur, veruntamen, quia paucis diebus antè, ac ipse venerat, libri ejus publico affixo mandato damnabantur, eam opinionem nemo induere præsumebat, quòd se, velut qui eo præjudicio jam damnatus esset, sistere sit ausurus. Et cùm Oppenhemii, ubi id primùm resciverat, à multis suis amicis suasum ipsi esset, ne se ipsum periculis objectaret, quoniam videret, quòd initium hujus rei contra datam fidem publicam, tam malè se haberet; magna illis alacritate hoc responsi dedit: Agedum, quoniam vocatus citatusque sum, in animo meo mihi ipsi firmiter proposui, eò proficiscendi in nomine Domini Jesu Christi, licet certo certiùs scirem, tot ibi diabolos esse, quot in tectis tegulæ.

M. Cyriacus Schlichtenberger. 1580.

Refert in quodam libello publicis typis excuso, mortuam esse hoc anno quandam adolescentulam annorum quatuordecim: & exanimem jacuisse usque in diem alterum: & tunc quasi è somno ex pergefactam revixisse: & miranda loqui cœpisse: præsertim verò homines pœnitentiam agere, pietatem colere, & revereri Deum seriò admonuisse: post die ab hinc quinto animam

Ad exempla vetera hoc novum, agnoscere sedem Apostolicam judicem Regnorum. Imper. Rudolpho 2. Papa Gregorio 13.

Hieronymus Turlerus I. C. 158.

Scripsit librum doctissimum de ruina Romani Imperii, & migrationibus populorum. Imp. & Papa ut sup.

Henricus Pantaleon libro 2. rerum in Eccles. gestarum. 1580.

Iohannes Clericus Meldensis frater fuit natu major Petri Clerici ejus, qui cum quatuordecim postea supplicio affectus est. Is Iohannes in urbe Meldensi captus est, anno 1623. quòd schedulam affixerat valuis summi templi contra indulgentias à Papa missas: in qua scripserat, cum esse Antichristum. Quamobrem eo quidem tempore fuit condemnatus, ut tribus diebus certo spacio intermissis, verberibus cæderetur, atque impressa in fronte nota ignominiosè afficeretur. Ejus autem mater, mulier verè Christiana, tametsi maritus resisteret, cùm videret, filium virgis verberari, atque ea nota deformari, animum ei addidit, & in hanc vocem exclamavit: vivat Christus, ejusque insignia. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

Idem de Francisco Sanct-Romano, Burgis in Hispania exusto anno 1542. His dictis, cuculiati scisciatati sunt, an crederet, Pontificem Romanum vicarium esse Christi, caput Ecclesiæ in terra, qui omnes Ecclesiæ thesauros in potestate sua habeat, penes quem sit arbitrium ligandi & solvendi, quicquid libitum fuerit: cui etiam novos articulos facere, & eos, quos nunc habemus, abolere fas sit. Ad quæ Franciscus respondit: se nihil eorum credere, sed contrà affirmare, Papam Antichristum esse, latum patre Diabolo: quippe qui sit inimicus Iesu Christi, sibi vendicans divinum cui tum, quique œstro patris Satanæ percitus sursum deorsum omnia versat, & sacra prophanis miscet, ut fallacias suas tueatur, quibus, velut lupus rabie agitatus, gregem Christi dissipat, ipsas denique oves Domini dilaniat & devorat.

Idem. An. Dom. 1391. Bonifacius nonus primi anni redditus omnium beneficiorum Ecclesiasticorum (qui annatæ dicuntur) sibi suisq; successoribus decreto suo assignavit, & sic se orbis dominum con-

Hoffmannus, ille Papisticæ religionis acerrimus propugnator, iturus ad conventum Ratisbonensem, ut Evangelicis resisteret, non procul ab Ulma in horribilibus mugitibus est mortuus.

Latomus etiam, Theologus Lovaniensis, moriturus mugiit instar bovis, & vociferatus est de suo dolore & peccato, quòd fuisset persecutus sanctos, & adiuvisset consilia necis contra conscientiam.

Dominicaster, monachus Monasterii, in ipsa concione percutiebatur fulmine, cùm clamaret contra Evangelicam doctrinam, & ita est mortuus.

Quidam etiam alius magni nominis homo, cùm audivisset cantilenam, **Ein feste Burg ist unser Gott** dixit: **Ich will helffen die Burg zerschiessen/ oder will nicht leben:** post triduum est mortus sine confessione, & sine agnitione Dei.

Idem de ord. Iohannitarum rebus gestis lib. 6. recitat ex Jovio. Adrianum pontificem, etsi posset & militum manum cum classe paratam haberet, Rhodum tamen eripere liberareque noluisse.

Idem de viris ILI. Germ. part. 2. Berchtoldus Niger Teuto genere, religione Franciscanus, professione philosophus, Magiæ & metallariæ artium fallaci simarum studiosus & Chymista clarissimus, circa annum Domini 1354. cognasci cœptus est. Cùm enim Physica studio diu operam dedisset, ac didicisset, duo corpora in eodem loco esse non posse, nec vacuum in rerum natura admitti, præterea, quòd ignis levius elementem majus sibi spacium vendicaret, quàm terra, & quod omnia ex elementis mixta corpora in ignem redigantur, hæc omnia ab Aristotele, & aliis naturæ scrutatoribus proposita ipse, experimento facto, clariùs percipere voluit. Itaque ureæ ollæ, undique circumseptæ & obstructæ, sulphur & nitri pulverem adiecit, ignemque imposuit. Quo facto cùm materia ignem accepisset, naturali ratione olla frangitur, atque ignis & fumus ingenti sonitu instar tonitrui in aërem spargitur, tanquam in locum apertum & patentem, inditium futuri bellici instrumenti exhibens.

Eo viso, insignis ille philosophus plurimùm delectatus est, atque pulverem bombardicum pari ratione conficere cœpit. Sciebat autem, contraria contrariis expelli, & frigidum atque calidum in extremis summè esse contraria. Itaque ex nitro & sulphure bene contritis pulverem confecit, & carbones nigredinis ergò adiecit.

Hac ratione invenits inventa addens, primò machinas ligneas, deinde autem ferreas atque æneas confecit, easque à terribili & hactenus inaudito sonitu Bombardas vocavit, ex quibus globos lapideos, ferreos, & plumbeos ciaculatus, ostendit pernicioso ingenio, quomodo homines, muri, arces, urbes, & fortissima munimenta, tamquam fulmine prostetuerentur. Superuenere postea indies alii atque alii artifices, qui id inventum sua industria auxerunt.

Hac ratione detestandus Monachus effecit, ut nullus amplius virtuti & fortitudini locus relinqueretur, dum bombardis indifferenter strenui & ignavi prout quisque proximo loco constitit, detestabili modo tollerentur. Habuerunt & veteres Romani ac Græci sua instrumenta & arietes, quibus tamquam fundis hostes peterent, & muros concuterent; verum nova illa pulveris vehementia omnibus reliquis perniciosior multò existit. Itaque Dani bombardas primò contra hostes duxerunt, deinde etiam Veneti, ex quorum auditu homines primò obstupuerunt, incruentam victoriam facilè hostibus relinquentes. Nostro autem tempore virtute neglecta, is ferè principum potentior habetur, qui plures tormentarios, eosque harum rerum peritos, pedites & equites in aciem producere, aut in præsidiis collocare potest. De hoc & suprà apud Polydorum Virgilium, Anno 1530.

Idem. Mense Iunio anni 1540. ductus Stephanus Brunus Reorterensis Ebrodi P. 919.
ad judices, ut ei sententia capitis pronunciaretur: sic eos intrepidè est allocutus: Quid agetis miseri? mortisne mè damnabitis, qua mihi ex hac vita demigrandum sit? mors sanè mihi terribilis non est, cùm ex miseriis ad beatam immortalitatem transiturus sim.

Ad locum supplicii Planuol appellatum cùm duceretur: plebem ab pietatis studium hortatus est: ibi vi, & impetu venti flammam huc illuc abripientis, ac deprimentis, intactus ferè unius horæ spacio ad palum ligatus stetit: adeò, ut nova sarmenta, & vasa olei plena, consumtis lignis, afferri necesse esset, quibus ignis adjuvari posset: nec tamen ita rectè comburi potuit, quin salvus adhuc evadere posse videretur. Quo viso, carnifex fustem in hominis caput totis viribus impegit. Cui etiamnùm vivens dixit Stephanus: Cùm igni adjudicatus sim, ecquid me vis baculis enecare velut canem? Tunc carnifex præpilato baculo viscera Bruni traiecit

Paulus Seidelius in sua historia.

1580. IOhannes Tetzelius, monachus ordinis Dominicanorum, ex oppido Piern in Misnia, ad Albim sito, oriundus, cùm ad mercaturam veheret Indulgentias, hoc pacto pecunias hominum in nassam attracturus fertur, eum miles quidam egregiè induxisse. Accidit enim, ut Tetzelius in quadam civitate diverteret, & suarum Indulgentiarum scruta aperiret: hoc ubi miles exploratum habuit, ad illum se actutum recepit: indicans inimicum sibi esse quodam in loco, quem demulcere paulùm perquàm cuperet: rogare igitur, ut peccati hujus se liberum faciat, absolvat, & literas Papæ, vicarii Christi, tribuat: offerebat etiam miles, se, pro facultate, pecunia id soluturum, & quod æquum esset, repensurum esse.

Tetzelius has conditiones promtissimè, manibus pedibusque, ut dicitur, arripiebat: immunitatem pollicetur, indulgentias communicat, & veniam literis sigillo pontificio roboratis impertitur. Miles ejusmodi peccandi licentia lætus, omnes captabat occasiones, ut pecuniam pro indulgentiis expositam, quam ipse pro elocata habebat, unà cum fœnore reciperet.

Interea verò Tetzelius, Romanensis scrutarius & æruscator, merces suas extrudebat, obtrudebat, & tantoperè deprædicabat, ut si quis eò nequitiæ fuisset prolapsus, ut B. Virgini Mariæ vitium (horresco referens) intulisset, emtis tamen his suis indulgentiis, illo immani scelere absolveretur. Atque ubi jam homines argento suo affatim emunxerat, convasata pecunia, cœpit aliò locorum tendere.

Hic verò Miles sodalitio suo stipatus, opportunè hominem præstolatur: eumque jam aduentantem conjunctis invadunt viribus, oppetiunt plagis, acriter cædunt, & universam mercimonio Indulgentiarum acquisitam pecuniam, magni sine dubio æstimandam, eripiunt, & insigni fœnore potiuntur. At Tetzelius, quia militi nullo modo resistere, nec se ab illata vi redimere poterat, exclamavit: O tu bipedum nequissime! quomodo peccatum hoc maximum expiabis, quod in Sanctissimo Patre, Papa Romano, & in me, Legato ejus nefariè patras.

volueris, id poteris in memoriam revocare: siquidem & precium tibi pro isthac tua absolutione obtuli. Ideò mihi non metuo, ut cui ipsemet in te potestatem dederis, & plenam absolutionem ab hoc reatu concesseris: sed te universa pecunia spolio, idque pro piaculo non habeo, verùm insuper ago tibi gratias, & valedico: Agedum benè vale Tetzeli lepide.

Ita in seipsum Tetzelius peccandi licentiam indulsit: & scelus, ut ajunt, in artificem rediit.

Episcopus Venator. Ex Ioan Wilhel. Kirchofii farragine.

PUblico scripto & pictuta anno Domini 1537. divulgata est sequentis non Episcopi, sed crudelissimi, & immanissimi Tyranni historia. Michaël enim Episcopus Salisburgensis cùm in proximo luco ad insaniam usque venaretur, cervus autem quidam ictus extra saltum curreret, & in pauperis cujusdam segetem deveniret, ibidemque veniente morte concideret: eum verò conspicatus inops ille (cui domi soboles esset plurima, vix tamen interim panem haberet, quem ederet) tanquam divinitùs oblatum sibi domum deferret, excoriaret, ederet, seq; ita suosq; sustentaret: at Episcopus id tandem exploratum haberet hunc miserum hominem in carcerem acerbissimè detrusit, ereptumque inde judici suo, qui illi vitam adimeret, tradidit. Qui ubi tam indignam sententiam ferre recusavit: ipse tribunal ascendit, hominemque ad mortem longè deterrimam damnavit, illumque corio devorati cervi insui, cambusque suis interimendum dari mandavit: hac tamen pœnæ mitigatione, vel potiùs nequissima illusione, ut, si quando evaderet, quemadmodum illa bestia, planè liber esset.

Ita impactum cervina pelle virum in foro venatus est, & ipse coràm, animi sui declarandi gratiâ, quàm id sibi arrideret, cornu in manus sumsit, eoque inflato, canes, & molossos atrocissimos in hunc, qui jam animam suam Deo commendabat, causamque iniquissimam ipsius judicio deferebat, incitavit, qui eum undique aggressi, miserrimè in morem feræ dilaniaverunt. Acclamante in cœlum innocente sanguine, Deus haud impunem illum nefarium Episcopum habuit, quem venationi postera die indulgentem ab equo repentino morbo præcipitavit, & justissimè interemit. Imp. Rud. 2. Pana

Illyrico, ut homini privato & minimè fecis, tantum Archiepiscopum & Principem Imperii accusare minimè liceat.

Idem. Anno Domini 1534. sedem Apostolicam occupavit Alexander Farnesius, admodùm senex: & qui antè fuerat Episcopus Ostiæ, gratioso Cardinalium suffragio amplissimum in Romana Ecclesia culmen est adeptus. At quibus artibus & phaleris hanc Spartam ornaverit ille, magno cum gemitu paulò post experti sunt Christiani. Voluit autem Paulus iste Tertius (ita namque jam Papa se dicebat) insigne quoddam, ab initio statim, successionis à Petro suæ ædere spectaculum.

Ideo cùm Nicææ in Italia Sanctissimum Patrem exspectarent Imperator, & Rex Franciæ: ut quis esset, homines intelligerent, haud minore apparatu putavit sibi eò loci ingrediundum esse. Ergò uti maximum suum splendorem, & majestatem ab asinis ordiretur, in via ducentos, quibus inequitabant Itali, mulos, egregiè suis ornamentis accinctos præmisit: quos insequuti sexaginta buccinatores in villoso serico, artalico syndone, & purpura conspicui, Papam adventare, haud obscuro murmure, ut credere fas est, prædicabant: deinde verò incedebant satellites, quadraginta, ni fallor, omnes amicti manicatis tuniculis, & redimiculis: omnes flavo colore vestium irradiabant, in capite nigri sericei galeri, candidis struthionum pennis, & cristis evincti supereminebant. Inde Magister Romanæ Curiæ, ad latns effulto regimento, singulari gravitate toruum quiddam prospiciens, quadrupedante sonipede ferebatur, insigni habitus ambitione refulgens.

Jam verò Catholicorum fucorum examen, cariosi, rasi, & nigris exesi chelydris Sacrificuli, multis, auro, gemmis & serico Sanctorum reliquiis obvelatis exornati, in alto ferentes sexaginta flammantes in clara luce cereos albos, iisque Papæ prælucentes eunt: quem in aureo atque eburno emblemate vermiculato solio, subter extento fictili pretioso cœlo, resupinum effulgentem, coronaque triplici micantem multi humeris suis, & ipsi magnum & Romanum quiddam spirantes, enixè gestabant. Ibat paulò antè, qui Sacramentum cœnæ in aureo sacello portans, illud circum fusæ plebi monstrabat. Pontificem autem à tergo centum fortissimi, miljites, sclopetis & verutis armati observavant.

Ita procedebatur in urbe, omnibus attentis, & majestatem rei stupescentibus, vere suam. Non potuit autem diutius latere Pontifex, quin Imperator etiam ultrò veniret, & patris sui pedes osculo quodam exciperet, quem vicissim medium amplexus Papa, osculatus est in summo capitis illius vertice, ut vel invitus intelligeret Cæsar, à quo reciperet hoc osculum, nimirum à domino suo. Hoc modo Paulus iste III. & pastor ovium Jesu Christi, vicarius Apostoli Petri, Nicæam in Italia venit.

At de hoc quia nemo tantoperè laborat: audiamus porrò Pauli hujus avidam cruoris sitim, & tyrannidem. Anno enim 1540. cùm alio modo Christianis in Germania principibus in causa Lutheranæ religionis repagulum injicere non valeret, emisit ex Italia quadringentos, eosque bipedum nequissimos homines, non sine salario quodam subornatos, ut ignes clanculùm in Lutheranorum civitatibus alerent, atque hinc inde pestem molirentur.

At Deus clementer inhibuit eventum ita, ut de his nihil effectum acceperimus, quàm quòd urbs Inbeck audacia horum nebulonum flammis corruerit, sine tamen ullo Christianæ nostræ religionis detrimento.

Sed ne hoc quidem facinore crudelitas illius est satiata, quin anno salutis 1546. Cæsarem ad arma capienda, & innoxio sanguine se polluendum incitaret, unde grave illud bellum subitò in Germania, omnium atrocissimum exarsit.

Eodem anno, dum plena tumultibus, & opertis omnia bellis intumcseerent, ut putaret, hac ratione latrociniis suis patere viam: plurimos ad intoxicandas aquas, & venenis habitacula hominum Lutheranorum inficienda, hinc indepassim in audito flagitio, ablegavit. Quemadmodum in Thuringia quidam Italus in scelere deprehensus, in quæstione fassus est, à Papa se, suique similes pecuniis fuisse inductos, ut operam illi in hac re sedulam, aut quocumque modo præstantissimos quosque viros interimere ferret occasio, præstarent.

Atque hîc videte, vos ô Christiani, infiatorum horum Sodomitarum audaciam, & scelus! uti miserum ovium Christi gregem diabolicis suis larvis decipiant, inducant, fallant, divexent, & interimant: ecquidnam aliud illi, in templo Dei sedentes, sibi volunt, quàm mundi hujus opes, auctoritatem, & potentiam? p. 921.

Idem. Referunt de Leone X. quòd, cùm sæpenumerò magna reverentia gestaretur

lari intremuerit, edito suis in morem grunnitu, & proximum quemque dominum, ut à manu fuerat, qui humeros suos oneri bajulando subjiciebat, pastorali suo pedo iuxta tempora semel atque iterum percusserit.

Fuit etiam dictus Papa eâ humilitate præditus, ut, qui eum rogaturi supplices advolverentur pedibus, illos sæpiùs ad duas & tres usque horas, antequàm aures petitioni daret, in luto & squalore jacere fuerit passus.

Idem. Iter faciebant quodam tempore Cardinalis quidam, & Abbas Fuldensis, Ulmam versus, ambo triginta equitibus, & ipsi quidem armis accincti, stipati. Cardinalis ergò in hoc ausam arripiens, ita dictis Abbatem incessit: Venerabilis Domine, annè existimas S. Benedictum, ordinis tui auctorem, tot equitibus ingressum fuisse? Indigniùs id tulit Abbas, & ut vicissim morderet, eundem in modum interrogat Cardinalem: Dignissime Pater, ubi tu scriptum legis, eodem apparatu & satellitio, ut tu, D. Petrum, qui & ipse vester antecessor, ut dicitis, erat, incessisse? Ita alter alteri sudem in oculis, etiam sine præmio, monstravit.

Idem. Donabatur Augustæ Vindelicorum Maximiliani Imp. filio Ferdinando, tum adolescenti, quidam visus. Eum aliquando nobiles currui ad trahenda ligna applicabant; atqui, nescio quo modo, factum est, ut dum eum duriusculè tractarent, ille omnia perrumperet, indeque liber hinc inde, quòcunque ferret impetus, excurreret. Accidit autem, ut, cùm alibi nihil mali molitus esset in quemquam, non sine fato in templum quoddam, ubi missa legebatur, impingeret. Ergò immanior solito ad altare concitato cursu invehitur, inque officio stantem protinus prosternit sacerdotem, indeque cæteros auditores eodem modo prosternit, neminemque in toto delubro, quem intactum relinqueret, præterit. Omnem præterea ornatum pontificium dilacerat, dissipat, & in tenues partes comminuit. Ita hoc examine habito mansuescere cœpit, & in aulam rediit.

Putant docti, factum hoc typicum deinceps, cùm Passavii Ferdinandus reformatæ religioni, contra Papistarum furores, pacem statuisset, & eorum rabiem ceu ursus quispiam fortis dissipasset, effectui datum fuisse.

gradus veluti sese præcipitans, altero pede cervino: ut, veloces esse illius pedes ad malè agendum, intelligas. Alterius pedis vicem gerit inversa lucerna, ut, Monachismi ortum & progressum mera doctrinæ lucis eversione niti, scirent spectatores.

Manus habet aduncas, & rapaces: quarum una impositum humeris saccum retinet, orphanorum nimirum & viduarum facultates: altera circulum gestat ex precatoriis illis globulis mirabiliter consertum; siquidem pro minoribus illis, quos AveMaria vocant, sunt abaci tabellæ orbiculatæ: & prodenis illis majoribus, quos Pater noster appellant boni isti patres, singuli sunt taxilli, pulchrè cum tabellis illis cohærentes.

Sinum habet oppletum lusoriis chartarum foliis: cucullam à tergo, plenam illis novem metis pyramidalibus, unà cum globo, quo ad illas dejiciendas vulgò utuntur; ut, qua in re vitam illi consumere solerent, longarum precum prætextu domos etiam regum exhaurientes, nullus ignoraret. Collum est oblongum & asininum, ut, bestiarum more ventri deditos esse ipsos, nemo nesciat. Menti vicem præbet quædam cyathi forma satis conveniens. Nasum facit canis caudam attollentis species, cujus caput latranti simile præstat etiam ipsi Monacho capitis vicem, optimè sanè monachorum latratus simul & ingluviem inexplebilem referens.

Denique à tergo desinit dorsi spina in contortum lituum, ex quo cum fumo quodam extrusus alius monachus, rapacibus pedum & manuum unguibus, ad mensam quandam assidens, numerata pecunia indulgentias una manu, altera verò κυβωτίου, quod barbarè Cyborium appellant, in quo illorum fatale cruftum continetur, porrigit. Recitat Beza in Epistolis.

Alia antiqua pictura Mystica.

IN Genevensi civitate pictura inerat, in ipso penè Augustinianorum vestibulo, palàm omnibus apparens, addito etiã Iaphredi cujusdam Taurinensis pictoris nomine, hydram septicipitem suspenso in aëre throno insidentem referens, substrata nudi Papæ Romani & triplici diademate exornati specie, ex pube infulas, peda Episcopalia, bullas, Pontifices deniq; ipsos, fœdissima sanè stercora, quib. jam plus satis exsaturatum esse mundum oportuit, egerentem, subjecta fornace, quæ utrinq; à dæmonibus, eundem Illum throno cir-

præmissos aliquos, qui mundi veternum utcunque excuterent, magnos illos heroas, Spiritu sancto circundatos, prodire juberet. Hæc itidem Beza in epistolis.

Memorabilia.

1580. HOc tempore prodiit alter tomus operum Iohannis Goropii Becani, in quo inter alia talia repetiuntur. Anubis canis caput habet, ut moneat, neminem, nisi sagacem iter ad custodiam posse monstrare; & rectè docere, nisi ipse prius noverit, quod docet: præterea, eum qui docet, animosum esse debere, & audacter latrare contra ignorantes. Canem autem symbolum doctoris esse, non de vetusto tantùm nomine, sed etiam ex Esaia discas; apud quem dicit Dominus. Speculatores ejus exci omnes nescierunt, universi canes muti, non valentes latrare, videntes, vana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam.

Hic videmus, populi sive pastores, sive doctores, sive Episcopos canes vocari: quoniam ipsorum sit tum scire & videre, quid in omnibus fieri oporteat; tum alta voce & magno animo docere veritatem, & lupos omnes à grege, quem custodiendum acceperunt, arcere. Acculat ergo eos Deus, quòd non solùm non doceant, & latrent contra ignorantes: sed ne ipsi quidem videant & sciant veritatem. Tum etiam tantum abesse, ut gregem pascentem contra lupos custodiant; ut ipsimet perpetuò prædis inhient, avaritia nunquam satianda. Non habere itaq; eos quæ in bono cane laudanda sunt; sed ea, quæ in hoc animali sunt vituperanda, voracitatem sc. & impudentiam, & pro vigilia altum soporem.

Et alibi. Petasus Mercurii. Cardinalibus & Episcopis impositus, monet, cerebrum iis & mentem esse debere ab omnibus perturbationibus tutam, nec ulla re externa sic percelli, ut à sanis consiliis dimoveantur. Quid dico, mentem iis securam, & munitam adversus omnes superbiæ, libidinis, avaritiæ invidiæ, iræ, cæterarumq; id genus pestium impetus, esse debere? Id potiùs dicendum fuit, ipsos petaso suo moneri, ut alliis hominibus omnibus se præstent Mercurios, nec petaso dignos esse, nisi revera Mercurii dotes in omni vita præ se ferant. Quid verò facit Mercurius? Interpres est voluntatis divinæ, & eorum, quæ Jupiter imperat, celerrimus & fidissimus nuncius. Pacem caduceo suo
p. 923. & præfert & denunciat, ceu diceret: Pax nobis à Deo datur, omnes perturbationes, omnia interna bella procul excludens; quæ cui non fuerit, is nec Mercurii imitatorem, nec voluntatis divinæ, nec verbi paterni interpretem se poterit præbere. Videte ergo Episcopi, videte Cardinales, quid petasus admoneat. Videte, ne pedum sine caduceum vestrum aliud nobis, quàm pacem, denunciet atque demonstret. Videte, ne mens vestra alas perdat. Videte, ne gressus vestri sint terreni, sed semper adsublimia subvoletis. Videte denique, ut semper & ubique sitis Mercurii, id est, & opere & verbo fidi interpretes divinæ voluntatis.

Hic idem autor pulchrè (quod apud alium neminem vidi) totius religionis nostræ symbola in syderibus cœli repetiri, monstrat. ut apud eum.

Matth. Dresserus in libro de Pontificum insidiis per Germaniam. 1580.

CRudele est, quod Uladislao Ungariæ regi accidit, cui mortem Iulianus Cardinalis & Eugenius ponifex scientes volentes attulerunt, cladeque omnibus posteris lugenda Christianos affecerunt: dum optimum regem ad bellum Turcis inferendum, crebris & importunis clamoribus, contra fidem, jurisjurandi religione ab utraque parte firmatam, impulerunt. Est enim hoc velut Symbolum pontificis Romani, quod in animo & ore habet perpetuò: nullam esse fidem hæreticis servandam, nec ullum fœdus eum hostibus religionis suæ, inconsulto se factus, esse ratum. Ex hoc igitur sacro augustoq; juris pontificii principio, rumpi etiam & violari decennii inducias cum Turcis tunc oportuit. Etsi enim jurisjurandi servantissimus esset rex Uladislaus: plus tamen valuit pontificia autoritas, quæ à jurejurando eum absolvit, & Turcos invadere coëgit. Ac si res ulla est, quæ movere Cæsaris Majestatem, aliosque imperii proceres potest, ut animis totis tales pontificum justigationes execrandas & fugiendas censeant: hæc est, quæ exitum tam tristem & lamentabilem sonita est.

Cùm enim ad arma utrinque esset ventum, & ferocibus animis pugnaretur: inclinari & infugam verti acies Turcica cœpit. Hoc tùm penè fractus desperatione Amurathes conspicatus esset, in Christianorum exercitu imaginem crucifixi Iesu, alta voce inclamavit: Crucifixe, si *Deus*, vindica perfidiam istam populi tui, qui jusjurandum no-

ut documentum statueretur omnibus posteris memorabile, quod velut è sublimi concionans, contra pontificium canonem testaretur, omnibus regibus & principibus, non domesticis solùm fidei, sed hostibus etiam fidem esse servandam. Quorsum igitur detestandum illud pontificium evadet elogium; quod hæreticis fidem omnem datam abnegat?

Sic Imperatori Sigismundo Papa hortator & impulsor fuit cum tot Cardinalibus, episcopis, monachis, ut innocentem Hussum cum socio Hieronymo ad ignis supplicium contra fidem datam damnari pateretur. Passus est, ne schisma, quod tunc in ore erat cunctis, fieret. Crematus est uterque: sed ita, ut pontificia quidem tyrannis stabiliretur, horrenda verò distractio, tumultus, & clades ingentes passim consequerentur. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

1580.

Inauditum.

HOc anno prodiit in lucem scriptum de quodam latrone insigni, qui homicidia 964. patraverat: ut ibi est videre. Monachii autem in palatio, ubi varia nobilium artificum reservantur opera, monstratur simulachrum cujusdam latronis, qui etiam trecentis plures commisit cædes. Ut sup.

1580.

Franciscus de Rosieres Arch. Tullensis.

HIc in Stem. Lotharing. multa & varia vetustissima diplomata recitat, in quibus sequentia verba reperiuntur.

Ut Rectores N. Ecclesiæ cum toto Clero, tam pro nobis, quàm prædecessoribus nostris semper Deum exorent. Ut Abbas & Clerus N. pro nobis, & liberis nostris, tam viventibus quàm mortuis orent: damus N. Villam cum pertinentiis, in honorem Dei, & reverentiam beati Mauritii. Item: damus etiam N. Castrum cum pertinentiis, ob reverentiam & amorem beati Martyris Maritii, cujus auxilio misericordiam divina consequi speramus. Item: Ne forsan detrimentum animæ nostræ faceremus: dedimus castrum cum villis.

Item. Pro satisfactione peccatorum nostrorum, damus villam nostram. Do villam nostram Abbati, & conventui, ut, qui sine intermissione coram Domino astant, orent pro me, & defunctis, N. N.

p. 924

Item: Venit præpositus N. cum Ca-

Item: Desiderantes pro peccatis nostris satisfacere, dedimus N. N. ut tenerentur orare pro animabus N. N.

Item: Pro satisfactione malorum commissorum, do Ecclesiæ N. N. quartam partem comitatus mei N. Item: Quia cupio adire terram sanctam, do N. terram N. ut quotidie missam celebrent, item: Fratribus N. quorum orationum meritis Deus eripuit à multis malis, do comitatum M.

Talium & similium emunctionum plena sunt multa testamenta & cœnobiorum diplomata, atq; fundationes: quibus sacerdotes & Monachi dominis ac principibus persuaserunt, ut Ecclesiis & cœnobiis multa relinquerent, & devoverent fortunarum sæcularium, & reddituum: tunc velle se missis & meritoriis, ac precibus suis ipsis salutis æternæ certam facere copiam, quantumvis magnis se contaminent peccatis: per quod sanè horrendis & diris iniquitatibus, ac flagitiis occasionem præbuerunt, & aperverunt fenestram: quisquis enim improbus sibi certò promittebat vitam æternam, quantisquantis etiam peccatis erat obnoxius: namque sibi mercenarios rebatur esse, qui pro se orent: & hac ratione magnarum terrarum illi, & gentium dominio sunt potiti. Idem multis sunt polliciti salutem, & redemtionem ex purgatorio, precibus & meritoriis suis, cujus accepto pòst beneficio, ne recordati quidem ampliùs fuerunt: ita ut tales, quantum ad precarias illorum intercessiones, sanè adhuc in purgatorio hæreant. Quàm graviter verò de hac iniquitate rationem sint reddituri quondam justo judici, non sine æternæ salutis dispendio comperient.

Item, qui ante supremum diem suum Ecclesiasticis nihil reliquit testamento, vel alia via, de eo confictum fuit & divulgatum, animam ipsius esse in purgatorio, & hìc nocturnis obambulare temporibus, miseram plorare, & ferales ingeminare clamores: illi esse ferendas suppetias pecuniis, & auri largitionibus, ut ab hoc cruciatu redimatur, & liberetur.

Ita Lector vides, aliquibus sectam illam ferè nihil aliud esse, quàm spoliarium quoddam, quo fictis Sacramentis quos inungunt; simul pecuniis emungunt. Et ubi non viventium, solùm bonis inhi-

1580. Cum D. Lutherus anno 1521. revertisus à Comitiis Wormatiensibus, patriam suam repeteret, & ex mandato Clementiss. Illustrissimi sui Principis, Ducis Saxoniæ Iohannis Friderici, in sylva prope Isenacum caperetur, & in arcem Wartburgum abduceretur, quò tutus ibi foret à proscriptione & persecutione Imperatoris, id quod tantùm octo rescisscebant personæ, & fideli custodiebant apud se silentio: ecce nullus ariolus, augur, Magus, necromanticus, aut aruspex, quorum plurum per universam Italiam & Germaniam quærebantur à Pontificiis, divinare aut indicare potuit, ubinam locorum iste Monachus lateret. Quare autem diabolus, plurima nequeat prodere hominibus, quemadmodum nec infantem Christum prodere potuit Herodi Regi, habes rationes apud Rupertum Tuitiensem libro 12. cap 3. de victoria verbi Dei. Imperatore 120. Rudolfo 2 Papa 233. Gregorio 13.

Idem Præsul Ecclesiæ N. cui spiritus suus thesaurum monstraverat in quadam lapicidina antiqua, conspexit ibi quandam cistam, super qua recumbebat canis ater: accedit igitur, tunc statim corruit saxifodina, ipsumque oppressum enecavit. Hic aliquid esse credebat, quod nihil erat: erat tantùm spectrum seu larva diabolica, vel oculorum fascinatio: qualis & alii cuidam accidit clerico, qui gestans secum aliquando suum breviarium seu libellum precationem, præteribat locum, in quo sedebat quidam necromanticus cum suo collega, qui dixit: En Hypocritam istum, qui vult videri religiosus, & secum gestare suum breviarium: cùm tamen sint tantummodò chartæ lusoriæ. Intuens ergò suum librum sacerdos, deprehendit, esse tantùm folia lusoria, indignatus igitur abjicit. Alii accedebant & tollebant, & illis non erant ejusmodi chartæ, sed verus liber. Hic etiam pro alia re habebatur id, quod revera sic non erat.

Idem. Cornelius Agrippa Magus, diabolum circumduxit subinde secum, sub specie canis, qui ei revelabat & perficiebat quælibet, & quæcunque diabolus præstare poterat. Et quidam ejus famulus narravit mihi, se aliquando voluisse ipsum relinquere, & valedicere ejus famulitio: cumque herus abesset, ipse interim, collectis suis supellectilibus, paravit iter, Agrippa autem reversus, canem suum, recumbentem illic super lectulo, demulcebat manibus, & conversus ad fatocunq; etiam absint locorum intervallo, & hoc quidem mediis naturalibus.

Verùm hæc esse naturalia, purumputum est mendacium: quis enim tantæ sit vecordiæ, ut album nigrum, & Spiritum iniquum esse angelum bonum credat. p. 925.

Cùm tempus præterlapsum fuisset, quod illi Diabolus indulserat; & horam mortis suæ jam imminere sentiret Agrippa; solvit fasciam collarem cani, notatam prodigiosis characterib. & literis, dicens: abi exsecranda bestia, tu in perpetuum me deturbasti exitium. Igitur excurrens canis, insiluit in profluentem Lugduni (ubi hoc factum, & Agrippa mortuus est) Rhodanum, & in aqua remansit, ut nemini pòst ampliùs visus fuerit. Hic Magus decoratus ab Imperatore fuit insignibus equitis aurati: & se nominavit consiliarium Cæsareum.

Idem. Doctissimus atq; celeberrimus Albertus Lavinganus, propter ingenii & judicii exquisitissimi excellentiam, nomen Magni meritus, nolebat esse contentus egregiis donis, quibus eum Deus opt Max. per alias largiter dotaverat & ornârat; sed animum insuper adjecit etiam artibus magicis & diabolicis, & necromantiam exercuit, ut ita majorem sibi acquireret laudem: Magnatibus verò & dominis ac Principibus esset commodo & delectamento. Ideoq; Episcopatu Ratisbonensi se abdicans, factus est Coloniæ Monachus, ordinis prædicatorum.

Eò devenit Aquis post coronationem Cæsaream Imp. Wilhelmus comes Hollandiæ, cum comitatu multorum Principum, dominorum, & optimatum, quibus ibidem tempore festi natalitiorum Domini Iesu Christi, in hyeme splendidum & opiparum exhibebat convivium. Huic interesse debebat etiam iste facetus, & præstigiator Monachus Albertus: ille suis artibus, in honorem, & animi gratia, dominis & Magnatibus effecit, ut videretur tota aula floresceré, & ferre flosculos, plantas, arbores, fructus, herbas, frondes & gramina speciosissima & lectissima: ibi cuculi, alaudæ, corydali, luscinæ & fringillæ cantabant suavissimè, non secus ac si medius viveretur tempore verno Majus.

His spectaculis & delitiis adeò capiebatur & gaudebat Imperator, ut fratribus Ordinis Alberti Utrechti donaverit egregium quendam agrum feudatarium, & execrandum hoc & detestandum peccatum, tanquam virtutem, & laudabile o-

Idem, Parentum noſtrorum ætate, ante annos ſeptuaginta vixit Iohannes de Tritenheim, vir eruditione & ſapientia aliàs laudatiſſimus: verùm in hoc parùm ſapiens, quòd erat familiaris & addictus Diabolo: quanquam hoc minimè fateri volebat, ſed ajebat, omnia naturaliter ſic fieri; quod tamen nunquam ullus mentis ſuæ compos homo Chriſtianus facilè crediderit, qui acta ejus leget, vel audiet. Fuit autem Abbas Spanhemii in Hundsruck (ibi, juxta proverbium, Diabolus fuit factus præſul) ibiq; bibliothecam conſtruxit lectiſſimam.

Ex eo verò loco fuit ejectus & propulſatus à Principe, neſcio quibus ex cauſis; & à ſuis fratribus Monachis, odio & invidia perſequentibus & deteſtantibus ipſum, propter ingenii & ſapientiæ laudem, & quòd præ ipſis celebre eſſet nomen ejus in omnibus locis, & volitaret per ora virorum ubiq; laudatiſſimorum, Regum, Principum, & Dynaſtarum: & quòd in monaſterio ſeverius obſervaret diſciplinam, quàm ipſis placebat. Dicebat tamen, præter ſpem hoc ſibi non accidiſſe, Spiritum enim ſuum ſibi aliquot ante annos indicâſſe, quòd non eſſet moriturus Abbas Spanheimenſis. Hoc verò, quod jam de ipſo referam, ſæpiſſimè audivi à viris autoritate & fide grauiſſimis.

Imperator Maximilianus 1. laudatiſſimus ille, habuit uxorem Mariam, Caroli Burgundionis filiam, quam diligebat amore ardentiſſimo, cujusq; mortem dolebat maximoperè. Et hoc cognitum habuit iſthic Abbas, & illi ſignificari curat, ſe ipſi iterum oblaturum illam, quò oculos ſuos paſcere & ſerenare ex illius vultu poſſit.

Perſuaſus igitur ſpeq; metuq; Imperator, conſentit in periculoſiſſimam vecordiam. Eunt igitur in quoddam conclave ipſi unâ, adjuncto & alio quodam, ut tres fuerint; & prohibet eis Necromanticus per omnes diras, ne quiſquam verbulum proferat, quàm diu actus cum ſpectro duraret.

Igitur Maria accerſita ad eos ingreditur, ut quondam Propheta Samuel ad Regem Saul, & coram ipſis obambulat valde ſpecioſo vultu, & egregiè compoſitis geſtibus & greſſibus, & tam apprimè referens vivæ Mariæ formam, ut diſcriminis nihil deprehendi, & nemini ram eo tranſiret. Adeò probè novit Diabolus, quomodo ſe quivis habeat, tantaq; valet memoria, tantusq; eſt artifex in repræſentandis imaginibus & contrafacturis.

Tunc horror invaſit Imperatorum, & nutu mandavit Abbati, ut dimitteret ſpectrum: ad quem deinde dixit tremens & iratus: monache, ne pòſt mecum ſic ludas amplius, & addidit: quàm difficulter potuerit ſe continere, ne quid ad eam loqueretur: quod ſanè ſi factum eſſet, ipſum Diabolus interemiſſet illicò: id quod quærebatur hac arte; Deus tamen Clementiſſ. prohibuit injuriam à pio Imp. ut, poſteà has diabolicas techinas & præſtigias eſſe fugiendas, admoneretur.

Huic Abbati adeò ſtudiosè deſeruiebat ſuus Spiritus, ut habuerit eum omnibus temporibus & locis promtiſſimum: & ſi quando peregrinahatur, & divertendum erat in locis, ubi deerant victualia, Spiritus ei apportavit aliunde cibum & potum. Quodam tempore iter fecit in Franconiam, & cum aliis comitibus habuit ſecum quendam magni nominis virum, conſiliarium Cæſ. Majeſt. & civitatis N. qui hæc narravit. Hi alicubi ſuccedentes diverſorio, nihil offenderunt ibi vel edulii, vel potulenti. Tunc Abbas tantummodò pulſavit feneſtram, & dixit: ADFER. Brevi pòſt patina cum cocto lupo piſce ipſi per feneſtram porrigebatur, cum lagena plena veteris Bacchi. De his Abbas edit & bibit: reliqui abhorrebant & renuebant: id quod & ego ſanè feciſſem.

Maluiſſem quippe fame perire, quàm à Diabolo victum petere vel accipere. Hoc enim docuit ſuo exemplo nos Dominus Jeſus Chriſtus, cùm Satan ei conſuleret, ut ex lapidibus faceret panes: ipſeque reſpondit: hominem non ex ſolo vivere pane, &c. Verùm unde Diabolo ſuppetiit vinum & piſces? nunquid creavit ea? nequaquam, non enim poteſt, ſed ſuffuratus eſt alicubi ex cujusdam divitis domini culina & cella. Coqua cùm exponeret piſcem, quò deferretur ad menſam heri, ille abreptus eſt, ipſa neſciente, quò; & procul dubio hujus causâ malè audiit ab hero ſuo, & in ſuſpicionem furti venit. Vinum facilè potuit acquirere, cùm claves habeat omnium cellarum.

ex animus : & quia adhuc arteriæ sinistræ exiguum habebant calorem , & motum imbecillem , quanquam corpus totum frigore emortuum erat , in feretro relinquebatur , nec humi mandabatur. Die verò tertio rediit ad se, & jusculum sibi afferri petiit, & abhinc quotidie majores acquisivit vires & incrementa sanitatis. Postmodùm incepit narrare horribiles visiones, quas omnes stupebant auditores, & ille ipsemet horrebat dicta totsq; tremebat , gelidusq; per membra diriguit sanguis : inter alia autem narrabat etiam , se in infernum introspexisse , & referebat nomina quorundam magnatum , quos magnis agitari cruciatibus perhibebat : addebat etiam, inferni solum esse stratum plattis monachorum & sacrificulorum , vice lapidum, adeò multos ex illo grege esse in inferno.

Tunc interrogavit eum quidam vir nobilis : quem honoris gratia nolo nominare , annon vidisti quodpiam solium , destinatum & paratum mihi ? Respondit ille , non , domine nobilis: non habetis ullum in inferno sedile : sed podicem tuum cogêris nudum collocare super carbones , nisi resipueris , & vitam emendaveris. Cumq; hæc , & alia visa referret hominibus ; Ecclesiastici Moguntini eum ad se vocabant , & serò injungebant ei altum & perpetuum silentium , aliâs enim se illi indignis modis os obturaturos esse. Nunquam verò iste deinceps poterat exhilarare , nec indulgere genio , seu gaudiis mundi volebat; aliquot tamen adhuc vixit annos. Imp. 120. Rud 2. Pp. 233. Greg. 13.

1580. ## Stephanus Tzegedinus, Carolus Molinæus, Fulmen Brutum, Georgius Nigrinus, Regis-curia, Sutlivius, & alii complures.

GRaviter differunt de quæstione judicis in causa religionis, & statuunt, se Pontifices gravissimis ex rationibus non posse pro judicibus agnoscere. Iampridem enim ajunt eos non ab uno, decem, vel viginti accusatoribus, sed à maxima parte Christianitatis , videlicet Anglia , Scotia , Dania , Suecia, Belgio, maxima Germaniæ, Helvetiæ, Galliæ, Ungariæ, Transylvaniæ parte, imò etiam ab aliis Ecclesiis , quæ in Africa, Ægypto , Syria, Asia, Græcia, Oriente , & reliquis mundi plagis nomen suum ad Christianas Ecclesias profitentur , non modò multorum gravissimorum criminum fuisse accusatos, sed etiam propriis plurimorum suorum petentes, meritò rejiciendos esse.

Sunt autem maximi ponderis crimina , quorum eos agunt reos, ultra triginta , singula speciatim non tantum nominata, verùm etiam gravissimis argumentis apprimè deducta, & luculentis rationibus comprobata : quæ animus referre horrescit: & reticere propter bonos charitas jubet: lector horum avidus ad ipsos authores recurrat.

Michael Eizingerus. 1580.

REfert , Philippum Melanchthonem, cùm Guilhelmus Nassovius , Auraici pater , filiorum genituras ei protulisset. & de singulis judicium ipsius exquirens , eam , quæ est Auraici, pervestigallet, dixisse: multa quidem eum molliturum ac magna, sed mortem fore violentam. Natus autem est anno Domini 1533. die Aprilis 13. hora 14. minut. 12. eique Aquarii gradus ascendit, quemadmodum etiam Carolo quinto Cæsari, atque Carolo Burbonio Idem etiam ipsi Cornelium Gemmam & alios Astrologos prædixisse , Eizingerus refert. Omnibus autem notum est, aliquoties eum fuisse in magno periculo mortis violentæ, cui adhuc est expositus. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 233. Greg. 13.

David Chytræus in Chronico. p. 927. 1580.

QUia paucis notum fœdus Smalcaldicum , & quibus pactis ac conditionibus initum fuit : adscribenda duxi ex Chron. Chytræi sequentia.

Fœdus Smalcaldicum , ait , quod inter Ducem Saxoniæ electorem & cæteros principes , qui confessionem Augustæ unà exhibentes , sententiâ Cæsaris damnati erant; primò inchoatum , & sex annos sancitum erat; juxta decretum proximo mense Decembri Smalcaldiæ factum in annos decem prorogatum est.

Formulæ fœderis , quod me puero, in toto imperio , in omnium ore erat, & multis formidabile videbatur : Iohannes Fridericus, & Iohannes Ernestus frater , Duces Saxoniæ: Philippus, Ernestus , & Franciscus, Duces Brunsvicenses, & Lunæburgenses: Philippus Landgrafius Hassiæ : Barnimus & Philippus duces Pomeraniæ: Anhaldini, Gebhardus & Albertus, comites Mansfeldenses: & civitates superioris Germaniæ, Saxoniæ, & maritimæ , Argentina, Augusta, Francofordia ad Mœnum , Constantia, Ulma, Eslingen, Reutlingen, Memmingen Campidunum Lindavia, Biberacum, Isena, Magdeburgum, Brema, Brunsvi-

quis præsenti aut futuro tempore; eos, eorumvè subditos, ad agnitâ veritate verbi divini, vi armatâ depellere, & ad pristinos abusus iterum adigere conaretur, sanctissimè obligârunt: ac ne quis moto bello, absq; alterius consensu & voluntate, cum hoste paciscì, aut, si exeunte hoc decennio, nondum finitum esset, ne quis ex fœdere, nisi eo finito, discedere posset, & alia, pacti sunt.

Nec adversus Cæs. M. vel ullum Imperii statum, sed tantùm ad conservationem Christianæ veritatis & pacis, & propulsationem injustæ violentiæ, in casu necessariæ defensionis, sancitum esse, testantur.

Altero deinde prolixiore scripto, cætera ad fœdus & defensionem pertinentia, constituuntur: duo capitanei, Saxo & Hessus, qui per vices singulis semestribus præsint: Tredecim consiliarii bellici: deliberatio & conclusio, an sit suscipiendum defensionis causâ bellum, penes omnes ordines sit. Quòd si singulorum sententiis auditis non conveniet, tredecim suffragia, secundum pluralitatem votorum decîdent: ex quibus duo elector Saxoniæ & frater, unum duces Brunsuicensis, Lunæburg. Anhaltini & Mansfeldici, duo Hessus: unum dux Wirtebergensis: unum Pomerani: tria nomine civitatum superioris Germaniæ, Argentina, Ulma, Augusta; totidem nomine Saxonicarum, Magdeburg, Brema, & Hamburga habebunt.

Pecuniam ad conducendos duces & milites necessariam, principes Torgæ & Cassellæ civitates Saxonicæ, Brunsuigæ; Suevicæ, Ulmæ deponent. Principes (exceptis Pomeranis & Wirtenb. qui recens in fœdus accesserunt, ideoq; nondum taxati sunt) 70000. civitates (exceptis Augusta, Francoford. Campiduno, Hannovera, Hamburga & Minda) itidem 70000. ex quibus 52000. ad bis mille equitum: 88000. ad decem millium peditum stipendia in duos menses convertantur. Postea Ulricus Wirtenbergensis decem millia ad stipendium menstruum Stutgardiæ: Augusta pro duobus mensibus, decem millia: Francofortii 6000. Campidunum 18000 Hamburgum 8000. Hannovera 1534. se collaturos promiserunt. Pomerani eo anno nondum de taxâ convenerant. Quòd si necessitas bellum gerere coget: eadem ratione, pro tertio, quarto, quinto, sexto mense ordines contribuent. Belli tem-

septem vel octo millia decimata sunt, & singuli fœderis status, consiliarii & alii, quidquid ἀξιολογον cognôscent, ad summos duces statim referre jubentur.

Multa etiam alia, de modo defensionis: de salvo passu per aliorum urbes, de controversis à summo duce & consiliariis belli dirimendis: de lucro, si quod ex bello redundet, juxta proportionem contributionum dividendo, & si quis ex confœderatis captus fuerit, vel oppida & arces amiserit, nulla pax fiat, priusquàm in integrum restitutus sit, &c. sancita, sed suscepto post decennium bello, pauca servata sunt. Optimum autem & firmissimum fœdus est, justè agere. Imp. Rud. 2. Pp. Greg. 13.

Idem. Carolo Imperatore intestinis Hispanorum seditionibus, & bello Navarrensi in Hispaniam revocato, & postea continuis novem annorum bellis Italicis implicito; etsi tristissimis calamitatibus magna pars Italiæ horribiliter vexata est: tamen, ut nihil mali permittit Deus, unde non aliquid boni efficiat: ita consentaneum est, illis ipsis bellis, Deo ita gubernante, Carolum occupatum fuisse hanc quoq; ob causam, ut absente Cæsare executio edicti Wormatiensis impediretur, & doctrina Evangelii tutiùs & latiùs propagari in Germaniâ, & exteris nationibus posset.

Idem. Non procul ab Oeniponte conspecta sunt hæc φαινόμενα in cœlo. Camelus progrediens extra duos montes, & respectans circum illos montes, & circa camelum undique flamma erat. Deinde prodibat lupus extra duos montes & respectans & vomens, sed non erat circa montes flamma. Tertio loco erat leo progrediens, & stabat in ipso aditu cataphractus vir, Leonem blandè contrectans unâ manu, alterâ leo ei pedem porrigebat, quasi ipse quoque blandiens. Quarto loco stabat aquila in suo collo pedem unum habens, altero pede videbatur petere viri collum; nec attingere. Anno 1532.

Idem. Eadem die, quâ PP. Urbanus 7. eligebatur, terræmotus horribilis Viennam Austriæ, & multa Moraviæ, & Bohemiæ loca concussit. Viennæ ædes quam plurimæ labefactatæ: Turris D. Stephani ita conquassata, ut ruina illius metueretur: & de fastigio destruendo consilium capi necesse fuerit. Templum cœnobii Scotorum, & Hospitium ad solem aureum, patrona & familia illius diversorii, & hospitibus aliquot oppressis,

phitim exhalârunt : & solum pluribus locis locustis atris constratum fuit, quæ sub pedibus calcatæ, teterrimum odorem efflârunt F. Anno, 1590. mense Septemb.

Quia celebris illa religionis transactio Passaviæ facta paucis nota est : adscripsi & illam ex Chronico Chytræi,

Nos Ferdinandus, &c. fatemur, cùm bellicos motus istos in Germaniâ, ex Philippi Landgravii Hassiæ custodiâ, præcipuam originem & causam habuisse, intelligeremus : adducti amore & curâ salutis, & pacis Imperii publicæ, fratrem nostrum Carolum Imp. amanter rogavimus, ut de liberatione Landgravii, & cohærentibus negotiis, quæ causam bello præbuissent, amicam tractationem nobis instituere liceret. Quod cùm à Cæsare impetrassemus, nos & filius Maximilianus Rex Boiemiæ, cum Mauricio Saxoniæ, & Alberto Bavariæ duce, præteritis paschæ diebus Lyncii convenimus, & post varias deliberationes, utile ac necessarium indicavimus, alterum conventum, ad 26. Maij in hac urbe Passavio instituere, & electores ac principes Imperii adscriptos, velut intercessores, simul adhibere.

Itaq; nos & dictus elector Saxoniæ, & reliquorum quinq; legati, nomine Moguntini, Daniel Brendel : Colonienſis, Henricus Saltzburg: Treverici, Philippus à Winnenberg: Palatini Friderici, Ludovicus comes in Königstein : Joachimi Brandeburg, Adamus Trode : deinde Ernestus Archiepiscop. Saltzburgensis, Mauricius Dryopolitanus, Wolffgangus Passavienſis, & Albertus Bavariæ dux in persona : nomine verò Iohannis Brandeburgici, Bercholdus Mandeslo, & Andreas Zoch : Wuilhelmi Juliacensis, Guilhelmus Keteler : Philippi Pomerani, Iacobus Zitzevvitz : Christophori Wirtebergensis, Thodoricus à Plieningen comparuerunt, cum quibus causam tractare cœpimus : ac primùm electoris Saxoniæ, & confœderatorum principum postulata & gravamina duobus scriptis exposita, accepimus & expendimus : & re accuratè sequentes articulos & media pacis proposuimus.

Elector Saxoniæ & fœderati principes, ante 12. Augusti, ab armis discedent, & Cæsareæ Majestati ac Imperio obedientes erunt, copias sine ullius detrimento dimittent, vel Regi Ferdinando militare sinent, urbes Imperii & alios status, quos armis sibi adjunxerunt, patentibus literis ab obligationibus liberant. Phi-

suam ulcisci conabitur, sed ut obedientem principem decet, deinceps se erga Cæsaream Majestatem, nos, & Imperium geret. Ambo etiam electores, Saxo & Brandeburgicus, & Palatinus Wolfgangus, obligationem antea datam renovabunt, & Reginæ Mariæ vel ipsius præsidenti Machlinensi ad 6. Augusti diem tradi curabunt. His factis, Landgravius custodiâ liberabitur, & ad 11. vel 12. Augusti in arce suâ Reinfels, sistetur. Cæsar etiam militum copias adversus Saxonem, Hassium & socios jam conductas, adversus eos, qui pacificationem hanc accipient, non convertet, nec in eorum ditiones collocabit.

Permittit etiam Cæsarea majestas, ut Landgravius inchoatam urbis Cassellæ munitionem perficiat, executionem quoq; sententiarum in controversiâ Nassaënsi planè inhibebit, donec liberato Landgravio, amica compositio inter partes institui possit, vel per utrinq; delectos electores & principes arbitros, causa recognoscatur, & intra biennium decidatur. Administrator orbinis Teutonici, & Henricus Brunsuicensis, actiones, occasione præteriti belli Smalcaldici adversus Landgravium institutas vel instituendas, inhibebunt : donec gravamina, ad Imperii Rempublicam pertinentia, per Mauricium & Hessum in hoc conventu proposita tollantur.

Quod ad religionem, pacem, & justitiæ administrationem in Imperio attinet : pax religioni usq; ad proxima comitia dabitur, in quibus de ratione hoc dissidium amicè componendi, vel per concilium generale aut nationale, vel colloquium, vel communem Imperii conventum, deliberabitur.

Hunc de religione articulum Rex Ferdinandus, ac electorum & principum legati, in eodem conventu Passavienſi, scripto peculiari ita declarârunt, ut constans & perpetua pax in causâ religionis, sive componatur amicis rationibus : sive non componatur, inter Cæsaream & Regiam Majestatem, electores, principes & status Imperii ; servetur, & ex consensu Iudicii Cameræ conjuncti Augustanæ confessioni deinceps non excludantur.

Articuli ad libertatem Germanici Imperii pertinentes, à Mauricio exhibiti, in comitiis expedientur. Ad consilium verò Cæsaris aulicum, quod Imperii negotia tractabit, consiliarios Germanos Cæsar adhibebit, & Germanica negotia non nisi per Germanos tractari

Maximilianus spondent, se unà cum electoribus & principibus, primo loco in comitiis hæc negotia Cæsari proposituros, ac ut ad exitum deducantur, adjuturos esse.

P. 929. Ad Galliæ Regem quod attinet, ex legati illius oratione apparet, quædam ad communem Imperii pacem, quædam ad ipsum privatim spectantia ab eo postulari Cùm autem publicæ pacis in Germanico Imperio cura ad Cæsaream Majestatem, electores & principes pertineat; de privatis suis negotiis per electorum Saxoniæ ad nos referre poterit, ut Cæsari postulata ipsius à nobis exhibeantur.

Qui ob Smalcaldicum bellum à Cæsareâ Majestate bonis exuti, vel proscripti sunt, Palatinus Otto Henricus: Wolffgangus princeps in Anhald: Albertus comes Mansfeldicus, cum filiis Iohanne Volrado, & Carolo: Philippus comes ad Rhenum: Christophorus comes Aldeburgicus: Iohannes Baro in Heidecc: Fridericus à Reiffenberg: Georgius à Reckenroth: Sebastianus Scherthle, & cæteri in gratiam Cæsareæ Majestatis recipient, & in possessiones ac bona sua restituentur, modò deinceps Cæsari & Imperio obedientes sint, & qui in Galliâ militant, intra sextam hebdomadam se declarent, & post trimestre in Germaniam redeant. Quibus damnum hoc bello datum est, nullam eo nomine litem fœderatis movebunt. Omnibus, qui hoc in bello adversus se militârunt, Cæsar ignoscet: etiam Alberto Brandeburgico, si ab armis discedet, & copias ante diem dictum dimittet.

Inter Henricum ducem Brunsvvicensem, & nobiles, bonis & domibus suis ab eo exutos, Saxo & Brandeburgicus electores, & Iohannes Brandeburgicus, & Philippus Pomeranus, velut commissarij Cæsaris, intra trimestre amicè transigent, & nobiles salvis actionibus cæteris restituent. Idem commissarii controversias ducis Henrici Brunsvvicensis cum urbibus Brunsvvigâ, & Goslariâ diriment, (sed cum Goslariensibus à se obsessis dux Henricus paulò antè pro suo arbitrio transegerat.) Hæc Cæsar pro se & successoribus, & confœderati principes, Mauricius elector Saxoniæ, Otto Henricus Palatinus, Iohannes Albertus Dux Megapolita-

mittunt.

Exempla verò hujus recessus tria, Regis Ferdinandi, & electorum Moguntini ac Palatini, Archiepiscopi Saltzburgensis, Alberti ducis Bavariæ, & Mauricii Saxonis, ac Guilhelmi Hessi manu propria subscripta, & appensis sigillis confirmata sunt, quorum unum Cæsareæ Majestati, alterum ordinibus Imperii, tertium electori Saxoniæ & sociis tradita sunt. Actum Passavii 2. Augusti, anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, cæterorum vicesimo sexto. Hæc celebris illa & toti Imperio salutaris pacificatio Passavienſis, quæ fundamentum & firmamentum publicæ salutis & tranquillitatis Germaniæ eo tempore fuit, ac, quod ad religionis pacem attinet, deinceps ad omnem posteritatem, Deo juvante, futura est, habita est anno Domini 1552.

Idem Etsi Imp. Car. 5. edictum contra Ecclesias nostras asperius in conventu (Augustano) edidit; tamen cùm Moguntiæ paulò pòst Albertus Archiepiscopus Moguntinus & Palatinus Ludovicus de Germaniæ pace cum eo colloquerentur: & Heldus vicecancellarius, Cæsaris astantis nomine, durius respondisset: Cæsarem, qui alia etiam regna haberet, decretum adversus hæreticos in comitiis factum, etiamsi vastanda esset Germania, exequi decrevisse; Cæsar hunc interpellans dixisse scribitur: *Hæc non jussi te dicere. Nolo enim vastari Germaniam, quia & patria est, & summum ab eâ imperii decus accepi.* Et Imperator saluti orbis terrarum, quantum potest, Deo juvante, consulere debet. Datâ igitur Moguntino & Palatino, de pace cum protestantibus agendi, potestate, confectam tandem Ratisbonæ confirmavit anno 1531.

Idem Christianus Holsatiæ dux, metropoli Daniæ, Hafnia, superiore anno vi potitus, Rex Daniæ coronatur die suo natali, quam festivitatem Albertus I. Borussiæ Dux, cum conjuge Dorotheâ, Christiani sorore, cohonestavit. Preces ac ritus sacros adhibuit D. Iohannes Bugenhagius, pastor Wittebergensis, quem ad doctrinæ religionis, & rituum ecclesiasticorum, & scholarum constitutionem piam, in regnum Daniæ Christianus evocârat. Optârim autem, ordinationem illam ecclesiasticam regni Daniæ,

rent.

Paucis ante coronationem diebus, Rex, extructo in frequentissimâ urbis parte tabulato ædio insidens, omnibus, qui ex toto regno convenerant, nobilibus ac ignobilibus, regni civibus, prælegi ex scripto lingvâ Danicâ, Episcoporum adversus se & regnum, & puriorem Evangelii doctrinam, initas molitiones & practicas, durante in tertiam usq; horam recitatione, curavit. Inter cætera, quòd, mortuo Rege Friderico, nec Iohannem jam electum, nec alium quemquam Regem habere: sed ipsi Reges esse, & suo arbitrio regnum administrare instituissent. Eaq; de re literæ ab ipsis confectæ, quas signis suis & aliorum Regni senatorum, quos in sententiam suam pertraxerant; (Dominicâ post Festum S. Canuti) munierant: publicè tum propositæ sunt.

Recitata etiam edicta, sanguine scripta, & proscriptiones vitæ ac bonorum omnium, non modò adversus Evangelii doctrinæ ministros, verùm etiam adversus omnes alios, cujuscunq; ordinis & status homines, qui doctrinam illorum approbarent. Quæ edicta ab Episcopis, regiam sibi potestatem vendicantibus, sub nomine senatus regni edita, causam primam tristissimorum motuum & calamitatum, quæ hoc biennio Regnum afflixissent, fuisse constaret.

De Rodscildensi nominatim com-
p. 930. memorabatur, eum effigiem suam Mariæ Belgici Gubernatrici, tum recens factæ, misisse, ac conjugium illius ambivisse, ut resignato episcopatu Rex Daniæ crearetur. Propter hæc & alia plurima Episcoporum facinora, & machinationes malitiosas, se custodiæ episcopos mandâsse, Rex indicari universo cœtui iussit, & interrogari, an cupiant, ejusmodi episcopos diutius Reip. regni præesse, & hos captos in pristinam dignitatem & potentiam restitui? Acclamante autem, præeuntibus certis præconibus, populo, decretum de his removendis, & politicâ episcoporum potestate deinceps abolendâ, executioni integrè datum est.

Sic episcopos (annis circiter 350. postquàm à S. Canuto primùm consiliis regni publicis adhiberi cœperant) Christianus in his regni comitiis, ex senatu removit, & reditus eorum ac prædia omnia in regium fiscum redegit: collegiis tamen canonicorum conservatis, hac conditione, ut Rex beneficia & canonicatus, suo arbitratu, ministris aulicis & aliis benè meritis conferat, & cano-

In locum verò septem Episcoporum regni Daniæ, Superintendentes septem, qui Episcoporum officium deinceps obirent, & totius ordinationis ecclesiasticæ custodes & executores essent: à Johanne Bugenhagio, præsente Rege & senatu regni, in summo templo Hafnienſi, decimoquarto post Regis coronationem die, Hafniæ ordinati sunt, Anno 1537.

Idem. Venerant Naoburgum Pontificis Pii IV. legati, Zacharias Delphinus, & Johannes Franciscus Commendunus, episcopi: eademq; die urbem ingressi erant, Cæsaris Ferdinandi nomine, Otto comes in Eberstein, Felix Bogislaus baro in Hassenstein, & Christophorus Meela Regni Bojemiæ vicecancellarius, qui postridie in senatu principum auditi, nomine Imperatoris hortati sunt principes, ut ad synodum Tridenti indictam & legitimè celebrandam veniant, ut huic perniciosо religionis dissidio, & consecutis inde calamitatibus Germaniæ, finis salutaris tandem imponatur. Quibus post aliquot dierum deliberationes respondent principes: se invictissimo Cæsari pro piâ solicitudine, & amore erga Rempublicam & ipsos reverenter gratias agere. Quod autem ad concilium à Pontifice indictum attinet, se non recusare liberum, Christianum, & Universale concilium, in quo non Papa, sed verbum Dei judex sit, & episcopis juramenta remittantur, & ordinibus Augustanæ Confessionis voces decisivæ cõcedantur.

Sed animadvertere se, pontificem Romanum indixisse concilium Tridenti continúandum, & suis tantùm juratis episcopis potestatem dicendæ sententiæ concedere: quod ipsi semper antea inconventibus Imperii iniquissimum esse protestati sint. Hac de re reverenter se Imperatorem monere voluisse: sed integrè respondere hoc tempore nõ posse: quia hæc ecausa nõ ad principes tantùm, qui Naoburgi cõvenissent, sed ad plurimos alios ordines Augustanæ confessioni adjunctos, pertineret: & absentium Principum legati nulla, de mittendis ad concilium legatis, specialia mandata haberent. Orare igitur se, ut Cæsar in hoc responso clementer adquiescat, & Passavienſem Recessum, & pacem Religioni datam constanter tueatur.

Cùm Cæsariis legatis responsum de Concilio jam traditum esset: Pontificii etiam nuncii auditi sunt, qui de summi Pontificis Pii IV. laudibus & pia solicitudine pro Ecclesiâ Christi præfati, narrabant, eum ad extirpandas hæreses & sectas, ex quibus tot ferè religiones,

vitabant Principes, ut ad concilium Tridenti indictum, suos cum plenis mandatis mitterent, & restitutionem concordiæ in religione & pacis publicæ juvarent. Exhibuerunt etiam legati pontificii singulis Principibus Brevia Pontificis, cum hac inscriptione : dilecto filio, Nobili viro N. Duci N. quæ omnia non resignata in hospitium pontificiorum remissa sunt Responsum principum ad hæc postulata mox sequitur.

Idem. Ioachimus à Neuhausen, Boëmiæ Cancellarius, hostis Ecclesiarum, quæ à Pontifice Romano sejunctæ, puriorem doctrinam profitebantur, acerrimus; dum Danubii pontem Viennæ transit, rupto pontis jugo, cum cisio & equis delapsus, in Danubio submersus est, anno 1565.

Idem. In Stiriæ ducatu, Carolus Archidux Austriæ, à Legato Pontificio Malaspinâ, & Iesuitis, & conjuge Bavaricâ incitatus, nobilitati Stirianæ, quæ jam à Ferdinandi Imperatoris temporibus, publicum templum & scholam, in quo Augustanæ confessionis doctrina sonabat, Graiziæ habuerat, decreto edito mandavit : ut religionis emendatæ exercitium in provincialium templo & schola deinceps penitus intermittatur. Provinciales verò subjectissimè, & constantissime deprecantes, magno labore & contentione tandem obtinuerunt, ut decretum prius retractaretur, & omnia in priore statu relinquerentur. F. Anno 1581.

Idem. Cogitemus etiam, Deum, arcano consilio, bellis Italicis, toto ferè novennio Carolum occupari, hac etiam de causâ voluisse, ut tutiùs, & latiùs in Germaniâ & gentibus vicinis spargi, & propagati lux veræ Evangelii doctrinæ, & Ecclesiæ tenerè conservari, & crescere, ac confirmari possent. Hæc Dei consilia eventus deinceps ostendit anno 1558.

Idem. Postrema conventus die, Pontificis etiam legatis manè responsum est, Electores & Principes nullam Papæ jurisdictionem agnoscere, neq; opus esse, ut de suâ voluntate in adeundo concilio, cujus dirigendi aut indicendi potestatem non habeat, Papæ respondeant : sed clementissimo domino suo Ferdinando Imperatori reverenter se sententiam suam exposuisse. Deferre autem se ipsis
P. 931. Legatis, ut viris nobilibus & doctis, sua

pater nobilis Silesius, multos annos Ducum Megapolitanorum Henrici & Alberti Cancellarius fuerat, per Saxoniam progressi, Lubecam venerunt: ubi apud Canonicos sumto hospitio, ad Fridericum Daniæ Regem mittunt, liberam & securam in Daniæ regnum accedendi, & mandata, quæ à Romano Pontifice ad regiam ipsius majestatem haberent, exponendi facultatem flagitantes. Cùm autem Rex, nihil patri suo Regi Christiano, aut sibi cum Papâ Romano negotii unquam fuisse, nec se mandata, quæ haberent cognoscendi cupidum esse : ideoq; nec salvi conductus literas mittere, respondisset ; re infectâ ad Papam redierunt.

Idem. In Belgico, status generales, ex confœderatis provinciis Brabantia; Flandria, Geldria, Ultraiecto, Transisalana, Frisia, Hollandia, & Selandia, Hagæ in comitiis collecti, scripto edito, causas publicè exponunt, cur Philippo Hispaniæ Regi, omnem deinceps obedientiam & subjectionem renunicient : & Franciscum Alenconium, ducem Andegavensem, Galliæ Regis fratrem, Gubernatorem, & dominum Belgici elegerint.

Pictura etiam Belgiæ, velut sponsæ, pubetenus nudatæ, edita est : quæ Hispaniæ Regi, una cum Cardinale suo, & duce Albano, ad vivum expresso : & dextera manu oleæ ramum, cui pacis Colonienſis nomen adscriptum, prætendenti : sinistrâ muscipulam gerenti ; tergum obvertit, facie verò ad Franciscum ducem Andegavensem juvenem directâ, astante sacerdote, manu dextrâ subpileo (cui cassis & gladius, & ramus lauri impositus erat) illius dextræ jungit & copulat. Andegavensem equitum peditumq; armatæ acies : Hispanum præterea cruces, rotæ, rogi ardentes comitantur. Adscripti rhythmi de officio boni principis, & hispani tyrannide conqueruntur.

Principi bono, fideli in rebus omnibus Deus stabilit regnum in perpetuum: illi nimirum, qui miserorum querelis aures præbet : qui pauperum controversias cum æquitate dijudicat. Hæc est doctrina seniorum, & consilium prudentium. Si populo huic hodie offici m præstas, audiendo clementer, [illegible]ando ex ærumnis : subiicient se ti[illegible] ad honorem tuum. Ubi est Roboam, qui sapientum consilium contemsit? Premere etiamnùm vis duriter subditos? Satis affece-

am scorpionem inquisitionis in Belgiam meditaris inducere? tibi contingit, quod Roboamo: qui delectaris bello, & pace fallace.

Istanè est merces (ô Rex) laborum meorum, quos contra tuos hostes sustinui plurimos, opibus meis, sanguine, & vitâ semper paratâ ad serviendum tibi: unde nominis tui fama celebrata est in terras universas: nominis tui eram decus & coronæ tuæ ornatus. Pro beneficióne maleficium accipio mercedis loco? Atô Leo rugiens, & ut seviolentissime, qui tot annis bella contra me gessisti cum Hispanicâ face, & in prædam tradidisti tyrannis peregrinis: ventos hæreditatis nomine accipies: qui sic propriam domum contristas, mercedem latrocinii & animi inconstantis. Ne mireris, Rex pessime, & vir profligate, me tibi tergum vertere, & recipere alium principem pro meo domino?

Decreti statuum, quo, Hispaniæ Regem omni possessione & dominio provinciarum Belgici excidisse, declarant, & deinceps ipsius sigillo & titulo in publicis negotiis uti prohibent, typis Gallicâ & Belgicâ linguâ expressi, summa hæc fuit. Principes quarumcunq; regionum ideò à Deo præfici subditis, ut eosdem tueantur & defendant ab omni injuriâ, & vi publicâ: non aliter, quàm pastor ad defensionem suarum ovium constituitur. Nec subditos creatos esse propter principem, ut illius libidini serviant, & mandatis subscribant piis simul & impiis, justis pariter ac injustis: sed multò magis Principem subditorum causâ creatum esse, sine quibus ipse Princeps esse non possit, nec principis officio fungi, nisi eosdem æquis legibus, & rationibus regat, eosdemq; diligat, non aliter, quàm pater liberos, & pastor suas oves, qui cum vitæ etiam discrimine easdem defendit, & tuetur.

Cùm autem vice versâ, loco defensionis, & dilectionis, operam dat Princeps; ut subditos suos premat, & evetrat, immunitates, libertates, & privilegia vetera eripiat, ipsisq; ut servis abutatur: non jam Principis, sed Tyranni nomine appellandum esse; qui meritò (interveniente præcipuè communi deliberatione statuum totius regionis) deseriâ subditis, in ejusq; locum alius, ad regionis & subditorum defensionem subrogari possit: idq; tunc maximè, cùm subditi nullâ ratione, precibusq; nullis, talem Principem emollire, & à tyrannico proposito deducere queunt, ficq; nullam rum; deinde totius posteritatis libertatem (pro quâ conservandâ, lege naturæ, vitam & opes suas in discrimen vocare debeant) conservare & tueri possint: sicut id in diversis regionibus ex similibus rationibus factum legatur, & exempla sufficientia in promtu sint.

Hanc verò rationem, si usquam locum habere potuit, meritò in Belgicis regionibus valere debuisse, quæ omni tempore administratæ sint, administrariq; debeant juxta juramentum, quod Princeps, antequàm à subditis recipitur, jurejurando confirmare tenetur, prout privilegia antiquæq; consuetudines id evidentissimè comprobant quin etiam suum principem illas regiones certis conditionibus & pactis recipere, quorum violatione, meritò princeps dominio possessioneque excidat.

Nunc autem Regem Hispaniarum, à morte felicis memoriæ Caroli quinti, cui in gubernatione Belgici provinciarum successit: neglectis ommibus beneficiis, quibus tam Carolus quintus quàm ipse, ab his regionibus affectus sit: quibus præcipuè Hispaniæ Rex, tot victorias inclitas, contra hostes suos consecutus sit, ut nomen p. 932. ipsius toti orbi terrarum inclaruerit, & hostibus terrori fuerit; posthabitis etiam fidelissimis admonitionibus patris sui Caroli quinti, multoties in contrarium adhibitis consiliis Hispanorum (quibus legibus interdictum sit, ne ad ullam gubernationem in Belgicis regionibus admittantur, sicut in regno Neapolitano, Siciliæ, Indiarum, & ducatu Mediolanensi admitti soleant; ideoque Belgarum odio ardeant) obtemperâsse.

Colnuerant autem Hispani non semel, ex dignitate & majestate regiâ magis esse, si de novo illas regiones sibi subjiciat & vincat, quò plenissimam dominatus, & imperii absolutam potentiam consequeretur, quàm tam strictis conditionibus & legibus (quas jurejurando confirmare coactus sit, antequàm ad gubernationem admitteretur,) provinciis illis imperare. Hoc consilium dum sequitur, multo tempore omnem moviisse lapidem, viasq; tentasse plurimas, quibus regiones illas omni libertate suâ spoliatas, impotenti dominatui seu tyrannid. Hispanorum subjiceret.

Et primò quidem sub prætextu religionis, Episcopos in præcipuis potentioribusq; civitatibus novos, dotatos

qui regia inſtitutione tam poterant eſſe peregrini, quàm indigenæ, voluiſſe Regem, primam habere vocem, & ſententiam in omnibus deliberationibus ſtatuum generalium: ita ut per hos, quæcunq; vellet, tandem rata faceret, ac etiam per canonicos inquiſitores, Hiſpanicam inquiſitionem, quæ his populis tam odioſa & terribilis ac intolerabilis, quàm extrema ſervitus eſt, (vel ut cuivis id notum) introduceret.

Voluiſſe quidem Corolum V. multò antè aliquoties eandem inquiſitionem Hiſpanicam Belgico obtrudere: ſed cùm argumentis pluribus doceretur, eam inquiſitionem extremam afferre regionibus illis pernicium; amore ſingulari patriæ ſuæ intermiſiſſe. Philippum autem Hiſpaniarum Regem, documentis talibus poſthabitis, rejectis precibus civitatum & provinciarum particularium; interceſſione etiam & legatione principum Baronis Montygni & comitis Egmontani, qui conſenſu Ducisſæ Parmenſis, ex decreto ſtatuum, omnium illarum provinciarum, aliquoties in Hiſpaniam eo nomine ablegati ſint, neglectâ (licet coràm ſpem fecerit non exiguam) minaces paulò pòſt ex Hiſpaniâ literas dediſſe, quibus ſeverè mandârit ſub pœnâ indignationis ſuæ, Epiſcopos recipi, eosq; abbatiis donari, inquiſitionem in opus, & effectum deduci, ſtatuta etiam concilii Tridentini (quæ multis modis cum privilegiis harum regionum pugnabant) ſuſcipi.

Quod cùm populis illis innotuiſſet, non immeritò anſam occaſionemq; dediſſe ingentis perturbationis, ab alienaſſeque non parùm animos ſubditorum, cùm præſertim intelligerent, Hiſpani Regis gubernatores, non modò in corpora & opes ſuas, tyrannidem exercere, ſed etiam conſcientiis ſuis, quas Deo deberent, dominari decreviſſe.

Hinc factum eſſe, ut præcipua nobilitas illarum provinciarum, ſupplicem libellum Regiæ majeſtatis conſilio obtulerit, hoc præcipuè conſilio, ut motus plebis compeſceret, & inhiberet. Petiviſſe autem nobilitatem, ut Regia majeſtas capita quædam mandatorum, præcipuè verò quò rigoroſam inquiſitionem Hiſpaniam leniret: iſtoq; facto neceſſariò iſtæ innovationes, ad ſalutem patriæ conſervandam, mitigari, ſi non prorſus aboleri, deberent: ad petitionem Ducisſæ Parmenſis gubernatricis, & ex conſilio ſtatuum generalium, miſſos eſſe legatos in Hiſpaniam, Marggravium Bergenſem, & Montignium Baronem: qui cùm prolixa oratione & argumentis evidentibus, Regiæ Majeſtati legationis ſuæ rationem expoſuiſſent; tantum abfuiſſe, ut voti & petitionis ſuæ, pro regionibus illis ſuſceptæ, compotes facti ſint: aut ulla extremæ neceſſitatis ratio, quâ motibus jam gliſcentibus ſubueniri poſſet, habita fuerit; ut etiam ex conſilio Hiſpanorum, legati, mandatis (quæ habebat) humilimè propoſitis, declarati ſint rebelles & læſæ majeſtatis crimini obnoxii, ideoq; puniendi re, & corpore. Quin etiam hos dominos legatos, jure gentium inviolabiles, (cùm Hiſpani, potentiâ Albani has omnes pronuncias ſubactas ſperarent) cuſtodiæ carcerique mandatos, tandem morte mulctatos, & bona eorum fiſco adjudicata eſſe. Anno 1571.

Idem. Pax inter Stephanum Poloniæ Regem & Iohannem Moſchorum tyrannum, interceſſione legati Pontificii, ad Zapolciam, excluſis Succis, confecta eſt: quâ univerſam Livoniam Moſchus Polona ceſſit: Vielicolucum verò, & alias aliquot arces à Polono occupatas, recepit. Deductis igitur ex totâ Livoniâ Moſchorum præſidiis, Poloniæ Rex, Rigam Livoniæ metropolin ingreditur, & cognito univerſæ provinciæ, & Nobilium & civitatum ſtatu: negocia pleraq; ad comitia, Warſonniæ futurâ hyeme celebranda, rejicit. Die verò ſeptimâ Aprilis Ieſuitas in templum D. Jacobi, & cœnobium vicinum, Rigæ collocat: ſicut Derbati etiam, Wendæ, Kakenhuſii, & aliis celebrioribus oppidis, templa eis attribuit.

Etſi autem Rigenſibus, non ſolùm generali privilegiorum, & libertatem confirmatione, verùm etiam peculiari cautione, de Religione in urbe non mutandâ, proſpectum eſſe exiſtimabatur: tamen, cùm in priore legatione, Regii templum pro pontificiis in urbe petentes, Iohannis Taſtii Reip. legati & oratoris, animum exploraſſent: eaq; de re ut Archiepiſcopi bonis & munitionibus urbis, reſolutionem in adventum ſuum Rex diſtuliſſet: Zamoiſcius

phitim exhalârunt : & solum pluribus locis locustis atris constratum fuit, quæ sub pedibus calcatæ, teterrimum odorem efflârunt F. Anno, 1590. mense Septemb.

Quia celebris illa religionis transactio Passaviæ facta paucis nota est : adscripsi & illam ex Chronico Chytræi,

Nos Ferdinandus, &c. fatemur, cùm bellicos motus istos in Germaniâ, ex Philippi Landgravii Hassiæ custodiâ, præcipuam originem & causam habuisse, intelligeremus : adducti amore & curâ salutis, & pacis Imperii publicæ, fratrem nostrum Carolum Imp. amanter rogavimus, ut de liberatione Landgravii, & cohærentibus negotiis, quæ causam bello præbuissent, amicam tractationem nobis instituere liceret. Quod cùm à Cæsare impetrassemus, nos & filius Maximilianus Rex Boiemiæ, cum Mauricio Saxoniæ, & Alberto Bavariæ duce, præteritis paschæ diebus Lyncii convenimus, & post varias deliberationes, utile ac necessarium indicavimus, alterum conventum, ad 26. Maij in hac urbe Passavio instituere, & electores ac principes Imperii adscriptos, velut intercessores, simul adhibere.

Itaq; nos & dictus elector Saxoniæ, & reliquorum quinq; legati, nomine Moguntini, Daniel Brendel : Colonienſis, Henricus Saltzburg: Treverici, Philippus à Winnenberg: Palatini Friderici, Ludovicus comes in Königstein : Joachimi Brandeburg, Adamus Trode : deinde Ernestus Archiepiscop. Saltzburgensis, Mauricius Dryopolitanus, Wolffgangus Passavienſis, & Albertus Bavariæ dux in persona : nomine verò Iohannis Brandeburgici, Bercholdus Mandeslo, & Andreas Zoch : Wuilhelmi Juliacensis, Guilhelmus Keteler : Philippi Pomerani, Iacobus Zitzevvitz : Christophori Wirtebergensis, Thodoricus à Plieningen comparuerunt, cum quibus causam tractare cœpimus : ac primùm electoris Saxoniæ, & confœderatorum principum postulata & gravamina duobus scriptis exposita, accepimus & expendimus : & re accuratè sequentes articulos & media pacis proposuimus.

Elector Saxoniæ & fœderati principes, ante 12. Augusti, ab armis discedent, & Cæsareæ Majestati ac Imperio obedientes erunt, copias sine ullius detrimento dimittent, vel Regi Ferdinando militare sinent, urbes Imperii & alios status, quos armis sibi adjunxerunt, patentibus literis ab obligationibus liberant. Phi-

suam ulcisci conabitur, sed ut obedientem principem decet, deinceps se erga Cæsaream Majestatem, nos, & Imperium geret. Ambo etiam electores, Saxo & Brandeburgicus, & Palatinus Wolfgangus, obligationem antea datam renovabunt, & Reginæ Mariæ vel ipsius præsidenti Machlinensi ad 6. Augusti diem tradi curabunt. His factis, Landgravius custodiâ liberabitur, & ad 11. vel 12. Augusti in arce suâ Reinfels, sistetur. Cæsar etiam militum copias adversus Saxonem, Hassium & socios jam conductas, adversus eos, qui pacificationem hanc accipient, non convertet, nec in eorum ditiones collocabit.

Permittit etiam Cæsarea majestas, ut Landgravius inchoatam urbis Cassellæ munitionem perficiat, executionem quoq; sententiarum in controversiâ Nassaënsi planè inhibebit, donec liberato Landgravio, amica compositio inter partes institui possit, vel per utrinq; delectos electores & principes arbitros, causa recognoscatur, & intra biennium decidatur. Administrator orbinis Teutonici, & Henricus Brunsuicensis, actiones, occasione præteriti belli Smalcaldici adversus Landgravium institutas vel instituendas, inhibebunt : donec gravamina, ad Imperii Rempublicam pertinentia, per Mauricium & Hessum in hoc conventu proposita tollantur.

Quod ad religionem, pacem, & justitiæ administrationem in Imperio attinet : pax religioni usq; ad proxima comitia dabitur, in quibus de ratione hoc dissidium amicè componendi, vel per concilium generale aut nationale, vel colloquium, vel communem Imperii conventum, deliberabitur.

Hunc de religione articulum Rex Ferdinandus, ac electorum & principum legati, in eodem conventu Passavienſi, scripto peculiari ita declarârunt, ut constans & perpetua pax in causâ religionis, sive componatur amicis rationibus : sive non componatur, inter Cæsaream & Regiam Majestatem, electores, principes & status Imperii ; servetur, & ex consensu Iudicii Cameræ conjuncti Augustanæ confessioni deinceps non excludantur.

Articuli ad libertatem Germanici Imperii pertinentes, à Mauricio exhibiti, in comitiis expedientur. Ad consilium verò Cæsaris aulicum, quod Imperii negotia tractabit, consiliarios Germanos Cæsar adhibebit, & Germanica negotia non nisi per Germanos tractari

nas ne musca Gallorum subterfugiet.

Andegavensis cum suis trepidare, lachrymari, & sacra prophanaq; detestari, atq; inauspicatum suum in Belgiam adventum execrari: Princeps, qui mentis adhuc erat compos, per suos familiares toto conatu sese opponens, cives mulcens, culpamq; ab Andegavense avertens, ægrè tandem cives placavit. Cadaver latronis in forum elatum statim est à multis agnitum, & palàm jactatum, mercatoris illius Hispani esse ministrum, atq; etiam alium ejusdem domesticum in civitate esse, qui eidem à racionibus sit. Ille è vestigio comprehensus, totam insidiarum originem, ac seriem in quæstionibus aperiebat.

Mercator natione Cantaber, seu Bischajensis, Hispanus, Casparus Anaster, Antvverpiæ ante annos aliquot bonis cesserat, cùm 300000. librarum Francicarum creditores fraudisset: postea, fide apud mercatores utcunq; recuperatâ, rursus in eorum conventu ferebatur donec iterum animam debens, eadem prorsus excideret. Is in Hispaniam revolans, cum Regis commissariis de principe interimendo sic pacitur, uti pro lanienâ omne ejus debitum Rex sovat addatq; dein, facinore quocunq; modo possit perpetrato, ducatorum millia 81. Ille in Belgicum duobus famulis comitatis quantis itineribus potest profectus, cum quodam sacrificio Hispano, qui Antvverpiæ multo substiteat annos, ita rem agit, ut multa millia istis duobus famulis polliceatur, si facinus perpetrassent.

Sacrificus frigidam sussundere, jus fasq; mò meritum summum dicere, ejusmodi hæreticum & Republicæ perturbatorem è vita tollere. Imò se interfectorem indulgentiis, sanctorum reliquiis & benedictionibus munitorum, ut invisibilis incedere possit. Et si casus aliquis accideret, ut eum occumbere contingeret: sese pontificio diplomate obsignato effecturũ, ut absq; pœnâ purgatorii rectà in cœlum subvolet. Uterq; famulus, stultitiâ pontificiâ occæcatissimus conditionem accipientes, inter sese sortiuntur, & ille, cui provincia obtigit, pontifici omore, sacrâ synaxi sumta, post confessionem, rem ipsam, ut suprà exposui, patravit. Sacrificus unâ cum altero, quem sors exemerat, illius Hispani familiari, Antonio Veneto, quadrifariam dissectus est. Autor verò consilii, captorum indiciis, Greve-capitis D. Johannis, & nescio quibus aliis. Uranius à vulnere accepto, indies magis cóvalescere cœperat, spesq; planè erat, porditurum in hominũ lucem: donec undecimâ die Aprilis ex ruptâ venâ sub linguâ, sanguis aliquot dies effluxit: cujus cùm semunciæ multæ jam profusæ essent, sisti tandem cœpit. Interim quâ fuit autoritate apud populum, perfecit, ut provinciæ fœderatæ, per delectos, Andegavensi juramentum tanquam suo principi, præstarent.

Parmensis, occasione hujus vulneris, urbibus ordinum fœderatis, Uranium extinctum esse, scripsit: proinde redirent in Regis potestatem, qui eas clementer in gratiam recepturus, omniq; clementiæ genere prosequuturus esset. Sed Uranius hoc prævidens, se vivere, & intra paucos dies restitutum iri pristinæ valetudini, omnes præmonuerat: frustra itaq; defectionem Parmensis tentavit. Princeps Uranius, restitutâ valetudine, in publicum rediit. Anno 1582.

Idem. Cùm de Belgico, in Galliæ Regis patrocinium & tutelam recepto, fama Constantinopolin emanâsset; Antvverpiam Turcici legati, de mutuis commerciis inter Turcas & reliquas Europæ gentes Antvverpiæ instituendis, acturi appulerunt. Qui, octodecim mercatoribus Turcicis sedem in urbe Antvverpiensi præberi, petierunt, ad quos merces Turcicæ ex Asiâ & Græciâ per mare mediterraneum, Massyliam in Galliâ: hinc terrestri itinere Burdegalam ad Garumnam: inde per mare Gallicum & Britannicum Antvverpiam advehendæ essent: atque huic instituto faciles successus promittebant, quòd Belgicæ provinciæ Gallorum Regi, Turcis amicissimo, jam fœderatæ, & fratri ipsius subditæ essent. F. Anno 1582.

Idem. Albertus Dux Borussiæ, mente & corpore infirmus, ad perniciem Ducatus sui Borussiæ, ingeniosi cujusdam & vafri, at vanissimi hominis, Pauli Scalichii consiliis auscultaverat, cui prædia & possessiones amplissimas donárat. Hic nobilissimos quosq; veteres & bonos apud principem perfidiæ detulit & removit, & suæ farinæ homines novos evexit. Quos turpia multæ perpetrantes, inprimis autem Scalichium Poloniæ Rex, tanquam dominus feudi, proscripsit, & donationes prædiorum & possessiones

cum electoribus & principibus, qui jam pleriq; discessissent, maturè deliberaturum, ostendit. Cumq; Augusti etiam Saxoniæ electoris consilium inter cæteros exquisivisset: is prolixè admonet, non solùm difficultates & confusiones, in judiciis, in historiis, in literis contractuum, aliarumq; obligationem, in nundinis, navigationibus, solutione censuum, agricultura, in omnibus negotiis civilibus, & celebratione festorum Ecclesiasticâ, ex dissimilitudine Calendarii secuturas: sed inprimis Cæs. M. & sacri Imperii autoritatem, reputationem & superioritatem, à pontifice non imminuendam, considerari in hoc negotio debere.

Nam præsentem anni formam à Cæsare Julio primùm institutam fuisse. Deinde Carolum Magnum, Imperii Germanici conditorem, & Calendarium ipsum, & nomina mensium Germanica, Teutonicis populis dedisse. Canonem etiam concilii Nicæni de festo Paschæ, non Romani pontificis, qui eâ autoritate & potentia quam nunc possidet, nondum eo tempore fuit; sed communi Cæsaris Constantini & patrum consilio conditum esse, Concilia verò ipsa, non à pontifice, sed Romanis Imper. indicta esse, sicut Constantiense adhuc Concilium Cæsar Sigismundus collegerit, & jus constituendi non tantùm episcopos in Germaniâ, sed etiam Pontificem Romanum, penes Impp. ante & post Caroli magni tempora, usq; ad Othonem I. & deinceps usq; ad Gregorii VII. Pp. ætatem fuisse.

Cavendum igitur, ne novam & inusitatam jurisdictionem, & potestatem mandandi Cæsari & Imperio, hâc Calendarii emandati à pontifice præscripti receptione, Pontifici ordines Imperii tribuant: præsertim cùm Imperii consilio & consensu non requisitò, restanta à P P. suscepta sit. Placere igitur sibi, ut deputatis totius Imperii ordinibus, brevi conventuris, res deliberanda proponatur, priusquàm Cæsarea mandata, de illius observatione in Imperio publicentur. Cùm autem nemo ex principibus aut civitatibus, Augustanam confessionem amplexis, in Saxoniâ, & reliquâ Germaniâ, novum Calendarium eo anno reciperet: Imperator etiam, in Cameræ judicio veterem & usitatam Calendarii formam retineri, eo tempore voluit, Anno 1582.

Idem. Imperator sedulò de his rebus admonitus, conventum trium Electorum, Moguntinensis, Trevirei, & personasq: ad illum actum legitimare voluerunt; Moguntini mandata recipere recusârunt, prætendentes, nullâ compositione deinceps opus esse, quòd Pontifex Gebhardum Truchsesium jam Episcopatu, & Electoris dignitate privârit, capitulocq; petente diem præfixerit, intra quem alium eligere debeat; ideoq; nec Imperatori neq; sibi licere, contra voluntatem Pontificis in causâ illâ quidquam amplius agere. Sic à Pontificiis delusi legati, infectâ re, Heidelbergam remissi sunt. Coloniæ, Gebhardus cum quatuor Canonicis, uti anteà quoq; Romæ factum erat, per duos Episcopos Italicos, ut hæretici privati, eorumq; imagines à pueris per civitatem tractæ, in Rhenum provolutæ sunt. F. Anno 1583.

Idem. Belgicæ interea confusiones, Guilhelmi principis Uraniæ, & Philippi Adelgundis, quem Antvverpiæ consulem fecerat (qui, Franciscum Andegavensem Galliæ Regis fratrem denuò revocandum esse, censebant consiliis adhuc sustinebantur. Cumq; indies à Brabantis hic (Andegavensis) liberator denuò expectaretur, in gravissimum morbum incidit, aliquot diebus sanguine uberrim ex naribus, ore & oculis effluente: ex quo cùm, exeunte Majo, ita convaluisset: ut & pilâ palmariâ luderet: & summâ quadam hilaritate sese musicâ, & variis instrumentorum generibus oblectaret: proximo die pharmacum sumsit, ut firmiùs revalesceret. Cæterùm hoc ei prorsus lethale ac mortiferum fuit. Siquidem in sequenti die, ultimâ Maji, circa meridiem extinctus est.

Pridie, aliquot horis post sumtum pharmacum, cùm, sibi extremum diem instare, non levibus signis, atq; argumentis animadverteret: supremam voluntatem testamento declaravit, atq; ostendit se nullâ re aliâ magis dolere, quàm quòd pravissimorum hominem iniqua & nefaria consilia secutus, res Belgicas minùs decorè, ac sicuti debebat & promiserat, administrâsset: quodq; sibi præreptam occasionem videret, qua præteritos errores, sicuti omninò se facturum decrevisset, emenderet, atq; corrigeret. Postremò & scriptis, & per suos intimos consiliarios Regem orare atq obtestari, ut eandē causam defendendā susciperet, omnibusq; studiis & rationibus tueretur.

Mortuus est, ut ajunt, admodum piè & Christianè, exactam vitam prorsus detestans, & totam spem atq; fiduciam in solum Deum per Christum mediato-

mediatorem expectare, ac certo certiùs polliceri ibi. Hic fuit vitæ exitus. Post mortem in castro, cui nomen est Chasteau Thieri, arx Theodorici, itinere unius dici cum dimidio Parisiis distanti, Anno Domini 1584.

Idem. Guilhelmus Uraniæ princeps, cujus prudentiâ, autoritate, industriâ & fide unitæ Brabantis provinciæ in Belgio potissimùm nitebantur; Delphis in hospitio suo, monasterio D. Agathæ, globo sclopeti persicarium conscio Parmensi summissum, trajectus, die 30. Iunii, seu 10. Iulii Gregoriani, fato suo non infelici, mediocriter, si non florentibus, utcunq; tamen consistentibus adhuc suis partibus, maturè tristioribus ærumnis præreptus est. Sicarium percussorem principis, Burgundum fuisse, constat, natum sex ad Vesontionem milliaribus in oppidulo Villefano, Balthasarum Gerardum, qui ante aliquot menses, in principis famulitium se, singularem industriam & ingenii dexteritatem præ se ferens, insinuârat; & à principe, legatis ad Franciscum Andeg. Galliæ Regis fratrem, quem Belgici Gubernatorem ac hæredem denuò Belgici status expetebant, comes adjunctus erat.

Mortuo autem, præsentibus Uranii legatis, Andegavense, Balthasarum hunc principi notum, & aliquot menses in ejus aulâ versatum, legati ad Uranium cum litteris remittunt, quibus obitum Andegavi Uranio significant: & an Rex Galliæ vel alius ad protectionem Belgici requirendus sit, scisitantur? Hic proditor, cùm humaniter à principe acceptus, & auditus perbenignè fuisset: tandem ultimâ Iunii die, absoluto prandio, circa primam pomeridianam, accubitu surgentem principem insecutus, & denuò se cum eo loqui & secreta referre velle simulans: tormento manuatio medium trajecit ita, ut statim moriens concideret. p. 936.

Percussor vivus comprehensus, &, non à Gallio vel Hispanis se conductum, sed proprio consilio egregium ac præclarum κατόρθωμα, & cultum Deo gratum se præstitisse, profitens, summo cruciatu, ac supplicio proditori debito, necatus est: quem nihilominus velut martyrem, Colonienses quidam scriptor celebrat. Intellexi autem ex duobus principis Uranii domesticis, Balthasarum in quæstionibus [illegible] 1584.

Idem. Talem ad modum Tartari, qui hactenus liberi & indomiti fuerunt, ex sociis & fratribus Ottomannorum, ipsi sunt facti servi, quem amicitia Ottomannica finem plerumq; habere solet.

Cùm autem Tauricæ Chersonesi, in provinciæ formam â Turcis redactæ, historiam recitaverim: cæterarum etiam omnium imperii Turcici provinciarum, quas per Bassas seu vicereges suos administrat, catalogum obiter adjungam.

In Asia 1. Natali, h. e. Asiæ minoris Beglerbegus, seu vicerex residet in Chiutaiâ. 2. Caraman Ciliciæ præst. 3. Sevas Syriæ superiori, relidtt in Sebastiâ. 4. Halèb Alepi, parti Syriæ. 5. Scham Damasci, quæ Scham Turcis & Arabibus dicitur, Syriæ, Cælesiriæ, Palestinæ. 6. Tarablos sive Traplos, Tripolitano regno præest ad montem Libanum. 7. Marâs Arabiæ desertæ confinis. 8. Diarbechie Mesopotamiæ. 9. Bagdat Babyloniæ & Chaldææ. 10. Fas Mengrellios, Colchidis habitatores, sub se habet, forsitan à Phasi fl. ita nominant. 11. Ezrum parti Assiriæ & Armeniæ, 12. Ballara ad sinum Persicum, Persidis & Chaldææ partem habet. 13. Labsa Caramanniæ, quæ Ornum versus. 14. Iemen Adin Arabiæ. 15. Hebesch ad sinum Arabicum dominatur, olbectus presbytero Iohanni. 16. Messier Ægypti residet in Cairo, quam Messier vocant Turcæ cum Ægypto. Iudæ Misraim ex literis sacris adhuc vocant. 17. Cypro Cypro præest, residet Nicosiæ, sive Niconiæ, potiùs 18. Van in confinibus Persiæ. 19. Schiresul etiam in confinibus Persiæ, sed tamen Assyriæ magnam partem sub se habet. 20. Cars in Armeniæ & Mediæ finibus. 21. Tiflis in Georgianorum R. 22. Tschildirin confinibus Mediæ. 23. Schum ibidem. 24. Temircapi Ferreæ portæ.

Hi Bassæ nuperrimè constituti sunt contra Persam: sed reliquis, propter incertum belli eventum, & propter provinciarum parvitatem, nequaquam comparandi sunt.

In Europâ 1. Rumuli Thraliæ & Græciæ totius. Turci enim Græciam Rumuli vocant, corrupto Romaniæ nomine: alii post Constantinum magnum, vocant Thraciam. Sophiæ sedem habet, sed ple-

tiæ parti, prædidet Bohmia.

In Africa 1. Giul Gesare Algeriæ præest, quam Turcæ ab antiquo nomine, sed corruptò, Iulia Cæsarea, nominant. 2. Tunis Tunetarum habet regnum, & residet Tuneti. 3. Tripoli Leptis est antiquis, & Tripoli Aphricæ residet. 4. Capitan Bassa his adjungitur. Is mari præest, ac inter Beglerbegos numeratur: & fermè omnes Ægei maris insulas sub se habet. Residet tamen plerumq; Constantinopoli & Callipoli. Singuli Beglerbergi sub se habent suos Begos, sive Sangiacbegos, quorum quisque fermè principatum aut Ducatum obtinet, & vice Beglerbegi sunt, seu vicedomini. Servit eorum quisq; plerumq; 500. sæpè 1000. equitibus Horum in universum sunt plus minus 300. Hi sub se habent Spahileros, quos rectè vocamus vasallos sive benoficiaries: nam equites merent, & beneficia pro stipendio habent ad tempus.

Conradus Dantzinger I. C.

1580. REtulit vir fide dignissimus, Conradus Dantzinger I. C. qui legatus ad Russos fuit missus: quòd Episcopi Russiæ, ex privilegio Papæ Epistolam hanc inferiùs annotatam, unicuiq;, sed pecuniis illam redemturo, communicare soleant: quam deinde, veluti commeatum quemdam, in sepulchrum mortuo apponant, ut, si quando defunctus ante portas cœlorum veniat, Petrus eo commeatu viso, protinus sine morâ illum intromittere cogatur.

Makaria, Dei gratiâ, Archiepiscopus Kiofæ, & Halitz. & in totâ Russiâ, domino, & amico nostro S. Petro, Dei omnipotentis Portitori, &c. Nos significamus & mandamus tibi, ut, postquàm hoc vel illo tempore ex hac vitâ decessit Princeps, vel N. N. minister Dei: tu in hoc ipso momento, visis literis, abjectâ omni cunctatione, nullâ factâ morâ, rectâ in regnum Dei ipsum intromittas. Nam nos eum ab omnibus suis peccatis absolvimus, & propterea ei hoc nostrum Christianum testimonium absolutionis plenæ, & remissionis exactæ concessimus, ut ea exequi tu, nec transgredi scires. Datum in nostro maximo cœno-
p. 937. bio Kiofâ, anno &c.

Papa Bonifacius IX. prius vendiderat illis civitatem Rigensem cum pertinentiis, pro pretio 15. millium florenorum auri: author est Theodorus à Niem libro 2. de schis. cap. 16. Mirum ergò videri non debet, illum pro recuprophetia: in quo inter alia multa monstrat, in omnibus sacris libris inesse prophetiam usque ad postrema tempora cujus eventa non sint adhuc perfecta; eaque probat ex propheticis & Apostolicis scriptis: sed & varia exactionum genera, quibus hodie magistratus quidam expoliant populum, pro domo, pro camino, pro capite, pro vino, pro frumento, pro farina, pro latrinis (ut Imperator ille) pro prædio, pro jugere, & pro aliis innumeris. Ut nihil edas, nihil bibas, nihil habeas, nihil possideas, quin singulis momentis propria & priùs tua emas & redimas à Tyranno. Cui si addas Ecclesiastici quoque ordinis horrendas expilationes, apud quos pro quovis etiam maximo scelere, si pecuniam solvas, liber es: imò etiam consideres, pro eadem gratiam Dei & regnum cœlorum, quæ Christus solo merito suo paravit, emercari posse: miserius homine sub sole nihil esse, fateberis. Referunt enim Taxæ Cancellariæ Apostolicæ de quibus suprà, sub rubrica de causis matrimonialibus, non esse dispensandum cum pauperibus eò, quòd non habeant unde solvant. Sed justus es Domine. De his alibi uberius.

Decretum Belgicum, 1581.

HOC tempore promulgant Ordines Belgii in Haga Comitis decretum quoddam, die 26. Iulii, eò declarantes: Principem omnem esse propter subditos, non hos propter illum: ideoque justis debere principem regere subditos Imperiis, & eosdem amare tanquam pater liberos: & per nomen Domini jurare se & hoc facturum, & subditos eum suis privilegiis & consuetudinibus atque libertatibus incolumes conservaturum: aliter verò, & extra hanc conditionem; stabile ipsi Regnum & Principatum consistere non posse, & meritò, justisque de causis dominio exui: & non mereri nomen Magistratus, sed crudelis & perfidi Tyranni, cùm promissa & jurata non præstiterit. Et ex hac causa liberos pronunciant omnes subditos, Vasallos & Officiarios, à juramentis Regi datis: prohibent usum sigilli & numismatis Regii: & conversi ad ordines Belgicos, suam fidem juramento eis contra Regem adstringunt. Hoc edictum sanè omnibus difficilimum videbatur præstitu, adeò ut, cùm quidam Senatorii Ordinis in Frisia super eo juramentum præstare deberet, protinus ecstasi cor-

rico, ad se jure hæreditario pertinere, contenderet; & Papa ultrò, & non rogatus judex esse vellet: Rex expetivit super ea re ab universitate Alcalana consilium. Doctores, repensiculatè deliberata, responderunt: Papam & Apostolicam sedem nequaquam in hac causa vel posse vel debere judicialiter cognoscere, quia secularis & mundana omninò esset: spiritualibus illum potius (omissis his) ut incumbat, decere. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

1581. Albertus Fürst in historia Hispaniæ, Portugaliæ, & Africæ.

IN ipso zodiaco, & signo libræ, juxtà Martis stellam, anno 1577. Cometes apparuit, ea magnitudine & irradiatione, qua similis antè actæ ætatis memoria nullus uspiam est visus. Illum quidem non mediocriter exhorruère homines, ut qui experientia ratum haberent, ejusmodi astra non sine casibus & infortuniis propediem eventuris, ardere. Et sanè eò tempore irrubuit, quo Lusitaniæ Rex Sebastianus adornata classe in Africam trajecit, ibidemque miserabili morte occubuit, eodem anno 1577. die nona Novembris. Imp. Rudolpho 2. Papa Greg. 13.

1581. Johannes Olearius D. Theolg.

SCripsit librum, an tempore necessitatis cœnam vel à Pontificio, vel à Calviniano pastore quisbona conscientia possit accipere? Imp. Rud. 2. Papa. Greg. 13.

* Explicationem picturæ Papæ insidentis equo, & Ecclesia derelicta in miseriis & deplorandis affictionibus vidua, abeuntis hinc post voluptates & ludicra peregrè, vide suprà part. 1. fol. 447. 471. 472. & 485. Declarationem typi Bileamici in parte hac 2. fol. 3. & 4.

Sex notarum & verborum hieroglyphicorum, conditiones vitæ, sortis, mortisque humanæ denotantium, interpretationem habet exordium præfationis in parte 1. Astreæ virginis, quæ Iusticiæ administratrix & patrona est veteribus, initium præfationis partis hujus 2.

Cur summæ Christianis dignæ virtutes iniquè detineantur in carceribus captivæ, illarum interim dormiente ignavo grege famulorum, illudentium quasi

Cæterorum in hac pictura Mysteriorum interpretatio habet, ut sequitur.

Claudius Minois Gallus I.C. in commentario super versibus Andreæ Alciati I. C. Emblem. 80.

DEsident in modio Essæus, speculatur & astra,
Subtus & accensam contegit igne facem.
Segnities specie recti velata cucullo,
Non se non alios utilitate juvat.

Quanquam id. inquit Claudius, non incommodè torqueri posset in eos, qui concreditam sibi eruditionis & ingenii dotem aliquam excellentem miserè negligunt, atq; non referunt ad usum, cujus potissimùm gratia nôrunt sibi esse demandatam & commissam à summo, & præpotenti bonorum omnium auctore Deo; tamen, nisi me fallit animus, videtur, hoc revera tortum esse in desides quosdam cœnobitas, qui θεωρίας imagiginem aliquam professi, ignaviæ situ ætatem terunt, literas aspernantur, aut certè non magni faciunt, quanquam alioqui valeant ingenio, & non parva naturæ dexteritate: iners omninò genus, & fruges consumere natum, & ex tertio illo hominum genere, quod assignat Hesiodus, meritò dixerim, cùm nec sibi, nec aliis commodum aliquod referant. Quod ipsum tamen velim æquis auribus accipi, non enim is sum, qui ausim, aut etiam velim carpere instituta illa vetera, primùm quidem à sapientissimis inducta patribus, nostræ pietatis Christianæ antesignanis & vindicibus, quorum tanta est apud nos auctoritas, ut inverecundum esset, ne dicam impium, eorum vitam, pietatem, doctrinam, fidem non probare, non colere, non amplexari.

Ut ergò apertè dicam, quod sentio ea de re, hîc ab Alciato, à me, ab aliis etiam, quibus simplex minimeque fucatus est animus, nullo modo reprehenditur monachorum institutum & regula, sed multorum ex iis otium, ignavia, imperitia notatur, quippe qui eo nomine pessimè de se, deque aliis mereantur. Jactent ij quantumvis sui ordinis, suarumque legum antiquam dignitatem & sanctimoniam, nisi se similes iis præstiterint, qui laboribus, vigiliis, studiis, jejuniis, omni denique patientiæ laude Christianum nomen auxerunt, & amplificarunt, non video, qua ratione digni habeantur eo

L.S.

ripiat, nidoque foveat suo : verùm contingit, ut cùm pullos illos alienos eduxerit, illos iterum amittat : sed illi, audita matris suæ voce, naturæ stimulo perculsi, deserta noverca, ad nativam recurrunt. Sic quoque futurum, affirmant, ut illi, qui seducti à vera via deflexerunt, ad primam naturalem & legitimam matrem, Apostolorum Ecclesiam, simul ac vocem ejus sanctioris quippe institutionis, (quod nunc, reformatione Dei clementia insecura, factum est) audierint, de serta falsa, sint accessuri, & moræ veluti impatientes, divino stimulo impulsi, sponte, ut tertia perdix ex ovo, sint erupturi, cibumque cœlestem quæsituri. De quo etiam Adamantius.

IXion homo mortalis & peccator, in cœlum à Iove recipitur, & à Secretis constituitur. Pro quo summo beneficio maleficium reddit, & Iovis uxori Iunoni stuprum inferre sentat : ob quod scelus exerandum, ingratus è cœlo ad inferos dejectus, rotæ ferreæ fuit alligatus, circa quã angues complures convoluebantur, perpetuoque rotæ circumvolutæ motu agitabatur, ut nunquam posset quiescere. Vergilius, Prindarus, Palæphatus, & Zizes. Quo Hieroglyphico significare volunt veteres pii, sacris initiatos, & illos, quibus Deus secreta cœli & mysteria sua concrediderit, quia frons meretricis facti erubescere nolunt (Ierem. 3.) & Ienociniis, adulteriisque magno cum scandalo vacans, & Iponsam Dei Ecclesiam turpissimè scelerib. fœdant; idcircò removendos, & ad inferos detrudendos, tantoq; graviori pœna affligendos, quanto majora beneficia à Deo acceperunt. Ubi enim, ut Arnobius lib. 6. loquitur, magis à sacerdotibus, quàm inter aras & delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? Denique in ædituorum domibus magis, quàm in ipsi lupanaribus flagrans libido exercetur. Hæc Arnobius.

Explicationem Historiæ Bileami eodem folio primo positæ habes sup. pag. 2. folio 3. reliqua (ut dictum) suo loco.

Expositio nova figurarum & literarum quarúdam Rotæ Ioachimicæ, ex quibus Lector & cæterarum intellectum facilè deprehendet.

Lunà notat veteris tenebrosa oracula pacti:
Sol facit ista novo manifesta volumine Christi.

Sic duo sunt libri, qui cœlica dogmata
Hunc, & ad officium sanctum revocare: sed audax
Progreditur, verbumq; Dei perverit, & omne
Ad nutum torquet sceleratum. Id littera signat
Quæ crucis effigiem gestat. Nam dogmata Christi
In cruce pendentis, cruce confirmantur: at ima
Parte quòd hæc curvoq; sinu laceratur; eo ipso
Doctrinæ exprimitur sanctæ corruptio. Taurus
Corniger hanc cumulat, complens mugitibus auras,
Insulsis. Nam sacrifici, monachiq; beatum
Indoctum ore vomunt tumido. Sapientia) serpens
Quam signat) pedibus calcatur. Inertia nunquam
Doctrinam tolerat. Quòd taurus cornibus altis
Conjugis florem torquet: Rosa denotat, illum
Conjugium prohibere, ac stupro vivere turpi.
Hæc dum sacrifici tractant: mox liberi ab omne
Esse volunt onere & vacui, rerumq; potiri.
Interea Imperium affligunt. technisq; nefandis
Pontifices minuunt: Aquila hinc, quæ complicat alas,
Ore crucem gerit, & curvatam in cornua lunam,
Sed tamen in regno magna virtute leones,
Atq; Heroës erunt: quorum moderamine quædam
Extremum circa mundi benè tuta manebunt,
Non sine lugubri gemitu. Quia duplice Fato
Turca tribus telis de nobis sumet acerbas
Pœnas: nec penitus delebit, & ensis acutus
Tantùm eluniculas feriet, caudamq; leonis
F. geminum signat gemini crudelia faci
Damna: quibus multùm propter peccata prememur.
Isthæc dum fient: stygia de sede jubatis
Horrendusq; Draco subitò prorumpet, & ensem
Districtum ore feret, stellas in pectore ternas.
Stellæ demonstrant errorum dogmata vana,
Quæ specie pietatis habent lethale vene-

Christicolis faciet: Seu quod plurimis curet: illud
Significat vanã sine fulcro & viribus iram
Unde calix Christi supereminet. Inde rosarum
Erumpit chorus & serpens: Phœbumq; tuentur,
Symbolon est magno suorum, serpentiq; Philippo:
Qui duo restituũt, quæ tu Romane sacerdos
Jam dudum corrupisti: tutiq; sub ipsa
Sunt Aquila Imperii: Christi quoq; dogmata spargunt:
Atq; docent, nostræ quæ sit via certa salutis

Vaticinium antiquum, cujus hoc est schema synasterismi cœlestis prodigiosi, additum & insertum (ne intercideret) his figuris, Ioachimicæq; Rotæ circumpositum, (quod constare vides lector portentosis cometis duobus, nocua luminarium oppositione, damnosisq; fortunatarum atq; infortunatarum tum ex fixis tum Erraticis Stellarum, tam erge se invicem quàm utrumque luminare, irradiationibus) sequentibus descriptum extat versibus.

M. M. S. P. W.

ALiger æthereis utinam descendat ab astris
Nuncius, & memoret fatorum conscius, isthæc
Quæ surgat facies nobis tristissima cœli!
Decolor obscuros tollit cur Cynthia vultus,
Auricomiq; polo cedit vis inclyta fratris?
Cur se demittens sub terrâ Iuppiter æquus,
Tristia sceptra premit, faciem conditq; serenam?
Cur simul hiq; Senis, sacra dominantis in æde.
Cristatos angues, falcemq; trucem experiuntur.
Ac socii Martis, sine Relligione frementis;
Hermete edocti, fraudis furumq; Magistro
Attoniti & tristes, armis bacchantur iniquis.
Quos furtiva venus sibi sola reservat amicos:
Heu quid sanguinei flagranti crine cometæ
Portendunt? Mala quæ mundo, quæ dera minantur?
p. 942. *FALLOR? An accedit sacrati carminis ætas*
Ultima, seclorũq; novus jam nascitur ordo,
Aurea quo tandem, cunctum laudata per Orbem,
Desinet, ac toto surget gens ferrea Mundo?
Luna tibi languens sit sancta Ecclesia Christi,
Hujus Sol refugus faciem condentis imago:
Adversum Christo rigidum finge esse Saturnum,
Sceprigerumq; Iovem fac Reges esse Ducesq;
Sanguinolenta notet deinceps Mars efferus arma,
Queis firmare suum multo conamine Regnum
Tartareus Flamen nitetur: & artibus ipsũ
Cyrceisq; dolis qui, consiliisq; juvabunt
Occultis, vafre signentur Pleiade nato:
Ac varii generis Babylon meretricis amorum
Te moneat Cytherea venus, tum plurima secli (nes
Venturi haud dubiè prudens mysteria con-
Cùm fastu furor, heu cuncta in transversa ferentur,
Felices nimium (O) suavi jam morte sopiros,
Quorum non cernent tristes hos lumina casus p. 948.
Mundo obventuros, iterumq; iterumq; beatos
O bone Christe VIIOS defende, tuêro, guberna
In veraq; fide feliciter ultima vitæ
Claudere fata sinas, superasq; evadere in arces.

Iohannes Basilii Magnus Dux Moscoviæ. 1581.

IMperatori vel Duci Moscoviæ magnæ cùm Possevinus Iesuita persuadere vellet, ut abiecta Græcorum fide, Pontifices Romanos coleret, (ipso Possevino in Moscovia sua referente) Moscus in maximo procerum consessu respondit: se non in Græcos sed Christum credere. Omnes Apostolos Evangelium prædicasse, sed nullum ex illis alio fuisse majorum: Petrum & alios Pontifices sanctos, se agnoscere: at verò, qui eos secuti sunt, quia improbè vixerunt, quò nam modo Petro succedere, aut eadem cum auctoritate in Petri sede residere potuerint, non videre. Ad hæc cùm Possveinus duriùs aliquanto respondisset Moscus iratus: sciat, dixit, Romanæ fidei septuaginta fides inesse: Pontificem verò Romanum pastorem non esse: utpote qui barbam radit: crucem Christi, pedibus apponit: in sella se gestari, & tanquam Deum adorari sinit.

Et cùm hæc quoq; Possevinus, licet perquàm frigidè (meliùs enim abominanda hæc defendi nequeunt) liberiùs tamen, ac pertinaciter defenderet: Moscus excandescens; num fuêre, inquit: in foro rustici, qui te docuerunt, ut mecum æquè, ac cum rustico loquereris! Unde totus consessus non dubitavit, quin, nisi constituendæ pacis causa inter Poloniæ Regem & Moscum, ablegatus Possevinus fuisset, Moscus ipsum pedo suo, cum cuspide ferrea, quo utitur æquè ac nuper filium proprium & alios, trucidasset. Imp. Rud. 2. Papa Gr. 13.

sistere viribus: tamen, ut in suos tutiùs grassari possit, Orbis Christiani unico & vero hosti per tot annos supplicandum esse, putavit. Imp. Rud 2. Papa Greg. 13.

1582. ## Nicolaus Hemmingius.

HIc in Catechismo suo ritum Missæ in Ægypto apud Christianos usitatæ describens, ait, ex Thessalonicensis cujusdam Demetrii relatu templa Christianorum Alcai multa reperiri, insignita luna falcata, quæ idola nesciant, nisi quòd imagines historicas ex veteri & novo Testamento, in parietibus templorum habeant depictas: præmitti in Liturgiis preces, & cantilenas ad sanctam Trinitatem, quibus primùm lectio ex scriptis Apostolicis Græco-Arabica: deindè alia Evangelii subjungatur. posteà concione absoluta (quæ horæ spacium non excedat) Cœnam Dominicam tam laicis, quàm sacerdotibus sub utraq; specie communicari, & gratiarum actione finiri. Imp Rud. Pp. Greg 13.

Iacobus Gretzer in hist. Ord. Jesuit.

1582. p. 943. VErissimè scripsit Costerus noster: sacerdos si fornicetur. &c. Quia, etiamsi sacerdos nuptias celebret; nuptiæ tamen nullæ sunt: neq; uxor illa, legitima fit uxor, sed scortum manet; cum sacerdos ad matrimonium contrahendum sit inhabilis. Quare nihil cum nuptiis illis efficit: nisi quòd jam inverecundiùs & obstinatiùs scortatur cum ea, quam pro sua uxore habere cupit. Imp. Rud. 2. Papa Gregorio 13.

Idem. Hoc tempore cùm Dux Alanconiæ ab Ordinibus in Ducem eligeretur Brabantiæ: & petitum illi daret juramentum & pileo insigniretur ducali ceremoniis solitis; nec non & palia amiciretur regia, ait ad ipsum princeps Uranensis, dum togæ bullam fibulariam anteriorem accommodat. hanc firmissimè nectendam & claudendam, ne quis togam iterum detrahat. Et pòst, omnibus ceremoniis solennibus ritè peractis, proclamatum fuit clara voce passim: Vive le Duc de Braband: & sparsa promiscuè in vulgus numismata aurea & argentea, novi Ducis effigie signata, cum inscriptione Ducis Brabantiæ ab una parte, ab altera autem erat Ducis symbolum, solis nempe effigies nebulas discutientis, & terram foventis, cum his verbis. Fovet & Discutit.

Lupus Excoriatus Zachariæ

Daniel Schallerus.

AUgustæ affixa fuit scheda publicè hisce cum versibus, à Jesuita quodam: 1582.

Qua ratione queat Germania salva teneri?
Suscipe consilium, lector amice, meum.
Utere jure tuo Cæsar, servosq; Lutheri
Ense, rota, ponto, funibus: igne neca.

Imperat. Rudolpho 2. Papa Hreg 13.

Fr. Costerus in Enchir. tit. de coelibat. Sacer. 1582.

SAcerdos si fornicetur, aut domi concubinam foveat; tametsi gravi sacrilegio se obstringit: gravius tamen peccat, si contrahat matrimonium. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

Henricus Buntingus.

FUit Othonis III. Imp. uxor Maria Aragoniæ regina, insignis quidem specie, sed enormiter impudens, & libidinosa. Hæc cùm amore erga equitem auratum æstuaret, neq; tamen ejus pudicitiam expugnare valeret, aggressa est maritum Cæsarem, atq; nobilem tanquam is ipsi vim inferre conatus esset, accusavit. Iratus Imperator, neq; satis in ira prudens, equitem securi percuti mandavit. Quod cùm fieret sangvis ejus miraculosè lacteo colore fulsit, atque innocentiam hominis testatus est. Verùm nemo aderat, qui id Imperatori nunciare auderet. Quodam tempore dicundi juris ergo sedit in solio Cæsar, ad quem vidua interemti viri gerens in manibus exsangue caput, ac flebiliter ingemiscens accessit, atque heus, inquit, tu es Cæsar qui indicta causa maritum meum innocentem occidisti, projecitque ante pedes ejus sanie & tabe fluens caput, ac arripuit candens ferrum, idque manibus teneris intrepidè gestavit, inquiens; hoc testor ego innocentiam viri mei, flevitq; acerbissimè. 1582.

Cæsar non tam ejulatu, quàm ferro, quod impunè fœmina gerebat, motus, cùm accepisset insuper de fulgore sanguinis occisi equitis; facilè collegit inde, quàm iniquè hominem truncâsset, vocavitq; ad se impudentem conjugem, acriter eam de admisso & confecto scelere incessens, qua id planè fatente, adjudicavit eam igni, flammisque ad pulverem exussit. Imp Rud. 2. Papa Greg. 13

Idem de Greg. 13 Papa 233. Hoc 82. an. Pont. Max. Romanus, Greg. 13. sua sponte, propriis consiliis & arbitrio, solus, nulla habita ratione Magistratus ordinarii divini, turbavit Ecclesiam immutatione

fiones; id quod multis in locis factum fuisset, ni singularis Dei clementia avertisset malum.

P. 944. Rejicit autem hanc incorrectam correctionem vir hic doctissimus, Henricus Buntingus in Chronologia, ex causis 17. gravissimis, ubi in duodecima inquit: Si Papa, relicto Calendario, in quo nulla salus hominum consistit, Ecclesiæ & aulæ Romanæ abusus, hæreses, Idololatrias, Sodomias, adulteria, & scortationes correxisset, utiliora, & magis necessaria egisset. Sed impleri oportuit illud Dan. 7. de Antichristo: mutabit leges & tempora.

Plura de Calendario Gregoriano ex aliis. Calendarium hoc novum multi impugnârunt scriptis suis, videlicet Lambertus Floridus Plieningensis, vel Elisæus Röslin (alio nomine) Anno 1583. Michaël Moestlinus Professor Tubing. 1583. Hermannus Widekindus, 1553. Tobias Moller, 1583. & 1585. Georgius Cœsius, Martinus Chemnicius 1584. D. Georgius Muller, Ecclesiastes Augustanus, 84. Ludovicus Hemboldus, 84. Jacobus Heerbrandus, & Martinus Curbinus Schorndorffensis. 84. Josephus Scaliger, Johannes Scheyelin Craitzheimensis, 1584. Caspar Fugger, 1584 Marcus Volmarius, 1583. Lucas Osiander, 1585.

Defensionem verò ejus ediderunt non pauciores: Christophorus Clavius: Hugolinus Marellus, Episcopus Glandatensis, 1582. Theodorus Graminæus, 1583. Johannes Busæus, 1585. Johannes Rassius, 158:. Frater Johannes Nass: Leonhardus Straub. 1585. Leonhardus Thurneisser in libro, Alchimia magna: & Antonius Maginus Patavinus Astronomus; Petrus Roest, 85. Jacobus Hornstein Ingolstad. 96. Adam Suinarski Wirtzburgi: Bartholomæus Scultetus: Jacobus Cuno: Michaël Eichler Ursellis. Cyriacus item Spangenbergius de eo disputat tanquam de opere politico, in utramque partem. Imp Rud. 2. Papa ut sup.

Henricus Wolphius in Chronolog. de tempore.

1582. GRegorius Romanus Pontifex Calendarii correctionem cœpit. Et quia ex Daniele constat: Antichristum temporis & legum mutationem sibi arrogaturum esse; inde colligi potest: Antichristum fieri, quisquis temporis mutationem seu correctionem humanam tenat: & Antichristi characterem recipere, qui tempus sic correctum & emendatum usurpat. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

1582. Exemplar scripti Constanci

Professore, Interprete.

QUoniam denuò Ecclesia veteris Romæ ut quæ novationibus gaudet, suis Astronomis inconsideratè assensa, transposuit rationem paschatis celebrandi, laudabiliter hactenus à Christianis observatam: illa mutans, quæ jam inde a tempore primi sancti, œcumenicique, trecentorum, decem & octo sancti Spiritus plenorum Patrum, Concilii decreta fuerunt: à cæterisq; Conciliis rata habita: approbata denique ab ubivis terrarum habitantibus Christianis, & eo, quo illi definiverant, celebrata modo: quoniam etiam offensiones & turbatio ex illa novitate existunt: atq; idcircò in consepectum mediocritatis nostræ Armenii, ea de re consilium à nobis petentes, venerunt: se quoq; ista nova recipere cogi, dicentes: ut Roma ista ipsos sibi subjectos prætendente: ideoq; ex nobis cognoscere voluerunt, quæ sit Sanctorum Patrum super hac re sententia: his de causis mediocritas nostra, deliberatione suscepta, de sententia quoq; sanctissimi Alexandrini Patriarchæ, per Spiritum S. sic statuit, proferendis & declarandis illis, quæ à S. patribus, de his memoriæ literis q; mandata fuerunt.

Ac primùm in Actis primæ universalis Synodi hæc subscriptio inter alias extat: Leontius, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Gallo Græciæ, & minoris majorisque Armeniæ, subscripsi.

Hic Leontius S. Martyrem Gregorium (sicut in hujus vitæ descriptione reperitur) impositione manus Archiepiscopum majoris Armeniæ fecit: cùm quidem per legatos & literas, hunc ad Leontium misisset Armeniorum Rex Teridates, jam Christianus factus: qui Cusaro patre natus, frater erat Artabani: ortum trahens à quodam Arsacide, illorum postero: qui olim Persicum imperium everterant, in suamq; potestatem, qui numero quatuor fratres erant, redegerant. Armeniã item, & Indos Massagetasq; inter se partiti fuerant.

Cùm igitur magnus hic Gregorius rediisset; honorificeq; à Teridate exceptus fuisset: partim, quòd de voluntate ipsius hic pontificatum suscepisset: partim, quòd cũ ipso cognatione cõjunctus esset (magnus n. hic pater, filius Anactis erat: fratrem qui habuit Cusarò, Teridatæ patrem) baptismate ab illo mundati fuerũt subditi universi, in flumine Euphrate, un à cum ipso Rege Teridate Et ut fama est, omnes illi, qui fidẽ Christi susceperũt (Armenii, Persæ, Assirii, Indi, Medi, & alii) fuerũt amplius quadragies cẽtena milla. Hos cùm universos in tenebris ignorantiæ jacẽtis, sacro

rico, ad se jure hæreditario pertinere, contenderet; & Papa ultrò, & non rogatus judex esse vellet: Rex expetivit super ea re ab universitate Alcalana consilium. Doctores, repensiculatè deliberata, responderunt: Papam & Apostolicam sedem nequaquam in hac causa vel posse vel debere judicialiter cognoscere, quia secularis & mundana omninò esset: spiritualibus illum potius (omissis his) ut incumbat, decere. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

1581. Albertus Fürst in historia Hispaniæ, Portugaliæ, & Africæ.

IN ipso zodiaco, & signo libræ, juxtà Martis stellam, anno 1577. Cometes apparuit, ea magnitudine & irradiatione, qua similis antè actæ ætatis memoria nullus uspiam est visus. Illum quidem non mediocriter exhorruère homines, ut qui experientia ratum haberent, ejusmodi astra non sine casibus & infortuniis propediem eventuris, ardere. Et sanè eò tempore irrubuit, quo Lusitaniæ Rex Sebastianus adornata classe in Africam trajecit, ibidemque miserabili morte occubuit, eodem anno 1577. die nona Novembris. Imp. Rudolpho 2. Papa Greg. 13.

1581. Johannes Olearius D. Theolg.

SCripsit librum, an tempore necessitatis cœnam vel à Pontificio, vel à Calviniano pastore quisbona conscientia possit accipere? Imp. Rud. 2. Papa. Greg. 13.

* Explicationem picturæ Papæ insidentis equo, & Ecclesia derelicta in miseriis & deplorandis affictionibus vidua, abeuntis hinc post voluptates & ludicra peregrè, vide suprà part. 1. fol. 447. 471. 472. & 485. Declarationem typi Bileamici in parte hac 2. fol. 3. & 4.

Sex notarum & verborum hieroglyphicorum, conditiones vitæ, sortis, mortisque humanæ denotantium, interpretationem habet exordium præfationis in parte 1. Astreæ virginis, quæ Iusticiæ administratrix & patrona est veteribus, initium præfationis partis hujus 2.

Cur summæ Christianis dignæ virtutes iniquè detineantur in carceribus captivæ, illarum interim dormiente ignavo grege famulorum, illudentium quasi

Cæterorum in hac pictura Mysteriorum interpretatio habet, ut sequitur.

Claudius Minois Gallus I.C. in commentario super versibus Andreæ Alciati I. C. Emblem. 80.

DEsident in modio Essæus, speculatur & astra,
Subtus & accensam contegit igne facem.
Segnities specie recti velata cucullo,
Non se non alios utilitate juvat.

Quanquam id. inquit Claudius, non incommodè torqueri posset in eos, qui concreditam sibi eruditionis & ingenii dotem aliquam excellentem miserè negligunt, atq; non referunt ad usum, cujus potissimùm gratia nôrunt sibi esse demandatam & commissam à summo, & præpotenti bonorum omnium auctore Deo; tamen, nisi me fallit animus, videtur, hoc revera tortum esse in desides quosdam cœnobitas, qui θεωρίας imagiginem aliquam professi, ignaviæ situ ætatem terunt, literas aspernantur, aut certè non magni faciunt, quanquam alioqui valeant ingenio, & non parva naturæ dexteritate: iners omninò genus, & fruges consumere natum, & ex tertio illo hominum genere, quod assignat Hesiodus, meritò dixerim, cùm nec sibi, nec aliis commodum aliquod referant. Quod ipsum tamen velim æquis auribus accipi, non enim is sum, qui ausim, aut etiam velim carpere instituta illa vetera, primùm quidem à sapientissimis inducta patribus, nostræ pietatis Christianæ antesignanis & vindicibus, quorum tanta est apud nos auctoritas, ut inverecundum esset, ne dicam impium, eorum vitam, pietatem, doctrinam, fidem non probare, non colere, non amplexari.

Ut ergò apertè dicam, quod sentio ea de re, hîc ab Alciato, à me, ab aliis etiam, quibus simplex minimeque fucatus est animus, nullo modo reprehenditur monachorum institutum & regula, sed multorum ex iis otium, ignavia, imperitia notatur, quippe qui eo nomine pessimè de se, deque aliis mereantur. Jactent ij quantumvis sui ordinis, suarumque legum antiquam dignitatem & sanctimoniam, nisi se similes iis præstiterint, qui laboribus, vigiliis, studiis, jejuniis, omni denique patientiæ laude Christianum nomen auxerunt, & amplificarunt, non video, qua ratione digni habeantur eo

tra omnem rationem ex octobri decem illos dies, à Romanis Astronomis exemtos esse: tantùm ob vanæ gloriæ ostentationem, qvantum colligere licet: ut aliqvid melius in medium afferre videantur. At licuisset profectò eis, isto novitatis, talesqve mutationes faciendi studio supersedere: nec turbationis haud mediocris ansam Ecclesiis Christi præbere: aut saltem à conatu talia vi obtrudendi abstinere. Hoc enim iis, qvi facere audent, rationi laudiqve non datur: sicut è contrario alteris qvi, sanctorum Patrum recta instituta sibi tenenda, existimant, id non solùm rationabile, sed divinum etiam, existimatur.

Hæc sunt, qvæ nos, ratione ad veritatem revocata, ad utrumqve ab Adversario allatum caput respondenda ducimus. Anno cIↃ. IↃ. LXXXII. die Novembris xx. indict. x. ab Orbe conditio septies millesimo nonagesimo. Subscripserunt Hieremias, misericordia DEI, Archiepiscopus Constantinopolis, novæ Romæ: & œcomenicus Patriarcha. Sylvester, misericordia DEI, Papa & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, & orbis terræ judex. Joachimus misericordia DEI, patriarcha magnæ urbis Antiochenæ, & totius Orientis. Gabriel, misericordia DEI, Archiepiscopus primæ Justinianæ Achridarum, & totius Bulgariæ, Serviæ, Albaniæ, Macedoniæ, Moldo Blachiæ, Ungarovalachiæ, &c.

Idem Martinus Crusius in Annalibus Svevicis. Anno 1221. rursus in Allemannia crux prædicabatur, expeditionis in terram sanctam suscipiendæ. Tunc à qvodam Argentinensis civitatis prædicatore (ut faciliùs induceret ipse, & alii, toties ultra marinæ millitiæ pœnas dantem populum) ita laxæ indulgentiæ proficiscentibus promittebantur: ut homines inde moti, gravissima priùs scelera perpetrarent. Statim enim eos crucicula assuta puros reddebat. Interfectus est à cognatis suis postea Coloniensis Archiepiscopus Engelbertus: Imperatori charus, eoqve absente, habenas Imperii cis Alpeis laudabiliter moderans. Interfecti sunt multi Sacerdotes. Dicebant enim malè feriati qvidam: Faciam scelera: qvia per susceptionem crucis innocens fiam. Imper. 120. Rud. 2. Papa 233. Greg. 13.

p. 946 Idem. Anno 1076. grata fuit Gregorio 7. Papæ Saxonica accusatio; eamqve, potentiæ suæ augendæ, Cæsarum verò minuendæ, idoneam judicans; occasionis capillos avidè apprehendit: & Saxonibus, sibi rem curæ fore, respondit. Nitebatur viribus Nortmannorum, à Cæsare suis rebus metuentium: & dominæ Mathildis, qvam sibi familiarem faceret. Legatos deinde Cæsa-

plerisqve Mystis S. P. Q. R. displicuit: & ipse Rex Henricus in Epistola ad Colonienſem Archiepiscopum Annonem graviter conqveritur.

Idem. Anno 923. Henricus Cæsar Ulricum Hugobaldi, Comitis Kyburgensis Dillingensisqve filium, ex canonico Augustano Episcopum Augustanæ Ecclesiæ fecit: cui fideliter is & piè præfuit, ad 50. annos. Habuerat Ulricus visionem illo tempore: qvo Bavarus se Arnulfus Henrico, Regi electo, opposuit: in qva vidit, Arnulfum, armatum qvidem, sed gladio ejus deesse capulum. Ipsum ergò ad publicam pacem est adhortatus: ut qvi non gesturus esset gladium, hoc est, Imperialem dignitatem.

Idem refert, in eo sacello, ubi humatus est Conradinus, ultimus Dux Sveviæ, ex sepulchro ejus anno adhuc 1580. humorem qvendam manasse, nec arceri potuisse. Captum enim Conradinum post prælium, multos magnos viros, dimittendum, & nullo modo interficiendum, existimasse: sed Papam, interimendum, clamasse.

Idem. Mense Augusto Itzlingæ ad Zechtam, repertum est aliqvid ad spicam accretum, qvod triduum vixit, habens faciem planè humanam: & corollam in capite, circumvolutam lineo panniculo albo utrinqs dependente. Vertit cervicem, & os identidem aperuit atqve clausit. Colore aurum referente fuit: & in ventre, instar lumbrici magni: in tergo autem, ceu hordeacea spica. Ostensum Nœrdlingensibus est; ut ait Wilhelmus Kratzer, ipsorum portarius. Anno 1575.

Idem. Augustæ Coriarius qvidam, civis, nefariæ vitæ à Præfecto urbis (Stadtvogt) condemnatus est, & crematus. Fuerant libidinis socii tres sacrificuli: Ulricus Frei, Præmissarius ad S. Johannem: Jacobus Ryss, ad S. Crucem parochus: Ulricus, Parochus Gersthofensis: Georgius deniqve Wattenlechus, monachus Dominicaster. Qvos, qvia uncti & rasi erant, Magistratus punire non audens: Episcopi sententiam definitivam non semel implorabat, Eberharpi Kirchbergii: aut qvid illis hominibus facere deberent. Responditis ridiculè, aut potiùs superbè: ponerent eos in cavea, sive aviario, ut ibi canerent. Existimavit videlicet, sibi rei curam soli permittendam esse: neqve seculares homines debere se admiscere.

Tunc Senatus non tam irritatus, qvàm modum condocefactus, caveam ligneam curavit faciendam: & à parte boreali Berlachiæ turris, in summa specula suspendi

pora per carnificem in colle ſupplicii capitalis humata ſunt. Primo biduo canebant aliqvot horas canonicas: veſperi, Salve Regina. Dominicanorum autem prior, à platea aliqvoties clamans: concione aliqva ſacra illas conſolabatur.

1582. *Gilbertus Genebrardus.*

RAbi Simeon Ben Johai author eſt libri Zoar, qvo poſuit fundamenta ſtultæ & vanæ artis Cabaliſticæ. Tale erat negocium, vel potiùs ocium & Marini ac Colorbaſii, diſcipulorum Valentini: qvi cuncta ſua religionis myſteria è literis Alphabeti Græcorum probare conati ſunt; Iren. lib. 1. cap. 9. & 10. Factum ante Chriſtum natum annis 87.

Idem. Reuchlinum & Picum Mirandulanum in ſuis libris conſtituiſſe harum nugarum guſtum, & patronum ſe præbuiſſe, planè miror.

Similem & Rabi Coſta Ben Lucæ, qvoqve librum Cabaliſticum, qvi ligaturis & nefariis magiæ nugis ſcatet, conſcripſit.

Idem in Chronographia. Johannes Auſtriacus diem clauſit extremum, invictus Hæreticorum & Turcarum victor, ut proinde appoſitè in ſuis ſignis militaribus crucem cum teſſera gereret: in hoc ſigno vici Turcos, in hoc ſigno vincam Hæreticos. Ut ſuprà.

Idem. Magno odio perſecutus eſt Formoſi nomen ejus ſucceſſor, cujus ordinationes omnes reſcidit, & damnavit. Jam enim tum incipiebat Pontificum virtus & integritas deficere, propter Arnulphum, & ſeqq. Germaniæ Imperatores, ſibi Eccleſiæ jura rapientes, & libera Eccleſiæ ſuffragia in eligendis Pontificibus tollentes. Hæc Eccleſiæ captivitas duravit an. ferè 140. in qva apparuit, peſſimam electionem præſtare optimæ Principum nominationi, qvod proinde ſeculum ab Hiſtoricis infelix inſcribitur.

Hic Genebrardus etiam alicubi Turcam Antichriſtum dicit, ſed errat. Antichriſtus enim in templo DEI ſedebit, qvod ille non facit, ſed Papa. 2. Theſſ. 2.

1582. *F. Petrus à S. Audomaro.*

HIc edidit librum ſub titulo Illuſtrationes Religionis Monaſticæ: in qvo inter multa abſurda, abſurdiſſimum ponit, leges ſeu conſtitutiones Monachorum divinas potiùs, qvàm humanas eſſe dicendas: reliqvum referre pudet.

tyrannidi Romani Pontificis apertè repugnat: ſemperqve eam abnegavit, adeò qvidem ut, cùm Johannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus, & Joſephus ejusdem urbis Patriarcha, atqve alii aliqvot Græci Epiſcopi (inter qvos erat & Beſſario) in concilio Florentino anno 1439. hanc Epiſcopi Romani in omnes Eccleſias poteſtatem approbaſſent: à reliqvis Græciæ & Orientis Eccleſiis excommunicati, atqve improbati fuerint. Qvin etiam Papa ipſe per ſingulos annos aureum ex pacto donat ſingulis Græcorum Epiſcopis, qvi eum δεχισεῖκ in Miſſarum celebratione appellant. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

Idem edidit librum de Eccleſia: ubi, qvibus gradibus illa in Papiſticam tyrannidem inciderit, oſtenditur multis argumentis. Et de Antichriſti regni loco, tempore, forma, fulcimentis, progreſſionibus, & interitu qvoqve, alio libro ſufficienter demonſtrat.

Albertus Hartungus. 151

HIc Theologus, & Procancellarius Ingolſtadienſis Academiæ, in publico orationem habuit de homologia, ſive conſenſu Theologiæ Lutheri cum Philoſophia Epicuri. Sed extat alia oratio contraria, in Academia Lipſienſi recitata eodem anno. Imp. & Papa ut ſuprà.

Petrus Merſæus. 151

HAnno, mortuo Henrico III. filium ejus Henricum IV. qvem Coloniæ de voluntate Procerum educaverat, in Regem Rom. unxit: cujus etiam tutor & vicarius per Imperium factus fuit. Scabinis ſex, qvi injuſtam ſententiam de paupercula vidua tulerant, oculos eruit: ſeptimo, cujus filium baptiſmo ſuſtulerat, unum tantùm effodiens, ut cæteros domum reduceret. Faſtigiis domorum, in qvibus illi habitabant, lapideum caput imponi juſſit, oculis carens: ut ſic ab iniqvis judiciis poſteros deterreret. Sepultus fuit in cœnobio Sigebergenſi, à ſe fundato: qvò antè corpus S. Benigni, Martyris ac Sacerdotis, ex Svevia advexerat. Translatio verò corporis Annonis, ampliùs centum annis poſt mortem ejus facta eſt, per qvendam Cardinalem, & D. Petrum, Lunenſem Epiſcopum, Baculo ejus ligneo inciſum erat Carmen:

Tityre, coge pecus: cæcos ne ducito cætus.
Moribus eſto gravis: Rector fore diſce ſuavis.
Aſtu ſerpentis volucris tege ſimpla gementis.

Imp. Rud. Papa Greg. 13.

mii: in qvo scitu dignissima, & admiranda multa proponuntur. Imp. Rud. 2. Papa Greg. 13.

1583. Laurentius Hunfridus de Roma.

Roma superba licet, judex vindexq; piorum,
At Christi DOMINI discito judicium.
Dura licet, ferrum si sis, mollescito verbis:
Si lapis & saxum, frangere Roma tamen.
Audi Sodomæ Princeps, Gomorrhaq; tota,
Qvisqvis Romano de grege, qvisqvis eris:
Audi surda, & cæca tuas spectato ruinas,
Hoc lege, qvòd pereas: aut sape, ne pereas.
Roma rues, qvondam veræ pietatis asylum,
Musarum portus perfugiumq; choro.
Roma vetus, qvondam multorũ vecta per ora,
Qvam celebri Paulus prædicat elogio;
p.548 *Nunc scelerum sedes, & nunc erroris es antrũ,*
Degenera ah nimium Roma nefanda rues.
Roma rues, virgo qvondam, purissima virgo,
Cujus casta fides integra relligio,
Intemerata thoro, thalamis non cognita multis.
Uni sed sponso sponsa dicata DEO:
Impia nunc Christo Domino divortia scribens,
Ac effrons meretrix, perfida Roma rues.
Roma rues, mundi lux olim, stellaq; terræ:
Nunc tenebræ, ac alto stella caduca polo.
Cujus ad astra decus qvondã sublime volabat,
Corruit, ac terræ est Tartarus Italia.
Roma caput mundi, jam toto vertice calva,
Capta tuis membris Roma misella rues.
Ille cruore perit, qvi fundit Roma cruorem:
Sangvine qvi gaudet, sangvinolentus obit.
Ut lupus agnellum seqvitur, Cainus Abelum,
Ut Jacobum Esau, legitimosq; nothi,
Sãgvine tu fundata, pio nunc sangvine crescis:
Ergò concludam, Roma cruenta rues.
Roma rues, qvoniam victrici turgida lauro,
Antiqvis spoliis fœta, feraxq; tuis:
Inq; deauratis circumgestata qvadrigis,
Et satrapis mundi Principibusq; præes.
Calcandus fastus, frangenda superbia: cedrus
Alta ruit, sic tu Roma superba rues.
Roma rues, mercesq; tuæ, thesaurus & ingens:
Gemmas & coccum, thuraq; nullus emet.
Et peris, & perdes, occidis & occidis ipsa,
Idq; malo merito vipera sæva tuo.
Roma rues, regnumq; tuum: vanescet & aurũ,
Nomen, apex, sceptrum, fulmina, mitra, thronus.
Et cur Roma rues? prudensq; videnq; peribis:
Ergò volens tibimet tu paris exitium.
Dum fallis, falsa es: tua jam spelũca retecta est,
Occulti coitus, frausq; Venusq; patent.
Ergo tuas labes, & fœdas aspice sordes:
Vitaq; nota aliis, sit qvoqve nota tibi.
Plurima Lutherus patefecit, Platina multa:
Qvædam Vergerius, cuncta Balæus habet,
Ille tuam movit Camerinam, motaq; fœtet,
Pandoræ Latiæ pyxis aperta volat.
Ille tuas aures vidit, proditq; necessus
Secretum nihil est, tenebrosa cubilia pandit;
Nox nihil involvet, nulla latebra teget.
Huc ergò venias, speculum videasq; malorum,
Hic & avos, proavos, hic atavosq; vide.
Nũc vocat & revocat pansis Deus optimus alis,
Sanctam flens urbem, te cupit esse suam.
Roma qvidẽ ῥώμη dicta est, sed nomine verso,
Dici Roma potest improbitatis Amor.
Ah pigeat, pudeat: mores cum nomine muta,
Roma; veni, ad Dominum vertere, Roma veni.
Si nil frontis habet meretrix, si stercora nolis
Scire sciens: cogor dicere, Roma rues.

In minotaurum Romanum Carmen, authore Christ. Soth. p.949

Credere qvis posset (dictu est qvoq; turpe) Priapos
Romæ pontifices esse, fuisse diu?
Non soror hoc habitat Phœbi, nec vesta, sacello
Ampliùs. Unde probas? stupra nefanda probant.
Qvæ, mirum, qvanta doctus gravitate Balæus
Depingit, nasum Rhinocerotis habet.
Qvicunqve ergò feris sublimi vertice sidus:
Nunc cave ne titubes, Martia turba sapit.
Nulla tibi tunica est parti obtendenda tegendæ:
Scorta impura magis non operire potes.
Erumpet vox vera mihi, tibi faucibus hæret:
Non magis est sancti Romæ cathedra Petri.
Sed sedet hic, fateor, qvis? Paulus; pernego, qvis tum?
Lampsacides veneris digna deæ soboles.
Qvi cùm Lampsaciâ pulsus procul urbe fuisset,
Cives cornutos qvòd dedit arte suos,
Dicitur in Latio summus Christi esse Sacerdos
Factus, at heu fictæ relligionis ope.
Nomina nuda tenet, Christi vestigia nulla,
Turpia sub pulchro nomina monstra latent:
Conclamant omnes, Papistas esse cinædos:
Pædico Papa est. Cætera conticeo.
Hoc tamen adjiciam, liceat modò: jamq; licebit
Pro pa si scribas po, tibi Papa popa est.
Paphia dicta venus, veneris proles qvoq; Papa est.
Ὠὸν τοῦτο κακὸν τεῦδε κακοῦ κόρακος.
Parcite sed fœdis, fertis qvicunqve pudicas
Aures, carminibus parcite qvæso meis.
Crassa decẽt crassos, fœdis fœdissima qvadrant,
Conveniunt rebus nomina qvæq; suis.
Qvod credo, dico: nec enim dixisse nocebit;
Pa nota fœtoris, si geminetur, erit.
Scito tuq; DEUM ni flectas astripotentem,
Qvòd tua te pessum nomina Papa dabunt.
Imp. Rud. 2. Papa. Greg. 13.

Vaticinium de Romano Imperio, repertum in qvodam Monasterio N.

Imperium, fasces, C. Fastus, sceptra, Triumphus,

in politico ſtatu, ſub Carolo Magno germinans, ſub C. N. ruinam auſpicabitur: id qvod jam ex parte impletum eſt, ubi Epiſcopatus ad mundana deflectere cœperunt: & tota inſuper regna à Pontifice Romano ſeceſſionem fecerunt, unà cum Principatibus. Reliqva autem omnia magis magisqve continuabuntur: ita, ut tunc excreta, jam decreſcant, & omninò intereant: ac ipſe tandem noviſſimus dies adhæc mox ſeqvatur.

Ut enim vetus Imperium Romanum ſub Imperatore Auguſto originem ſumſit: ita etiam ſub hoc nomine interitum acqviſivit, ſub Auguſtulo videlicet, primo Italico Cæſare. Tres eqvidem illud magnas habuit ruinas, donec omninò interiit: unam ſub Auguſtulo, alteram ſub Honorio Cæſare, tertiam autem & ultimam, poſt Auguſtulum, à Totila factam, ſub Imperato-
p. 950. re Juſtiniano. Ita cùm novum Imperium Romanum triplex ſit, Græcum videlicet Imperium, ſub Conſtantino Imperatore Conſtantinopolitano, qvi ideo urbem illam novæ Romæ nomine inſignivit: ruinam id edidit primùm ſub Conſtantinopolitano Cæſare, etiam hujus nominis ſub Conſtantino videlicet ultimo.

Ita cùm Germanicum Imperium ſub Carolo Magno exortum ſit; idem ſub Carolo N. etiam hujus nominis occidit: id qvod altera eſt ruina, qvando Romani Papatus gravis factus caſus: ut ita nil, niſi tertia & poſtrema mutatio reſtet. Sub cujus autem Imperatoris nomine hæc ſit eventura, & qvod Cæſaris illius nomen futurum ſit; eo modo colligere potes, ſi nimirum memoria repetas, qva ratione ante annum trecenteſimum & viceſimum, interregnum illud, Imperio turbato, ſub Rudolpho primo, Comite Habſpurgenſi, denuò qvietem, atqve ſic etiam incrementum ceperit.

Et mirabilis hîc reperitur harmonia atqve ſimilitudo in annis: qvòd videlicet Conſtantinus Magnus Imperium tenere cœpit anno Chriſti 306. & novam extruxit Romam anno 327. Carolus Magnus autem Imperator electus eſt anno Chriſti 801. Rudolphus Cæſar creatus eſt anno Chriſti 1273.

Qvot igitur anni ab anno Domini 327. qvo novam Romam Conſtantinus ædificavit, usqve ad Carolum Magnum elapſi ſunt, nempe 473. totidem etiam anni à Carolo Magno, usqve ad Rudolphum Comitem Habſpurgenſem numerati ſunt: & dolphi II. annis Imperii Conſtantini Magni additis, nempe 30. eluceſcit tertia & ultima ruina Imperii Romani, circa annum Chriſti circiter 1607. eventura: qvæ ſupputatio cum illo tempore prorſus conſentit: qvod etiam Capiſtranus ſcribit.

Similis harmonia nominum & annorum etiam in Romanis Pontificibus reperitur: & ex iis qvoqve primùm qvodammodo anni tertiæ & ultimæ ruinæ eventuræ patent, qvemadmodum ſuprà in Imperatoribus. 2. non plures tribus Pontifices Romanos poſt hunc, ad numeri complementum, futuros. 3. etiam perſpicuum fit nomen tertii poſt hunc, ſub qvo poſtrema accidet ruina. Ut autem Rudolphi nomen ex Harmonia invenitur: ita tertius & ultimus poſt hunc Papa, nomini ſuo G. inſertum habebit. Reliqva ad ſuum reſerventur tempus.

Præter hanc ſupputationem, idem etiam ex natura, & cœli motu perſpicitur. Cùm enim à condito Mundo experientia innotuerit, maximas mutationes Monarchiarum & Regnorum mundi, in permutatione aqvoſi Trigoni in igneum accidiſſe; hoc eſt, ſuperioribus Planetis ſua converſione ex aqvoſis ſignis cœli, in ignea transpoſitis: Id qvod annis circiter 800. evenit: Germanicum Imperium Ortum verſus ſitum, ſub Carolo Magno ante 800. annos ſimili conſtellatione exortum eſt.

Revolutio igitur ſuperiorum Planetarum expleta cùm ſit: & cùm ab anno Chriſti 1583. usqve ad annum 1603. permutatio denuò accidat aqvoſi Trigoni in igneum; certè maximas in regnis mundi permutationes jam jam præ foribus eſſe, ſeqvitur: præcipuè etiam cum Germanico Occidentali Imperio. Et ultima Planetarum conjunctio in aqvoſo Trigono accidit anno 1583. & prima in igneo Trigono eveniet anno 1603. inter has omnia finiti neceſſum eſt. Confeſtim etiam Liga ſancta exorta eſt, qvæ hiſce omnibus initium fecit.

Qvod autem qvidam Aſtrologi objiciunt, igneum Trigonum anno Domini 1584. inchoatum eſſe; notandum, tantùm in inferioribus Planetis id accidiſſe: & qvidem in punctis Cardinalibus cœli, in æqvinoctio verno: ſed nondum in ſuperioribus Planetis, Saturno & Jove: verùm anno Domini 1603. demum illa ſuperiorum etiam Planetarum in igneo Trigono accidet conjunctio: non tamen in Capricorni ſigno, neqve in punctis Cardinali-

rum mutationum anni, ut qvidem jam omnia ad eas inclinant.

Sed post annos 60. ab anno Domini 1583. i. e. anno Domini 1643. accidet etiam conjunctio superiorum Planetarum, Saturni & Jovis, una cum duobus luminaribus, Sole atqve Luna, in Punctis Cardinalibus cœli. Qvod indicium est, totam naturam suum absolvisse cursum, nihilqve aliud, nisi diem novissimum expectandum esse.

Atqve eò etiam magna spectat stella, qvæ anno Domini 1572. in cœlo apparuit, & per totum est visa annum, ex adverso horum Cardinalium punctorum cœli, in Co-
p. 951. luro Æqvinoctiorum. Eaqve significationem suam in actum usumqve deducere cœpit anno 1584. ubi Mars Saturno conjunctus est, in his Cardinalibus punctis, cum inferioribus Planetis: & hanc suam significationem stella hæc ultra 60. annos extendet, ut ita maximum ante diem novissimum miraculum sit, & hujus qvasi qvidam præcursor & prodromus. Qvod hîc obiter solummodò allego: alio autem loco copiosè explicavi: ut verum magnarum mutationum fundamentum percipiatur, & qvomodo ipsa qvoqve natura concordet, & ex ea hoc confirmetur.

Seqvitur in vaticinio.

Postea Germanis durissima bella movebit:
Captivum pacis ducet & ipse patrem,
Qvi fuerat sacræ confessor Religionis;
Liber erit: N. præmia digna feret.
C. tandem Imperium durâ cum morte relinqvet:
Nemo sciet, cujus Religionis erat.
Succedet tunc N. tranqvilla pace gubernans
Imperium, cautè finiet ille diem.
Et mare per totum consurgent horrida bella.
Qvalia Charthago, Roma nec ipsa dedit;
Multaq; victores victorum præda sequetur:
Non erit a captis turba peremta minor.
Ensiferi inter se multâ vi brachia tollent;
Amplius officium G. facit ipsa suum.
Ista tamen longo non stabunt tempore. Namq;
P. sanctum veniens, tempora sancta dabit.
P. superat, tacet (al. jacet) A. moritur qvoqve callida N.
Penes Germanos Imperiumq; manet.
Sed prius hoc nostro tantus fundetur in orbe
Sanguis, diluvium qvod neqve Troja dedit.
Inde revertentur, fucrant qvæ, pristina sæcla.
Dicetur, valeat, qvi valet atqve potest.

Conclusionis loco etiam tria particularia prognostica adjiciam: qvæ nuper mihi allata sunt, & tantùm ad jam grassans Gallicum malum attinent.

Ex antiqvissimo libro Prognosticum primum.

1. Cùm Rex Henricus regnabit origine,
3. Lilia vir fortis sociis avellet ab hortis.
4. Rex cadet, & vulgus, militia Francica, clerus.
5. Ferro, Peste, fame, flammaqve sitiqve peribunt.

Seqvens Gallicum Prognosticum Nostradamo adscribitur.

1. Qvand une fourche sustenu de deux paulx.
2. Sujuant cinq corns, & neuf ciseaux ouvers.
3. Lors on voira, Pheritiers de crapaulx. M. CCCCC.
4. Ruer les troys coronnes à l'envers. XXXXXXXXX.

Tertium particulare Prognosticum.

1. Anno Domini 1590. N. auferetur N.
2. Desinet Major.
3. Non amplius consistet N.
4. Regnum obtineqit A. T. F. A.
5. Soli piè credetur Deo.
6. Una sancta vivetur fide.
7. Æterna feliciqve pace fruentur Occidentalium partium reges.

Pharisaismus vetus & novus.

ADditus est libro responsionum Gvilielmi Witakeri contra Edmundum Campianum & Johannem Duræum, tractatus, cui titulus est Pharisaismus vetus & novus, sive determento Pharisæorum & Je- p. 952.
suitarum: cui adjunctæ sunt centum Characteres Jesuitarum, id est, notæ ex Prophetarum, Apostolorum & Apostolicorum virorum scriptis per centurias collectæ, qvibus nova illius societatis, sibi nomen JESU falsò tribuentis, facies & artes ad vivum depictæ repræsentantur.

Iterum intentatur mors Auraico Principi. 1584.

HOc tempore iterum Latronem qvendam ad homicidium Principis Uraniani qvidam Jesuita incitavit, cum hac promissione: se DEUM pro illo precaturum: ipsum verò vitam æternam certò consecuturum, & in album Martyrum sanctorum relatum iri. Igitur incautum necavit Principem: captus autem & suum confessus homicidium, meritas luit pœnas. Meteranus in Annal. Belg.

Obitus Alenconii. 1584.

HOc anno Alenconius Regis Galliæ filius, Dux novus Brabantiæ moritur, mentis optimè compos: admittere ad se nec Monachum, nec Confessionarium qvenqvam volens: sed omni spe salutis collocata in solo merito JESU Christi, placidè

Armeniæ, cum judicio delectuq; constitutis. Ac fertur in omnibus hisce, cæterisq; gentibus, quadringentos ordinasse Episcopos.

Posteaquàm clarissimum hoc lumen, S. Gregorius, de medio recessisset: ideoq; Teridates in tristitia erat: cognovit tamen, duos esse genuinos huic Gregorio filios, ipso natos. Otthanem, actuosæ vitæ Monasticæ deditum: & Arostanem, Dei sacerdotem. Hunc itaq; principe viro misso, ad se traduxit: ac precibus apud patrem Gregorium obtinuit: ut è solitudine descenderet. Reperit hic Arostanem officio idoneum: ac proinde hunc etiam, ut oportebat, pontificem creavit.

Sub eadem tempora, Regum etiam
p. 945. clarissimus & commemorandus. Constantinus Magnus, primum concilium congregavit. CCCXVIII. sanctorum patrum, in urbe Nicæa: quò & Teridates pacificè venit; ut qui incredibili studio pietatis flagrabat: exceptusq; à diguo inter Apostolos reponi Imp. Constantino, amplè & prolixè fuit. Cùm à Catholicum quoq; Armeniæ Archiepiscopum, Arostanem ad eandem Synodum accivisset: veni tis, & unà pars quædam sacri ordinis. Tunc accepta concilii sententia, in Armeniam rediit: crescente per veri Dei Christi gratiam, pietatis studio.

Constat jam ex his, quæ narravimus, clarè; Armenios & tunc Archiepiscopum habuisse Catholicum, & nunc etiam perpetua successione habere. Ita Archiepiscopatum à Cappadociæ Antistite, de quo diximus, Leontio acceperunt. Fines his tunc erant Novæ Romæ, & hodie etiam beneficio Dei sunt: nullo modo autem, Papæ veteris Romæ: qui, sicut canonibus conciliorum definitur, ad occidentem incolentib. imperare ex more habent. Antiquis autem institutis standum, iidem canones præscribunt. Quòd si vim facit; limites transit, & præter doctrinam Christi facit: Abite, inquit hic, docete: non dicit, vim facite. Item, Quisquis voluerit post me sequi: & si qua in S. Evangeliis consentanea hisce sunt alia. Oportebat vero illos, qui ad occasum sub ipso vivunt, non afferre nova præcepta, offensionum & dissensionum materiam: sed Christi doctrinam, & sanctorum Apostolorum, sacrarumque Synodorum: ea denique, quæ Spiritum divinum sapiunt.

optimè à divinis patribus institutum accepit, immotum: quibus nemo eorum, qui nunc vivunt, neq; scientia (ne Astronomiæ quidem, illis, qui inter eos peritissimi fuerunt) neq; sanctitate, comparandus est: nisi sicubi videatur longè à veritate abesse. Nam cùm 4. sint determinationes paschatis: prima earum præcipit; post æquinoctium vernum, pascha agendum esse. Altera, post Judaici paschatis celebrationem. Tertia non simpliciter post Æquinoctium vernum; sed post primum statim ab æquinoctio plenilunium. Quarta, post plenilunium prima etiam statim Dominica celebrandum esse. Unde nemo prorsus existimet: latuisse illos omni laude præstantissimos Patres speciem hanc erroris: ut jam ab hujus seculi Astronomis corrigendus sit. Beneficio n. Christi, à primo concilio ad præsens usque tempus, semper Christianum pascha, post Judaicum pascha fetutum est, & quidem die Dominico. Nec hic confusio errorve ullus, apud nos incidit: ut ad aliquam correctionem accedere debeamus. Benè namq; à S. Patribus expressum & constitutum est tempus paschatis: in æternumque errore carebit.

Malè autem factum est, quòd hodierni prisce Romæ Astronomi, decem dies ex octobri mense exemerunt. Nam præter alia incommoda, confusionem quoq; in se continet, & eversionem veritatis, nova ista horarum ratio, diligentiùs considerata. Si n. è centenis tricenis quaternis annis, unum diem naturalem supputant: patet. cùm à prima Synodo mille, ducenti, sexaginta quinq; hucusque anni præterierint: sicut antè à Christo nato, trecenti, decem & octo, usq; ad primam Synodum: tantùm novem dies, & horas decem, uno minuto minùs, confici: quod minus est, quàm decem dies. Sin ex centenis vicenis annis unus dies naturalis supputatur: erunt decem dies, & totidem horæ: quod nimium erit. Hæc autem utraque quàm errore implicita sint, apparet.

Quin etiam illorum ratione, qui scientia considerationis astrorum illustres fuerunt, magni Ptolomæi, aliorumq; in his erratum esse, deprehenditur. Intra trecentos. n. annos & paululum quid, illi unum diem naturalem colligi, sentiunt: & id à Solis motu; quòd æquabilem Sol, & sine exorbitatione motum faciat. Sic enumeratione justa dierum anni,

tencia) nusqvam & nunqvam abolere potuerit. Sin ab hominibus, alicubi aliqvando concidet: qvod illi usuveniſſe conſtat. Ab hominibus, igitur, non divinitus conſtitutus. Omnis enim plantæ, qvam cæleſtis Pater non plantavit, extirpabitur. Enimverò conſtat, Gregorii primi tempore Romanam Eccleſiam talem authoritatem ſibi nondum vendicaſſe, qvalem paulò pòſt uſurpare cœpit. Et qvamvis Phocas illam primùm extulerit, ejus tamen autoritas per Pipinum, Carolum, Ludovicum multum auctam & confirmatam, novimus: qvibus potiſſimùm primatum illum, omnemqve illiùs tyrannidem acceptam ferimus: neqve tamen unqvam ubiqve univerſalis fuit.

A primatus igitur per Phocam inſtituti tempore (nam priores plerumq; modeſtiores fuerunt) multos doctos piosqve viros olim & ſemper corruptelis Romanæ Eccleſiæ contraveniſſe, omnibus in hiſtoriis verſatis abundè conſtat: eamqve Eccleſiam nunqvam prorſus univerſalem fuiſſe, ſed tantum particularem inter cæteras primarias: Antiochenam dico, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, Alexandrinam, aut illarum ſimilem. Enimverò neq; Syri, Armeni, Georgiani, aliiqve in Oriente Chriſtiani (ut de Græcis nihil dicam) huic ſedi ſeſe unqvam ſubmiſerunt. Neqve ad hodiernum diem Abyſſinorum latè regnantes populi, à Reginæ Candacis Eunucho (qvem Philippus docuerat) jam olim Chriſtiani facti: qvemadmodum nec Ruteni, nec Moſcovitæ aliiqve alibi, nobis vel cogniti, vel incogniti, Chriſtiani Romano Pontifici obediunt; ut varias præteream nationes, qvæ vel in ipſo Romano Imperio, vel extra Imperium illius tyrannidis jugum repulerunt.

Unde igitur Romana gloriatur, ſe univerſalem ſeu Catholicam Eccleſiam eſſe? A Phoca ſcilicet ſic declaratam. Dignum certè patella operculum. Cùm enim antea Conſtantinopolitana, ſe omnium Eccleſiarum primam, ſcribebat, inqvit Paulus Diaconus, Phocas, extincto Mauritio, ejusqve filiis, Romanum regnum invadit. Hic, rogante Papa Bonifacio, ſtatuit ſedem Romanæ Eccleſiæ, ut caput eſſet omnium Eccleſiarum. Hic fons, hic hujus primatus origo. Eodem idem tempore ſurrexit Iſmaëlita, hujus ambitionis Vindex. At Pontificum faſtus mox gradatim auctus, ad tantam devenit inſolentiam, ut de eorum intolerabili ambitione & avaritia, omnes ubiqve Reges, Principes, nationes conqveſti ſint: ut abundè teſtantur omni-
P. 954 um populorum annales & hiſtoriæ: adeò, ut eò usqve criſtas erexerint, ut nihil non auſi ſint ſibi arrogare, perpetrare, commit-

ſent habitu oſtentare, regna, Imperiaqve tractare, qvoslibet pro libitu deponere, aliosqve ſubrogare, cœlum deniqve terra miſcere: mundum univerſum inſidiis, proditionibus, ſeditionibus replere.

Hinc Gallorum pragmaticæ ſanctiones: hinc Germanicæ nationis tot tantaqve gravamina: hinc varia in Romanam Eccleſiam oneroſa vaticinia: hinc multorum procerum, Academiarum, Parlamentorum in ſedem illam aſſiduæ qverimoniæ. Qvid multis? Conſtat, qvid de Gregorio ſeptimo, Bonifacio octavo, Alexandro ſexto, aliisqve illorum ſimilibus doctorum Virorum libri paſſim dicant: qvi & qvot illorum fuerint ſcortatores, qvot adulteri, qvot Sodomitæ, inceſti, magi, athei, illorumqve ſimiles: pleriqve autem ſimoniaci, tyranni, ſangvinarii: ut in rerum geſtarum monimentis hinc inde videre licet. Neqve prolixa hiſtoriarum teſtimonia adducere duxi: ſed breviſſimum tantùm catalogum recenſere qvorundam, non omnium, qvi tantæ inſolentiæ ſemper obſtiterint: qvi de tanta arrogantia ſemper conqveſti ſint, ut intelligatur, DOMINUM exercituum ſemper ſemen reliqviſſe, ne planè ut Sodoma fierent, ſeu Gomorræ ſimiles.

Enimverò Victoris Romani Epiſcopi inſolentiam Ireneus jam tum reprehendebat. Firmilianus Capadociæ Epiſcopus Stephanum Papam, Cypriano inſultantem, in ſua perfidia Judæ comparat. Paulinus Nolanus Epiſcopus de clericorum Romanæ Eccleſiæ invidia & odio, ac Urſini Papæ ſuperbia graviter conqveritur. Hieronymus, Tertullianum, invidia & contumeliis clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogma delapſum: ſuumqve de Virginitate libellum Romæ lapidatum fuiſſe, ſcribit. Legantur, qvæ Bernardus Eugenio conſideranda proponit.

En Gregorius ipſe admodum acerbè in primatum invehitur: univerſalis Epiſcopi nomen temerarium, prophanum, ſtultum vocabulum vocans. Videantur ejus ad Mauritium Imperatorem epiſtolæ: item ad Johannem Conſtantinopolitanum, & Eulogium Alexandrinum. Tantumqve abeſt, ut Gregorius ipſe, ex monacho Papa factus (qvos adulatores paſſim optimos, maximos, ſanctiſſimos vocant) non modò ulla ſe ſanctimonia auctum, dicat, ſed in ea dignitate conſtitutus, & in papali ſede ſedens, omnis pietatis jacturam ſe feciſſe, & ſub Epiſcopatus colore ad ſeculum redactum, cauſarum fluctibus qvaſſum, & tumultuoſæ vitæ tempeſtatibus demerſum, ſcribit: ut videre licet in principio ſui regiſtri, epiſtola qvinta & ſeqventibus.

Profectò omni tempore, omnibus ſeculis pii doctiqve extiterunt, qvi huic corru-

laterranus, Hieronymus Catalanus, aliiqve recentiores, fictam, falsam, insulsam illam Constantini donationem gravissimè refutarunt. Lauretani Idoli impudentissimum figmentum Vergerius revelavit. Confictam Petri viginti qvinqve annorum in papali sede sessionem, multi multis argumentis falsam esse demonstrârunt.

Alii alios insignes abusus & corruptelas passim impugnaverunt, ut Wallafredus Abbas Augiæ divitis, in elegantissimo suo libello de comparatione mundanarum & Ecclesiasticarum dignitatum, anno 700. sub Ludovico Pio, qvo tempore Papalem potestatem potissimùm auctam docet, &c. Bodinus, libro de republ. 1. Similia fuerunt Johannes Scotus Bedæ auditor, multiqve alii, eodem ferè tempore. Item Methodius, anno 860. Arnulphus Aurelianus Episcopus, anno 1034. Areta Cæsariensis Episcopus, anno 1051. Fluentinus præsul, circa annum 1101. Arnulphus Anglus, anno 1126. Bernhardus Abbas Clarævallensis, anno 1140. Petrus Abillardus, anno 1180. Almericus Carnetensis, anno 1198. Abbas Joachim, anno 1200. Petrus de Vinetis, anno 1230. Johannes de Rupe scissa, anno 1240. Nicolaus Gallus, anno 1245. Eberhardus Episcopus Salisburgensis eodem ferè tempore. Arnoldus de Villa nova, anno 1303. Marsilius Patavinus, anno 1324. Mihaël Cesenas minoritarum generalis, eodem seculo. Petrus de Ubaldis, anno 1344. Gerhardus Sagarellus Italus, anno 1360 Arnulphus Eremita circa idem tempus. Franciscus Petrarcha, anno 1374. Petrus de Aliaco, anno 1415. Nicolaus Clemangius, anno 1417.

Prætereo Johannem Huss & Hieronymum Pragensem, aliosqve qvàm plurimos, qvales fuerunt Georgius Heimburgius, aliiqve eodem tempore. Johannes Gerson, anno 1429. Thomas Rhedonius Carmelita Gallus, circa annum 1430. Matthias Palmerius, anno 1440. Renaldus Perocus, anno 1455. Anthonius Rosellus, anno 1467. Baptista Platina, anno 1476. Johannes de Wesalia, anno 1479. Polydorus Virgilius, anno 1499.

Hi omnes & singuli (ut plurimos prætream, qvales fuerunt Hieronymus Savanorola, Reuchlinus, Wimphelingus, Beatus Rhenanus, Erasmus Roterodamus, Johannes Aventinus, Franciscus Gvicciardinus Florentinus patricius, Marcellus Palingenius, Valentinus Crataoldus, Rubertus à Moshan, Guilhelmus Postellus, Georgius Vicelius, Georgius Cassander, Ada-

set?) veluti Bertramus, Petrus Waldo, Baliardus, Gvilhelmus de sancto amore, Robertus Capito, Militius Bohemus, & ipse Æneas Sylvius, anteqvàm Pontifex factus, ut recentiores omittam: qvi omnes, licet in nonnullis discrepantes, concorditer tamen (qvemadmodum Paulus, ab aliis aliter Christum prædicatum, refert) omnes Antichristianis abusibus qvoqvo modo adversati sunt.

Neqve obest, illorum nonnullos à Pon- 445
tificiis in hæreticorum albo connumeratos esse, qvi boni fuerint orthodoxi. Nam & Augustinum dicere solitum accepimus, multos in terris pro sanctis venerari, qvorum animæ apud inferos essent. Sed gratia DEO, qvòd pro sua misericordia, reliqvias semper fecerit, ne omnes Gomorræ similes fierent.

Ex prædictis constat, Romanam Ecclesiam nunqvam universalem unqvam fuisse, qvantumvis se Catholicam jactet, cùm particularis tantùm inter cæteras & olim fuerint, itidemqve postqvàm per Phocam elata, meliori semper parte contradicente. Talis enim est universalis, qvale Tridentinum Concilium fuit œcumenicum: ubi ferè nullus ex Germania, Bohemia, Polonia, aut tota Septentrionali parte Europæ comparuit: pauci ex Italia, Hispania, Galliaqve. Hocné est habere secum Æthiopas Armenos, Georgianos, Græcos, Moscovitas, Slavos, Gotos, & si qvid nationum sub cœlo est? Orbis, inqvit Hieronymus, major est urbe.

Et qvamvis particularis illa, ut qvondam Israëlitica ab Annis, Caiphis, Alexandris, & illorum similibus, Pharisæis & Saduceis. Jam diu fuerit administrata, tamen ut ibi, sic etiam hic semper extiterunt Zachariæ, Josephi, Nathanaëles, Simones, illorumqve similes, Israëlitarum consolationem expectantes. Qvapropter qvemadmodum tunc neqve Pharisæatus, neqve Sadduceatus fuerat Ecclesia, Ecclesiam tamen inter illos fuisse non negaverim: sic etiamsi vel Papatus, vel Cæsareatus non sit Ecclesia, in iis tamen Ecclesiam esse, non dubitaverim. Ædificatores enim jam tum qvidem, ut ferè semper, improbârunt lapidem, qvi tamen adhibitus est ad caput Anguli.

Qvòd autem Romanenses de Petri prærogativa gloriantur, utpote cui claves promissæ, oves commissæ, qvi Cephas vocatus, aliaq; adeptus fuerit, qvalia nemo de Petro negaverit: verùm qvid illa ad Romanenses? Fuerit qvidem Petrus Romæ, Romæ do-

tium Apostolum fuisse, constat.

Petro qvidem Christus dixit: Pasce oves meas. Qvas autem oves? nempe perditas Israëliticæ domus: qvibus necesse erat primùm proponi divinam doctrinam. Cùm autem illi eam rejecerunt, conversi sunt ad gentes. Habuit enim Christus etiam alias, non Judaici ovilis, adducendas oves, qvas cùm per cæteros Apostolos, tum potissimùm per Paulum, destinatum gentium Apostolum, adducere constituit: utpote vas electionis, selectumqve instrumentum, ad portandum Christi nomen coram gentibus & regibus, & inprimis Romanis. Qvare & divina destinatione Romam venit, ibiqve totum biennium in conducto privatim manens, omnes admittebat, qvi eum adibant, divinum regnum Romæ prædicans: unde & multas epistolas scripsisse constat.

Petrum autem non Romæ, sed Babylonæ, sparsim peregrinantibus judæis (qvo Apostolus erat) scripsisse. Cur igitur posthabito gentium proprio, & potissimùm Romanorum Apostolo, de Petro (inter tot, qvos Paulus Romæ salutat, ne qvidem nominato) tantoperè gloriantur? Ut scilicet ipsorum fucata dementia tandem tantò magis fiat perspicua. Petrus qvidem, patefaciente cœlesti Patre, JESUM Christum, hominis & DEI viventis Filium professus est. Viderint Romanenses qvaliter hanc firmam Petri fidem seqvantur, & qvales in ea sint Petri successores!

Qvòd autem de suorum Pontificum successione Christiqve Vicariatu gloriantur, inanis est gloriatio, cùm illorum successio seu Vicariatus, non ex DEO, sed ex humanorum præceptorum decretis sit. Nam si primatus ille talis tantusqve, ut nunc proclamatur, jam olim & semper fuit, mirum, Lucam in Apostolorum actis, Eusebium, Nicephorum in historia, Augustinū in sua civitate Dei, aliosq; priscos Ecclesiasticos Scriptores, rem tantam præterisse. Certè Christus est Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, nullum relinqvens Vicarium successorem, qvàm sacrum suum Spiritum, suis perpetuò adfuturum. Qvare in Melchisedechico novi testamenti sacerdotio (ut olim factitatum est in veteri Aaronico ad Messiam usqve) successionem pontificalem nullam novimus.

Romanorum autem Pontificum successionem per varia schismata, & freqventes antipapas, multifariam fœdè interruptam, & truculenter contaminatam item novimus: invidiosissimus simul & atrocissimis censuris invicem sævientes. Qvo igitur

Bernhardus Eugenio: qvid de populo loqvar? inqvit. Populus Romanus est, nec breviùs potui, nec expressiùs aperire, de tuis paræcianis qvod sentio. Qvid tam notum seculo qvàm protervia & fastus Romanorum? Gens insveta paci, tumultui assveta: gens immitis & intractabilis, usqve adhuc subdi nescia, nisi cùm non valet resistere.

Idem Bernhardus: Væ, inqvit, generationi huic à fermento Pharisæorum, qvod est hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, qvod jam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non qværit. Serpit hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiæ, & qvò latiùs, eò desperatiùs: eoqve periculosiùs, qvò interiùs. Omnes amici, & omnes inimici: omnes necessarii, & omnes adversarii: omnes proximi, & omnes qvæ sua sunt qværunt: Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo. Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis advenit: Ecce in pace, amaritudo mea amarissima. Amara priùs in nece martyrum: amarior pòst in conflictu hæreticorum: amarissima nunc in moribus domesticorum. Intestina & insanabilis est plaga Ecclesiæ: & ideo in pace amaritudo ejus amarissima. Talia & graviora Bernhardus, aliiqve non pauci.

Et Paulus: cùm dicent homines, pax & p.956.
securitas (res enim eò relabi videtur, ut barbaries & superstitio rursus invalescant) tunc repentè ut dolor uterum ferenti, sic eis instabit interitus, qvem non effugient. Nam ut accidit temporibus Noë, sic erit adventus Filii hominis. Atqve sic tandem erit finis superstitionis: qvam qvidem DOMINUS Spiritu oris sui jam pridem confecit, & tandem penitus abolebit, adventus sui claritate. Veni DOMINE JESU, inqviunt pii: veniat regnum tuum, rogant. Etiam brevi veniam, dicit, qvi fidelis est. Clamaverunt justi, inqvit Psalmista, & DOMINUS exaudivit eos. Tantò autem maturior aderit, qvantò cupidiores sunt pii. Rursusqve tanto festinantior veniet, qvantò plures sunt impii. Impietas enim plagas attrahit, ut Cæcias nubes.

Cùm igitur isti trahant, & contrà pii idem summè contendant, duplum properabit DOMINUS, juxta illud Luc. 18. Amen dico vobis, vindicabit DOMINUS electos suos de inimicis ipsorum, idqve BREVI. Egregium Verbum, maximeqve finem orantibus consolatorium. Malus autem servus, cum animo suo cogitans, herum suum diu adventum differre, consservos pulsat, manducat & bibit cum ebriosis, bellum infert iis, qvi DEI Præceptis obediunt, &

in politico ſtatu, ſub Carolo Magno germinans, ſub C. N. ruinam auſpicabitur: id qvod jam ex parte impletum eſt, ubi Epiſcopatus ad mundana deflectere cœperunt: & tota inſuper regna à Pontifice Romano ſeceſſionem fecerunt, unà cum Principatibus. Reliqva autem omnia magis magisqve continuabuntur: ita, ut tunc excreta, jam decreſcant, & omninò intereant: ac ipſe tandem noviſſimus dies adhæc mox ſeqvatur.

Ut enim vetus Imperium Romanum ſub Imperatore Auguſto originem ſumſit: ita etiam ſub hoc nomine interitum acqviſivit, ſub Auguſtulo videlicet, primo Italico Cæſare. Tres eqvidem illud magnas habuit ruinas, donec omninò interiit: unam ſub Auguſtulo, alteram ſub Honorio Cæſare, tertiam autem & ultimam, poſt Auguſtulum, à Totila factam, ſub Imperato-
p. 950. re Juſtiniano. Ita cùm novum Imperium Romanum triplex ſit, Græcum videlicet Imperium, ſub Conſtantino Imperatore Conſtantinopolitano, qvi ideo urbem illam novæ Romæ nomine inſignivit: ruinam id edidit primùm ſub Conſtantinopolitano Cæſare, etiam hujus nominis ſub Conſtantino videlicet ultimo.

Ita cùm Germanicum Imperium ſub Carolo Magno exortum ſit; idem ſub Carolo N. etiam hujus nominis occidit: id qvod altera eſt ruina, qvando Romani Papatus gravis factus caſus: ut ita nil, niſi tertia & poſtrema mutatio reſtet. Sub cujus autem Imperatoris nomine hæc ſit eventura, & qvod Cæſaris illius nomen futurum ſit; eo modo colligere potes, ſi nimirum memoria repetas, qva ratione ante annum trecenteſimum & viceſimum, interregnum illud, Imperio turbato, ſub Rudolpho primo, Comite Habſpurgenſi, denuò qvietem, atqve ſic etiam incrementum ceperit.

Et mirabilis hîc reperitur harmonia atqve ſimilitudo in annis: qvòd videlicet Conſtantinus Magnus Imperium tenere cœpit anno Chriſti 306. & novam extruxit Romam anno 327. Carolus Magnus autem Imperator electus eſt anno Chriſti 801. Rudolphus Cæſar creatus eſt anno Chriſti 1273.

Qvot igitur anni ab anno Domini 327. qvo novam Romam Conſtantinus ædificavit, usqve ad Carolum Magnum elapſi ſunt, nempe 473. totidem etiam anni à Carolo Magno, usqve ad Rudolphum Comitem Habſpurgenſem numerati ſunt: & dolphi II. annis Imperii Conſtantini Magni additis, nempe 30. eluceſcit tertia & ultima ruina Imperii Romani, circa annum Chriſti circiter 1607. eventura: qvæ ſupputatio cum illo tempore prorſus conſentit: qvod etiam Capiſtranus ſcribit.

Similis harmonia nominum & annorum etiam in Romanis Pontificibus reperitur: & ex iis qvoqve primùm qvodammodo anni tertiæ & ultimæ ruinæ eventuræ patent, qvemadmodum ſuprà in Imperatoribus. 2. non plures tribus Pontifices Romanos poſt hunc, ad numeri complementum, futuros. 3. etiam perſpicuum fit nomen tertii poſt hunc, ſub qvo poſtrema accidet ruina. Ut autem Rudolphi nomen ex Harmonia invenitur: ita tertius & ultimus poſt hunc Papa, nomini ſuo G. inſertum habebit. Reliqva ad ſuum reſerventur tempus.

Præter hanc ſupputationem, idem etiam ex natura, & cœli motu perſpicitur. Cùm enim à condito Mundo experientia innotuerit, maximas mutationes Monarchiarum & Regnorum mundi, in permutatione aqvoſi Trigoni in igneum accidiſſe; hoc eſt, ſuperioribus Planetis ſua converſione ex aqvoſis ſignis cœli, in ignea transpoſitis: Id qvod annis circiter 800. evenit: Germanicum Imperium Ortum verſus ſitum, ſub Carolo Magno ante 800. annos ſimili conſtellatione exortum eſt.

Revolutio igitur ſuperiorum Planetarum expleta cùm ſit: & cùm ab anno Chriſti 1583. usqve ad annum 1603. permutatio denuò accidat aqvoſi Trigoni in igneum; certè maximas in regnis mundi permutationes jam jam præ foribus eſſe, ſeqvitur: præcipuè etiam cum Germanico Occidentali Imperio. Et ultima Planetarum conjunctio in aqvoſo Trigono accidit anno 1583. & prima in igneo Trigono eveniet anno 1603. inter has omnia finiti neceſſum eſt. Confeſtim etiam Liga ſancta exorta eſt, qvæ hiſce omnibus initium fecit.

Qvod autem qvidam Aſtrologi objiciunt, igneum Trigonum anno Domini 1584. inchoatum eſſe; notandum, tantùm in inferioribus Planetis id accidiſſe: & qvidem in punctis Cardinalibus cœli, in æqvinoctio verno: ſed nondum in ſuperioribus Planetis, Saturno & Jove: verùm anno Domini 1603. demum illa ſuperiorum etiam Planetarum in igneo Trigono accidet conjunctio: non tamen in Capricorni ſigno, neqve in punctis Cardinali-

principatibus, ac regnis, & ſpecialiter in regno Franciæ: & ex abundanti nos illos illorumqve poſteros privamus in perpetuum, & inhabilitamus ad ſucceſſionem in ducatibus, principatibus, dominiis, & regnis, & ſignanter in Franciæ regno. Proceres, feudatarios, vaſallos, & cæteros omnes, qvi illis qvomodocunqve juraverint, ab ejusmodi juramento & fidelitatis & obſeqvii debito abſolvimus & liberamus: & interdicimus, ne illis audeant obedire, Imp. 110. Rud. 2. Papa. 234. ut ſuprà.

1583. *Impreſſa eſt ſeqvens Principis N. Legati funeſta & cruenta oratio ad Sixtum Papam, ſeorſim; & deinceps qvoqve cum actis belli, nuper inter Epiſcopum & civitatem Argentoratenſem geſti. Acerba tamen, & indecentia Papiſtarum convitia in ſanctiſſimum Imperatorem, meritò omiſimus.*

QVoniam hoc poſtremo ſeculo, DEO optimo Maximo viſum eſt, animum V. B. inflammare zelo, Eccleſiam ſuam non ſolùm ab omni impiarum hæreſeōn ſcelere, ſed etiam ab hypocriſi, ipſarum certiſſima procreatrice, vindicandi: & jam felici rerum in Gallia & Sabaudia ſucceſſu, cœleſtem ſententiam pronunciatum iri, ſperandum eſt: in favorem ſanctiſſimorum & laudatiſſimorum conſiliorum ejus, cum confirmatione auctoritatis, qvæ pridem V. B. tributa eſt in omnes orbis Imperatores, Reges, ac Principes, qvantumlibet invitis eorum adulatoribus aulicis, putavit Sereniſſ. Dux N. Dominus meus Clementiſſ. Officii ſui eſſe, V. B. nonnulla remedia edocere, qvibus (diſſimulatione omni & contumelia è medio ſublatis) ſumma tandem, qvæ in Germanico Imperio viget, impietas evellatur: præterea ſacratiſſimis ejus pedibus dedicare & offerre, qvicqvid ſereniſſimæ ſuæ familiæ ſuæ N. obtigit, aut obtingere unqvam poterit, virtutis, facultatum, aut virium, in piiſſimis Veſt. Beat. votis, mandatisqve exeqvendis, ad propoſitam Germaniæ repurgationem, in qvam paternus S. Pontificis amor, aſſiduaq; ſolicitudo non minùs, qvàm in Galliam extendi debet.

Itaqve me ad veſtram B. ablegavit, rogatum, conſiderare vellet, uti, poſtqvàm jam inde à N. ſub ejus Imperio Lutheri ſemen in terram projectum fuit, nefaria hæreſis eò progreſſa ſit, ut omnis impietatis atqve Atheiſmi fines ſuperaverit, cultumq; DEI univerſum, ac veram penitus charitatem inter Chriſtianos extinxerit. Unde non N. N. inductarum.

Qvorum alter interitum illum, qvem per Syncopen INTERIM vocant, imprudentiſſimè conceſſit: alter pluribus beneficiis confirmavit, qvæ in hæreticos ſuperioris & inferioris Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Ungariæ, Bohemiæ, Sileſiæ, Moraviæ, Luſatiæ, omnis abominationis ſentinam, contulit: p. 958.
cujus qvoqve veſtigiis plena ſimulationum poſteritas deinde inſiſtere non eſt verita.

Nam cùm N. ſe in patris conſpectu, pro hæretico notorio aliqvandiu geſſiſſet, & his probroſiſſimis artibus proteſtantium Electorum gratiam adeptus, eorum ſtudio atqve operâ regnum Romanorum ſibi comparaſſet: ita Imperium rexit, ut, licet uxoris Imperatricis magis, qvàm DEI cauſa, recatholicatum ſe fingeret, tamen hypocriſis ſua mirum in modum hæreticis profuerit. Teſtis eſt hominum innumerabilis multitudo, Lutheranis illis concionibus ſeductorum, qvas in provincialibus ædibus Viennæ & Linzii, qvæ ſunt Auſtriæ urbes præcipuæ, haberi & fieri permiſit. Teſtes qvoqve ſunt tot Bohemi, aliiqve, falſa illa fratrum vel Picardorum doctrina infecti; qvibus exercitia ejus præter deteſtabilem Huſſitarum hæreſin conceſſit. Qvas omnes iniqvitates damnabili etiam morte ſua corroboravit, & tanqvam ſigillo munivit. Cuncta enim ægrotus & moribundus Sacramenta non modò neglexit, ſed apertè qvoqve ſaluberrimam confeſſionem, extremam unctionem, atqve adeò ſanctiſſimam Euchariſtiam rejecit, devotiſſimis Principiſſis, & matronis fruſtra inſtantibus.

Nec verò à patris, aut avi ingenio N. Imperii ſucceſſor, ullatenus degenerat. Nam eum magis uſu qvodam, qvàm conſilio Chriſtianum eſſe, nemo non agnoſcit, qvi videt, qvanto religionis contemtu patrem Spiritualem, ſive confeſſorium, qvinqvaginta milliaribus à ſe diſtantem alat, qvem vix ſemel in anno accerſat.

Qvod ad Hæreticos attinet, non minùs iis favet, eosqve fovet, qvàm pater favit fofovitqve. Horum plena ſunt cuncta ejus oppida, cunctæqve provinciæ, tam Imperiales qvàm hæreditariæ, ne dicam, eam ipſam urbem, qvam inhabitat, adeò omni hæreſeōs genere conſpurcatam eſſe, ut è centum templis, qvæ ibi ædificata ſunt, vix decem Catholicam religionem admittant: reliqva hæreticorum uſibus applicantur. Neqve etiam per talem Imperatorem ſtetit, qvò minùs Truceſſius Apoſtata, poſſeſſionem Colonienſis Archiepiſcopatus retineret, & inceſtum unâ cum hæreſi

juvare unqvam voluit, sed potius nimbum, qvò minùs ei Dux Parmensis opem ferret, & jam succurrentem exercitum ab Imperio revocari mandavit. De Canonicis verò Argentinensibus excommunicatis & anathemisatis, palàm est, qvale supplicium sumserit, cùm eos adhuc bonis, ad religiosissimum capitulum spectantibus, liberè potiri sinat, nec ab ejusmodi inde repellere cogitet, nunc hoc, nunc alio modo negotium differens, & nescio qvibus (hypocrisi qvoqve sua laborantibus) commissariis subinde committens. Ita ut V. S. hinc cognoscere qveat, qvàm Dominus isti domui N. benedixerit, sub cujus Imperio Reipublicæ & Religionis status planè eversus est, qvem nemo deinceps instauret, aut erigat, nisi qvi caput omninò mutaverit, & in locum Hæreticorum fautoris N. alium bonæ stirpis virum, strenuum, devotum, pium, castum, hostem & flagellum hæreticorum suffecerit.

Ad id sanctum opus, & verè summo Pontifice dignum, sereniſſimus Dux, Dominus meus clementissimus, seipsum totum animo paratissimo consecrat, atqve etiam offert N. filium, in bellica & civili disciplina versatū, agnatos Duces, N.N.N. fortissimos viros, eosqve maximo Imperio dignos, & ex Caroli Magni, fundatoris & protectoris Ecclesiæ, prosapia editos. Aut si V. B. malit aliqvem ex veræ Catholicis N. Ducibus, suis affinibus, qvorum nullus est, qvi necessariis animi & corporis dotibus egregiè ornatus, pro Cathol. Archiepiscopalis Romanæ Ecclesiæ salute atqve incremento vitam & sangvinem liberaliter profundere non valdè expetat.

Porrò ad dirigendum tam arduum, tamqve sanctum institutum, oportet primò S. V. per suos secretos nuncios agere cum Principibus & Prælatis Germaniæ Catholicis, ut se simul fœdere devinciant, ad hypocrytas & Hæreticorum fautores exterminandos: permittereqve illis temporalium aliqvot ad beneficia spectantium bonorum deditionem, & pecuniæ qvæ nervus belli est, accumulationem.

Deinde Imperatori mandare, ut collectis copiis Canonicos Argentinenses ad obedientiam cogat. Qvòd si, facultatem ad tantum facinus sibi deesse, responderit, suumqve militem adversus Tucas ingruentes instruendum, ut prætexere solet, tum ad electionem novi Regis Romanorum procedendum erit, qvi hoc ipsum aggrediatur, & in ejus vices in repurgando Imperio suppleatur. Interea poterit eum V. S. tuto Rheni, Serenis. Bavariæ Dux Wilhelmus, vel ejus frater Ferdinandus assumatur: pro Electore Saxoniæ, Otho Henricus Brunsvicensis, Princeps Catholicus, & ex antiqvis Saxonibus prognatus: pro Brandeburgensi Marchione, Ducis Clivensis filius: vel si qvos, magis aptos ac idoneos S. V. istis alios competitores opposuerit: certò sibi persvadeat fore, ut non modò nihil de sua hæresi atqve impuritate detrahant, aut minuant, sed potiùs in ea magis ac magis perseverent, & paulatim vetera, qvæ adhuc supersunt, bona Catholicis ob religionis libertatem intervertant.

Qva verò ratione, sanctissime Dn. Pater, V. S. eam vim auri, qvam maximis acervis, tanta cura, tantaqve diligentia colligit & recondit, meliùs exponat? qvem deniqve præstantiorem thesaurum posteritati relinqvere possit, tanti præfecti operis memorabili gloria? Dignetur ergò S. V. prudenter hæc omnia considerare, manumqve tam necessariæ repurgationi maturè admovere, dum V. B. vigor adhuc integer est: ac speret, DEUM suis actionibus benedicturum, viresqve aucturum, qvibus hoc illustre facinus ad felicem exitum perducatur.

Idem Sereniſſimus Dux, Dominus meus Clementissimus toto corde totoqve pectore vehementer optat, iniqvè laturus, ut qvicqvam, qvod suarum partium, aut in se situm esse putabitur, meritò desiderari possit. Interea V. S. obsecrat, æqvi bonique consulere velit id, qvalecunqve est consilii: qvod tam à multis seculis meditatum neqvaqvam antea manifestare visum est, dum enim S. V. expectaret, malos per se emendatum iri, non opus fore putabatur, ut ejusmodi molestia crearetur. Dixi. Imp. & Papa, ut suprà.

Ordines Belgici.

AB Ordinibus Belgarum, cùm eis esset Gubernator Anglicus hoc tempore, cudebantur numismata, qvibus inscripta erat ex altera parte imago Simiæ, qvæ catulos suos ex immenso amoris affectu occiderat, cum hac inscriptione: LIBERTAS NE ITA CHARA, UT SIMIÆ CATULI. In altera parte sculptus erat vir, assistens igni, qvi effugere fumum cupiens, in ignem concidit; cum hac inscriptione: FUGIENS FUMUM INCIDIT IN IGNEM.

Notandum hìc est, hujus imaginis auctorem per eam significare voluisse id, qvod Horus Niliacus, & post eum Pierius Valerianus in Hieroglyphicis per Simias

Quid enim per Simiam veteres ostendere voluerint, ex Demosthene patet pro Ctesiphonte: ubi Æschinem tragicam Simiam dicit, qvòd personatus qvodammodo verborum gravitate bonus videretur, cùm alioqvin pessimus atqve iniqvissimus civis esset: & apud Dionem, Ciceronem ac Plautum, &c. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 234. Sixto 5.

1587. *Castitas & continentia cujusdam Episcopi.*

ANte hoc tempus cùm Episcopo primario Medicus qvidam excellens, ad evacuandam omnem libidinem, remedium obtulisset: ille hoc aversatus ait, potiùs remedia & medicamina venerem incitantia ministra, qvæ vires ad plurimum usqve coitum protendant. Nam venereis actibus carere, integrum mihi non est.

Hic Episcopus etiam, cùm aliqvando Principem qvendam hospitio excepisset, meretrices suas mensæ adhibere non erubuit. Posset hic Episcopus nominari, si non nomini & familiæ parceretur.

p. 960 1587. *Leges veterum castitatis, pietatis, & paupertatis.*

QVondam juris Pontificii legis verba erant: ad divos adeunto caltè, pietatem adhibento: opes amovento: qvi secus faxit, DEUS ipse Judex erit. Sed hæ leges jam dudum exoleverunt. Veteres ad reprimendam venerem, foliis vitilium cubilia substernebant: nonnulli garo ex piscibus, qvi sqvamam non habent, qvòd incendia libidinum comprimeret, & irritos conatus faceret, in sacris usi sunt. Olim etiam si qvis ad Pontificatum evectus fuerat, ut castissimè sacrum faceret, cicutæ sorbitione se castrabat. Homines sordidi & polluti omninò arcebantur. Alexand. ab Alexandro.

1587. *Ananias Iraucurius.*

EDidit hoc tempore Ananias Iraucurius Latinam, eamqve accuratam catagraphen characterum ac notarum, qvæ binis haleculis impressæ fuerunt, qvarum major in Dania, minor in Norvvegia eodem die captæ sunt, nec ullæ præterea uspiam aliæ eo die in tota illa vastissima Oceani Germanici parte capi potuerunt, cùm tamen statâ illâ & solenni piscatione aliàs multa simul millia capi sint solita. Ambæ autem evidenter, & ad vivam penè carnem usq; profundè impressis characteribus atris ad latera insignitæ: qvoqve minùs prodigium oblivione sepeliretur, non sine DEI nutu ad Potentissimum & Orthodoxum lucubrationem ea de re suam illam Regi dedicavit, hoc inscriptam & evulgatam titulo: explicatio characterum, qvi inventi fuerunt in lateribus duorum halecum, auctore Anania Iraucurio, ad Serenissimum Regem Daniæ. Inciderunt hæc in annum Christi 1587. diem Novembris 21.

Verùm de toto hoc negotio præstat ipsiusmet Ananiæ verba adscribere. Misit ad me, inqvit, amicus & familiaris meus figuram duorum halecum, qvæ capta fuerunt à piscatoribus, unum in Dania majusculum, alterum in Norvvegia. 11. Novembris, 1587. qvo mense solent ipsi Daniea expiscari, multaq; millia capere. Verùm eo die capta fuerunt tantùm duo in duobus diversis locis. Et ea erant certis characteribus nigris, ad carnem usqve profundè adhærentibus insignita, fuerantq; ad Regem Daniæ missa. Et is, qvi ad me miserat, postulabat, ut hos characteres ostenderem viris doctis, & peterem eorum super hac re judicium, simulqve meam ad ipsum mitterem sententiam, uti sciret, qvid mihi de his characteribus videretur. Hæc ille in libello suo.

In Præfatione verò ad Regem ipsum, non potest, inqvit, carere prodigio, qvòd pisces characteribus, veluti DEI digito insculptis, insigniti capti fuerint duo in duobus locis, uno eodemqve die; & nulli alii capi potuerint eo die, qvo ii capti sunt; cùm alioqvi multa millia capi soleant. Cætera, & qvid portendant, vide apud autorem ipsum: sunt enim nimis prolixa.

Laurentius Faustus in Anatomia statuæ Danielis. 1587.

HIc cum aliis affirmat, historiam Johannis 8. fœminæ & Papissæ veram esse, & recitat antiqvum carmen de ejus puerperio:

Papa pater patriæ, peperit Papissa papellam.

Singulari qvoqve mysterio factum, idem asserit: cùm Electoratus Saxoniæ sertam rutaceam pro insignibus habeat: & ejus naturæ ac virtutis ruta sit, teste Plinio & aliis, ut, ubicunq; locorum ea nascatur, nullum animantis venenosum genus ibi degere possit: eodem modo, cùm Evangelium virus nullum ferre qveat, & non nisi mundos amet locos, illic potissimùm doctrinam Papisticam cum Lutherana diutius neutiqvam constare potuisse, sed ut emarceret, necesse habuisse. Imperat. 120. Rudolph. 2. Pp. 234. Sixto 5.

Andreas Langius. 1587.

AUctor iste in libro de Beatitate hos sequentes articulos contra Ecclesiam Romanam scripturæ rationibus edito li-

3. Qvòd Papistæ non ex animo ac sincerè in Christum credant.
4. Qvòd doctrinam de fide in Christum calumnientur.
5. Qvòd eandem doctrinam extremè & tyrannicè persequantur.
6. Qvòd falsam è contrario religionem atqve traditiones pertinaciter propugnent.
7. Qvòd non, ut Christiani debiles, in peccata præventi à carne ruant: sed qvòd immanissima qvæqve scelera, & teterrimas impietates afferre aggrediantur. Imp. Rud. 2. Papa Sixto. 5.

p. 961. 1587. *Sigismundus Svevus in speculo vitæ Humanæ.*

SUb finem anni 1314. qvo Cometa cœlo visus fuerat, dira fames & summa annonæ charitas extitit per triennium durans, maximè verò anno 3. ingravescens: qvod innuit antinqvus ille versiculus:

Ut lateat nullum tempus famis, ecce CUCULLUM.

Hoc est, ne qvenqvam latere possit tempus venturæ famis & caritatis, qvilibet probè perpendat voculam CUCULLUM, lugubrem vittam hîc significantem: literæqve ejusdem vocabuli numerales omnes apprimè monstrant annum 1315. Maximè fuit hic annus difficilis, qvi cucullos & alias vestes lugubres gestandi, omnibus sufficiens causa esse potuit. Imperatore Rudolpho 2. Papa Sixto 5.

1587. *Cornelius Callidius Chrysopolitanus, Johannes Lensæus, Cunerus Episcopus Leonardinensis.*

HI docent: maximam & indubitatam servari regulam hanc; Regem neutiqvam teneri promissa subditis rebellibus præstare: cùm veri legitimiqve hostes non reputentur, verùm rebelles, seditiosi, & ut ipsi affirmant, proditores: imò in naturæ legem peccari, cùm eis fides servatur. De qvibus plura apud Meteranum.

1587. *Richardus Dinonthus in Chronico.*

LAndtgravius Hassiæ Legato Regis Galliæ ejusmodi responsum dedit: Se qvàm maximas Regi gratias agere, qvòd amicitiam, qvæ perpetuò fuit Franciæ Regibus cum Landtgraviorum Hassiæ familia in memoria habeat: se, in ea amicitia confirmanda & conservanda, suo officio non

nihil oprobrii Christianis videri, qvàm, ut DEUS permitteret per suam clementiam & benignitatem, hanc Religionem Romanam talem esse, qvalis à principio fuit annunciata, & plantata Romæ per Apostolorum Paulum, sicuti videre licet in epistola ad Romanos, & non tantùm in Gallia altas radices egisset, sed in omnibus terræ partibus purè conservaretur.

Sed manifestum esse, religionem Romæ (post tempora Apostolorum, & tunc maximè, cùm Pontificis Romani authoritas adeò crevit, ut superare voluerit Imperatorum Regumqve potentiam, eosqve suæ censuræ subjicere) multis corruptelis, erroribus, & idololatriis adulteratam fuisse: de ea corruptione multos bonos viros non solùm his, sed priscis etiam temporibus graviter conqvestos fuisse, & summopere exoptasse, utilem, & seriam Ecclesiæ reformationem fieri, sed inutiles atqve irritas ipsorum qverelas, & vota inania extitisse, qvemadmodum multorum seculorum historiæ testantur, Pontificibus judicium omne atqve censuram fugientibus.

Hac de causa coactos fuisse patrum nostrorum ætate pios viros apud multas Europæ gentes, ut paci conscientiarum consulerent, & divino Præcepto de fugienda idololatria obedirent, ab obsequio & observantia Romanæ sedis se subtrahere, & Ecclesiæ reformationem talem instituere, qvæ esset conformis & consona Propheticis, ac Apostolicis scriptis, cùm eam à Prælatis non potuissent impetrare: ratione cum Scriptura sacra dictante, æqvum esse, magis obedire DEO, qvàm hominibus. Imperatore Rudolpho 2. Papa Sixto 5.

Idem ex Cromero lib. 6. Matthæus Cracovienſis Episcopus, gulæ ventriqve deditus, Boleslai Crispi nuncium, subsidium adsumtus belli postulantem, ad latrinam duxit: & spurcè ac inverecundè, ibi facultates suas reconditas esse, dictitavit.

Idem de varia stulticia. Angelotus Cardinalis, cùm ejus advecti vini portorium Florentinæ ex more exigeretur à publicanis: rejectis precibus (qvia sacrati viri immunes erant, & deprecari tantùm tenebantur) cados omnes extra portam per humum effundi jussit, hoc pacto à tributo & servitio precario se liberans.

Rudolphus Hospinianus.

SCripsit hic librum de Origine, progres-

extruere potuerit: juxta Servatoris ho-
vaticinium: Non relinqvetur hic lapis su-
p.962. per lapidem. Cùm enim sub Ælio Adria-
no Imperatore, circa annos nati Chri-
sti 134. Duce Barchochaba, patrium so-
lum occupare, & instaurare conaren-
tur Judæi, ad Betheram vicinum veteri
Hierosolymæ oppidum, miserabiliter cæsi,
& omnes simul è patrio solo migrare coacti
sunt.

Inde verò Betheram Adrianus muro
cinxit, urbemqve à seipso Æliam nomina-
vit, & portæ, qvâ Bethleem itur, suam
marmoream imposuit, in Judaicæ gentis,
& religionis contemtum. Et hæc illa Hie-
rosolyma est, qvam hodie stulti & super-
stitiosi homines per longa terrarum & ma-
rium itinera invisunt: cùm tamen, vete-
rem illam ab aliqvo instauratam esse, nu-
spiam legatur: & proinde, qvæ de Hiero-
solymæ sacris locis dicuntur, nihil qvàm
putidissima Monachorum, & hominum
superstitiosorum commenta sunt.

Deinde cùm Constantino regnante
apud Diocæsaream iterum rebellarent,
à Gallo Cæsare horribili clade deleti, unà
cum urbe sua perierunt, circa annos salu-
tis 358.

Cum primis tamen memorabile est,
qvod mox vix novem annis ab eo tempo-
re evolutis, accidit, qvando Juliano Apo-
stata, in Christi contumeliam ipsos excita-
nte, & sumtus conferente, templum ma-
gno conatu reparare ausi, ultricem DEI
manum agnoverunt ex portentosis & hor-
rendis prodigiis, qvæ acciderunt, qvæqve
Socrates Ecclesiasticæ historiæ lib. 2. cap. 33.
commemorat.

Primò enim terræ motus veterum fun-
damentorum lapides, qvi ab excidii tem-
pore in terra adhuc reliqvi fuerant, ejecit,
adeòqve, ut Gregorius Nazianzenus in
oratione prima infamatrice in Julianum
loqvitur, evomuit, & non sine vicinarum
ædium detrimento dissipavit. Deinde
ignis cœlo delapsus opificum instrumenta
exussit & multos Christi divinitatem invi-
tos fateri coëgit. Tertiò tellus, qvam in-
terdiu hominum aliqvot millia effodie-
bant, noctu vel succrevit iterum, vel in
pristinum locum reversa est. Qvartò gypsi
& calcis modios, ad futuri ædificii struc-
turam ingenti multitudine congestos, su-
bitò exorti venti validissimi dijecerunt.
Qvintò, illis nihilominùs pergentibus,
ignis ex fundamentis erumpens fossores
aliqvos adussit, reliqvos verò dissipavit.
Sextò porticus operi vicina, noctu ab
ipso fastigio corruens, multos sub ea dor-
mientes oppressit. Septimò, lapides ali-
qvot conjungi conglutinatiqve non potu-
rutilo splendore coruscans in cœlo appa-
ruit: Judæorum autem vestibus cruces lu-
ridæ, vel nigræ asperæ sunt: ut nimirùm,
Christum sibi infestum esse, scirent, qvi no-
stræ salutis ergò à Judæis in cruce morte
affectus fuit: refert etiam Nicephor. lib. 10.
cap. 1.

Alterum, qvod hoc loco observandum
dixi, est, qvod eodem tempore in alia
Orbis terrarum parte Delphicum tem-
plum, qvod Ethnicis præcipuum fuit, non
hominum manibus: sed divinitus terræ-
motu & fulmine deletum est, cùm Julia-
nus legatos eò misisset, de Persici belli
eventu rogatum: ut indicant Theodore-
tus lib. 3. cap. 11. Sozomenus lib. 5. cap. 19.
20. & 21. Sæpè antea direptum & aliqvo-
ties deletum est Delphicum hoc templum,
sed rursus extructum & ornatum, sicut &
Hierosolymitanum. Primi narrantur Phle-
gyæ, qvi fuerunt in Thessalia Lapitæ, com-
bussisse illud. Deinde partes aliqvas Xer-
xis milites. Postea Phocenses ipsi, & iterum
Brenu exercitus incendit. Toties & resta-
urationes factæ sunt. At post hanc eversio-
nem factam divinitus, Juliani tempore,
nunqvam deinde instauratum fuit, sicut in-
dicat Melanchthon in Chronol. lib. 3. in
Juliano.

His duobus illustribus miraculis eodem
tempore editis, DEUS testari voluit suam
iram adversus Judæos & Ethnicos, & si-
mul significare, tempus adesse, qvo Ju-
daismus & Ethnicismus perire: filii autem
sui regnum surgere & crescere debeat. Et
sanè constat, ab hoc tempore confusam
illam Deorum multitudinem attenuatam,
& ceu phthisi qvadam, qvod futurum esse
Sophonias cap. 2. prædixerat, paulatim
consumtam fuisse adeò, ut ex triginta mil-
libus Deorum (qvos inter gentes cultos
fuisse, ex Varrone D. Augustinus annota-
vit) vix paucorum qvorundam nomina re-
liqva manserint. Constat præterea, ab hoc
tempore cessavisse etiam Oracula, qvæ
Ethnicæ religionis præcipua fulcra fuerunt
eò, qvòd his Deorum fictitiorum potestas,
& eorundem nefarii cultus confirmaren-
tur apud rudes & imperitos homines, qvi
veri DEI cognitione destituti, impostoras
Satanicas non poterant agnoscere. Testan-
tur certè sanctorum Patrum libri Apologe-
tici, Christianis inter alia crimina hoc ceu
præcipuum ab hostibus objectum fuisse,
qvòd neqve Dii suam virtutem, ut priùs
exerant, neqve per Oracula respondeant,
ex qvo Christus prædicari cœperit. Im-
peratore Rudolpho secundo. Papa Sixto
qvinto.

Idem. Astutiores me herculè sunt Jesui-

facilè fraus & impostura deprehendi non potuit: cùm nescirent illi, aut unqvam simile accidisse, aut fraude aliqva & dolo ea perpetrata fuisse. Jesuitæ igitur apud nos in Europa commorantes, multa spargunt de suorum miraculis, apud Indos & Antipodas editis, ne falsitas cognosci possit. Qvis enim, ad hæc cognoscenda explorandaqve, eò usqve excurreret, aut penetraret? Tam larga autem hic Ordo incrementa brevi temporis spatio, hypocrisi aliisqve artibus, sumsit, ut glorientur Jesuitæ, se hoc tempore habere per orbem terrarum 256. Collegia.

p.963. Idem. Flere & loqvi interdum putantur imagines seu statuæ, cùm oleum à sacrificis infusum statuæ ad exteriora penetret, & pro lachrymis habeatur, aut iidem per arundines imaginibus admotas qvæ volunt loqvantur. Sæpè etiam creditum fuit, animas ex purgatorio rediisse, & in cœmiteriis oberrasse: cùm, reiveritate deprehensa, impostura alicujus Sacerdotis fuerit, ad emungendum argento homines nefariè excogitata: ut non injuria Nicolaus Lyra in 14. cap. Danielis hac de re conqveratur dicens: in Ecclesia DEI populus sæpè à Sacerdotibus decipitur fictis miraculis, lucri causa. Cujus generis plurima apud Gentes qvoqve accidisse legimus.

Cùm enim sub Constantino & Theodosio statuæ everterentur, repererunt aut mortuorum corporum ossa, atqve arida crania, incantatorum perversitate imposita: aut panniculos, fœda abominatione sordidos: aut fœni & stipularum fasciculos, ut testatur Eusebius libro 3. de vita Constantini. Per statuas etiam incantatores suas exercuisse fraudes, idem indicat libro 9. histor. Ecclesiast. capite 3. ubi de Theotehno refert, qvòd incantationibus suis effecerit, ut statua qvædam Jovis mirabilia edere visa sit. Ex adytis qvoqve per cuniculos in statuas prorepsisse, indeqve responsa dedisse, author est Theodoretus libro 5. cap. 22.

Hìc nec illud prætereundum videtur, qvòd multa miracula à Monachis etiam, inertissimo superstitiosissimoq; hominum genere, conficta sint, ut qvæstum inde uberiorem facere qveant: cùm tamen nihil unqvam simile acciderit. Ea verò res in causa fuit, ut authores posterioribus seculis, ejusmodi rumores & fabulas, ab aliis excogitatas & confictas, ex Monachorum libris aliisqve apocryphis hauserint, & historiis superiorum temporum

adhibeas.

Idem. Et qvid hodie Jesuitæ non audent? qvi cùm videant multa, cùm ex partibus tum ex historiis, aliorumqve scriptis; suis decretis, placitis, scriptis, dictis & factis repugnantia & oppugnantia: terras mariaqve peragrantes, & bibliothecas omnes perlustrantes, id sibi juris ubiqve sumere non erubescunt, ut Patrum & historicorum, cùm veterum tum recentiorum, scripta interpolent; voces, sententias, qvin integras paginas addant, assuant, detrahant, mutent, mutilentqve pro arbitratu, seu libidine sua, qvod ipsi, honesto scilicet nomine, libros repurgare vocant. Hæc autem non à me ficta, sed verissima esse, lector intelliget ex Indice repurgatorio librorum, à Jesuitis compilato: ubi qvodlibet suo calculo mutant, suaqve sufficiunt. Expergiscimini igitur Ecclesiarum Pastores, & Scholarum Doctores, huncqve conatum, hocqve facinus Jesuitarum diligenter attendite, & oculis notate, ne qvid Ecclesiæ & Scholæ, vestræ curæ commissæ, detrimenti inde accipiant.

Idem. Abbatis-cellæ (pagus est decimo tertio Helvetici fœderis) qvidam supremum Magistratum gerens, qvem Landammanum vocant, commatrem suam uxorem duxerat. Qvia verò talia matrimonia in Pontificiorum legibus prohibita sunt: Sacerdos ejus loci hoc qvoqve publica benedictione confirmare noluit. Ammanus igitur Romam ad Pontificem profiscitur, & qvod leges prohibent, id ipse (interveniente auro) facilè à Pontifice impetrat. Reversus domum, ostenso privilegio, sine mora matrimonium ejus benedicitur & confirmatur. Mox verò à Magistratu toti genti indicitur concilium, in qvo unanimi omnium consensu decretum fuit, ut, qvod Landammanus pecunia impetrârit, sibi qvoqve impunè, non exspectata Romani Pontificis authoritate liceat.

Idem de statu eorum temporum, qvibus Mendicantes Monachi exorti sunt. Hæc, qvæ huc usq; commemoravimus, cùm ita sint, ut inficiari non possunt: mirum certè videri nemini debet, adventum Mendicantium Monachorum horrendis prodigiis significatum fuisse à DEO hominibus. Nam circa annum Domini 1150. qvando Augustinenses exorti sunt, fames maxima universam Europam afflixit, cujus etiam Platina in vita Anastasii IV. meminit. Eclipses etiam fuerunt tàm Solis, qvàm Lunæ, Masso teste, qvas secuta sunt fulgura, tonitrua,

illorum mundi luminum, Solis & Lunæ, defectu noſtra delicta, qvibus DEUM ejusqve legem & verbum derelinqvimus, qvibusqve à DEO ad Satanam, à lucè ad tenebras, à vero ejus cultu ad ſuperſtitiones & varias idolomanias deficimus, gloriam divinam obſcuramus, & ſangvinem JESU CHRISTI pedibus conculcamus.

Et ſanè Funccius in Chronolog. refert, anno Chriſti 1154. Cal. Octobris Solem per integrum diem obſcuratum fuiſſe. Terra qvoqve iisdem temporibus ſæpius contremuit. Anno 1156. Calend. Junii grandinis vehementia & tempeſtatis vis adeò invaluit, ut non modò ſegetes perderet, arboresqj dejiceret, ſed ædificia qvoqve & munitiones plurimas humi ſterneret, & campanas aliqvot turribus deturbatas confringeret, ut Urſpergenſis indicat. Signum etiam crucis in Luna apparuit: Vincentio & Ranulpho lib. 7. cap. 22. in Polychronico teſtibus: qvod absqve dubio crucem, afflictiones, & pericula, Eccleſiæ à Mendicantibus Monachis imminentia, ſignificavit.

p.964 Anno 1157. Non. Septembris ut Erdfordienſis habet, cœlo ſereniſſimo tres ſoles, & paucis pòſt diebus totidem Lunæ conſpectæ ſunt, & in Luna medium locum occupante crux maximi candoris apparuit. Aſtrologi vaticiniati ſunt hinc diſcordiam inter Cardinales de creando Pontif. Max. ac inter Electores in Imperatore eligendo. Sed dubio procul portendit etiam ſemina diſcordiarum, qvæ Monachi iſti in Eccleſia longè latèqve ſparſerunt.

Anno 1162. qvando Carmelitæ in Europa increbreſcere cœperunt, tanta maris exundatio oborta eſt, qvanta à diebus antiqvis non eſt audita, in qva multa millia hominum & jumentorum perierunt: Helmodo auctore lib. 2. cap 1. de Sclavis. Nec multò pòſt Oceanus limites ſuos egreſſus per duodecima milliaria, multa hominum millia utriusqve ſexus, & diverſæ ætatis, maximè verò circa Viſurgim, abſorpſit, ut Trithemius in Chronic. Hirſaugienſ. teſtatur. Lupi qvoqve incredibili ferocia parvulos ab uberibus maternis raptos, crudeliter devorârunt: Vincentius lib. 29. cap. 16.

Anno reparatæ ſalutis 1204. qvo nati ſunt primùm Dominicani, ſangvinolentum Monachorum genus, & Albigenſium, vitiorum Cleri inſectatorum hoſtes acerrimi, Calend. Aprilis tantus rubor in cœlo apparuit, ut ignis ab omnibus crederetur: Balæo teſte Cent. 3. cap. 57. in Appendice ex Matthæo Pariſio. Eodem anno Lutetiæ reticis.

Anno 1207. qvando Franciſcus ſub Evangelii fuco Minoritas generavit, ventus repentinus domos, & arbores proſtravit, ut prodidit Johannes Everisdenus Monachus. Seqventi anno cœlum in Anglia igne rubeſcente micans, horis ſex continuis viſum eſt: Polydorus libro 5. Flumina etiam paſſim majorem in modum exundaverunt: Epitome mundi. Eodem anno tanta aqvarum inundatio fuit in Galliis, ut id ſeculum majorem non viderit. Anno 1209. tonitrua horrenda, imbres impetuoſi extiterunt: hyems aſperrima & diuturna ſeqvuta eſt: hinc fames & rerum neceſſariarum penuria inaudita: Chr. Hirſaug. & Nauclerus Generat. 41. Anno 1213. peſtilentiſſima lues majorem in modum ſæviit Romæ, ut decimus qvisqve vix remaneret ſuperſtes: Chr. Ful.

Anno 1224. qvo Dominicani fratres ex Italia in Angliam primò venerunt, multæ pluviæ & tonitrua fuerunt, & grandines ceciderunt inſtar lapidum qvadrangularium, ad ovorum qvantitatem, qvibus arbores, vineæ & ſegetes ſunt deſtructæ, atqve homines contriti. Aves etiam per aëra volitantes, carbones ignitos roſtris deferre, & domos incendere videbantur: Balæus Cent. 3. capite 84. in Appendice ex Londinenſi Chronico. Idem ibidem ex Matthæo Pariſienſi hæc refert: Mirabiles in Anglia fuêre tempeſtates, & horrenda tonitrua, ventus furibundus, & ſegetum ſuffocatio, qvæ ædificia diruerunt, Eccleſias & arbores proſtraverunt, & naves ſubmerſerunt.

Idem capite 91. ejusdem Centuriæ in Appendice inqvit: Anno Domini 1226. qvo Franciſcani fratres ex Italia in Angliam venerunt; ſupervenit ventus à ſeptentrione, qvatiens domos & pomæria, hos Minores ſine dubio prænotans: ex Londinenſi Chronico. Anno 1227. in montibus Salviis terra usqve adeò commota eſt, ut ex ædificiorum ruinis ad hominum qvinqve millia perierint. Ex montium lateribus magnæ moles avulſæ, in ſubjectas valles non ſine cùm hominum tum pecudum detrimento provolutæ ſunt: Platina in vita Honorii III. Sabellicus Enneades 9. lib. 6.

Anno 1228. tantæ tenebræ ex ſolis deliqvio obortæ ſunt 6. Junii, ut noctem eſſe crederent, & ſtellæ in cœlo apparerent: Schædelius ætate 6. Ea hyeme cœlum flammis coruſcavit, turres & templa fulmine tacta fuerunt: Polydorus libro 16. Anno 1230. in die Converſionis Pauli, dum Epiſcopus Londini ad altare ſtaret, ſubitò ob-

agitatum: Balæus Cent. 3. cap. 93. ex Matth. Parisiensi. Anno 1234. fames in Gallia, maximè in Aqvitania, tanta extitit, ut homines herbis, boum instar, vescerentur. Vincent. libro 30. cap 137. Anno 1236. variæ hominum formæ in aëre visæ sunt: Polydorus libro 16. Anno 1238. stella immensæ magnitudinis apparuit per aliqvot dies ante solis ortum, qvæ per longum cœli tractum veloci crebroqve cursu ferebatur; modo ignem præ se ferens; modò fumum post se relinqvens: ibidem.

Anno 1240. qvo Carmelitæ fratres in Angliam primò venerunt: hominum & animalium lues, ac totis mensibus tribus siccitas, reliqvis seqventibus densi & continui imbres extiterunt, qvos summa rerum omnium penuria subsecuta est. Belluæ marinæ in littore Anglico inter se visæ sunt pugnare: Balæus Cent. 4. cap. 1. in Appendice, ex Parisiensi. Anno 1241. tanta solis eclipsis facta est pridie Non. Oct. ut ipso die stellæ in cœlo conspicerentur, juxta Flores temporum. Anno 1242. stellæ magno numero de cœlo cadere visæ sunt: Balæus Cent. 4. cap. 3. in Append. ex Matth. Vuestmonasterio.

Sed tempus me deficeret, si omnia ostenta, prodigia, miracula, bella, famem, & similia, qvæ circa exortum & propagationem Mendicantium Monachorum acciderunt, commemorare vellem. Impletum est ergò id, qvod futurum prædixit Dominus in Johannis Apocalypsi capite 6. si abjecto & conculeato verbo suo, fabulis hominum credere mundus voluerit: vide locum.

p. 965. Observarunt tristissima hæc tempora istis qvoqve diebus multi boni & pii viri. Unde qvidam laicus Jodanem, generalem Prædicatorii Ordinis Magistrum primum post Dominicum, interrogavit, qvid causæ sit, qvòd post adventum Prædicatorum & Minorum, nulla ampliùs fuerit bona tempestas, nec terra produxerit fructus tanta copia, ut antea? Sed ei respondit Magister: Hoc justo DEI judicio fit. Postqvàm enim nos venimus in mundum, docuimus mundum fugere peccata, & cognoscere, qvæ antea non cognoscebant: sed ab illis nolunt cavere: unde sunt illis graviora, qvòd peccatum, scienter commissum, gravius est. Propter peccata verò hominum DEUS immittit sterilitatem, juxta Prophetam: Posuit terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Et dico vobis, nisi corrigatis vos, ex qvo scitis, qvid facere debeatis, graviùs puniet vos: ille cædes, lites, discordias, famem, caritatem, tempestates, & similia, qvibus DEUS, post Evangelii sui revelationem, ingratum mundum, & verbum ejus recipere nolentem, sed igne & ferro id perseqventem, justissimo suo judicio gravissimè punit?

Thevet in Cosmographia lib. 6. cap. 5.

IN Mecha Arabiæ urbe, nostrorum hominum peregrinationibus nobili, confluentes ex Persia, Ethiopia, Asia, Africa, Græcia, singulis annis, innumeri Mahumetani, postqvàm DEUM supplices oraverunt, ut ipsorum misereatur, & peccata eis condonet, tum per ministros ad hoc opus destinatos aqva toti perfunduntur: tres enim lagenæ plenæ in singulos exhauriuntur, qvo facto, nemo est, qvin certissimè credat, plenam sibi factam esse omnium criminum remissionem. Idem scribit Ludovicus Romanus in suis navigationibus libro 1. cap. 17. & de hoc plura in compendio meo orbis, si DEUS vitam annuere nobis dignetur.

Albertus, Abbas Stadensis, in Chronico. 151

AGathon I. natione Siculus, sedis annis II. Mens. V. Die IV. Obtinuit apud Constantinum, & Heraclium, & Tiberium, ut remitteretur qvantitas, qvæ dabatur pro Romani Pontificis electione facienda. Imp. 110. Rud. Papa 234. Sixto 5.

Idem fol. 188. Ecce habes (ô Firri) topographiam transmarinæ regionis & fortè ibis aliqvando sepulchrum Domini visitare. Tunc cogita, qvod dicitur:

Cœlum, non animum mutant, qvi trans mare currunt.

Vix aliqvos vidi, imò nunqvam, qvi redierint meliores, vel de transmarinis partibus, vel de sanctorum liminibus: unde autem est hoc, propter DEUM? Puta ex eo, qvòd debita devotione nec exeunt, nec redeunt. Deberent enim tali cognitione proficisci, qvali essent de seculo migraturi.

Idem. Anno Domini M. LXXVII. surrexit qvidam Straceburgensis Episcopus, amicissimus regis Henrici, & velociter vadens Romam, diu qvæsitum Regem invenit inter memorias Martyrum diversantem. De cujus adventu Rex lætior effectus, cœpit percunctari de statu regni, aut si omnia in pace consisterent? Cui ille indicavit novum Principem electum, factuqve opus esse, ut qvanto citiùs Teutonicam terram reviseret, ad confortandos amicorum ani-

re voles, de urbe tibi clanculò exeundum
est. Egressus igitur ex urbe Rex, noctu
p. 966 exiit Italiam, firmatisqve pro tempore re-
bus in Longobardia, venit in Teutoniam.
Lætati sunt de insperato adventu Principis
omnes civitates Rheni, & universi, qvi fa-
vebant parti ejus. Ab initio autem res gesta
est, ut seqvitur.

* Idem. Anno Domini M. LXXVI. Col-
loqvium maximum apud Oppenheim fa-
ctum est, ubi penè totius regni Principes,
sed maximè Saxonum & Alemannorum,
subjectioni Regis renunciabant, causam
prætendentes, qvòd à duobus Apostolicis
vocatus ad satisfactionem non venisset, &
pro hoc contemtu sententiam excommu-
nicationis in Romana Synodo accepissent:
cùm ipse tamen inauditus & absens fuisset.
Hac commotione coactus Rex, humiliter
Romam, utpote veniam ab Apostolico po-
stulaturus, inimicis non sperantibus, teten-
dit, inventoqve Papa in oppido Canusino,
ibi per triduum ante portam castri, deposi-
to omni regio cultu, discalceatus & lanis
indutus, perstitit, nec priùs cum multo fle-
tu Apostolicæ miserationis auxilium &
consolationem implorare destitit, qvàm
omnium, qvi ibi aderant, precibus & la-
chrymis intercedentibus, laxato tandem
anathematis vinculo, in communionis gra-
tiam & sinum matris Ecclesiæ receptus est,
acceptis ab eo in futurum vitæ suæ corre-
ctionis securitatibus multis. Accepit igitur
Rex in mandatis, ut anno integro Romæ
non discederet, eqvum non ascenderet, sed
in veste humili circuiret limina Ecclesia-
rum, orationibus & jejuniis reddens di-
gnum pœnitentiæ fructum. Qvod Rex hu-
militer adimplere satagebat.

Idem. Anno Domini M. LXXX. Bel-
lum inter Heinricum & Rodulfum juxta
fluvium Ellestram gestum est, in qvo Ro-
dulfus vulneratus in manu dextra, fugit
Merseburg, mortiqve jam proximus dixit
ad familiares suos: videtis dextram meam
de vulnere sauciam: Ecce hæc est manus,
qvâ Domino meo Henrico fidem firmavi
Sacramento, sed jussio Apostolica, Ponti-
ficumqve petitio, me ad id deduxit, ut ju-
ramenti transgressor, honorem mihi inde-
bitum usurpaverim. Qvis igitur finis nos
exceperit, videtis, qvia in manu, unde ju-
ramenta violavi, mortale hoc vulnus acce-
pi. Viderint ergò hi, qvi nos ad hoc insti-
gaverunt, qvaliter nos duxerint, ne fortè
deducti simus in præcipitia damnationis
æternæ. Et hæc dicens, diem clausit extre-
mum.

Idem. Anno Domini [illegible]. Calistus Pa-

itas usurparet copiam investiendi spiritua-
lia, sed libera electio fieret à clero & à po-
pulo, & sic insigniretur regalibus per sce-
ptrum: qvod Papa & Imperator confirmâ-
runt: sicqve facta est pax & concordia in
Ecclesia, & inter ipsos.

Idem. In Concilio Lateranensi erant
à Papa consecrati Episcopi duo Anglici, &
duo Scoti: Unus solo eqvo venerat, alter
pedes cum solo pedite. Erat ibi Episcopus
Hybernicus, qvi Henrico, Scholastico Bre-
mensi, retulit: se non habere alios reddi-
tus, præter tres vaccas lactantes, qvas in de-
fectu lactis parochiani sui per alias innova-
rent.

Idem. Anno Domini M. C. VI. ab urbe
verò condita DCCC. LVII. ab origine au-
tem mundi, ut qvidam dicunt V. millesi.
LVIII. Heinricus hujus nominis qvintus,
LXXXIII. ab Augusto, XI. patris sui anno
regnare cœpit, adhuc vivente patre. Me-
diante igitur Heinrico juniore, tantus apud
Moguntiam factus est in natali Dominico
totius regni Teutonici conventus, qvantus
per multa annorum curricula nusqvam est
visus. Referebant enim, qvi aderant, LII.
optimates ibi tunc vel eo amplius, laicos
affuisse, adeò, ut solus Dux Saxoniæ Ma-
gnus, qvem jam gravior ætas impediebat,
defuisset. Ibi supervenientes Apostolicæ se-
dis legati, Episcopus scilicet Albanus cum
Constantiensi, sententiam anathemathis in
Heinricum seniorem, dictum Imperato-
rem, à tot sibi succedentibus Apostolicis
sæpiùs promulgatam, scriptis simul & di-
ctis testificantes, universam multitudinem,
imò totam toto orbe diffusam Ecclesiam,
ab ejus communione, Christi & beati
Petri auctoritate, multis jam annis seqve-
stratam, confirmabant, & eò usqve senten-
tia invaluit, ut Heinrico diadema tollen-
dum, & ad filium decernerent transferen-
dum.

Venerunt ergò Principes ad eum Hin- p. 967
gelesheim, scilicet Moguntinus, Colonien-
sis, Wormatiensis, & Imperialia ab ipso ex-
egerunt. Qvo reqvirente, qvare? objece-
runt ei in conferendis Abbatiis & Episco-
patibus Simoniam. Qvibus Imperator:
Dic Moguntine, dic Colonienses, per no-
men æterni DEI, qvid à vobis receperi-
mus? At illi dixerunt, nihil. Et Imperator:
Gloria in excelsis DEO, qvia vel in hac
parte inventi sumus fideles. Certè hæ ma-
ximè dignitates potuissent magnum qvæ-
stum nostræ Cameræ impendisse. Domi-
nus Wormatiensis novit, & nos novimus,
utrùm qvæstu vel gratia ipsum receperi-
mus. Nolite temerare fidem vestram: Ec-

filio, Imperialibus se vestivit, hæc dicens: hæc Imperialis honoris sunt insignia, hæc mihi præstitit æterni regis pietas, & Principum concors electio. Potens est DOMINUS, nos in his conservare, & manus vestras à cœpto opere cohibere, qvamvis simus armis & militia destituti. Securi enim de tali violentia nobis non præcavimus, sed terror DEI vos coërceat, qvos pietas non revocat. Qvòd si neutrum reveremini, ecce præsentes sumus, non possumus refragari. Hæsitant Pontifices: sed instinctu Moguntini accepto conamine, Regem adeunt, coronam de capite rapiunt, & de sede detractum cum omnibus Imperialibus exuunt. Imperator confusus sic ad eos loqvitur. DEUS ultionum DOMINUS videat, & vindicet, qvam facitis iniqvitatem. Ignominiam sustineo antea inauditam, sed delicta juventutis meæ luo à justo judice: sed vos immunes non eritis, qvia jusjurandum prævaricati estis. Non prosperetur honor vester, sit portio vestra cum eo, qvi tradidit Christum. Illi obturantes aures suas, recedunt: filio Imperialia deferunt. Et filius patrem expulit à regno.

Venit Imperator in Ducatum Limborch. in venit invenatione qvendam Principem, qvem eodem Ducatu privaverat. Hic ut audivit rem gestam, misertus est ejus. Collegit ergò 800. loricatos, & perduxis eum Coloniam. Colonienses receperunt eum, statimqve filius obsedit Coloniam. Crescente autem obsidione, Cæsar noctu elapsus fugit Leodium, & qvia ad eum plurimi convenerunt, statuit dimicare. Qvem cùm filius persequeretur, statuit occursum ejus ad aqvas Masanas. Rogavit autem, ut, si victor existeret, filio parceretur. Commissum est prælium, & pater prævalens, fugavit filium trans pontem, & multi occisi sunt gladio, & aqvis plurimi suffocati. Denuò prælium instauratur, pater vincitur, & comprehenditur. Qvanta vir ille magnificus pertulerit opprobria, indignum est relatu. Petivit tandem ab Episcopo Spirensi, qvi amicissimus suus fuerat, ut præbendulam in Spira sibi conferret, ubi ipse glorioſum monasterium sanctæ Virginis construxerat. Sed Episcopo renuente, Cæsar suspirans cum lachrymis exclamavit: Miseremini mei saltem vos amici mei: qvia manus DOMINI me tetigit. Mortuus est autem Leodii, stetitqve in deserta capella inhumatus 5. annis. Tandem apud Spiram sepelitur.

Idem. Anno Domini M. CXI. Heinricus Rex juvenis, transcensis Alpibus, perta, qvatenus in Catholicæ fidei observantia integer, in Apostolicæ sedis reverentia promptus, in Ecclesiarum defensione solicitus existeret. Sed Rex jurare noluit, dicens, Imperatorem nemini debere jurare, cui juramentorum sacramenta ab omnibus sunt exhibenda. Facta est contentio inter Papam & Regem, interceptum est opus consecrationis. Statim armatus Regis exercitus injecit manus in Clerum, exuentesqve eos vestibus sacris spoliaverunt. Romani, videntes, injuriari Clerum, proruunt ad obsistendum, ortumqve est in Ecclesia beati Petri bellum tale, qvale non est auditum ab annis antiqvis.

Prævaluit autem exercitus Regis, attriveruntqve Romanos interfectione magna nimis. Et repleta est domus sanctificationis cadaveribus, profluxeruntqve de acervis mortuorum rivi sangvinis adeò, ut Tiberina fluenta mutarentur in colorem sangvinis. Papa verò & cæteri, qvi occisioni superfuerant, in captivitatem ducti sunt, Cardinales, funibus in colla missis, junctisqve post terga manibus, & de civibus immensæ catenatorum catervæ nudi deducti sunt.

Postqvam igitur profecti de Roma venerunt ad primæ mansionis locum, accesserunt qvidam Episcopi ad Papam, dicentes: Magnus dolor est cordi nostro, sanctissime Pontifex, de tanto facinore, qvod commissum est circa te, & clerum tuum, & cives urbis tuæ. Sed mala hæc, exigentibus nostris peccatis, improvisa magis, qvàm deliberata fuerunt. Consenti itaqve nobis, & complacare Domino nostro Regi, & perfice in eo opus benedictionis tuæ, ut & ipse complaceretur tibi.

Qvibus ipse respondit: qvid dicitis fratres? Virum hunc iniqvum, virum sangvinum & dolosum, à nobis dicitis consecrandum? Benè expiavit manus suas ad percipiendam consecrationem, qvi aras DEI perfudit cruore Sacerdotum, & domum sanctificationis replevit cadaveribus interfectorum. Absit à me verbum hoc. Cumqve illi dicerent, cautum esse saluti suæ, & eorum, qvi erant capti, respondit libera voce: Non timeo Dominum vestrum Regem, occidat corpus, si vult, ampliùs non habet, qvod faciat. Multum qvidem prosperatus est in cæde civium, & Cleri: sed dico vobis in veritate, qvia de cætero non assequetur victoriam, nec videbit pacem in diebus suis, sed nec filium generabit, qvi sedeat in throno ejus.

Cumqve hæc renunciata fuissent Regi,

miter provoluti pedibus ejus, orabant dilationem vitæ.

Tunc Pontifex, largiter fusis lachrymis, conteſtatus eſt cordium conſpectorem, ſe malle mori, qvàm cedere, ſi non præpediret ovibus Chriſti jure impendenda compaſſio. Fecit igitur, qvod neceſſitas imperavit, promiſitqve, ſe Regem conſecraturum, ut captivitas relaxaretur. Reverſiqve in urbem Papa & Cardinales, fecerunt Regi ſecundum voluntatem ejus, extorto qvidem obſeqvio, dederuntqve ei privilegium ſuper omnibus, qvæ deſideravit.

Idem. Veniente Rege Friderico prope Romam, miſerunt Romani legatos ſuos ad Regem in caſtra, qvi dicerent, paratum eſſe Senatum, & univerſos cives urbis, ad eum excipiendum cum triumphalibus pompis, ſiqvidem Imperatorio more ſeſe exhibuiſſet. Qvo percontante modum, qvo ſeſe exhibere deberet, illi ajebant: Regem propter ad piſcendum imperiale faſtigium Romam venientem, decere venire more ſuo, hoc eſt, in curru aureo, purpuratum, agentem præ curru ſuo Tyrannos bello ſubactos, & divitias gentium. Præterea oportere eum honorare urbem, qvæ caput eſt orbis, & mater imperii, & dare ſenatui, qvæ edictis præfixa ſunt, videlicet xx. millia librarum argenti, ut per hoc ſuſcitentur animi Senatus ad benevolentiam, & exhibeant ei honorem triumphalem, & qvem electio Principum regni creavit Regem, authoritas Senatus perficiat Cæſarem.

Tunc Rex ſubridens: Grata, inqvit, promiſſio, ſed cara & dura emtio. Magna reqviritis, ô Viri Romani, de exinanita camera noſtra. Puto autem, qvia occaſionem qværitis adverſum nos, imponendo non imponenda. Conſultiùs verò agetis, ſi his omiſſis, amicitiæ potiùs, qvàm armorum ceperitis experimentum. At illi pertinaciùs inſtabant, jura civitatis nullatenus irritanda, alioqvin urbis introitum obſerandum. Rex autem reverenter vocavit * Dominum Adrianum Papam in caſtra, propter participationem conſilii. Siqvidem Romani Papam in multis offenderant. Veniente ergò eo in caſtra, Rex feſtinus ei occurrit, & deſcendenti de eqvo tenuit ſtrepam, duxitqve per manum in tentorium, factoq; ſilentio, locutus eſt Dominus Bauenbergenſis Epiſcopus verbum ex ore Regis & Principum, dicens:

Honorabilem ſanctitatis tuæ præſentiam, Apoſtolice Pontifex, ſicut dudum ſitienter deſideravimus, ita nunc lætanter ſuſcipimus, gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qvi nos deduxit, & adduxit collecta, adduxerit Principem ſuum ad tuam beatitudinem, provehendum ad culmen Imperii: ſiqvidem eſt nobilis, prudens, victorioſus, Deum timens, pacificus, catholicæ cultor fidei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ venerator. Ecce te venientem excepit intrepidus, ſanctiſſimis tuis veſtigiis humiliter inclinatus. Ergò venerande pater, tu circa ipſum peragas, ut qvæ ei deſunt de plenitudine imperialis culminis, per tuæ benedictionis munificentiam ſuppleantur.

Frater, ait Papa, verba ſunt, qvæ loqveris. Princeps tuus debitam beato Petro hac vice non exhibuit reverentiam: nam ſiniſtram (Grande nefas ſcilicet, dignumqve Papali zelo.) nobis ſtrepam tenuit, cùm dexteram debuerit tenuiſſe. Rex ſe excuſat, aſſerens, ſe in tenendis ſtrepis minimùm ſtuduiſſe, & hunc defectum non ex indevotione, ſed ex inſcientia proveniſſe. Tu, inqvit, ſancte pater primus es, qvem tali ſumus obſeqvio venerati. At Papa, Rex veſter per ignorantiam minima negligit, qvomodo maxima expediet? Rex aliqvantulum motus ait: vellem inſtrui, mos iſte verùm ex benevolentia ſit, an ex debito? Si ex benevolentia, cauſari non potero ſuper eo, qvod feci non de jure, ſed de arbitrio. Si ex debito, qvid refert inter ſtrepam dextram & ſiniſtram, dummodò ſervetur humilitas, & Princeps ad pedes ſummi Pontificis incurvetur. Inter hæc & talia fine oſculo receſſerunt.

Rex iterum hortatu Principum Papam revocat, & reverenter ſuſcipiens redeuntem, ſtrepam dextram Papæ tenuit, & ſederunt. Omnibus ſuper hoc exhilaratis, iterum Papa: Princeps, ait, veſter reqvirat beato Petro Apuliam, qvam Wilhelmus Siculus per vim poſſidet, & ſic ad nos redeat coronandus. Ad hæc Principes: San- p.969.
cte Pater, ſupra vires noſtras eſt, qvod poſtulas, attriti ſumus laboribus & expenſis, qvaliter nunc Apuliam reqviremus? Opus conſecrationis impleas, ut ſic ad patriam redeamus, & reſpiremus paululum de labore, poſtmodùm ad agenda, qvæ debemus, redibimus expediti. Papa conſentit, conſilium fit de introitu urbis, & cavendis inſidiis Romanorum.

Dux autem Heinricus acceſſit ad Papam, ſupplicans, conſecrari ſuum electum Geroldum. Renuit Papa, ſolicitatus per literas Archiepiſcopi Hartuvici. Manè facto, præcedente Papa cum Cardinalibus, Rex venit cum omni exercitu ſuo, & Papa ſuſcepit eum ad gradus, intrantesqve domum Petri, aggreſſi ſunt opus conſecrationis. Miles armatus vallabat templum.

te, victoriam obtinuit gloriosè. Papa ergò cum muneribus ei mandavit: Cras consecrabo electum tuum & factum est ita. F. Anno Domini 1155. Imper. Friderico 1. Papa Adriano 4.

Idem. Christianus Moguntinus & Philippus Colonienſis, per manum Hyacinthi Cardinalis receperunt nova pallia, refutantes omnem hæresin, & schisma, præcipuè Octaviani, Uvidonis, & Johannis, sic dicente qvolibet:

Ego. N. anathematizo & refuto omnem hæresin, extollentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam Catholicam, præcipuè verò schisma Octaviani, Widonis & Johannis, & ordinationes eorum irritas judico, & eis contradico, ac, & modò & in antea me obediturum, juro, promittoqve fidelitatem sanctæ Romanæ Eceleſiæ, & Domino meo Alexandro, & Succeſſoribus ejus juſtè intrantibus, ipſiqve ſerviam absqve omni malo ingenio contra omnem hominem, ſecundum ordinem meum. (Ecce tibi myſteria Romanenſia.) Conſilia ejus, qvæ mihi ſcripto certo mandaverit, vel ipſe commiſerit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis aut membrorum. Legatum Eccleſiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & juvabo expenſis. Sic me DEUS adjuvet, & ſancta hæc Evangelia.

His verbis dabantur pallia: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & in honore DEI genitricis Mariæ, & ſanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, & ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, & Domini Alexandri Papæ, tradimus tibi Pallium, ſumtum de beatiſſimo corpore Petri Apoſtoli, ut eo utaris in confectione Sacramentorum, & Corporis & Sangvinis DOMINI, & conſecratione Eccleſiarum & chriſmatis, & ordinatione Clericorum, & celebratione Synodorum, ſecundùm Eccleſiæ conſvetudinem, Amen. F. Anno 1070. Imp. Henr. 3. Papa Alexandro 2.

Idem. Papa in Concilio Lugdunenſi ſcilicet die Jacobi, contra Imperatorem excommunicationis ſententiam renovavit, & eum ab Imperiali culmine authoritate propria depoſuit, & hanc depoſitionem per totam Eccleſiam promulgavit, præcipiens ſub interminatione excommunicationis, ut nullus eum Imperatorem de cætero nominaret. Qva ſententia per Mundum volante, qvidam Principum cum multis aliis reclamabant, dicentes, ad Papam non pertinere, Imperatorem vel inſtituere, vel deſtituere, ſed electum à Principibus coronare. Interea Papa ſolicitari fecit Principes, ut Henricum Landtgravium, cognomento Raſpe, multis evictus precibus Imperium acciperet. F. Imper. Friderico 1. Papa Alexandro 3.

Idem. Papa Gregorius 7. inſolentias Imperatoris Henrici 4. contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper electione alterius ſolicitavit, ſed nihil profecit, qvia qvidam Principum ei reſcripſerunt:

Non eſſe ſui Juris, Imperatorem ſubſtituere, ſed tantùm, electum à Principibus coronare.

Idem. Johannes 22. ætatis ſuæ anno 90. Avinione moritur, relinqvens in theſauris ſuis ingentem vim auri atqve argenti: cujus recta computatio fuit aurearum drachmarum 105. millia: hoc eſt, millies 25. millia: qvod ſcripſiſſe arduum qvippe videtur, nec legitur aliis temporibus Eccleſia Romana fuiſſe locupletior. F. Anno 1134.

Idem. Anno Domini M. CC. XLVIII. cœperunt in Eccleſia DEI mirabiles & miſerabiles hæredici pullulare, qvi pulſatis campanis, & convocatis Baronibus & Dominis terræ, in Hallis Svevorum ſic prædicaverunt in publica ſtatione:

Primò, qvòd Papa eſſet hæreticus, omnes Epiſcopi & Prælati Simoniaci & hæretici, inferiores qvoqve Prælaticum Sacerdotibus, qvia in vitiis & peccatis mortalibus hærerent, non haberent auctoritatem ligandi & ſolvendi, & omnes iſti ſeducerent, & ſubduxiſſent homines. Item, qvòd Sacerdotes in peccatis mortalibus conſtituti, non poſſent conficere Sacramentum Altaris. Item, qvòd nullus vivens, nec Papa, nec Epiſcopi, nec aliqvi alii poſſint interdicere divina, & qvi prohiberent, eſſent hæretici & ſeductores, & licentiaverunt in civitatibus interdictis, ut Miſſas audirent ſuper animas ipſorum, & Sacramenta Eccleſiaſtica libera perciperent, qvia ipſis perceptis, mundificarentur à peccatis. Item, qvòd Prædicatores & Fratres Minores perverterent Eccleſiam falſis prædicationibus, & qvòd omnes Prædicatores, & Fratres Minores, Ciſtercienſes qvoqve, & omnes alii pravam vitam ducerent & injuſtam. Item, qvòd nullus eſſet, qvi veritatem diceret, & qvi fidem juſtam opere ſervaret, niſi ipſi & eorum ſocii, & ſi ipſi non veniſſent, anteqvam DEUS in periculo dimiſiſſet ſuam Eccleſiam, priùs ipſos de lapidibus ſuſcitaſſe, vel alios, qvi Eccleſiam DEI vera doctrina illuminaſſent. p. 97

Prædicaverunt etiam: Hucusqve veſtri Prædicatores ſepelierunt veritatem, & prædicâruut falſitatem, nos ſepelimus falſitatem, & prædicamus veritatem. Et in fine:

illorum mundi luminum, Solis & Lunæ, defectu noſtra delicta, qvibus DEUM ejusqve legem & verbum derelinqvimus, qvibusqve à DEO ad Satanam, à lucè ad tenebras, à vero ejus cultu ad ſuperſtitiones & varias idolomanias deficimus, gloriam divinam obſcuramus, & ſangvinem JESU CHRISTI pedibus conculcamus.

Et ſanè Funccius in Chronolog. refert, anno Chriſti 1154. Cal. Octobris Solem per integrum diem obſcuratum fuiſſe. Terra qvoqve iisdem temporibus ſæpius contremuit. Anno 1156. Calend. Junii grandinis vehementia & tempeſtatis vis adeò invaluit, ut non modò ſegetes perderet, arboresqj dejiceret, ſed ædificia qvoqve & munitiones plurimas humi ſterneret, & campanas aliqvot turribus deturbatas confringeret, ut Urſpergenſis indicat. Signum etiam crucis in Luna apparuit: Vincentio & Ranulpho lib. 7. cap. 22. in Polychronico teſtibus: qvod absqve dubio crucem, afflictiones, & pericula, Eccleſiæ à Mendicantibus Monachis imminentia, ſignificavit.

p.964 Anno 1157. Non. Septembris ut Erdfordienſis habet, cœlo ſereniſſimo tres ſoles, & paucis pòſt diebus totidem Lunæ conſpectæ ſunt, & in Luna medium locum occupante crux maximi candoris apparuit. Aſtrologi vaticiniati ſunt hinc diſcordiam inter Cardinales de creando Pontif. Max. ac inter Electores in Imperatore eligendo. Sed dubio procul portendit etiam ſemina diſcordiarum, qvæ Monachi iſti in Eccleſia longè latèqve ſparſerunt.

Anno 1162. qvando Carmelitæ in Europa increbreſcere cœperunt, tanta maris exundatio oborta eſt, qvanta à diebus antiqvis non eſt audita, in qva multa millia hominum & jumentorum perierunt: Helmodo auctore lib. 2. cap 1. de Sclavis. Nec multò pòſt Oceanus limites ſuos egreſſus per duodecima milliaria, multa hominum millia utriusqve ſexus, & diverſæ ætatis, maximè verò circa Viſurgim, abſorpſit, ut Trithemius in Chronic. Hirſaugienſ. teſtatur. Lupi qvoqve incredibili ferocia parvulos ab uberibus maternis raptos, crudeliter devorârunt: Vincentius lib. 29. cap. 16.

Anno reparatæ ſalutis 1204. qvo nati ſunt primùm Dominicani, ſangvinolentum Monachorum genus, & Albigenſium, vitiorum Cleri inſectatorum hoſtes acerrimi, Calend. Aprilis tantus rubor in cœlo apparuit, ut ignis ab omnibus crederetur: Balæo teſte Cent. 3. cap. 57. in Appendice ex Matthæo Pariſio. Eodem anno Lutetiæ reticis.

Anno 1207. qvando Franciſcus ſub Evangelii fuco Minoritas generavit, ventus repentinus domos, & arbores proſtravit, ut prodidit Johannes Everisdenus Monachus. Seqventi anno cœlum in Anglia igne rubeſcente micans, horis ſex continuis viſum eſt: Polydorus libro 5. Flumina etiam paſſim majorem in modum exundaverunt: Epitome mundi. Eodem anno tanta aqvarum inundatio fuit in Galliis, ut id ſeculum majorem non viderit. Anno 1209. tonitrua horrenda, imbres impetuoſi extiterunt: hyems aſperrima & diuturna ſeqvuta eſt: hinc fames & rerum neceſſariarum penuria inaudita: Chr. Hirſaug. & Nauclerus Generat. 41. Anno 1213. peſtilentiſſima lues majorem in modum ſæviit Romæ, ut decimus qvisqve vix remaneret ſuperſtes: Chr. Ful.

Anno 1224. qvo Dominicani fratres ex Italia in Angliam primò venerunt, multæ pluviæ & tonitrua fuerunt, & grandines ceciderunt inſtar lapidum qvadrangularium, ad ovorum qvantitatem, qvibus arbores, vineæ & ſegetes ſunt deſtructæ, atqve homines contriti. Aves etiam per aëra volitantes, carbones ignitos roſtris deferre, & domos incendere videbantur: Balæus Cent. 3. capite 84. in Appendice ex Londinenſi Chronico. Idem ibidem ex Matthæo Pariſienſi hæc refert: Mirabiles in Anglia fuêre tempeſtates, & horrenda tonitrua, ventus furibundus, & ſegetum ſuffocatio, qvæ ædificia diruerunt, Eccleſias & arbores proſtraverunt, & naves ſubmerſerunt.

Idem capite 91. ejusdem Centuriæ in Appendice inqvit: Anno Domini 1226. qvo Franciſcani fratres ex Italia in Angliam venerunt; ſupervenit ventus à ſeptentrione, qvatiens domos & pomæria, hos Minores ſine dubio prænotans: ex Londinenſi Chronico. Anno 1227. in montibus Salviis terra usqve adeò commota eſt, ut ex ædificiorum ruinis ad hominum qvinqve millia perierint. Ex montium lateribus magnæ moles avulſæ, in ſubjectas valles non ſine cùm hominum tum pecudum detrimento provolutæ ſunt: Platina in vita Honorii III. Sabellicus Enneades 9. lib. 6.

Anno 1228. tantæ tenebræ ex ſolis deliqvio obortæ ſunt 6. Junii, ut noctem eſſe crederent, & ſtellæ in cœlo apparerent: Schædelius ætate 6. Ea hyeme cœlum flammis coruſcavit, turres & templa fulmine tacta fuerunt: Polydorus libro 16. Anno 1230. in die Converſionis Pauli, dum Epiſcopus Londini ad altare ſtaret, ſubitò ob-

imago Leonis, ligati funè ad columnam, in qva erecta ducis Albani consistebat statua: cum superscritione: Dux Albanus. In collari autem fasciæ Leonis inscriptum erat: Inqvisitio. Hanc musculus qvidam abrodendo confecit & dissolvit, cum inscriptione: Leonem Loris Rosis Mus Liberat: hoc est, *Rodendo stricti solvit mus vincla leonis.* In altera facie nummi stabat Papa & Rex Hispaniæ, leonem annuendo & incitando ad se vocantes, & ostendebatur ei lorum collare, ut illud iterum sibi sineret circundari: Leo autem renuit, avolatqve, his inscriptis verbis: Vinciri Leo pernegat. Imper. Rudolpho 2. Papa Sixto 5.

1588. *Adamus Nachenmoser.*

*

TUrca, qvando ultimam expeditionem suscipiet contra Christianos, in omnem attentissimus erit occasionem, præsertim verò probè observabit dissidia & discordias Christianorum. Turci enim semper, omnibus diebus festis, qvando conveniunt in templis suis solenniter, ad faciendas preces, sub finem elevant supplices ad DEUM manus, & uno corde, ore, ac voce DEUM poscunt, vindicem contra Christianos stringere dextram velit, dicentes: Omnipotens DEUS, obnixè te rogamus & obsecramus, ne unitatem largiaris Christianis. Ipsimet namqve perhibent Turcæ, Christianis inter se mutuò convenientibus, pacemqve colentibus, semper victoria se cadere, & devinci. Igitur qvando Turca animadverterit, intestinis sese lacessere Christianos bellis, iisqve maximis eorum optimos cecidisse milites: Principes autem belligerandi labore fessos, & militiæ pertæsos: tunc Christianos nullo negocio, tanqvam urbem orbam mœniis suis & portis; expugnabit, capiet, & exscindet.

Idem. Huc qvadrat Prophetia qvædam Turcarum, qvæ magna trepidatione colitur ab ipsis.

Patissa homotz ghelur, Ciaferum memleketi alur, Keuzul almaialur, Kapzeler, jedi yla degh Gyaur Keleci cſikmasse, on iki yladegh on laron begligh eder, Cui iapar, baghi diker, bahcsai baghlar, ogli kezi olur: onichi, ylde nſſora, Hiſtianon Keleci cſicharol Thurchi ghereſine Tuskure.

Id est: *Imperator noster veniet, Ethnici Principis Regnum capiet, Rubrum qvoq; Pomum in potestatem suam rediget. Qvòd si in septimum usqve annum Christianorum gla-*

De hoc vaticinio explicando contendunt ipsi Turcæ: qvidam de Orientali Græco, qvidam de Occidentali Romano id accipunt. At qvòd priorum opinio locum habere neqveat, eo adducor, qvòd jam pridem anni 7. illi & 12. effluxerint. Ergò posterioribus rectè visum est, imprimis, qvia ipsi Turcæ per Urum Pompai Romam intelligunt, qvod etiam in voce Urum, per apocopen, liqvere potest.

Idem. Inter alias occasiones, qvas in pernitiem nostram Turca solet captare, insignis hæc est: qvòd, in Occidente Christianis se mutuis bellis conficientibus, ipse aciem struit, ut ascendat qvasi tempestas, & qvasi nubes, ut operiat terram ipse, & omnia agmina ejus, & populi multi cum eo. Dicit enim: Hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Qvemadmodum etiam domi, peracto cultu Mahometis, in delubris, omnes Turcæ magna voce vota faciunt, ut eorum DEUS in Christianorum ditionibus bella ferere, tumultusqve ciere dignetur: ut hoc pacto à se supprimi facilius, & eradicari possint.

Idem. Huc etiam haud parùm faciunt pii cujusdam hominis carmina, superioribus seculis ab ipso de Roma composita:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Concidet, & Mundi desinet esse caput.
Ecclesiæ Censura, Fides, Dissensio Romæ,
Regnaq; de medio sunt removenda priùs.
Qvi latet Error, erit Publicus, Connubia fœda
Fient, tolletur hinc Pudor, inde Timor.
Post homo peccati veniet, qvem Spiritus oris
Christi perdet, erit postq; Suprema dies.

Et sanè magna animorum perturbatione & suspiriis, in Ecclesia, anno Domini 327. percrebuit, atqve reipsa postmodùm, anno labente 627. confirmatum fuit; in promtu jam esse Hominem peccati, Papam, & Antichristum: qvi se nullo jure, neqve divino nec humano, sed mera vi & dominandi libidine, Caput in hoc orbe passim, & in ipsa Ecclesia, haberi velit. Eo enim tempore de medio remota fuêre Regna Cæsaris & Ecclesiæ, Romanæqve subjugata Bestiæ sqvaluêre. Eo tempore latuit Error horrendæ Idololatriæ, meretriciusqve Papatus uni saltem & alteri verè fuit cognitus: atqvi, Luthero cum sacra Scriptura veniente, patuêre doli, abjuratæqve rapinæ: errorq; planè publicus in toto mundo factus est.

De hac prostitutione Papæ Joachimus Abbas Siculus, haud infeliciter, ante annos 250. suam sententiam, tamqvam præsagium qvoddam, reliqvit: cùm dixit, fore,

producit, qvibus ait, ante Supremam diem Asiæ Regnum Orientale in flore futurum, at Occidentis Imperium collapsurum esse.

Idem. Singulare qvoddam prodigium recensent in catalogo suo Jobus Fintzelius, & qvidam Goldwurm: qvòd in Transylvania, Anno 1556. cœlo sudo, comparuerit, hujusmodi litteris & verbis: J. N. R. J. M. D. LVI. JAHR, EIN ENDE DIESES REICHS. Hoc ita se habente, qværi potest, de qvo Regno, duobus existentibus, id sit intelligendum? Respondeo ego, qvòd de utrisqve, Spirituali & Politico: & hoc ipsum astruo duabus rationibus aut conjecturis. 1. Qvia prioribus 4. litteris significatur titulus Crucifixi, cui hoc universum jure hæreditário debetur. 2. Qvia eodem tempore is ipse & Fryburgi in Misnia visus est sridi insidere, tanqvam pro tribunali, ut disceptaret cum gentibus de regno suo spirituali. Deinde verò per se manifestum est, his signis anni tempus notari: videlicet, M. D. LVI.

Sed qvid de fine? Puto, & eum, collatione qvadam temporum Noæ & hujus nostri seculi, indagari posse. Nam qvemadmodum indicta pœna Diluvii, DEUS ad pœnitentiam agendam peccatoribus annos 120. dedit: ita haut præter rationem erit, si dixerimus, hoc prodigio diem novissimum prænunciari, & ideò etiam 120. supereste annos, qvibus sit pœnitendum hominibus. Qvemadmodum autem seculo Noæ, ad 100. solummodò annos, pœnam DEUS distulit: ita conjicio, tempus ultimum similiter annis tantùm 20. abbreviatum fore; ut hac ratione non absurdum sit, si Finem Mundi constituamus in anno DOMINI 1656.

Qvid, qvòd etiam signa conveniunt utriusqve seculi! Nam qvemadmodum hujus universi inundationem, tempore Noæ, haud sine causa, mirabilis & insolita qvædam Stella præcessit: ita hujus universi deflagrationem, nostro seculo, non sine ratione, tot horribiles cometas, Anno 72. & 77. &c. præcipuè verò Stellam qvandam novam præcedere judicamus. Conjiciant autem homines de eo, qvicqvid & qvàm diu velint: certè diem atq; horam ignoramus: & tamen accuratè imminere scimus.

Idem. Hoc exigit à veris & dignis Christianis D. Petrus; scilicet vitam sobriam, & vigilantem. Satis enim esse dicit, qvòd indignè peracta huc usqve vita nostra sit, secundum abominationem mundanam & gentilitiam; cùm versaremur in luxurie, [illegible] ludibrio excipit monita Petri, Apostoli Christi. Nam suis aulicis, Cardinalibus, Prælatis, Episcopis, Sacerdotibus, Clericis, Monachis, & Nonnis copiam facit omnium hujus mundi delitiarum ita, ut qvidvis agant pro lubitu, unico excepto, ne pietati dent operam: Romana enim *exeat ex aula, qvi cupit esse pius.* Igitur placet illi hoc suum symbolum: Edite, bibite, ludite, scortamini, modò non sitis Lutherani, aut cantetis; DEUS misereatur nostri.

Idem. Cùm apud Chamum Tartarorum Cæsarem 4. aliqvando Monachi legatione fungerentur, & ibidem qvoqve Turcarum Imperator suos haberet Sacerdotes, qvorum illi, Christi; hi verò, Mahometis amplectendam esse religionem, persvadere Tartaro vellent, homo gentilis, optione datâ, cùm offenderetur intolerabili neqvitia Papæ, & Sodomitica Babylonicæ meretricis abominatione, potiùs Alcorano Mahometico, qvàm Papæ concedere voluit: ut hac ratione (præterqvàm, qvòd intra & extra Ecclesiam aliàs, innumerabiles animas, poculo suo meretricio potas, secum diabolo mancipat) Alcorano frigidam suffuderit Papa. p. 978.

Idem. Qvidam Nicolaus (de qvo suprà etiam) in Helvetiâ, visione sibi revelatâ, Pontificium caput vidit, coronatum gladiis. Animadvertit autem, tres è facie prodeuntes in Diadema coire enses, & tres alios in ipsam faciem Papæ & os impingi: prioribus qvidem coronæ gladiis, haud absqve mysterio, videtur illius in Ecclesiâ Tyrannis innui: posterioribus verò pœna. Et qvantum ego colligo, primus è prioribus ensibus Idololatriam Papæ notat: secundus dominium in Ecclesiam, & tertius in politiam significat. E posterioribus autem primus confusionem ejus spiritualem prodit, qvæ facta fuit à Luthero ore: secundus suppressionem ejus temporalem portendit, qvæ fiet à Turcâ, armis: tertius eradicationem ejus æternam innuit, qvæ fiet ab ipso Filio DEI, sulphure & igne. Qvo enim qvis peccat, eo punitur.

Idem. Qvemadmodum horribili casu, irato DEO, corruit urbs Hierosolyma, Templum concidit, & Sacerdotium excisum fuit: reliqviæ verò Judæorum, atqvè immitis Vespasiani, ad hunc usqve diem, ignaræ, qvò fata ferant, hinc inde, ludibrio mundi propositæ, vagantur: ita utiqvè eadem fortuna manet Romam, eadem miseria Lateranense Fanum, eadem pestis & calamitas universum Papatum, idem deniqve exsilium, excidiumqve omnes Idololatras Pontificios, qvi cum Judæis unâ voce

videbo. Sed in una die, venient plagæ tuæ, mors & luctus, & fames, & igne comburêris; qvia fortis est DEUS, qvi judicabit te, Apoc. c. 18. v. 7. 8.

Idem. In hoc estis mihi reprehendendi vos, ô Lutherani; qvòd, cùm summo studio contagiosa Papatus tabernacula vitare deberetis, insuper eum in vestra recipitis: & tamen interim hoc facientes, haberi vultis Christiani. Sed ejusmodi homines sunt arundines illæ, qvæ hinc inde turbantur à ventis in deserto: calidum & frigidum ex uno ore spirant: dicuntur etiam Neutrales, qvia ventris alendi gratiâ, cum Papâ Papistæ, cum Luthero & Christo Christiani, aut Lutherani cupiunt esse. Neqve verò eo excusantur, qvod ajunt: se cum Lupis ululare discere. Viderint olim Hypocritæ, qvid sit offendere simplices Christianos: qvid sit currere cum illis, & scortari.

Idem. Vos qvidem, ô domini mei Cardinales, (dicebat olim Monachus ille, Johannes de rupe scissâ) mementote, cùm magno supercilio possideatis aliena bona Romanorum, Græcorum, & Germanorum Cæsarum, eaqve abliguriatis: omnia repetitum iri ab insatiabili vestrâ gulâ, & cruentis manibus.

Idem. Signum indubitatum ultimæ ruinæ Gogi ponit Ezech. cap. 38. v. 14. Cùm habitaverit populus meus Israël confidenter: qvando nimirum satietas Evangelii ceperit ingratum populum, ut jam inde nauseare incipiat; tum demum virgam suam DEUS expediet, eamqve deinceps in fornacem conjiciet. Et jam ecce venit, & factum est, ait DOMINUS DEUS, &c.

Idem. Haud injuria qvoqve Romam attinere videntur hi rhythmi, ut & penè universum mundum:

Recesserunt omnia; Lex à Sacerdotibus, justitia à Principibus, consilium à senioribus, fides à populo, timor à servis, reverentia à subditis, charitas à prælatis, disciplina à literatis, studium à scholaribus, honestas à juvenibus, religio à Monachis, devotio à monialibus, fidelitas à militibus, concordia à civibus, communitas à rusticis, veritas à mercatoribus, largitas à divitibus, castitas à virginibus, mœror à viduis, pudicitia à conjugatis, obedientia à liberis.

Idem. Maximilianus 1. cùm tempore qvodam cogitabundus, altiùs Imperii rebus intenderet, ad consiliarios suos inqvit: qvî mihi temporem à risu, DEO tam mirabili-

nisi tu melius de summa rei prospicias, actum est de nostrâ gubernatiunculâ.

Petrus Lindebergius. 1588

VAchii qvove moritur 21. Julii Illustrissima D. Sophia, nata & ipsa ex stirpe Wirtembergensi Friderici Wilhelmi, Saxoniæ Ducis, uxor: debilitata sub ipsâ eclipsi dolore abortivi partus, anno ætatis 26. & moritur qvidem valdè piè. Nem S. literarum lectioni & meditationi, ab ineunte ætate erat dedita. Itaqve sensibus adhuc integris, maritum ad constantiam veræ religionis adhortata est. Præcessit obitum ejus prodigium hoc: qvòd cervinum cornu, Insigne Wirtembergensis gentis, ante annos circiter XX. à cervo abjectum, ac parieti de more affixum, die 19. & 20. Septembris sangvinem copiosissimè emisit, anno Domini 1588. Imp. Rud. 2. Pp. Sixto 5.

Vaticinium Catharinæ p. 974 1589

Medicææ.

MOriens vatidico spiritu admonuit filium, jam pro religione esse pugnatum satis, finem belli prædicens; ubi religionis libertas esset concessa, qva ratione regnum suum assereret. Imp. Rudolph. 2. Pp. Sixto 5.

Bartholomæus Reischacher 1589

Astronomus.

HIc in Prognostico suo perhibet, Turcam ne latum qvidem pedem occupaturum in Germania: sed paulatim deficientibus tyrannidis suæ viribus, & regni partibus, ut citò crevit, ita ad tenuitatem & humilitatem antiqvam redactum iri. Utinam igitur præsagio huic, cùm Astrologi aliâs longissimè verè ad veritatem pertingant suis vaticiniis tantùm hac vice eventus respondeat? Imp. & Pp. V. S.

D. Sigefridus Ribisch. 1589

HIc vir Nobilis collegit monimenta & vetera & nova per Italiam, Galliam, Germaniam, & alia regna: primùm à Tobia Fendt, cive Vratil. & deinde alibi etiam edita. Habet inter alia etiam Epitaph. Hutteni, qvod tale est:

Hic eqves Auratus jacet, oratorq; disertus,
Huttenus vates, carmine & ense potens;

Sepultus in Insula lacus Tigurin.

Georgius Steinhart, & 1589

Butnerus.

MOguntinensis qvidam Episcopus nunqvam legebat ullam epistolam, vel audiebat Missam, aut accedere volebat templum, nisi priùs ad jentaculum, vo-

editus.

SI eos, qvi de Pontificum viris scripserunt historias, percurras, complures invenias vitæ tam probrosæ, ut lupos potiùs qvã pastores eos dicere possis. Qvare etiam D. Bernhardum sortem Eugenii Papæ doluisse constat, cùm tamen minùs qvàm hodie, tunc depravata Roma fuerit. At bone DEUS, qvantum nunc lamentandi campum (si, qvæ nunc illic regnant, petulantiam & confusionem vidisset) habiturus erat? Cæterùm relicto capite, descendamus ad membra, & altiùs materiem hanc repetamus (eodem enim in lecto qvo caput, ægra membra jacent,) ac primùm videamus, cujusmodi Ethnicorum olim flamines seu Sacerdotes fuerint, eosqve comparemus nostris, ut, qvi collustrati sunt lumine Evangelico, & in meliori schola instituti, pudore suffusi erubescant, & ab eis reformandæ vitæ suæ exemplum capiant.

Atqve hoc imprimis extra omnem controversiam est, sacrificos Ethnicos & Gentiles electos fuisse eos, qvi & doctissimi, & moribus incorruptissimi erant: veluti Sacerdotes Ægyptii, qvi ex publico viventes, nullâ erant aliâ re occupari, post sacrorum ritum completum, qvàm studio Philosophiæ, miracula & arcana naturæ perpetuò indagantes. Et ex honesto hoc exercitio commodum extitit maximum, nempe, ut attestatur Aristoteles, facti sunt Mathematices inventores, qvorum erat vita tam composita, eorumqve doctrina tam omnibus admirationi fuit, ut Lycurgus, Pytagoras, Plato, Democritus, & maxima celebrium Philosophorum pars totius Græciæ, patriam, Provincias & Academias deseruerint, ut philosophaturi Sacerdotes Ægyptios adirent: qviqve fuerant in suâ patria Philosophorum Principes, Ægyptiorum flaminum discipuli fierent.

Babylonii etiam sic affecti fuêre qvondam erga suos sacrificos, qvos Chaldæos nominabant; nam & ipsi (ut Diodorus Siculus scribit) posteaqvàm orationibus & cultui Deorum satisfecerant, qvod reliqvum erat temporis, Philosophiæ & arcanis naturæ rebus contemplandis dare non destiterunt usqve adeò, ut complurium Astrologiæ mysteriorum explanationem iisdem debeamus, qvippe qvæ labore & diligentiâ eorundem nobis est explicata.

Persæ similiter suos habuêre sacrificos (hos appellabant Magos, qvod tantundem sonat atqve sapientes) qvi, tam qvòd essent excellenti ingenio & eruditione, qvàm pietate vitæ, in tanto apud eos erant ho-

qvitatæ doctrinæ viros, & moribus [illegible] compositos, ut hi soli omnium omninò hominum grandem illum tyrannum Alexandrum eloqventiâ suâ pudore suffuderint; qvi qvamvis certò apud se statuisset, eorum depopulari regionem & patriam, postqvàm tamen (ut scriptum reliqvit Plutarchus) eos verba facientes audisset, ita animum ejus fregerunt, ut non solùm nullam apud eum inirent malam gratiam, sed admiratus ipse eorum prudentiam, suas eis libertates & privilegia sarcta tecta reliqverit, & magnâ infinitate thesaurorum, atq; congiatiorum magnificentiâ eosdem adauxerit.

Imò & Franci veteres, qvi nullum adhuc Christi Evangelium audierant (ut est in commentariis Julii Cæsaris) sacrificos suos (qvos Druydes nuncupabant) habuerunt, tam austeræ vitæ, magnaqve doctrinæ viros, ut eos non aliter qvàm Deos suspicerent, qvi, postqvàm pensum ceremoniarum & sacrificiorum suorum persolvissent, instituebant juventutem, disputabant de animorum immortalitate, de motu orbium cœlestium, de mundi magnitudine, aliisqve rebus naturalibus, atqve ita vitam ducebant in rebus honestis, neq; ullum tempus effluere abs fructu publico, permittebant.

Ecce status, ecce vita, ecce mores & exercitationes Sacerdotum atheorum, exlegum, infidelium, desperantium de vitâ alterâ, nec DEI veri punitionem timentium. Jam comparemus cum his doctrinam, vitam, actiones, mores, qvos major Sacerdotum nostrorum pars præ se ferre videtur, & comperiemus, eosdem in die judicii justioris, imò & accusatores & carnifices sceleratæ horum vitæ futuros esse. De malis loqvor, vitiaqve, non personas impeto; neqve enim sum id nescius, ingentem esse numerum Pastorum bonorum & Doctorum, per varias Christianorum provincias, qvi vigilant, qvi gregem suum procurant, eiqve administrant pabulum verbi DEI: novi etiam, plurimos esse excellenti eruditione Doctores in hac Lutetianâ & aliis Academiis, qvorum scientia & sapientia, Europa omnis hac tempestate collustratur.

Verùm enimverò, qvot existimas, esse è contrario alios per mundum sacrificos, tam indoctos, qvi ægrè missarum sacra faciant, & intra dentes murmurent, ne planè loqventium insscitia prodatur? tantum abest, ut dignitatem, virtutem, & vim Sacramenti (qvod tractant) assequantur. Imò sunt hoc seculo plures sacrifici & Pastores, qvi palatiorum fumos freqven-

solvere possent.

Hi sunt, contra quos Ezechiel clamat, quòd nulli sint usui, quàm ut semetipsos pascant: & loco pastionis vellera deglubunt, lac emulgent, occidunt quod crassum est, carnem comedunt, ossa confringunt: suntque canes muti speculatores cæci, dormientes & amantes somnia, nihil scientes, non valentes latrare: solliciti satis de equisonibus, qui caballos eorum curent; de aucupibus, qui falcones regant: de coquis, qui ingluviem exaturent: sed ut Pastores mercenarii, de ovibus JESU CHRISTI alendis, animi non se cruciant, de quo tamen neglectu ovium, quæ culpâ eorum perierunt, aliquando reddenda erit ratio, cùm è manu eorum requirentur.

Breviter hi veræ sunt hirudines, quæ nihil quàm exugunt cruorem & fortunas miserarum ovium, & Ecclesiæ bona in fastum, luxum, magnificum apparatum insumunt, quibus fovendi erant egeni, & adolescentuli in liberalibus artibus instituendi, aliisque disciplinis humanis & divinis perdocendi. Cæterùm DEUS noster, qui in Judicio suo justus est, ejusmodi malæ fidei possessores aliquando ad rerum suarum malè expensarum rationem compellet.

Hoc enim in confesso est, esse Pastores aliquot, qui viginti totis annis Sacerdotiorum suorum fructus & reditus acceperunt, qui tamen interea ne ter quidem gregem ovium suarum visitârunt, sed eas rudibus committunt sub Pastoribus: iisque plerumque, quos quàm minimo conducere possunt: illi ergo, qui DEUM non per se, sed per Sponsorem atque Procuratorem colunt (nisi eorum misereatur DOMINUS) non in aliâ, sed in suâ personâ damnabuntur. Eâ re diligenter observatâ, pius ille Doctor Bernhardus asperrimè stomachatur in eos, deplorans pompas eorum supervacaneas, ubi & vivis suis coloribus eos depingit, sed penicillo longè longè alio, quàm humano, ut sequitur:

Serpit, inquit, hodiè putida tabes per omne corpus Ecclesiæ, & quò latiùs, eò desperatiùs; eoque periculosiùs quò interiùs. Nam si insurgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foràs, & arescceret; si violentus inimicus, absconderet se forsan ab eo. Nunc verò quem ejiciet, aut à quo abscondet se? Omnes amici, & omnes inimici; omnes necessarii, & omnes adversarii; omnes domestici, nulli pacifici, paratus, inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ in cibis & scyphis, inde commessationes & ebrietates, inde cythara, & lyra, & tibia; inde redundantia torcularia & promtuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Prò, hujusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum præpositi Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi!

Rursum idem Bernhardus, irâ quadam divinâ succensus, non tantùm dixit, sed exclamavit plenis buccis: hoc non est ornare Sponsam JESU CHRISTI, sed spoliare; non est custodire, sed perdere; non p.96 est defendere, sed deprædari; non instituere, sed prostituere; non consecrare, sed prophanare, non pascere gregem Christi, sed perdere & devorare.

En tibi objurgationes, quas contra Prælatos & alia Ecclesiæ membra, quæ illâ tempestate minùs quàm nunc, corrupta erunt, beatus Bernhardus debacchatus est. Quid putas igitur Petrus & Johannes Apostoli dicerent, quibus argentum & aurum nullum erat, unde eleemosynam darent claudo pauperi, qui petebat ab eis ad portam templi; si modò Dominos aulicos curiæ Ecclesiasticæ viderent (qui sese jactitant illorum Successores esse, non imitatores) holosericatos, moschum spirantes & balsamum, phalerati non aliter, quàm equus S. Georgii, superba atque magnifica (qualia Regum) palatia inhabitantes, cùm divi Apostoli quondam ut plurimùm vinculis & carceribus tyrannorum mancipati fuerint. Et quid isti sperent aliud, nisi quòd DOMINUS aliquando venturus sit, flagelloque emtores & venditores beneficiorum templo exacturus suo. Imp. Rud. 2. Pp. Sixto 5.

Idem. Pyrrhus Epirota, quodam die iter faciens cum exercitu suo, fortè fortuna canem reperit, qui mortui heri sui cadaver in amplâ & publicâ viâ asservabat. Cùmque aliquamdiu hoc miserabile spectaculum esset contemplatus, submonitus est à rusticis, jam triduum esse, quòd miserum hoc animal loco illo non demigrârat: & licet cibo potuque carens, tamen cadaver non deseruerat: quâ ex causâ Rex corpus illud humari fecit & sepeliri, canisque ob fidelitatem suam enutritus & conservatus est. Quodam verò postmodùm die Rex de cæde inquiri fecit, sed nihil certi de scelere invenire potuit. Accidit autem quodam postea die, ut recense-

dârant, transirent. Mox impetu & furiis admirandis incurrere cœpit in eos, lacerare discerpereqve eosdem meditans, magnoqve cum ululatu modò huc modò illuc se convertens, & jam Pyrrhum, jam latrones intentissimè aspectans, videbatur ab eo judicium postulare: qvæ & causa fuit, cur Pyrrhus & omnes circumstantes meritò suspicarentur, per eosdem hoc homicidium perpetratum esse, ita ut hisce conjecturis damnarentur ad examen & cruciamen: & in qvæstionem dati convincerentur, punirenturqve delicti. Res erat indubiè miraculosa, qvâ DEUS noster, qvàm sit in judicio justus, demonstrat; qvodqve summè exsecretur eos latrones & homicidas, qvi sangvinem profundunt humanum, usqve adeò, ut bruta qvoqve animantia capitis eos accusare, imò & supplicium de iis sumere permittat.

Idem. Radix omnium malorum cupiditas. Et nihilominùs est hoc scelus tam familiare hominum generi, ut vix aliqvod institutum vitæ invenias, qvod non hoc idem oleat atqve resipiat, imò & ipsa gens Ecclesiastica. Judas enim Scarioth ac Simon Magus hunc palmitem in ea sic plantârunt, ut optimè succreverit, & in plures alios adoleverit. Qvando pauper erat Ecclesia; calamitosa & afflicta, oppressa tyrannis & infidelibus, & qvando administrata per pauperes piscatores, alebat pauperes, neqve tolerabat, ut indignatus qvisqvam abiret; nunc verò, cùm in summo est divitiarum gradu, & à maximis gubernata prælatis, membra Christi de cætero non curat: ita ut hodie vicos & Xenodochia, tanqvem tapetibus, ab omni parte egenis cincta videas; qvi ex carnificati, contusi & macerati sunt pauperie, cum magnâ etiam turba mulierum patria bello profligatarum, qvæ de collo vagientes aliqvot gestent infantulos.

At ludunt interea tales Ecclesiastici proceres de bonis crucifixi; & ambabus, qvod ajunt, manibus, voluptatiqve & deliciis indulgent suis. Contrà alii sic asseruant, & congregant ea tanto studio; ut ea DEUM suum faciant, imò & præ foribus suis mendicum emori mallent, qvàm eundem vitro aqvæ frigidæ reficere: adeò, ut pudor mihi sit dicere atqve referre narratiunculam monstri similem, de avaritiâ Italici cujusdam prælati, qvem Angelorum vocabant purpurati & Cardinalitii ordinis.

Hic ita erat hoc infelici rabiosæ veneno avaritiæ commaculatus, ut (cùm ejus eqvisones sub noctem dederant eqvis avenam) gosos & macilentos, in ipso stabulo furem observaturus recubare tandem coactus fuerit: unde in ipso facinore dominum deprehendens, pro compensatione sordidæ & ardentis avaritiæ, furca sic ipsum contulit, ut fractus verberibus in cameram referri debuerit.

Hoc ridiculum & fabulosum videri posset, nisi Philelphus, Jovianus Pontanus de liberalitate, & plures alii auctores recentiores hoc commemorarent. Ecce fructum, ecce emolumentum, en tibi proventus, qvi ex valle divitiarum in felicium tot spinis & pœnis colliguntur, tot amaritudinibus & angustiis conservantur, tandemqve tot suspiriis & lachrymis derelinqvuntur!

p. 977. 1589.

Stephanus Herrnvvurſt in concionibus de cruce, & Schopperus in Chronologia.

HIldegradis, uxor Caroli Regis Franciæ, à Talando fratre ex vitrico, in absentia Caroli mariti, ad stuprum solicitata, tanqvam fœmina pia & casta, scelus ei negavit. Talandus igitur indignatus, apud maritum reversum accusat ipsam illicò, & adulterii insimulat. Ut igitur justas daret pœnas, acta fuit in exilium. Consilii autem dubia, tandem Romam ire cogitavit ignoto habitu: ibiqve precationibus, pietate, & sanctitatis studio vitam peractura, medicinæ (ut esset, unde viveret) operam dedit. DEO autem innocentiæ patrono secundante illius negocia feliciter, ubiqve celebris facta est brevi.

Interea mira DEI dispositione (maturantis vindictam improbitatis) in gravissimum incidit morbum Talandus: sed famâ illius medicatricis motus, qvoqve Romam cum Carolo concedit: & ab illa ignota sanitatis restitutionem obnixè petit. Hildegardis autem non nescia, qvantæ improbitatis esset vir, & qvòd divinitus id mali contigisset illi; primùm monet, ut DEUM supplex veniam poscat: & oret, velit, ipsi valetudinem reddere: deinde sanavit eum, DEO adjuvante felicissimè. Igitur demirati industriam fœminæ Carolus & Papa, ad se vocant ipsam. Ibi Rex agnovit uxorem suam: & docetur, qvomodo in veritate omnia essent comparata. A DEO igitur hoc factum esse, sic perspiciens, clementissimè & amantissimè conjugem recepit, & reductam domum majori dignitate & observantia coluit: fratrem verò sceleſtissimum in exilium ejecit. Spectatum sanè patientiæ & veritatis ex-

Thebani tabula, cui adjuncti sunt Theophrasti characteres. Fuit autem ille auditor Socratis, & ejus pictura extat, in qva totius vitæ humanæ prudenter instituendæ via, modus & ratio continetur: cum commentariis Johannis Camerti & Justi Velsii, utilissima multa complectentibus. Qvæ huic operi inserere animus qvidem erat, sed prolixitatem veritus, appendici vel Hieroglyphicis reservanda duxi, DEUS secundet vitam.

1589. *Monacha qvædam Lusitana.*

HEc toto orbe celebris admodum, continuis à Christo precibus se impetrasse, comminiscebatur & credebatur, ut vulneribus ipsius in cruce acceptis insigniretur, & hac impostura singularis sanctimoniæ opinione sibi conciliata, omnium animos, ipsum etiam Philippum Regem, ut ex ejus ad eam scriptis literis patuit, in sui venerationem rapuerit, qvæ deinde propter detecta scelera Olysiponæ in carceres conjecta, nuper condemnata, & morti adjudicata fuit. Ex Epistola Romana ad Smidlinum Svevum.

1589. *Exsecrabile homicidium, seu parricidium, à Monacho in Henricum III. Regem Galliæ perpetratum.*

HIs temporibus horrendum homicidium, in suo præpositio Magistratu, Henrico III. Rege Galliarum perpetratum, à Parisiensibus seqvente modo enarratum & typis divulgatum est. Nimirùm Jacobus Clemens, ordinis Prædicat. Monachus, qvi jam tunc sacris initiatus erat, annos natus viginti tres, ad hoc facinus divinâ dispositione destinatus, nocte qvapiam, cùm in lecto recumberet, Angelum, magnâ claritate circumfulgente, nudatum, strictumq; gladium vibrantem vidit apparere sibi, & dicere: Frater Jacobe, Angelus ego sum amandatus à DEO omnipotente, ut hoc tibi nuncium afferam, qvòd per te Rex Galliarum interficiendus sit; iccirco rerum tuarum satage, & operi huic te accinge: namqve sic sancto martyrio coronaberis. Continuò Angelus, ubi hæc efferebat, disparuit, & Fratrem anxiè rem perpendentem reliqvit.

P. 978. Manè alterius diei visio hæc Fratri admodum cordi erat: ideoqve aliqvibus Clericis, viris insigniter doctis rem aperit communicatqve; sciscitans, an, illud ipsum DEO gratum acceptumqve opus fore; arbitrarentur? Illi, ut omnem dubitationem instinctu & jussu Papæ, in sacrâ Synaxi, hostiâ qvadam venenatâ interfecerat, similia existeret: propterqve zelum divinum, qvo & hi perciti & impulsi, ab omnibus procul dubio felix & beatus prædicaretur.

Has adhortationes & instigationes Frater lætus excipiebat: & ut animi omninò certus erat, aliqvot dies jejunavit, oravit, communicavit, sesqve ad animam suam offerendam & litandam DEO suo, præparabat: & cùm ad eorum consilia rem totam accommodasset, eo, qvo seqvitur, modo aggressus est negotium.

Ante omnia ad DEUM pro felici propositi sui successu vota solvit, auxiliumqve precatur: postmodum ad Regis Satellitium, in Episcopi Parisiensis palatium, ad sanctum Clou, ubi Rex tunc temporis degebat, viâ affectat, rogat; ut indicent Regi, Prædicatorii ordinis Monachum qvendam adesse, qvi cum ejus regia Majestate de necessariis, secretis, qvantivis momenti & ponderis rebus, qvarum Regiæ ejus Majestati multum intersit, colloqvi, & revelare qvædam eidem cupiat; & præterea literas ejus Regiæ Majestati, qvas per nullam alius manum, qvàm suam ipsius tradi oporteat: siqvidem à fidelissimo qvodam Regiæ ejus Majestatis ministro ea proficiscantur, & per se, ac per personam fide dignam, offerendas habeat.

Satellitii præfectus, ut suo fideliter, prout decet, perfungatur officio, è vestigio abit, & Prædicatorii ordinis Monachi petitionem Regi defert, qvam ut percepit Rex, approbat, & continuò Fratrem intromittendi potestatem facit, secretò eum, ut cupiebat audire volens. Propediem itaqve Frater Jacobus ad Regium conclave accersitus intromittitur, Rex jam modò manè illo cubitu surgebat, & thoracem ægrè vix induebat, super qvam loricam, ut semper, inducere solebat.

Monachus autem statim ut intromissus est, qvàm humilimè ante Regem; literas in manu gestans, procidit, exponens, Regiæ ejus Majestati à fidelissimo & arcano qvodam ministro eas mitti, ut ex manu seu litera videre liceat, & qvòd nulli alii qvàm Regiæ ejus Majestati tradi voluerit. Simul ac autem Frater propiùs accessit, literasqve de manu in manum tradidit, cultrum veneno oblitum Regi in ventrem contorsit, ut continuò intestina per vulnus erumpentia propenderint. Rex qvidem, ut vidit, manum ictui, sed seriùs, objecit, & uterqve de obtinendo cultro luctatus est.

Ad hæc protinus satellites & milites ir-

omnia Monachum deferebant, num vel dabant, & in aream reponebant, num vel à qvopiam fortassis prætereuntium agnosceretur: uti tunc autores & sceleris inventores tradebant; Adversarios fortè militem stipendiarium veste monachali subornasse, ad inurendam tantam hanc Monachatui maculam.

Interea dum hæc geruntur, Rex in lectum deportatur, vulnus obligatur, omniaqve qvæ poterant medicamenta adhibentur ita, ut in castris eo die pro certo affirmârint, vitam Regiæ ejus Majestatis extra omne periculum & discrimen esse: posterâ verò die febris ut accesserat, Rex animadvertens, nullam superesse vitæ diuturnioris spem, optimis suis & intimis amicis valedixit, putà Domino ab Espernon, & Regi Navarræ, qvem etiam hæredem & successorem Regni constituit & reliqvit.

Anno 1593. liber editus est hoc titulo: satyre Menippté de la vertu du Catholicon d' Espagne, in qvo describitur Monachus hic, qvalis fuerit.

Sigfridus Saccus.

1590. QVoniam non tutum erat in Papatu, qvicqvam in propatulo, qvod verum esset, de eo dicere; ideò qvidam Fuldæ animi sui sensa ad parietem penicillo retulit: pingens Lupum, qvi ex tiarâ monasticâ prospiciens, concionaretur ovibus, hac adscriptâ sententiâ: Testis est mihi DEUS, qvòd omnes vos cupiam in visceribus meis. Apposuit idem Auctor, qvòd nimirum Lupus iste Monachum significaret, cucullus autem pellem ovinam, de qva olim monuerit Salvator noster: cavete à Pseudoprophetis, qvi in habitu ovium ad vos veniunt, &c. Conspiciebatur etiam felis, nescio qvid de benevolentiâ suâ muribus annuncians. Idem ferè habes suprà apud Heerbrandum. Imper. 110. Rud. 2. Pp. 235. Urb. 7.

Iohannes Northusius.

1590. CIrca hæc tempora optimus iste vir, & Ecclesiastes Bonnensis, cùm à Pontificiis caperetur oppidum; colligatis manibus & pedibus, in Rhenum à Tyrannis victoribus est projectus. Sed DEO Opt. Max. per Angelum suum opem ferente pio Martyri, mirabiliter mortis periculum evasit: de qvo extat libellus alibi. Imper. & Pp. ut suprà.

Robert. Bellarm. lib. 5. de Pontif. sum. cap. 7.

p. 679. 1590. NOn licet Christianis tolerare Regem infidelem vel hæreticum: si ille conetur Qvòd si Christiani olim non deposuerunt Neronem, & Diocletianum, & Julianum Apostatam, ac Valentem Arrianum, & similes: id fuit, qvia deerant vires temporales Christianis. Nam qvòd alioqvi jure potuissent id facere, patet ex Apostolo, 1. Cor. 6. ubi jubet constitui novos judices à Christianis temporalium causarum, ne cogerentur Christiani causam dicere coram judice Christi persecutore. Sicut enim novi judices constitui potuerunt: ita & novi Principes & Reges, propter eandem causam, si vires adfuissent. Imper. Rud. 2. Pp. Urb. 7.

Idem de Ecclesia. Non reqviritur interna virtus, ut qvis sit membrum Ecclesiæ, sed sufficit externa professio fidei, Sacramentorum communio, & subjectio ad Pontificem Romanum.

Idem. Subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ, declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus, omninò esse de necessitate salutis.

Idem de Papa lib. 1. cap. 9. Summa, ait, potestas Ecclesiastica non solùm data est Petro, sed etiam Apostolis aliis, & unusqvisqve eorum ita totius Ecclesiæ curam gerebat, ac si ad se solum ea cura pertineret.

Idem lib. 2. de concil. c. 17. Omnia nomina, qvæ in scriptis tribuuntur Christo, unde constat, eum esse supra Ecclesiam; & Pontifici Romano, ad primatum ejus asserendum, tribuuntur.

Plura ex hoc autore sunt in promtu, in gratiam Papatus ab illo scripta, qvæ tamen brevitatis studium omittere cogit.

Nicolai Clenardi Itinerarium. 1590.

HIc è patria Belgico longissimam & periculosissimam peregrinationem in Africam suscepit, & in civitate Fessæ diu moratus est: in qvo loco sunt qvingentæ Moscheæ, & in earum plerisqve (ad eruditendam juventutem) scholæ, inter qvas una excellit Mosqvea pulcherrima, continens ambitu suo sesqvimilliare. Sic item una excellit schola vel collegium, in qvo extruendo & ornando, Rex Fessæ ducatorum qvinqvaginta (alii qvingenta dicunt) millia consumsit, qvò deinceps in Mahumetistis ab infidelitate sua ad fidem Christi convertendis, ibi magis utilis & fructuosa opera impenderetur. Ut suprà.

Leonhardus Thurneysser de Magia Adepta, & Paracelsum Magum non fuisse. 1590.

CAbalam, inqvit, Steganographiam

bus prohibita nulla, sed tantùm Magiam, qvam Adeptam Plato & alii nominant, reperio: cui etiam alios viros doctos, ut est Apollonius, Caron, Dardanus, Thesbio, Trismegistus, Nazabarub, Evanthes, & qvoqve Origenes, teste Eusebio lib. 4. c. 21. incubuisse, non est dubium. Imp. Rud. 2. Pp. Urb. 7.

1590. *Christianus Urstisius.*

BAsileæ, instituendæ reformationis, & extirpandæ Pontificiæ religionis ac consvetudinis, causa inter plurimas alias gravissimas non minima dicebatur hæc: qvòd hinc inde Monachi uxores civium abripuerunt ad se in monasteria, ut, plurimas sæpè omninò periisse, per aliqvot septimanas putatum: liberisqve, & maritis diu eis carendum fuerit. Item qvòd subinde multa edicta & privilegia, subreptitia & conficta, reipublicæ pernitiosa, impetrabant, sibiqve vendicabant. Imp. & Pp. V. S.

1590. *Iohannes Stadius, & Iohann. Lerius.*

SCripserunt itineraria, & peregrinationes suas in Brasiliam, Americam, & novas alias Insulas: in qvibus inter alia etiam Mulieres vatidicas recensent: vide apud illos, & de his prolixiùs in compendio nostro orbis, DEO dante. Imper. Rud. 2. Pp. 235. Urb. 7.

1590. *David Schramus Theologus.*

HIc Vir doctissimus & amicus singularis mihi, in edito, sub nomine Christophori Agricolæ Rhæti, Anti-Pistorio suo, inter alia multa, egregiè etiam argumenta Papistica, qvæ de successione adferunt, refutat, ubi inqvit: cùm clamor vester est, Patres, Patres; Templum, Tem-
p. 980 plum; Ecclesia, Ecclesia; miror profectò, qvòd patres audeas (Pistorium compellat) appellare, cùm tu non sis eorum filius: aut si es, certè es degener. Atqvi non mirum est: faciunt hoc tuæ religionis Antistites: reqvirunt Patres, cùm re ipsa illis gratiores sint matres: qvod ignorare non potes. Indueris vel Petri caligas, non eris Petrus; qvia ejus doctrinam, qvæ sola te ejus successorem efficere potest, non seqveris: & qvæ seqvuntur. Imper. Rud. 2. Pp. Urbano 7.

Idem. Hoc nimirum est, qvod Johannes dicit: fronti Mulieris scortatricis inscribendum esse nomen τοῦ μυστηρίου: qvod etiam olim fuit inscriptum thiaræ summi Pontificis: at resectum tamen deinceps, loci Iochannei conscientiâ. Scribe mihi: [illegible]

hoc, qvòd anno Christi 35. ut familiaritatem contraheret cum Petro, ascendit Hierosolymam; Petrus erat in Jehudæâ: anno Christi 38. rediit Hierosolymam, causa qvæstionis de observatione legis Mosaicæ; Petrus erat in Jehudæâ: anno Christi 51. restitit Petro, idqve Antiochiæ; Petrus nondum erat Romæ: anno Christi 54. in Jehudææ Metropoli est captus: Petrus nondum erat Romæ: anno Christi 58. Romam deportatur ad Cæsarem: ubi & à fidelibus excipitur: ubi Petrus? non Romæ: anno 60. manet ibi in proprio conducto; ubi Petrus? non Romæ: anno 63. causam dixit ad Neronem; ab omnibus derelictus, anno Christi 64. vel circiter: certè nec tunc ibi Petrus. Cùm autem Paulo tum immineret vitæ terminus, & Petrus cum eo dicatur sublatus; certè Petrus aut non fuit Romæ Episcopus, aut post mortem fuit. Id audiant illi nugatores, qvi ajunt; Petrum Apostolum venisse Romam anno Christi 44. & imperâsse Ecclesiæ ibidem per annos 25.

Georgius Gotthart Canonicus Pataviensis in Apologo, pag. 116. 1590

PLerosqve Pontifices turpem atqve flagitiosam vitam traduxisse, luce clarius est. Imp. Rud. 2. Pp. Urbano 7.

Gregorius de Valentiâ Iesuita. 1590

TU es Petrus: hoc est, tu es Papa, tu es ἀντεξούσιος καὶ ἀνυπεύθυνος: tu DEUS & homo es: qvia omnia DEI jura in scrinio pectoris tui geris, & pro liberrma tua potestate, tibi à Petro Apostolorum Principe concessâ, leges figere & refigere potes. Imp. Rud. 2. Pp. Urbano 7.

Idem de conjugio Sacerdotum scripsit: Sacerdotem uxorem ducentem graviùs peccare, qvàm scortantem aut adulterantem. Esse enim non conjugium, sed sacrilegium id facinus Sacerdotum: nec ignorari à qvoqvam, sacrilegium gravius esse peccatum qvavis scortatione, aut adulterio.

Idem. Soli Petro claves, qvibus omnibus modis aperire posset regnum cœlorum, traditæ sunt: cæteris autem Apostolis clavium tantùm usus.

Idem. lib. 7. cap. 12. Soli sunt Catholici, qvi Romani Pontificis seqvuntur doctrinam; & hæretici, qvi illam rejiciunt.

Iohannes Rasch Viennensis, Astrologus. 1590

PRincipes Lutherani (inqvit) præscribunt ritus & ceremonias, qvas sui Ecclesiastæ observare tenentur. Certè sub Sole

scelera adeò fovent, & illis patrocinantur, ut multò tutius & excusabilius sit, Turcam esse, qvàm Lutheranum.

Vides, hausisse Raschium hanc calumniandi pestem ex Astrologia & Philosophia illa vana & mendaci, qvam non ab homine, sed (Pico de Mirandula, & Firmiano testibus) à malo dæmone excogitatam dicunt: ob qvam jam pridem non tantùm à sanctis Patribus: Moyse, Isaia, Jobo, Jeremia, Augustino, Hieronymo, Basilio, Cypriano, Chrysostomo, Eusebio, Lactantio, Gregorio, & Severiano, tales ipsi similes Astrologos & Philosophos, à Christiana religione separatos, reprobatos: sed etiam ab Imperatoribus Tiberio, Vitellio, Diocletiano, Constantino, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, urbe ejectos & exclusos fuisse, constat. Persolvat igitur prius blacennomium vectigal illud, qvod Astrologis olim ob mendacia persolvendum erat Alexandriæ: de qvo Suidas & Cœlius Rhodiginus cap. 11. Antiq. lect. & tandem cum mendaciis suis qvoqve exulet Raschius.

Sciat autem, à Lutheranis minimè gentium approbati adulteria, sed severissimè etiam capitis pœna puniri. Apud Papistas autem, eorum taxa cancellariæ ita disponente, qvemlibet non tantùm ab adulterio, sed & Sodomiâ, homicidio, & ab aliis qvibusvis maximis sceleribus se pecuniâ redimere, & licitum & laudabile esse. Qvòd verò calumniosè Turcas Lutheranis præfert; papistico gladio se jugulat. Prodiit enim anno 97. Constantiæ libellus Catholicus, anno 31. antè qvoqve excusus; super qvem Johannes Hofmeister Catholicus censuram qvandam scripsit, in qva asserit; confessionem seu religionem Lutheranam, non esse ex omni parte damnandam, sed qvodammodo posse probari & acceptari.

p. 981. Et alius qvidam libellus nuper editus est à Caspar Northausen, insigni Pontificiæ religionis defensore, Coloniæ Agrippinæ, cum titulo; de Lutheranorum cum Papistis concordia; ubi dicitur; Lutheranos à Pontificiis dissidere in 21. articulis: & illorum qvidem tredecim esse Evangelicos, & Apostolicos: cum reliqvis verò ita comparatum, ut facilè uniri possint atqve coadunari. Modum autem, qvo conciliari qvirent, optimum descripsit reverendus & doctissimus Vir, Dominus Philippus Hailbrunner, edito libello, cui titulum fecit: de Augustana confessione, & contrario judicio, censuraqve Papistarum de eadem.

Si igitur doctrina Luthera in 13. articulis cum Pontificiâ concordat, & residui octo

ban. 7. De hoc plura infrà in Calvino-Turcismo anno 97.

Non solùm autem Astrologi & Philosophi hoc venenum, qvod etiam gentes olim detestabantur, imbiberunt, sed proh dolor! in ipsam qvoqve DEI Ecclesiam hodiè irrepsit. De qvo Chrysostomus super Matth. Magna etiam, ait, Ecclesia & in clerico, multoqve major qvàm in laicis, est invidia. Et Hieronymus Wolfius in Zonaram, Thelogi, inqvit, de justo DEI judicio, de præmiis piorum, de suppliciis impiorum concionantur: cùm tamen ipsi acutis exacerbatæ lingvæ pugionibus se confodiant, ut haud injuria dubitari qveat, an Theologi sint nominandi? Nemo enim non aliena vitia perspicit & exagitat, sua verò seriò & constanter emendat ferè nemo. Johann. Wilhelmus Stuckius, de qvo etiam infrà, scribit, Thelogos, licet in fide & religione semper ferè dissentiant, tamen in eo, qvæ plutonis sunt, sæpè concordissimos esse.

Et videmus sanè, qvosdam doctos, & de Ecclesia aliàs non malè meritos, cujuscunqve sectæ & conditionis Theologos, dum alter alterum pio zelo, & fraternâ Christianaqve charitate, mediante DEI verbo, ut vacillantem Petrum S. Paulus olim admonuit, docere, hortari, & corrigere debebat; ipsos interim ad Calumnias confugere, adeoqve se invicem convitiis, & maledictionibus proscindere, & affectibus humanis ita indulgere, ut etiam blasphemias in DEUM simul evomant, & scommatis, ac sycophanticis morsibus non rarò totam orationem contexant.

Præsertim verò Jesuuitis hodie hoc admodum est in scriptis solenne, ut ex verbo DEI convicti, solideqi; refutati, convitiando rem aggrediantur. In qvo sanè non Theologi, sed Cynici (de qvibus August. de civ. DEI lib. 14. cap. 20. sunt, qvorum erant mores, omnibus convitiari & allatrare: non fratres JESU, sed Esau: JESUS enim mansveto, placido, ac humili animo esse jussit: non pro criminibus crimina referre docuit: sed benedicere maledicentibus, & ex sacro codice instituere ac erudite adversarios, non dente eos petere Theonino.

Et ut ex plurimis saltem pauca delibemus, D. Ficklerus affirmat; eum, qvi non per omnia cum Papa sentit, non pro viro bono, sed inhonesto nebulone habendum, & tollendum esse.

Petrus Muschisch exclamat, ô juste judex Moyses reviviscе hodie, & tolle pestiferos & venenatos istos bufones W. & simul alios omnes Lutheranos Concionatores.

Sed talia aliqvo modo ferri possent, modo ab horribilibus blasphemiis in DEUM abstineretur.

In qvo etiam doctissimos (proh dolor) labi videmus. Calvinus enim contra Westphalum asserit, qvòd cœna Lutherana sit crassum delirium, Laniena, crassa ingluvies, ingurgitatio carnis Christi in ventrem, commentum à Diabolo suggestum, & qvòd ii, qvi cum Luthero credunt, Diaboli incantatione sint excæcati. Et contra Heshusium, mancipia Satanæ, anthropomorphitas, canes, nebulones, & impuros scurras vocat. Beza Epist. 70. Summa verò, inqvit, Christianitas est, eos detrudere ad inferos, & in eos cùm vivos tum mortuos debacchari, qvi corpus Christi realiter in pane, & ejusdem sangvinem in cantharo includere recusârunt. Et hæc hominum monstra diutius feret Germania? Nam hæc qvidem una istis nunc deliciis fruitur, adeò etiam avidè, ut pro Papistici Cleri tyrannide, qvi tamen aliqvam saltem antiqvitatis & dignitatis speciem habuit, istorum indignissimorum hominum jugum ultrò subire non recuset: qvorum dogma tam sanè est absurdum, ineptum, ἀσύστατον, ut *verè possim illud vocare Satanæ excrementum*, qvi ipsis etiam juratissimis suis hominibus, atqve adeò sibimetipsi qvodammodo illudat.

Et idem Beza in Creophagiâ, cœnam cœnum, & stercus in laternâ, qvod Cardinalis Lutheranus in colloqvio Possiaco illi objecit; impanationem, companationem, subpanationem, invinationem, convinationem, subvinationem, furfuraceum DEUM: Papistas gulosiores, Lutheranos autem paulò lautiores dixit. Et contra Westphalum inqvit, si Apostoli Christi corpus in cœnâ DOMINI comedissent, tum non magis habuissent Judæi, qvod crucifigerent, qvàm haberet qvispiam qvod ederet, qvi, omni absumto cibo, ultimus accubuisset. Idem contra Selneccerum: Lutheranos rabidos canes potiùs, qvàm Ecclesiarum Pastores esse: & eos Satanæ ministros, pseudoprophetas, pseudoapostolos, qvi ex verbis Christi idolum faciunt, & iis abutuntur ad artolatriam, & qvodvis aliud errorum genus, nuncupavit.

Idem Beza fatetur, candidæ amasiæ suæ (qvam olim Epigrammatis decantavit) culum, imò partem diversam adhuc magis pudendam, mundiorem esse, qvàm illorum hominum ora, qvi simpliciter verbis Christi inhærentes, credant: se præsens Christi corpus ore suo accipere.

Johannes Major Theologopoëtaster, ut etiam qvodam in loco Bezæ, Lutheri cœnam, Thyestis & Cyclopis esum nominat, sic enim Thyestem filium à fratre Atreo ad epulandum appositum, & Polyphemum Ulyssis socios devorasse. Pag.

Beumlerus ingestionem in sœdissima canum & porcorum ora: Nathanaël Neseccius delirium, Phil. Mel artolatriam vocat. Et in libro, cui titulus est Palingenius, nominantur Lutherani homines contentiosi, qvibus crura sint fragenda: ibidem consecratio panis & vini comparatur pharmace utriæ & sagæ.

Simlerus in vitâ P. Martyris appellat hoc dogma portentosum, & planè novum, nec esse magni momenti. Et Martyrem paulò ante mortem ad Bullingerum & alios dixisse, refert: se non velle esse in cœlo Brenzii, qvod nusqvam sit.

Boqvinus & alii, Christum in cœnâ pistum, coctum, impanatum, paniceum, in hotto crescentem DEUM esse, ajunt.

Ab aliis templa Lupanaria, Missa Latrina, & panis consecratus sive hostia, nocturnus Cacodæmon, & Johannes albus nominantur. De qvo lege dialogum, qvi extat de statu turbulentæ Ecclesiæ hujus seculi.

Noverit tamen lector, de controverso articulo cœnæ dominicæ hoc loco qvæstionem non esse, sed tantùm de calumniosis scriptis, qvæ certè pios viros, graves, & Theologos minimè decent; & qvidem ipsimet Zinglii, Calvini, & Bezæ discipuli, blasphemum & turpe hoc genus, de hoc maximè suspiciendo mysterio loqvendi, exsecrantur, & damnant. Prævidit autem vates Joachimus Abbas, qvi vixit circa annum Domini 1100. hoc funestum dissidium, ac proinde calicem suæ ominosæ rotæ appinxit: sed addito flagello: hoc qvid significet, qvilibet facilè deprehendere potest. Tres Rosas qvidam ternam Ecclesiam interpretantur, ex Papistis, Lutheranis & Zinglianis. Isaiæ cap. 19. Sed qvare per illas occultetur serpentis volitantis caput, de hoc mysterio postea dicetur, & qvid calix in Hussitarum vexillo portenderit, habes suprà in historia Hussitarum.

Hic autem addi potest illud Schlysselburgii, cùm dicit si sunt ejusmodi homines Lutherani, qvales eos nuncupant illi, de qvibus hactenùs; qvænam causa fuit, qvòd Zvvinglius Marpurgi, Beza Mompelgardi, aliiqve aliis in locis nos homines, Lutheranos videlicet precibus lachrymisqve etiam atqve etiam adeò obnixè rogârunt & exsecrârunt, ut se in fratres & amicos reciperent? Hæc ille. Et perhibent multi,

metus exilii, qvod interminabantur adversarii, si reversus in dogma Lutheri concessisset.

Qvia igitur convitia, ut dictum est, & mordacia dicta longè indigna sunt homine Ecclesiastico: ac secundum D. Paulum, ejusmodi calumniatores regnum DEI non possidebunt, 1. Cor. 6. & Levit. 19. non facies calumniam proximo tuo: non eris calumniator: dilige proximum tuum sicut teipsum; sibi autem nemo maledicit: Ideò simus verbo DEI audientes: caveamus inutilia verba: & ut idem gentium Doctor, 2. Tim. 2. piè monet, non contendamus verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium: qvia servum Domini non oportet litigare, sed mansvetum esse cum modestia. Imitemur sanctos Patres, & præsertim Augustinum, cujus inter alios laudabile est comitatis & lenitudinis exemplum. Etsi enim is ab adversariis, & hostibus suis pessimè lacessitus fuerit maximis criminationibus, non tamen exarsit in iram vicissim, nec affectibus suis qvicqvam concessit stomachando, sed injurias illatas pertulit facili animo, & ad DEI verbum se convertit, amoremqve proximi, qvem unum de maximis præceptis esse Christus docuit, majoris facere didicit.

Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus in epist. ad Antioch. & Alex. Epp. act. 3. Nicæna, inqvit: absit contentio & seditio longissimè à vobis. Qvemadmodum enim uno Baptismo tincti sumus, unam fidem habemus; ita qvoqve in omnibus Ecclesiasticis negociis unum animum studeamus habere.

Seqvamur qvoqve hac in re vel prudentiores Philosophos. Plato enim in Timæo asserit: viro bono nunqvam ulla in re nasci invidiam. Nec calumniatus est, cùm Platonem reprehenderet vel Socratem, Aristoteles: & Architas Tarentinus, sapientiæ Pythagoreæ discipulus, lacessenti se cuipiam adversario, injuriis commotus respondit: nisi iratus essem, pœnas de te sumerem.

Henricus Bebelius dicit, se eum, qvi maledicentia pugnat, comprobare non posse: id enim proprium esse meretricum, scurrarum & nebulonum, in lupanariis & tabernis: fidem nullam adhibendam esse, cùm contra inimicum scriptum sint.

Sed ut Hieronymus scribit, hæreticorum ultimum remedium & præsidium est, cùm conspiciunt, causas suas damnatum iri, ut incipiant virus suum serpentis lingva diffundere, & cùm se victos conspiciant, ad contentiores prosilire: & Zanchus inqvit in Miscell. proprium est rusticorum & imperitorum, cùm desunt rationes, & argu-

stantur historiæ: & Athanæus Dipnosophist. lib. 5. cap. 14. & lib 11. c. 22. & lib. 13. cap. 33.

Sed & Blasphemi judicem habent: deqvo Lev. 24. Col. 3. Rom. 6. 12. Eph. 4 & aliis multis in locis.

Sed studium hoc calumniandi significârunt isto tempore multa passim monstra, caninis capitibus nata, ut judicio essent monstrosi status hujus, ubi homines qvasi canes latrando omnia implent, cujus egregium hic Raschius præbet exemplum.

De Calumnia Mendacio, & Maledicis Criminationibus pulchram edidit olim Apelles, & mystico sensu plenam hanc picturam. p. 983.

IN solio residet vir benè auritus, dominum cujusdam terræ designans. Hic porrigit manum dominæ Calumniæ: assistentibus ad utrumqve latus ei dominabus Ignorantis, & Suspicione. Calumnia ardentes habet oculos, & facem flammantem tenet in læva, dextra manu Innocentiam, h. e. virum Innocentem qvendam cum crinibus trahit ad dominum: Invidia seqvitur: & pedes viri insidiosis protrudit manibus. Calumniam comitantur Mendacium & Fraudulentia. Demum à longè procul advenit qvoqve domina Veritas, adjunctam habens comitem dominam Pœnitentiam. In secessu postremi anguli residet pictor, qvi historiæ actum describit in tabula.

Commentatoria in hanc picturam Apellis, & elegans extat Elegia Eobani Hessi ad Philippum Melanthonem.

COus apud regem falsò accusatus Apelles,
Indignum tabulâ vindice pinxit opus.
Considet in solio veluti Rex auribus amplis,
Videris, auritum dixeris esse Midam.
Hic est ille Midas, qvem falsa Calumnia verbis,
Aversum vero, credere falsa facit.
Huic geminæ adsistunt dextrâ levaq; puellæ.
Consona qva propriis nomina rebus habent,
Prima loco motam tenet Ignorantia mentem,
Altera Suspicio credere falsa docet.
Tum velut Alectûs armata Calumnia flammis,
Insontem tacita circuit arte virum.
Circuit, & captum rapit ad regale tribunal,
Et sontem falsi criminis esse facit.
Hanc ternæ comites à tergo pone seqvuntur.
His sua pro rebus nomina conveniunt.
Invidiâ sqvidem compulsa Calumnia Frau-

Quæ furiosa nihil tartara pejus habent.
Pòst Metanœa sequens tristi circundata palla,
Quòd citò crediderit, pœnituisse docet,
Namque ubi de tenebris emerserit Alethea,
Omnia, ceu tenebras, discutit, orta dies.
Hactenus expressa est depictæ causa tabellæ,
Si capere immensum parva tabella potest.
p.684. Nam quis inexplicitæ queat omnia nomina pestis
Edere? quis varias explicuisse vices?
Quæ tot imaginibus, tot deformata figuris,
Totius immensas obsidet orbis opes:
Quot nec Apelleam poterit manus ulla per artem,
Dedala nec Rhodii pingere cura senis.
Nam quos non aditus, quæ non subit atria regum;
Quæ fora, quæ non hæc limina pestis adit?
Repit, & occulto subit in penetralia lapsu,
Et nisi principibus non amat esse comes,
Rarò etenim vulgi plebejas occupat aures,
Et minùs hîc rabies ista nocere solet.
Summa petit, semperq; altâ, quos prendit, ab arce,
Non secus ac rapidi fulminis igne, ferit.
Hoc pejor, quòd aperta nocet minùs, omnia turbat
Improba sed quadam sub pietate latens.
Frivola commodiore modo Fortunæ ferenda est,
Opprimit illa latens, hæc manifesta nocet.
Noxia nulla magis miseris illuserit Ate,
Dejicit illa bonos, sed ferit ista malos.
Non hæc Blanditiæ, non Assentatio demens.
Quamvis sint sociæ, plus nocuisse queant.
Invidia infelix minor hæc si sola fuisset,
Et minor insonti pœna futura fuit.
Deniq; quæcunq; est aliquem metuenda per orbem,
Huic benè conferri pestis acerba nequit.
Omnibus involitat furiosa Calumnia terris,
Et vacuum de se non sinit esse locum.
Non habet hæc pensi quicquam, quo nomine, quæve,
Dum premat, insontes opprimat arte viros.
Atq; ut facta volens velut hæc generalia mittam,
Res est in species ista secanda suas.
Prima loco sancta sub religione moratur,
Atq; ista sedem legit in arce sibi.
Inde quot obruerit sacratæ fulmine dextræ,
Idem est & stellas enumerare labor:
Inde quot assiduè scelerata per arma trucidet,
Tam facile est dici, quàm sine voce loqui.
Aspice Pontifices Petrina in sede tyrannos,
Et quotuplex ista fulmen ab arce cadat!
Non aliam dices habitare Calumniâ sedem,
Non alia potuit lætior esse domo.
Quisquis enim non ista, Dei ceu numen, ado-

Sistit & auritum proximus ante Midam.
Proximus hîc vicio, quantumvis purus, & insons,
Occidit, & pœnam pro pietate luit.
Nunquam illo Metanœa loco se ostendere visa est,
Usq; adeò nihil hîc pœnituisse potest.
Sint scelerata licet, sint deformissima dictu,
Quæ fiunt illic, ut pia facta probant.
Namq; nec Alethea illic scelus ulla revelat,
Usq; adeò falsum gens facit ista nihil.
Decipit incautas nulla Ignorantia mentes;
Hæc alibi, non hac servat in arce locum.
Tam faciunt quicquid faciunt prudenter, ut ipsum,
Si liceat, possint fallere fraude Deum.
Quattuor at reliquis Dea sæva instructa ministris, p.685.
Omnia pro solita conditione gerit.
Suspicio siquidem, quæ non sunt, credere cogit,
Invidia officio non sinit esse locum.
Ducit in insidias fraus semper avara nocendi,
In facinus causas fingere docta suas.
Præcipitant demum insidiæ, si fortè potestas
Sit data; si non sit, qualibet arte nocent.
His armis aggressa pium furia ista Lutherum,
Conata est avida perdere sæpe manu.
Gratia servavit, ne perderet, obvia Christi,
Solus hic infamis non timet arma Dea.
Ecquid enim sacram turbare tyrannida Papæ
Audet ab Arctoâ turbidus iste plagâ?
Ecquid, ut ad redeat priscos Ecclesia ritus,
Hic nova perversa dogmata mente serit?
Hic nihil in totam concita calumnia sectam
Sæviat? hîc placida nomina pacis amet?
Non ita, nam caræ generosa palatia Romæ,
Plena dolis linguens, inferiora petit.
Atque ita pontificum sedes aggressa minorum,
Nulla non miserum circuit arte gregem.
Hic agit innumeros regina calumnia motus,
In sibi contemtæ vilia membra domus.
Hinc sunt arma, sacræ ceu relligionis in hostes,
Non hæc nata suæ gentis in arma manus.
Hinc ita sævit atrox, ita degrassatur in omneis,
Quos premit, ut paci non sinat esse locum.
Hinc tormenta, cruces, laqueos, incendia, flammas
Aptat, & innocuo vulnera mille gregi:
Sicut nostra novo viderunt sæcula ritu,
Pontifices avidas cædis habere manus.
Quando alios sævis hausêre incendia flammis,
Hinc alii mediis obruerentur aquis.
Innumeri laqueo, & gladiis periêre cruentis,
Quando etiam Reges ista tyrannis agit;
Limina quando ducum, quando alta palatia Regum,
Tam sine fine nocens ista Megæra colit.
Non tamen omnigenûm, nam sunt, qui fortiter istis
Laudibus heroês nomina prima tenent.

Nec qvisqvam, nisi forte latens, & nomina cassus,
Effugere hanc furiam qvalibet arte potest.
Omnia pervolitat, perrumpit, & omnia furtim
Rimatur, nullo se tenet illa loco.
Præcipuè tamen in sacri pia dogmata verbi
Sævit, & hæc totis viribus acta furit;
Usq; adeò, ut rari, qvos nulla calumnia turbet,
De populo fidei Christidos arma ferant.
Ut nulli possint veræ pietatis honorem
Adserere, in qvos non sæviat ista lues.
Sic premit insontes, sic evehit illa nocentes,
Ut vis fassa dolum non sit iniqva magis.
Hoc perière modo tot millia tempore nostro,
Qvi, nisi qvòd saperent, non habuère nefas.
p.986. *Nec tamen exemplis libet hic mordaciùs uti,*
Livor ab exemplis sæpe venire solet.
Notior est pestis, vulgatior ista tyrannis,
Qvàm sit ut exemplis invenienda fides.
Si tamen ulla fuit tempestas dura per orbem.
Hæc nostra nunqvam durior ulla fuit;
Qvam tot iniqva modis tot & artibus afflixisset,
Pestis, Tartareo nomen ab hoste trahens:
Qvam tibi dum brevibus numeris describere conor,
Crescit in immodici cura laboris opus.
Tam latè, tam regnat ubiq;, & sævit in omnes
Hoc, paradisiaco sævius angue malum.
Nec vinces ratione alia, non arte levabis,
Qvàm pestem hanc animo si patiente feras.
Sola potest tantam patientia vincere cladem,
Non nisi de superis sedibus illa venit:
Hæc istam curare luem medicina potens est,
Cui comes insuperos est generosa fides.
Verus amor, spes fixa DEO, syncera voluntas,
Miscent hæc medica pharmaca certa manu,
Istius antidoti vires objeceris hosti:
Per mala tot, Christo Principe, victor eris.
Sic non ulla suis nocuisse calumnia telis,
Nec poterit qvicqvam fraudis obesse tibi.
Hactenus hæc brevibus tibi scripta Philippe camœnis,
Qva mea consvesti, dexteritate feres.

Hanc figuram laudatissimus ille super omnes in orbe universo pingendi artifices, Apelles, (cùm apud Regem Ptolomæum Ægypti à sycophantis falsò delatus, conjiceretur in carcerem: sed tandem, ubi veritas & innocentia illius innotuisset, dimitteretur iterum) finxit, & qvàm pulcherrimè depictam obtulit Regi; significaturus: indignari, & graviter in insontes & fideles ministros animadvertere qvosdam dominos adeò, ut locum dantes suspitionibus, calumniis, mendatiis, & pestilentibus adulatorum & neqvam hominum morsibus atqve detractionibus, sæpius in furore fidelissimos ministros temere & injustè ejiciãt, & interdum qvoq; interficiant: sed verita-

bus gestis Alexandri Magni) jam admoverat pectori, advolant domestici, & repunnanti è manibus extorqvent. Ille humi prostraverat corpus: gemitu ejulatuqve miserabili tota personans Regia: laniare deinceps os ungvibus, & circumstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur. Rex triduum jacuit sine cibo inclusus: ad moriendum obstinatus. Hæc Curtius. Talia comitantur præmia Tyrannos.

De hoc diabolo mendacii & calumniæ scribunt qvoq; Henr. Knaust, I. C. Thomas Guntherus, & Conradus Porta.

Sed ut reditus fiat ad Apellem nostrum, digna scitu est historia, qvo mirabili fortunio is in Ægyptum delatus, & notus Regi ejus Insulæ sit factus.

Navigaturus igitur in Ægyptum ex Grætia, fecit naufragium: sed arrepta tabula, in qva sedebat, evasit tandem incolumis, & ad littus appulit; ibi autem incidit in piratas, qvi ademtis ipsius preciosis vestibus, & datis vicissim suis pannosis & laceratis, ipsũ dimiserunt. Miser ergò denuò Apelles, ut mendicus incedebat; & tandem pervenit in urbem Ægypti, in qva habebatur aula regia, & in hospitio passim ab omnibus tanqvam mendicus erat contemtus. Non enim indicabat, qvis esset, aut qvam fortunam passus esset: sed in angulo se abdens, comedebat, qvæ passim mendicando collegerat. Interea fortè venit eò satrapa qvidam Regis, ornatus catenis aureis, & indutus holoserico, qvi videns hunc miserum hominem, derisit eum (sicut qvidam insolentiores solent facere) tandemq; etiam per illusionem dixit: Heus tu homuncio, Rex te hodie ad convivium vocat. Miser Apelles dicit: Ita, veniam. Aulicus constituit ei certum cœnandi tempus. Apelles respondet: Certò veniam.

Abiit Regis cubicularius, nec putat, illum venturum: & sibi gratulatur, qvòd miserum ita derisisset. Verùm cùm jam tempus cœnandi instaret, Apelles pannosus ascendit aulam regiam. Ibi cùm interrogaretur ab aulicis, qvid sibi vellet mendicus: respondit, regem ipsum vocasse ad cœnam. Irrident aulici hanc vocem: ô miser, cur Rex te invitaret? Ita fortassis illusus es. Non, inqvit Apelles: fuit apud me hodie qvidam aulicus, qvi me nomine Regis invitavit. Qværunt igitur, qvod nomen esset illi, qvi eum invitaverat? Respondit Apelles: nomen se ignorare, sed benè posse se illum pingere: & statim jussit sibi adferri instrumenta, & ita pinxit istam imaginem cubicularii, qvàm mente conceperat, ut

imaginem pictam ad Regem.

p.987. Rex statim agnovit, qvòd esset imago sui cubicularii: ac jubet adduci hominem, qvi istam imaginem pinxerat. Accessit miser Apelles in suis pannosis, & sqvalore obductis vestibus. Rex collocavit eum juxta suam mensam, ut cœnaret cum eo: & inter cœnandum qvæsivit: cujâs esset? Respondit, se esse hominem Græcum, & fecisse naufragium, & tamen evasisse incolumem: sed incidisse in piratas, qvi ipsum suis vestibus exuissent, & pro illis has pannosas sibi induissent. Postea Rex longo tempore Apellem apùd se retinuit, & usus est ipsius opera in pingendo. Tandem dimisit illum donatis multis millibus aureorum. Ita sua arte est servatus, cùm alioqvi per totam vitam, mendicum & erronem manere ipsum oportuisset: sed ars ei naufragio non fuit ademta.

De hoc Apelle pictore plura habes apud Plinium libro 35. & inter alia illud memorabile. Cum Alexander Magnus (qvi ab alio qvàm illo, pingi se vetuit edicto) dilectam sibi ex pellicibus suis præcipuè, nomine Campaspen, nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle jussisset, eumq; tum pari captum amore sensisset, dono dedit ipsi eam. Magnus animo, major Imperio sui, nec minor hoc facto, qvàm victoria aliqva. Qvippe se vicit, nec thorum tantùm suum, sed etiam affectum donavit artifici: ne dilectæ qvidem respectu motus, ut qvæ modo Regis fuisset, modò pictoris esset. Hæc Plinius.

Laudabilis autem fuit illius seculi, tum in liberè loqvendo ingenuitas, tum altioris & generosioris ingenii hominum comitas. Nam cùm hic Alexander, Ephesi suam ipsius imaginem, qvam ex ipsius edicto Apelles pinxerat, contemplatus, non laudaret, pro dignitate picturæ: in evidentiam verò probati operis introductus eqvus adhinniret eqvo, itidem ab Apelle picto, perinde ac vero & nativo: ô Rex, inqvit Apelles, hic eqvus in discernendis picturis longè te meliore judicio præditus esse videtur.

Vaticinium de Politico

1590. *Antichristo*

QVidam Dominus nobilis hoc tempore Concionatorem suum publicè pro concione reprehendit, & eum mentiri dixit: qvæ est vaticinii Lutheri sufficiens impletio? qvi, politicum qvendam Antichristum mox fore, ex Apocal. 17. prædixit: ut, qvemadmodum Papa Ecclesiæ prætextu politicum arripuit gladium: sic ille Politiæ respectu Ecclesiasticum sit capessu-

nat.

Es wird nun in einander gemenget werden: Im ersten seynd die Bischöffe abtrinnig worden: Soll nun die Welt länger stehen/so wirds darzu kommen/daß die/so Fürsten und Herren seynd/ werden wöllen geistlich seyn: Da wird und soll denn der Schultheiß auff dem Dorffe/ die Bürger-Meister in den Städten/der Edelmañ auff dem Lande/ die Pfarr-Herren und Prediger reformiren/ und meistern/ ja lehren wöllen: Also soll man predigen. Es ist ihnen aber noch nicht angangen: Doch sicht und arbeitet es der Teuffel schon dahin. Jehne seynd aus Bischoffs-Hüren Fürsten worden: Diese werden weltlicher Fürsten Kleider tragen: und dannoch Bischöffe werden wöllen: das werden die rechten letzten Bischöffe seyn/ am Ende des Jüngsten Tages. Dann GOTT ist erzürnet über die Welt/ daß sie so undanckbar ist/ und Christum/ und den lieben Schatz seines Worts nicht annehmen wil. Wann du dann nicht wilt Gottsfürchtige Leute hören: So werden dañ Bischöffe kommen/ als weltliche Fürsten. Hæc Lutherus.

Iohannes Schenck à Grafenberg in 1590.

in libro observationum admirabilium.

EX Duce Baruch Vendale uxor concepit, & biennio prægnans fuit, & parturivit in fantem gradientem & loqvendem. Et alibi fœmina biennio uterum ferens, infantem loqventem enixa est. *Idem* referunt Alb. Crantius, & Aventinus *lib.* 5. An. Bojorum.

Idem lib. 4. Anno Christi 1584. postea qvàm vir nobilis, D. Ludovicus ab Hirshorn (cujus sedes fuit in Palatinatu, tribus ab Heidelberga milliaribus: in oppidulo, qvod ejusdem nobilis viri nomen sibi vendicat) rebus humanis exemtus esset, neqve ullum post se hæredem reliqvisset: vidua interim ipsius uterum ferente: statim ipsius defuncti agnati, & feudorum successores (ut qvi vehementer dubitarent, ferretnè masculum gravida vidua, an potiùs fœmellam?) non solùm omne jus successionis feudorum, in omnem eventum, à feudorum dominis obtinuerant: verùm etiam, qvia libenter plenam & fundamentalem noticiam omnium feudorum & redituum habuissent: ideo statim à morte prædicti nobilis, superstitem ipsius viduam, adhuc immaturam defuncti mariti mortem lugentem, sua in domo operuerunt: eiqve claves ad cryptas & cellas è lumbis, non sine vi & vehementia detraxerunt. Qvæ res adeò miseram & tristem viduam affecit, ut conjectis in verticem suum manibus, vociferari & ejulare magis cœperit: ut qvæ gra-

Cæterùm cùm agnati & hæredes defuncti Nobilis, ea de re certiores facti essent, pevsvaserunt sibi, suam ipsorum spem jam expletam, & ipsos sui compotes voti factos fuisse. Qvare jus suum in utenda-fruenda hæreditate feudorum persecuti sunt. Sed DEUS Opt. Max. velut è saxo alium partum masculum, & paternorum bonorum hæredem viduæ illi mœstæ & desolatæ suscitavit, atqve donavit. Etsi enim non itapridem puellum enixa esset, tamen subtumida à partu remansit, nihil aliud suspicata, qvàm vel tumorem præter naturam, vel aliqvem morbum in suo residere corpore; id qvod etiam aliqvibus Medicis (qvorum consilium separatim reqvisitum & auditum est) visum fuit. Causam enim morbi qvidvis aliud existimârunt, qvàm qvòd, ipsam gravidam adhuc esse, suspicarentur. Qvare consilium ei dederunt, ut ad Thermas fontis acidi ad Rhenum (bey Elfal am Rhein) sese conferret. At qvas illa Thermas, secuta ea in re Medicorum consilium, ut vidua mœsta & orba, unica ancilla comitata, profecta est.

Verùm enimverò ut tandem mense Julio, anno 1584. eò loci venit, ob Thermas: accidit, ut ibi inveniret Electorem Saxoniæ Augustum (qvi paulò pòst in fata concessit) cum conjuge; nec non alios, aliasqve Principes: qvi ita loca præoccupârant, ut ipsamet in diversorio locum manendi non inveniret: præsertim cùm nemini notum esset, qvæ, qvalisvé matrona foret, qvæ unica tantùm ancilla comitata venisset. Porrò tandem ejus loci Præfecto, qvænám esset, significans: & suum ei casum, qvi non itapridem acciderat, commemorans: ægrè ab ipso hospitium ad seqventem noctem obtinuit.

At verò ea ipsa in nocte, cùm jam decima ageretur hebdomada à priori & proximo partu, DEUS Opt. Max. ipsam & mœstam atqve afflictam, & apud peregrinos, pulcherrima prole mascula, eaqve viva, ditavit. Id qvod statim fando pervenit ad aures illustrissimorum Principum. Et qvidem ei Elector Moguntinus lautum ac nobile puerperium instituit: Elector verò Augustus eidem mille Thaleros dono dedit. Qvin etiam omne jus hæreditariæ successionis & feudorum ab aliis repetitum, & huic ipsius filiolo, hæredi videlicet legitimo, restitutum est, qvi adhuc ad præsens est in vivis. Imp. Rud. 2. Papa Urb. 7.

1590. *Iohannes Rosinus.*

ILlc in lib. antiq. Romanorum, cum- les 1612. numerum faciat, & omnes Catholicorum vates, Methodius, Abbas Joachimus, Catharina Senensis, Brigita, Telesphorus, Elisabetha, Hildegardis, liber vaticiniorum, Cusentia, Casali, Lichtenberg, Frater Nicolaus Helveticus, Vincentius, Rupescissa, Gruntbeck, Johann. Huss, Fr. Robertus, Onus Ecclesiæ, & alii plures uno ore omnes mutationem aliqvam tunc prænuncient, ob electos autem dies decurtentur, certè præ foribus finem mundi instare, credendum est.

Idem. Unus omnium Pontificum supremus erat, qvi maximus dicebatur, à Numa institutus: qvòd, ut Dionysius tradit, maximarum rerum, qvæ ad sacra & religionem pertinent, judex esset, & vindex contumaciæ privatorum & magistratus. De ejus creatione lib. 1. sic scribit Livius:

Minoribus Pontificibus creatis, Numa Pontificem deinde maximum, Numam Marcium, M. F. ex patribus legit, eiqve sacra omnia, exscripta exsignataqve attribuit: qvibus hostiis, qvibus diebus, ad qvæ templa sacra fierent, atqve unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Cætera qvoq; omnia publica privataqve sacra Pontificis scitis subjecit, ut esset, qvo consultum plebs veniret, ne qvid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosqve adscisendo, turbaretur. Nec cœlestes modò ceremonias, sed justa qvoq; funebria, placandosq; manes ut idem Pontifex edoceret; qvæqve prodigia, fulminibus, alióve qvovis viso missa, susciperentur, atqve curarentur. Hactenus Livius.

Festus etiam ait, Pontificem maximum atq; arbitrum rerum divinarum, atqve humanarum esse. Cæterùm Pontifex maximus ex collegio Pontificum creabatur: non qvidam collegarum cooptatione, ut in cæteris Sacerdotiis mos erat: sed populi tributis Comitiis, ut ex omni Livii historia facilè intelligi potest. Multò etiam tempore non nisi ex patribus creabatur: donec postremò omnibus honoribus plebi communicatis, Pontifex qvoqve maximus ex plebe primus creatus est T. Coruncanus, post qvem multi tam Patricii, qvam plebeji Pontifices maximi creati fuerunt, usq; ad C. Julium Cæsarem. Qvo mortuo, in ejus locum pontificatum maximum per vim invasit Lepidus. Post cujus mortem id Sacerdotium suscepit Augustus, qvod Lepido vivo nunqvam, qvanqvam oblatum, recipere sustinuerat, ut Tranqvillus tradit.

Decens autem visum est, eum, qvi totius Imperii possessionem adeptus esset, ipsam

tificatum maximum vel fulceperunt, vel le Pontifices maximos appellari paſſi ſunt: ut Conſtantinus, Conſtantius, Valentianus, Valens, & Gratianus Auguſtus: qvi Chriſtianæ religioni addicti, qvanqvam à Pontificis maximi munere abhorrerent: id tamen elogiis ſuis adſcriptum non aſpernati ſunt, vel rejecerunt.

p.989. Primus omnium Gratianus Imperator, edicto propoſito (ut Zoſimus docet) ſe Pontificem maximum appellari vetuit: atqve ita ea Sacerdotii dignitas in Imperatoribus defecit. Seriem Pontificum Maximorum, à Numa Marcio, usqve ad Titum Flavium Veſpaſianum Imperatorem Auguſtum, collegit Onuphrius. Imp. Rud. 2. Papa Urbano 7.

1590. *D. Orthonis Gualtperi, pro defenſione Lutheri, Lutheranorumq; doctrina, Oratio, de qva paulò ſuprà fol. 947.*

SApiens eſt illa atqve conſideratione digniſſima commonitio, qvæ extat in Pythagoræ Samii Poëmatio, qvod nomine χρυσέων Ἐπῶν inſcribitur; & ut carmine id expoſuit Latino Gerhardus Mathiſius, ita ſonat:

Mollibus inducas oculis non antè ſoporem,
Cuncta ter exacti qvàm volveris acta diei:
Qvò ſum transgreſſus? qvid feci? qvid boni
omiſſum eſt?
A primo incipiens ſic ordine cuncta revolve,
Deq; mala doleas, de re leteris honeſta:
Hæc age & exerce vigil, hæc adamare decet te,
Hæc te virtutis diæ ad veſtigia ducent.

Enimverò, qvemadmodum aliàs in omnibus vitæ partibus veriſſimum eſſe deprehendimus, qvòd ſcilicet tum demum actionum noſtratum optatos conſeqvamur fines, qvando ſubinde officii injuncti memores, debita cum pietate ſobrietateqve ad animum revocamus, qvid primò, qvid ſecundò, qvid tertiò, qvid ultimò præſtandum faciendumqve nobis ſit: ita inprimis in re literaria vel maximè neceſſarium hoc poteſt videri. Eſt enim hîc cum artium varietate conjuncta difficultas haud levis, ita, ut nunc obſtet obſcuritas, nunc impediat ſubtilitas, nunc mentis & ingenii remoretur tarditas, & qvod omnium graviſſimum eſt, infinita illa pulcherrimarum doctrinarum multitudo memoriam noſtram ſic videatur obruere, ut eas aut rectè complecti, aut ſatis retinere firmiter, vix ac ne vix qvidem valeat.

Qvare prudenter cùm Præceptores illi faciunt, qvi diſcipulis ſuis cum Pythagora freqventer inculcant, ut ſcholam ingreſſi repetant verſiculum Pythagoricæ diligentiæ exactorem: Qvò ſum transgreſſus? qvid qvoqve die dixerint, audiverint, egerint, veſperi commemorant.

Cæterùm, ut materiem aliqvam utilem & ſalutarem pertractem: conſtitui, de Philoſophia qvidem, & Philoſophorum placitis aliqvid differere; at item de Theologia & Theologis, qvòd talis diſſertatio ſtudiorum rationibus maximè conſentanea accommodataqve eſſe exiſtimetur. Verùm enimverò, ut inſtituti mei cauſam atqve occaſionem paulò pleniùs intelligatis, nolite putare, me temeraria qvadam incogitantia Philoſophiam cum Theologia, & contrà, velle confundere, qvaſi facultatem illam utramq; certis qvibusdam limitibus & metis haud judicarem diſtinctam: verùm occaſionem, ut facerem, præbuit inſignis ille & nobilis Lutheri, aliorumq; proteſtantium Theologorum calumniator, Albertus Hungerus, Theologiæ in Academia Ingolſtadienſis Profeſſor ordinarius, ejusdemq; Procancellarius, cui annis abhinc paucis, in conſimili palæſtra, eadem planè ratione Philoſophia & Theologia differere placuit.

Philoſophum enim proponit ſibi Epicurum, ejusdem Philoſophiam & placita: Theologum Lutherum, hujusqve doctrinam & dogmata. Atqve inter hos duos decem integris pagellis conatur oſtendere, tantam eſſe homologiam, analogiam, conſenſum, concentumqve, doctrinam utriusqve tam conſentaneam, tam cognatam, tam conſimilem, ut vix ovum, qvod dicitur, ovo ſit ſimilius, adeò ut, qvemadmodum Epicurus ex diverſis Philoſophorum placitis circulum coëgerit, & de obſoletis Cyrenaicis aliisqve philoſophaſtris floruerit: ita Lutherus ex variis jam pridem damnatis & anathematizatis hæreſibus, Manetis, Arii, Eunomii, Vigilantii, Joviniani, Wiclefi, aliarumqve peſtium venenis peſtiferam ſuam ſectam condiderit: tandem ut, ſententia & judicio Hungeri, Epicureiſmus nihil videatur eſſe aliud, qvàm imperfectus Lutheraniſmus verò haud aliud, qvàm perfectus Epicureiſmus.

Hæc impudentiſſima impudentiſſimi Suitæ vox, cùm non modò in ſolenni & freqvendi absqve dubio ſtudioſorum panegyri, magno hiatu & verbis ſesqvipedalibus fuerit prolata, verùm etiam, poſt cenſuram perinde religioſi Socii Gregorii de Valentia, in orbem Chriſtianorum publicis typis emiſſa: operæ me facturum pretium exiſtimavi, ſi in gratiam ſtudioſæ juventutis, cujusqve bona pars fortaſſis has ſtrophas vidit & legit, contrà demonſtrem, argumentum, qvod pontificius hic Mo-

non Lutherum, ſed Clerum Antichriſti Romani ab Hungero fuiſſe delineatum.

Cæterùm, ut ſolidam ejus rei vobis fidem faciam, non ſeqvar veſtigia Hungeri, ut, ſine omni diſcrimine, univerſam Pontificiorum Theologiam ex Ethniciſmo conſtare, dicam: hac enim ratione vel in ipſo limine, non minùs ac Monachus hic, ſoricis inſtar me proderem (& totam orationem
p. 990 redderem ſuſpectam) verùm in eo verſabitur hujus diſſertationis meæ cardo, ut liqvidò evincam: omnem Pontificiorum Theologiam (qvatenus à noſtra, hoc eſt, Lutherana & Auguſtanam Confeſſionem profeſſa, recedit) vel ex variis Philoſophorum, non Epicuri tantummodò, ſed aliorum qvoqve plurimorum placitis eſſe conflatam: vel κακοζηλίαν qvadam legum Moſaicarum introductam: vel deniq; proprio arbitrio & authoritate humana, καὶ ἐθελοθρησκείαν Romanorum Pontificum, præter & contra DEI verbum, in Chriſti Eccleſiam eſſe invectam, ſtabilitamqve.

Qvocirca primò de Paganiſmo, ſecundò de Pſeudojudaiſmo, tertiò de Pſeudochriſtianiſmo Pontificiorum, ex ipſarum rerum & cultus æſtimatione aliqvid deinceps pro temporis ratione in medium ſum allaturus, ita tamen ut maxima orationis pars in primo abſolvatur membro, qvòd iſtud ad inſtitutum noſtrum potiſſimùm ſit accommodatum. Paganiſmum itaqve Pontificiorum, ut propter antiqvitatem primo collocatum loco, principio aggrediar.

Obſcurum vobis neqvaqvam eſſe poteſt, qvàm religiosè & ſanctè perſvaſum velint omnibus, ſe de primo illo & ſummo Religionis Chriſtianæ capite, de ſacroſanctæ (inqvam) TRINITATIS myſterio haud aliud ſtatuere, qvàm id, qvod omnibus ætatibus Catholica ex DEI verbo ſtatuit Eccleſia. At interim qvid faciunt? qvàm verùm dicunt? cùm ne & hìc qvidem à Paganiſmo ſibi caveant, ſed ſi usqvam alibi, vel hìc imprimis in eum impingant.

Enimverò qvemadmodum Ethnici non unum eum DEI Eccleſia JEHOVAM agnoſcunt, ſed πολυθέαν, ſeu multitudinem Deorum vaniſſimè comminiſcuntur, ut unum qvidem ſummum DEUM conſtituant, cui tamen infinita alia numina inferiora ſubjiciant, ob id, qvod ſtultiſſimè opinentur, vel ſupremam illam ſummi numinis ac DEI majeſtatem ſublimiorem eſſe, qvàm ut res mortalium ſingulas curare, iisqve providentia ſua vacare dignetur: vel ſaltem ſi maximè curæ ſint illi res humanæ, indignum tamen eſſe, ut à tam miſeris atqve infelicibus homunculis indeſinenter tot precibus atqve ſupplicationibus ſtipentur, ipſi ſcilicet & impetrent.

Qvid enim qvæſo aliud opinati ſunt Platonici? qvid Apulejus? qvid Porphyrius? qvæ alia gentilium θεοσοφία? Sic enim referente Euſebio & Auguſtino, Platonici eodem prorſus modo inter DEUM ſummum & homines, cùm animas defunctorum, tum dæmonas mediatores conſtituebant. Verba Auguſtini ex lib. 8. de civitate DEI cap. 20. 21. 25. 26. de Æſculapio & Hermete Triſmegiſto nominatim adducerem, ni tempori & actui inſerviendum mihi intelligerem. Pari prorſus ratione Pontificii, qvanqvam, ſe ſummum qvendam & unicum JEHOVAM nobiſcum colere confiteriqve, dicant; eidem tamen infinitam ſanctorum hominum turbam, ceu διαδόχους in locum gentilitiorum Deorum ſubſtituunt: ad qvos etiam precationes ſuas dirigunt, ut ipſi ceu intermedii in DEUM & homines, ſupplicationibus audiendis, non ſine permagna unici Mediatoris Chriſti contumelia, deſtinati credantur.

Conferat enim aliqvis Pontificiorum de veneratione ſanctorum doctrinam: intueatur ipſius Eccleſiæ Romanæ praxin, & liqvidò animadvertet, omnia ea, qvæ de mediationibus, ſuffragiis, patrociniis, meritis, ope, auxilioqve ſanctorum tradunt, defendunt, exercent; omnia, inqvam, re & facto, mutatis tantummodò nominibus, ne latum qvidem ungvem à vana illa & ſtolida Platonicorum philoſophica Theologia diſcrepare. Subſtituе in locum Æſculapii Coſmam & Damianum, & habes Platonicam Pontificiorum orationem: ô medici piiſſimi, qvi meritis clariſſimi in cœlis refulgetis, à peſte, clade corporum præſervetis, ut operum moribus ne langveamus, aut moriamur Spiritu, ſed animæ ab obitu velociter ſurgamus, & vivamus in gratia, ſacra cæli palatia donec ingrediamur.

Subſtituatur in locum Trismegiſti beatiſſima virgo Maria, & erunt ex Roſario ipſius preces ejusmodi: ô virtutum vaſculum, Regina cœlorum, Chriſti receptaculum, ſalus anxiorum, tutum propugnaculum, ſalvatrix langvidorum, audi conqverentium preces famulorum, & pro nobis miſeris DEUM deprecare. Nam qvicqvid petieris, vales impetrare. Summa nos neceſſitas te cogit rogare, qvos in fluctu poſitos ſævum pulſat mare. Qvid? qvòd totum Pſalterium, non ſine atroci unius omnipotentis DEI blaſphemia, horrendæqve idolomaniæ crimine, ad ejusdem Virginis Mariæ invocationem ſit transformatum.

corum maxima vanitas ac ſuperſtitio fuit notata, qvi mari Neptunum, Plutonem intimis terræ viſceribus & cavernis, Jovem cœlo incluſerunt; & rurſum his ſingulis alios infinito numero adjunxerunt: Jovi Saturnum, Mercurium, Apollinem, Martem, Venerem, Dianam: Neptuno Nereum, qvem ἁλιμάνα & Portum ſeu Portunum nominant, innumeram item Nympharum cohortem, qvales fuêre Nereïdes, Potamides, Crenetides, dryades, hamadryades, & neſcio qvæ aliæ.

Apud Romanos verò erant Dii majorum & minorum gentium, erant penates, Dii communes, Dii geniales, indigetes, patrii, tutelares, ac reliqvum genus Faunorum, Sylvanorum, Satyrorum, Lemurum, adeò, ut doctiſſ. Varro ultra 30000. commentitiorum numinum ſuo tempore notaverit: atqve inter hos omnes provincias, regiones, civitates, familias, domos, elementa, fruges, ſemina, morbos, artes, opificia, & neſcio qvæ alia diſtribuebant, de qvibus omnium ferè poëtarum libri pleni atqve referti ſunt: privatim etiam populi ſinguli gentis aut urbis ſuæ conditores, ſeu viri fortitudine inſignes (ut lacteum illud eloqventiæ flumen, Lactantius loqvitur) ſeu fœminæ caſtitate mirabiles fuiſſent, p.991. ſumma veneratione colebant, ut Ægyptii Iſidem, Mauri Jubam, Macedones Calyrum, Pœni Uranum, Latini Faunum, Sabini Saneum, Romani Qvirinum, Athenæ Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi.

Ita planè conſimili ratione, Pontificios ſuperioribus temporibus, regionibus penè ſingulis, civitatibus, familiis, domibus, hominibus, ſtatibus, artibus, morbis, peculiarem aliqvem ſanctum, patronum tutelarem atqve auxiliatorem præfeciſſe, notius eſt ex publicis ipſorum ſcriptis, qvàm ut longa probatione indigeat. Germaniam tuebantur Martinus & Georgius Cataphractus: Romanorum territorium Petrus & Paulus: Hiſpanos Jacobus: Gallos Michaël & Dionyſius: Helvetios Maria ad nigricantem Eremitarum ſylvam: Ungaros Ludovicus, & altera Maria, qvæ apud Aqvisgranenſes moratur: Polonos Stanislaus: Moſcovitas Nicolaus: Bruſſos Albertus. Ex civitatibus Mediolanum defendebat Ambroſius: Coloniam Aggrippinam tres Magi ex Oriente, ſi Diis placet, hucusqve ſatis tardè adventantes: Auguſtam Huldericus: Solodurum Helvetiorum Urſus: & qvis alios innumeros Qvintinos, gium: Sartores Guotmannum: Sutores Criſpinum: Fabri Eulogium: Figuli Gotarum: Nautæ Nicolaum & Chriſtophorum: Venatores Euſtathium. Ad avertendam grandinem invocabantur Johannes & Paulus: contra incendia Agatha & Florianus: contra rubiginem Jodocus: contra peſtem Sebaſtianus & Rochus: contra febrim Petronella: contra venenum Johannes Evangeliſta & Benedictus: adverſus dentium dolores Apollonia: contra oculorum vitia Otilia: contra calculum Liberius: contra ignem ſacrum Antonius: Contracti implorabant Wolffgangum: Dæmoniaci Romanum: Epileptici Valentinum: Captivi Leonhardum: Puerperæ Margaretham: Meretrices (ut ne hæ qvoq; cũriæ Romanorũ Pontificum deeſſent) Afram & Magdalenam, qvemadmodum Romani olim Leænam, Faulam, Floram.

Taceo innumera alia Deorum monſtra, qvæ vix per integrum anni circuitum à miſeris illis Pontificiis recenſeri potuerunt. Sic enim Wernerus Weſtphalus, hiſtoriæ illius author, qvæ nomine Faſciculi temporum inſcribitur, Iſuardum qvendam Monachum, juſſu Caroli Magni, omnes legendas & actus ſanctorum in unum volumen collegiſſe, commemorat, & factum eſſe, ut in ſingulos dies ultra trecenta feſta ſanctorum, concurrerint. Qvod ſi verum eſt, annon infinito intervallo Pontificii gentiles relinqvunt, cùm hi vix ultra 30000. Deorum, ille vel qvadruplo majorem numerum recenſere potuerint?

Præterea, qvemadmodum vetuſtas Ethnica per ἀποθέωσιν Poëticam in Divorum numerum referebat Semideos, Heroas & Cæſares, qvi virtute & nominis gloria famam aliorum viderentur ſuperare: ita Pontifices qvoqve Romani, pro immenſa ſua, qvam fingunt ſibi, poteſtate in album Sanctorum retulêre, qvoscunqve Canone dignos ipſi pro arbitrio ſuo judicaviſſent. Teſtatum hoc faciunt narrationes de ſancto Ludovico Franciæ Rege, qvem Papa Bonifacius ejus nominis octavus canonizabat, ipſe interim minimè ſanctus exiſtens, de qvo dicebatur publicè, qvòd ad Papatum intraſſet ut vulpes, vixiſſet ut Leo, mortuus fuiſſet ut canis. Teſtantur hiſtoriæ de ſancto Henrico, Imperatore & Bavariæ Duce: de ſancto Bernhardo, Marchione Badenſi: de ſancto Leopoldo Auſtriæ Duce, de ſancta Brigitta Svetiæ Regina, ut nunc præteream maximum illum Papatum, Prælatorum, Cardinalium, Epiſcoporum, aliorumqve Monachorum numerum, qvem rhythmis expreſſum Faſciculi

qvos in gradu longe inferiore arbitrabantur, qvosq́ve nusqvam existentes ex eventis tantùm sibi fingere didicerant, adeò, ut ne Deam Cloacinam qvidem, Venerem calvam, venerem armatam, Deam mutam, Cacam, Leænam, Faulam, Floram, Cunninam, imò Sterculium & Terminum præterirent: ita haud secus Pontificii, tanqvam minorum gentium adeò inglorios ignotosq́ve divos divasq́ve, Gregorium, Christophorum, Jodocum, Catharinam, Otiliam invocare, singulisq́ve sua tribuere encomia consveverunt, ut post natos homines unqvam istos vixisse, ne dicam plæclari qvicqvam gessisse, cultores eorum proprii solidè probare non possint.

Erant nimirum obscuri Monachi, fratres ad ocium, papyrum & tempus perdendum nati, qvi ex trivio arripientes occasionem, nescio qva singulari imbuti devotione, vel rapti Enthusiasmo, secundum qvietem ejusmodi fabulas impudentissimas, & manibus penè palpabiles somniabant, pòst, ceu ab ipso DEO cœlitus delapsas, superstitiosissimo populo, pro auro videlicet carbones obtrudebant. Qvod si vel ipsi Pontificii negare aut dissimulare voluerint, obstat Gratiani authoritas, qvi distinct. 15. dissertè notat, fuisse secundum antiqvorum authoritatem singulari cautela prohibitum, ne tales de sanctis legendæ coram populo percenserentur, subjecta hac ratione, qvòd eæ vel ab infidelibus, vel ab hæreticis, vel ab incertis authoribus ita conscriptæ judicarentur, ut veræ fidei potiùs subsannatio, qvàm confirmatio sint futuræ.

Neqve satis est Pontificiis, tantam qvasi minorum gentium Deorum turbam Pontificii & Mediatori nostro unico Christo adjunxisse: qvin etiam in terris idola seu simulachra eorum lignea, argentea, æneaq́ve effingunt, passimq́ve in templis posita, religiosè venerantur, colunt, adorant. Imò non effingunt tantùm, sed & ornatu vario condecorant, chlamyde, peplo, vestibusq́; variis amiciunt, haud secus ac si vel ab æstu, vel frigore periculum ipsis immineret.

p. 992. Lucret. lib. 2.

O miseras hominum mentes, ô pectora cæca,
Qvalibus in tenebris vitæ, qvantisq́, periclis
Degitur hoc ævi qvodcunqve est!

Lact. lib. 1. cap. 21. Qvis hæc ludibria non derideat, qvi habet aliqvid sanitatis? cùm videat, homines velut mente captos, ea seriò facere, qvæ si qvis faciat per lusum

contemtor & spoliator, qvi, ut refert Valer. Max. lib. 1. cap. 2. ingressus Deorum templum, detraxit Jovi Olympio magni ponderis amiculum aureum, qvo eum tyrannus Hiero è manubiis Carthaginensium ornaverat, proq́ve detracto aureo, laneum ei injecit pallium, dicens: Æstate grave esse amiculum aureum, hyeme frigidum, laneum autem ad utrumqve anni tempus magis esse accommodatum. Idem Epidauri Æsculapio barbam auream evulsit, affirmans, minimè decere, ut parens Apollo imberbis, filius Æsculapius barbatus conspiciatur. Et rursum, cùm videret simulachra porrectis manibus victorias aureas, pateras & coronas aureas tenere, eripuit illis, subjiciens, se oblata accipere, non auferre, imò perabsurdum fore, à qvibus qvotidie bona petamus, ab iisdem ultrò porrigentibus nolle accipere.

Unum tamen inter gentiles & Pontificios videtur interesse, videlicet qvòd, cùm pagani olim argento & auro idola sua ornarent, Pontificii nostri vix sordido & sqvalido panno Mariam suam circumvestiant, qvippe qvòd argentum & aurum in alios usus meliores convertere didicerint.

Ac sanè, qvæ dixi & demonstravi hactenus de Pontificiorum πολυθεία, qvanqvam cum maxima DEI ignominia conjuncta sint, majora tamen & magis nefaria committere Pontificios, affirmare nihil dubito. Neqve enim suffecerit illis tantam Deorum multitudinem cum Ethnicis introduxisse: jurant præterea, jurant (inqvam) per Sanctos demortuos, illisq́ve honorem soli Jehovæ debitum impertiunt, cùm tamen jurare sit nefas, nisi per eum, qvi verè habeatur & existat creaturis omnibus, ne angelis qvidem exceptis, major: imò juramentum deferri nulli possit, nisi in solidum eidem divinæ simul omniscientiæ & omnipotentiæ laus adscribatur. Qvare cùm cultus invocationis, qvi basis & fundamentum salutis est, à Pontificiis in Paganismum conversus & transformatus sit, qvid obstat, qvò minùs Theologia Pontificia cum gentilismo hac qvidem in parte reciprocetur ac convertatur?

Dicat igitur nunc Albertus, verùm Pontificia, an Lutherana Theologia, Theosophiæ Ethnicæ sit similior, in eo fidei capite, ubi vel summa cum DEO æterno est copulatio, vel ab eodem extrema disjunctio & propter spiritualem fornicationem, ut Christiana pietas appellat, manifestum divortium?

ad similitudinem Platonico-

videntiam tollunt: dum non ad solius DEI curam, sed & Divorum tutelam perinde nos ablegare solent. Cùmqve pro πληροφορία fidei, & spe immotis DEI promissionibus subnixa, dubitationem de gratia DEI erga nos, deqve precum nostrarum exauditione substituunt, qvid aliud qvæso faciunt, qvàm qvòd omnem consolationem nobis eripere, Academicam verò seu Pyrrhoniam ἐποχὴν persvadere conantur?

Proinde, Alberte, ne puta, injuriam tibi à me fieri, si insolentissimas tuas ἐκφωνήσεις, qvas passim in oratione tua ponis, in teipsum retorqveam: si (inqvam) de te conqverar, & alta voce exclamem: ô homines Epicureos; addo, & academicos impiissimos. Ecqvidni enim Lutherum rectissimè de providentia divina docentem excusem, te verò (Alberte) cum Monachis tuis accusem, qvi plenis buccis qvotidie ingenti boatu in templis vestris, & privatim etiam in cubilibus vestris, non ad curam DEI, non ad providentiam DEI, non ad promissiones præsentiæ DEI confugitis, sed de cura, de cura (inqvam) & providentia Sanctorum demortuorum unicè soliciti atqve suspensi existitis.

Hinc illæ nefariæ vestræ voces: Ave Maria, salus & consolatrix vivorum atq; mortuorum, mecum sis in omnibus tribulationicus, tentationibus, necessitatibus & angustiis meis, & maximè in hora mortis meæ, & impetra mihi omnium peccatorum meorum veniam, & cœlestis patriæ gloriam: ô peccatorum consolatrix, infirmorum curatrix, errantium revocatrix, justorum confirmatrix, desolatorum spes & auxiliatrix, atqve mea promtissima adjutrix, & singularissima invocatrix, tibi Domina gloriosa commendo hodiè & qvotidie animam meam. O beate Paule ora pro nobis. Hæccine Scripturarum sacrarum de providentia divina sententia est? Annon hoc ipsum est, DEO providentiam suam detrahere, & cum creaturis communicare? Sed tempus me jubet progredi.

De peccato peccante, seu originario, & consequenter de viribus humanis, vel libero hominis nondum renati arbitrio, qvid aliud qvæso tradunt Pontificii, qvàm id, qvod Philosophi gentiles, qvibus tristissimus ille primorum parentum lapsus, & horrenda imaginis DEI in homine destructio prorsus erant ignota, docent & produnt memoriæ?

p. 993. Aqvam lustralem, qvam vulgò Benedictam vocant, & qva non corporis sordes, sed animi & conscientiæ vitia, ceu sacro qvodam februo purgari existimant, unde purgare se solebant. Eadem perfusione Peleus Patroclum abluisse, Acastus Peleum à cæde fratris Phoci expiasse, Ægeus Medeam à cæde liberorum liberasse scribuntur. Eodem ritu Orestem expiatum esse à cæde matris Clytemnestræ, Pausanias author est in Corinthiacis. Ac sanè ut Pontificii, ita Ethnici qvoqve nihil sacrorum sine corpore lustrato attrectare solebant, sed potiùs piaculum & nefas id esse putabant. Hinc Æneas apud Vergilium, ceu multa cæde pollutus, ad patrem Anchisen:

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; Penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde madentem
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Et notus est Sarcasinus Diogenis Cynici apud Laërcium lib. 6. Is enim cùm qvendam videret religionis causa fluvialibus undis se aspergentem, ridebat hominem, dicens: ô infelix, an ignoras, qvoniam, ut in grammatica erratis aspersus, non absolveris, ita nec vitæ criminibus evades liber: rectè nimirum insaniam hominis notabat, qvi, aqva sensibili & elementari animi maculas purgari & elui, opinabatur. Notum etiam est Valentiniani Imperatoris factum, qvi nondum qvidem Imperator, cùm aliqvando unà cum Juliano templum Fortunæ ingressus esset, atqve ab ædituo aspersus guttulam in chlamyde purpurea vidisset, pugno percussit ædituum, hoc non purificare, sed inqvinare est, dicens.

Tantò autem magis in Pontificiis reprehendendus est impius hic aqvæ lustralis abusus, qvòd ipsi Ecclesiæ titulum sibi vendicant, & ii videri volunt, qvi cum universa Ecclesia Catholica de effusione pretiosi Sangvinis JESU CHRISTI (qvi solus ab omni emundat peccato) rectè & piè sentiant, cùm tamen id negent facto, qvod verbis jam erant professi. Imò (qvod pejus est) instar incantatorum lustralem hanc aqvam peculiaribus qvibusdam demurmurationibus consecrant, & inde divinam qvandam intrinsecam virtutem atqve efficacitatem stultissimè ei affingunt.

Qvid dicam de purgatorio? Bella videlicet fabula, & digna suis authoribus. Sed unde eam Pontificii? Respondent, ex Augustino, & aliis non nullis scriptoribus Ecclesiasticis. Verùm si qværas, unde Augustinus & reliqvi? Affirmant, ex Platone, Homero, Vergilio. Proh Deûm atqve hominum fidem! Ergoné articulus fidei ex Platone, Ecclesiæ dogma ex Vergilio & Homero extruetur? Qvæ hæc Theologia,

Hæc enim propter te & ſimiles Theologaſtros ſcripſit Lutherus, qvi Paganiſmum à Chriſtianiſmo non diſcernentes, βδελύγματα etiam illa Philoſophorum in DEI verbum & ejus Eccleſiam, contra omnem pietatem ingeritis, veram Philoſophiam à notha & ſpuria non diſcernitis, ſed indiſcriminatim ſic ea abutimini, & ante vos abuſi ſunt majores veſtri, ut ante pauca ſecula omnium ſcholarum veſtrarum pulpita Theologica plus haberent ſpinarum Ariſtotelicarum, qvàm ſanæ & puræ doctrinæ ex verbo DEI petitæ, imò in omnibus penè diſputationibus & controverſiis Theologicis dirimendis ſolus advocaretur judex Ariſtoteles.

Non igitur tantoperè mirandum, ſi propter hunc veſtrum abuſum Lutherus Ariſtotelem vocet Ariſtultelum: cùm ſimili ratione etiam D. Tertullianus generatim philoſophos paganos omnes, haudqvaqvam dubitaverit hæreticorum appellare Patriarchas.

Sed hæc de purgatorii ſtructura: modum etiam & rationem relevandarum animarum Pontifici à gentibus ſunt mutuati. Sic enim apud gentes receptum, & publicè perſvaſum erat, animos mortuorum, viventium exeqviis, inferiis & ſacrificiis relevari & adjuvari, ut ex Stygiis paludibus & Cerberi latratibus protinus ad campos Elyſios ſubvolent, ibiq; ad reqviem & refrigerium deducantur: reliqvorum verò animas, qvibus ejusdem ſuffragia à vivis haud præſtentur, miſerè detineri cruciariqve. Eadem Pontificiorum eſt opinio, ritus iidem: nimirum qvia πρὸς τὰ ἄλφιτα.

Ergò in hac unico tandem laudandus erit mihi candor Ingolſtadienſium Monachorum, qvòd publicis editis ſcriptis, id ipſum haud gravatim fuerint confeſſi, videlicet extare purgatorium, ſi non in Scriptura Canonica, apud Homerum tamen in Ulisſea lib. α. & γ. apud Verg. Æneid. 6. apud Ovid. 2. Faſtorum: apud Ariſtotelem etiam uſpiam: & tandem in Alcorano art. 10. Qvæ autem & qvantæ hæ ſint in DEI Eccleſia tenebræ, cordati Chriſtiani, etiam me non admonente, ultrò perſpiciunt.

Verùm Augiæ ſtabulum repurgandum mihi ſumſi. Itaqve, Auditores optimi, ſi paulò longius in prima illa parte commoratus ſum, rogo, ut, id non mihi, ſed potiùs fœcunditati errorum Pontificiorum imputandum eſſe, exiſtimetis. Strictim autem & breviter, & qvaſi extremis digitis duntaxat attingam, qvæ de Pſeudojudaiſmo atqve Pſeudochriſtianiſmo Pontificiorum dein-

natione Anathematis credenda, conſcientiis ſolent obtrudere atqve venditare.

Ut verò in populo Judaico unus qvondam erat Sacerdos & Pontifex ſummus, qvi qvotannis in Sanctum Sanctorum ingrediens, pro ſe & populi ignorantia offerebat, & ſic Chriſtum, κεχιπτυμένα ſecundum ordinem Melchiſedeci, adumbrabat, ejusqve typum ad certum & definitum gerebat tempus: ita Pontificii ſuum Oecumenicum & univerſalem habent Epiſcopum, qvem Papam ſalutant, eumq; ceu Chriſti in terris vicarium, pluſqvàm Aaronea poteſtate inſtructum falſiſſimè fingunt, adorant, exoſculantur. p. 994

Rurſum, ut multi erant Sacerdotes Levitici, gradu & ordine ſummo Sacerdote inferiores, qvibus nunqvam in Sanctum Sanctorum licebat ingredi, ſed proprium erat munus, in priori tabernaculo ſe continere, ibiq; pro diſtinctis & ordinatis à DEO ἐφημερίαις τὰς λατρείας ἐπιτελῶν, ut loqvitur Apoſtolus ad Hebr. 9. cap. Ita Pontificii ſuos habent Sacrificulos ſeu Miſſificatores, qvi ut ordine longè inferiores ſunt Papa, ita proprii ſui officii ducunt, corpus Chriſti, ſi Diis placet, conſecrare, idqve tranſubſtantiatum in arculas reponere, ac qvibus lubet, adorandum proponere.

Præterea, ut in eodem populo veteri erat juge Sacrificium, qvod ſingulis diebus ex inſtituto DEI peragi conveniebat: ita Pontificii ex umbræ hujus & ſimilitudinis imagine, jam pridem ſuum habent Deum Maozim, Miſſam inqvam, in qva, ut ipſi nugantur, qvotidie incruentum corporis Chriſti tranſubſtantiati Sacrificium offerunt: neq; offerunt tantùm, ſed & expiatorium ſtatuunt pro peccatis tum vivorum, tum mortuorum, imò qvod iniqvius eſt, & à Scripturæ veritate longè alienius, expiandi illam virtutem non à precioſo Chriſti ſangvine, pro nobis ſemel in ara Crucis effuſo, ſed ab ipſius Miſſificatoris ſeu Sacrificuli ἐυπραξία, hoc eſt, operè operato, ut ipſi loqvuntur, dependère, exiſtimant. Qvo ipſo nimirùm tam injurioſi ſunt atqve blaſphemi in Chriſti Mediatoris cùm officium tum perſonam, ut pectori Chriſtiano cogitatu nihil tam ſit horrendum, atqve monſtroſa, imo crudelis hæc furioſorum Monachorum ſacrificandi dementia.

Porrò conferte ipſimet altaria Judaici populi, candelas, fumigia, veſtitus ſacerdotalis ſplendorem, reliqvumqve Sacerdotii Levitici apparatum, cum Pontificiorum altaribus, candelis, ſuffitibus, infularum & reliqvorum veſtimentorum luxurie: con-

num collocarat: Clementis sexti, qvi ad qvinqvagesimum: Gregorii undecimi, qvi in 30. Sixti qvarti, qvi in 25. contraxerat: & evadet meridiana luce clarius, ne hîc qvidem Pontificios inficias ire posse, qvin omnia illa sine DEI mandato per κακοζηλίαν duntaxat ex veteri lege sint mutuati.

Ad ultimum igitur membrum accingor, in qvo tametsi plurima Pseudochristianismi documenta in medium possem afferre, studio tamen brevitatis attingam nonnulla duntaxat, ex qvibus de reliqvis simile fiat judicium.

Sunt igitur propriè sic appellati Papismi emblemata hæc: Hominum demortuorum invocatio idololatrica: Transsubstantiatio panis & vini in verum corpus & sangvinem Christi: Incruentum Missæ sacrificium, & illud qvidem expiatorium, cùm pro vivorum tum demortuorum peccatis: Cœlibatus Sacerdotum; usus unius speciei in Cœna Dominica: Monachorum varii ordines, qvorum alii alios crudelissimè sunt insectati: Prohibitio Conjugii, ab Encratitis & Tatiano; unà cum delectu ciborum, & aliis dæmoniorum doctrinis petita: Conspurcatio Baptismi, qvæ sit sputo, sale, & aliis sordibus aspersis: Baptismis campanarum: Salis & aliarum creaturarum exorcismatio.

Deniqve universalis illa Romani Pontificis potestas, qva pleno ore & calamo assentatores & Monachi ipsius nugantur: qvòd Papa Romanus omnia jura habeat in scrinio pectoris sui, etiamsi idiota sit, & immemor sui nominis: qvòd Papa idem habeat Consistorium cum DEO, & idem tribunal cum Christo: qvòd Papæ sit tradita omnis potestas in cœlo & in terra: qvod à Papa ne ad DEUM qvidem appellare liceat: qvòd Papa possit aliqvid de nihilo facere: qvòd Papa major sit omni alia creatura, & contra Epistolas Pauli possit statuere: qvòd Papa sit magnus Sacerdos & summus Pontifex, Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum: in primatu Abel: gubernatione arca Noë: Patriarchatu Abraham: ordine Melchisedech: dignitate Aaron: authoritate Moses: judicatu Samuel: zelo Helias: masvetudine David: potestate Petrus: unctione Christus: & similia innumera.

At verò qvis unqvam hominum inde à Mundi exordio, tot mille retrò seculis, tam vecors, tam audax, tam insanus, tam blasphemus in DEUM, Angelos, & homines fuit, ut se talem non hominem, sed hominis monstrum confingi atqve appellari pateretur? Ex qvibus omnibus concludi

Qvare, cùm hæc omnia ita se habeant, ut hactenus est commemoratum, qvis non vel manibus palpet, argumentum, qvod initiò Albertus Hungerus adversus nostras Ecclesias sibi sumserat, validissimè adversus Ecclesiam Pontificiam militare? qvis non vel cæcus videat, Theologiam Romanam superstitioni Ethnicæ adeo esse consimilem, ut ovum ovo vix sit similius: imò non similem modò, sed & propter reliqvos in medium productos errores, qvos partim sub Pseudojudaismo, partim sub Pseudochristianismo comprehendimus, longè pejorem deterioremqve. DEUM æternum, Patrem DOMINI nostri JESU Christi ex toto pectore oro, ut ipse in lucis veritate diutissimè nos conservet, ab Epicurea verò securitate & Pontificiis tenebris nos custodiat ac tueatur. Imper. Rud. 2. Papa Urban. 7.

Ex eadem Oratione ejusdem de Ecclesia, ejusqve auctoritate & potestate. Habet Ecclesia authoritatem & potestatem excommunicandi sceleratos, recipiendi pœnitentes: habet claves ligandi & absolvendi, occludendi regnum cœlorum, idemqve resignandi, attestante illud Scriptura sacra Matth. 16. Tibi Petro (Petri nomine Ecclesiam intelige) dabo claves regni cœlorum; qvodcunqve ligaveris super terram, erit ligatum in cœlo: & qvodcunqve solveris super terram, erit solutum in cœlis. Et iterum, Joh. 20. Accipite Spiritum sanctum, qvorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & qvorum retinueritis, retenta sunt. Hæc potestas consolationis plenissima est, omnibusqve Mundi potestatibus longissimè anteferenda, dum privatim ac publicè remissionem peccatorum, & qvidem non semel aut septies in die, sed septuagies septies annunciari pœnitentibus audimus. p. 995.

Hoc parabolæ Christi probant, de pastore ovem perditam qværente, de amissa drachma mulieris, de filio prodigo, qvi post consumtam cum meretricibus pecuniam, ad patrem revertebatur. Sic Petrum contra conscientiam gravissimè lapsum, Christus ipse recepit, Ecclesiæqve suæ pastorem fecit, ut suo exemplo lapsos consolaretur peccatores: juxta illud, Luc. 22. Et tu aliqvando conversus, confirma fratres tuos. Sic Paulus Galatarum Ecclesiam à Pseudoapostolis seductam recepit. Sic idem Corinthium incestuosum.

Habet deniqve Ecclesia potestatem, ceremonias ac ritus Ecclesiasticos, pro ratione loci ac temporis, ad ædificationem & ordinem facientes, constituendi, dummo-

ſa Eccleſia conſiſtit poteſtas: ad qvam ſi deinceps infinitam illam, qvam ſibi Pontifex Rom. Eccleſiæ titulo uſurpat, poteſtatẽ, pauliſper pro temporis ratione contulero, Colophonem orationi meæ imponam.

Pontifex Romanus, Eccleſiarum qvotqvot in orbe ſunt Epiſcopus, ſi Diis placet, generalis & ſummus, poteſtatem Eccleſiæ, eam eſſe affirmat, qvam ipſe ſibi, ſuiqve ipſi tanqvam capiti Eccleſiæ, Chriſtiqve in terris vicario aſcribunt. Nos contrà negamus, & dicimus, falſiſſima & turpiſſima eſſe mendacia, impudentiamq; plusqvàm meretriciam.

Qvòd ſcil. Papa Romanus omnia jura habeat in ſcrinio pectoris ſui, lib. 6. Decretalium de conſtitutionibus: etiamſi ſit idiota & immemor ſui nominis. Nec etiam ſi ſuæ propriæ fraternæqve ſalutis immemor, qvotidie innumeras animas catervatim ſecum abduceret in infernum, qvisqvam illi debeat dicere: Qvid, aut cur facis? diſtinct. 40. cap. Si Papa.

Qvòd Papa ſit ſupra omnia Concilia, & qvòd ea omnia ab authoritate Papæ dependeant. Concil. Florentinum.

Qvòd ſuprema ſit ejus poteſtas, adeoqve abſoluta præcipiendi, qvam habeat, ut vult: ut Franciſcus de Ripa affirmat, ita ut DEUS rata habeat, qvæcunqve faciat Papa, ut Sigismundo Loffredo placuit.

Qvòd Papa idem habeat Conſiſtorium cum DEO, & tribunal cum Chriſto.

Qvòd poſſit mutare formam Sacramentorum. Archi-Diaconus.

Qvòd in fide errare non poſſit. Joh. de turre cremata.

Qvòd Papæ tradita ſit omnis poteſtas in cœlo & in terra, juxta illud: Data eſt mihi omnis poteſtas. Antoninus Florent. Unde mandat Angelis Paradyſi, ut morientis in via, Romam verſus religionis cauſa, animam à purgatorio penitus abſolutam, in Paradyſi gloriam introducant. Clemens VI. in ſua bulla de anno jubilæo.

Qvòd ſicut aurum excellit plumbum, ſic dignitas Papæ excedat Imperialem: & ſicut Sol dicatur Pater omnium Planetarum & dominus: ita Papa ſit pater omnium dignitatum. Et ſicut Luna recipiat lumen à Sole, ita imperialis dignitas à Papa.

Qvòd Papa ſit pater univerſalis omnium fidelium & omnium ovium Chriſti. Johan. de turre cremata.

Qvòd ſit qvoddam Numen, qvaſi viſibilem qvendam DEUM præ ſe ferens. Ludovicus Goneſius.

Qvòd à Papa ne ad DEUM qvidem appellari poſſit. Qvòd immutet rerum naturam, ſubſtantialia univerſi ampliſq; de alii

Papa omnia poſſit. Marianus Soccinus.

Qvòd Papa ſit Deus: ut Felinus affirmat: vel ſecundùm alios, qvòd nec Deus, nec homo, nec Angelus ſit.

Qvòd ipſius poteſtas major ſit omni alia Creatura, & extendat ſe ad cœleſtia, terreſtria, & infernalia.

Qvòd vel D. Petri ſedes Papam ſanctum faciat, ut Papa Symmachus jactitavit: & contrariis Petro vivens moribus nihilominùs verus ſit Pontifex, ut Concil. Conſtantienſe contra Joh. Huſs determinavit.

Qvòd Papa poſſit contra Epiſtolas Pauli ſtatuere: Carolus Ruinus: Qvia major Paulo: & Petro par in adminiſtratione: Antonius de Roſellis.

Qvòd liceat ipſi novos concedere articulos fidei, & conſcientias ſine verbo DEI aſtringere neceſſitate obtemperandi.

Qvòd Papa ſit Sponſus Eccleſiæ. Joh. de turre cremata & Papæ nullus par niſi Deus. Auguſtinus Berojus.

Deniq; adulatores Pontificii ſic Papam alicubi alloqvuntur: Tu es Sacerdos magnus, & Pontifex ſummus: Tu Princeps Epiſcoporũ, & hæres Apoſtolorum: in primatu Abel: gubernatione Arca Noë: Patriarchatu Abraham: ordine Melchiſedech: dignitate Aaron: authoritate Moyſes: judicatu Samuel: zelo Elias: manſvetudine David: poteſtate Petrus: unctione Chriſtus. p. 996.

Qvid ampliùs Pontifex Romane? qvare non Deum prorſus, vel ſaltem filium ejus à dextra omnipotentis patris ſui detrudis, & tu pro tribunali ſedes ſolus?

Nos hæc omnia & ſingula, qvæcunqve modò de te ex tuis protulimus, turpiſſima & impudentiſſima mendacia eſſe dicimus, ab ipſo diabolo excogitata, ab Antichriſto, filio perditionis uſurpata, à Thraſonibus Antichriſtianis defenſa.

Heus tu Pontifex Romane, dic, unde habes illam infinitam & immenſam poteſtatem? Reſpondes, te Eccleſiæ nomine illam habere, cujus tu ſis caput univerſale. At proba nobis primò, te eſſe Eccleſiæ caput, & Epiſcopum generalem: proba ſecundò, hanc eſſe germanam Eccleſiæ poteſtatem. Nos tibi dilucidè ex Scripturis ſacris, & teſtimoniis piæ & eruditæ vetuſtatis demonſtrabimus, te falsò utrumq; aſſeverare. Caput enim Eccleſiæ univerſale nõ es, qvia ad Eph. 1. Chriſtum caput Eccleſiæ datum eſſe legimus: Suſcitavit Chriſtum, inqvit Apoſtolus, ex mortuis, non Pontificem Romanum, qvem ſedere fecit ad dexteram in cœleſtibus, & eum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, qvæ eſt corpus illius, complementum ejus, qvi omnia in omnibus adimplet. Chriſtus ipſe Matt. 28. apertè dicit, SIBI

qvàm Christum qværunt. Ascendit qvidem Christus in cœlum, ita tamen, ut nihilominùs omnibus diebus ad consummationem seculi nobiscum sit: recessit à nobis, ita tamen, ut nihilominùs adsit nobis, & orphanos seu capite gubernante & protegente destitutos neqvaqvam relinqvat.

Sed videor mihi audire exceptionem Pontificiam, non agi de Christi honore & dignitate, qvæ salva & integra maneat, sed tantùm de visibili & ministeriali capite, ac vicario Christi in terris. Atqvi Christum adhuc habere in terra potestatem, & cùm è terris migraret, abundè suæ prospexisse Ecclesiæ, edocti sumus: qvandoqvidem in altum ascendens, dedit dona hominibus, Ephes. 4. atqve alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores, ad instaurationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi id est, Ecclesiæ.

Hæc ministeria DEUS ipse in Ecclesia constituit, non Pontificem Romanum, qvæ si (ut facit Pontifex) sufficere non arbitrabitur, næ ipso sapientior DEO fuerit. Scilicet qvia Pontifex Romanus est, qvi nec Deus nec homo sit (ut assectæ ipsius ridiculè affirmant) sed medium inter utrumqve. Accedit, qvòd omnibus temporibus tales aliqvos Ecclesiæ suæ Doctores præficit, qvibus & confert Spiritum sanctum, & præclara dona, ad Ecclesiæ gubernationem necessaria & sufficientia, qvæ Pontifex in scrinio pectoris sui, reliqva misera Monachorum turba, in Insulis suis habere se, stultè existimant.

Qvid? anné Pontifex Romanus in vera Christi Ecclesia universale & ministeriale caput esset, qvod reliqvis Ecclesiæ membris non modò præmineret, sed pro lubitu in illa dominaretur? cùm Christus & Petrus disertè hoc in concionibus suis vetuerint? Fallitur, & profectò fallitur, qvisqvis hoc persvaderi sibi à Pontifice patitur. Ita namqve Luc. cap. 22. Facta est contentio, inqvit, inter Apostolos, qvis eorum videretur esse major: at respondit JESUS: Reges Gentium dominantur, & qvi potestatem habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic: sed qvi major est in vobis, fiat sicut minor: & qvi Princeps est, sicut qvi ministrat. Nam uter major est: an qvi ministrat, an qvi accumbit, nonné qvi accumbit? At ego in medio vestrùm sum, ut qvi ministrat, vos autem estis, qvi permansistis mecum in tentationibus meis.

Præterea, Apostolus Ephes. 4. disertè affirmat, omnes cujuscunqve conditionis in Ecclesia numerari inter corporis membra, omnes proficiunt, qviq; solus est perfectus, dignitatem hanc esse relinqvendam.

Qvin etiam in Scripturis nusqvam legitur, qvòd hic vel alius ex Apostolis jus in reliqvos aut primatum sibi usurpaverit, sed summa inter omnes ostenditur æqvalitas. In Synodo Hierosolymitana, Act. 15. Jacobus & Petrus, ceu pares, de oblatis negociis differunt, 1. Corinth. 3. pluribus verbis docet Apostolus, non esse gloriandum in ullis hominibus, vel ulli Apostolo plusqvàm alteri tribuendum. Omnia, inqvit, vestra sunt, sive Paulus, sive Apostolo, sive Cephas.

Ad Galatas, se vel summis Apostolis, nominatim verò Jacobo, Cephæ & Johanni, per omnia parem esse, differit: & addit, se, cùm Petrum Antiochiæ (etiam in adiaphoris) videret errantem, obstitisse in faciem, ac reprehendisse, qva parte reprehendi meruerat.

Petrus ipse 1. Epist. 5. ad Gubernatores Ecclesiarum sic loqvitur: Presbyteros, qvi inter vos sunt, obsecro, qvi sum & ipse Presbyter, & testis afflictionum Christi, atqve idem consors gloriæ, qvæ revelabitur: pascite qvantum in vobis est, gregem Christi, curam illius agentes, non coactè, sed volentes: non turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo: neqve ceu dominium exercentes adversus cleros, sed sic, ut sitis exemplaria gregis. Et cùm apparuerit ille Pastorum Princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam: qvo loco profectò disertè Petrum uni Christo, qvem κεχαριτωμένα facit, supremum deferre honorem, simulqve prohibere seriò videmus, ne qvisqvam in Ecclesia dominium sibi in populum DEI vendicet.

His argumentis validissimis planeq; invictis, nisi profligatam eversamqve pontificiam authoritatem existimarem, forem fortassis in recensendis sincerioris antiqvitatis testimoniis aliqvantò longior: sed ne vestra benevolentia abuti videar, brevitatis ratione habita, unum & alterum protulisse sufficiet. p.997.

Origenes igitur Homil. 6. in Esai. Qvi ad Episcopatum vocatur, inqvit, non ad principatum vocatur, sed ad servitutem totius Ecclesiæ. Si vis credere Scripturis, qvia in Ecclesia servus sit omnium, qvi præest: svadeat tibi ipse Salvator & DOMINUS, qvi talis tantusq; factus est in medio discipulorum, non qvasi discumbens, sed qvasi ministrans.

Cyprianus in Synodo Carthaginensi, referente Augustino de Baptismo lib. 3. c. 3. Neq; enim qvisqvam nostrùm, inqvit, Episcopum se Episcoporum constituit, aut ty-

illo agnitos; promtissimum sit intelligere.

Chrysostomus Hom. 1. Epist. ad Titum pluribus verbis docet, Episcopatum non esse principatum. Et ad Innocentium Episcopum Romanum scribens, nusqvam universalem Episcopum ipsum agnoscit, sed veluti à patre consilium & auxilium expetit.

Hieronymus ad Evangelium: ubicunqj fuerit Episcopus, inqvit, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Thanis, ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotii. Potentia divitiarum, vel paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit. Scitum est illud Domitii Oratoris: cur ego te habeam ut Principem, cùm tu me non habeas ut senatorem? Et addit, unus DOMINUS, unum Templum, unum sit etiam ministerium. Recordemur semper, qvid Apostolus Petrus præcipiat Sacerdotibus: Pascite eum, qvi in vobis est, gregem. Idem Epistolam ad Titum enarrans prolixè demonstrat, Episcopos ac Presbyteros esse ejusdem & paris inter se authoritatis.

Augustinus cum Hieronymo idem sentit.

Gregorius I. ejusdem Romanæ Ecclesiæ præsul, multis locis exponit, qvantopere Pontifici Romano Universalis Episcopi appellatio fugienda sit. Ex qvo apparet, sexcentis annis à Christo nato, in vera primitiva Ecclesia, Episcopi universalis nomen neqvaqvam Pontifici Romano impositum fuisse, donec tandem circiter annum Domini 610. Bonifacius III. ab Imperatore Phoca, qvi Mauricium Imperatorem cum uxore & liberis interfecerat, impetravit, ut omnium Episcoporum Princeps appellaretur. Qvod tamen ipsum seqventibus temporibus adeò non placuit Ecclesiis Orientalibus, ut cùm Joh. 23. Pontifex Roman. à Græcis petiisset obedientiam, qvòd caput esset universalis Ecclesiæ, & Christi in terris Vicarius, rectè ipsi respondisse legantur: potentiam tuam summam erga subditos tuos firmiter credimus: superbiam tuam summam tolerare non possumus; avaritiam tuam satiare non valemus: Diabolus tecum, qvia DOMINUS nobiscum.

Et notum est responsum Philippi pulchri Regis Galliarum, datum Bonifacio VIII. in hunc modum: Philippus DEI gratia, Francorum Rex, Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice, salutem modicam, sive nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus alicui nos non subesse: Ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos jure Regio pertinere, secus autem credentes, fatuos & dementes reputamus.

super hunc autem ædificatam esse Ecclesiam, dicente Christo: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: huic traditas esse claves regni cœlorum, & ligandi ac solvendi potestatem: huic terna vice dictum, pasce oves meas.

Atqvi, num D. Petrus Romæ unqvam fuerit, non immeritò dubitamus, cùm, contrà qvàm docent Pontificii, ex D. Pauli epistolis, Actis Apostolorum, aliisqve indubitatæ fidei historiis, certissimis argumentis colligatur, ipsum neqvaqvam Romæ (qvæ ex gentilismo ad fidem JESU CHRISTI conversorum erat Ecclesia) sed Hierosolymis potiùs vel alibi in Judæos versatum esse: nimirum cùm hoc pactum inter Petrum & Paulum non solùm initum, sed mutuis etiam dexteris confirmatum legamus, ut hic in gentes, ille verò in circumcisionem Apostolatu fungaretur.

Et si maximè concederemus (qvod tamen nondum concedimus) Petrum aliqvandiu Romæ sedisse, inde tamen nondum efficeretur, tenuisse Petrum in reliqvas Ecclesias primatum, cùm neqve Christum ipsi talem assignasse, nec ipsum in Epistolis suis eum usurpasse legamus: qvin contrà potiùs Apostolos primatum affectantes Christum acriter reprehendisse, & Petrum semetipsum compresbyterum appellasse, paulò antè planum fecimus. Nec D. Petri sedes, ut ipsi nugantur, Papam sanctum faceret. Cathedra enim, ut rectè Chrysostomus scribit, non facit Sacerdotem, nec locus sanctificat hominem, sed contrà potiùs Sacerdos cathedram facit, & homo locum sanctificat. Nec etiam hæreditaria sunt Apostolorum dona, sed personalia, videlicet personam illorum non excedentia.

Unde non inscitè Thomas Aqvinas, Pontifici Romano, opes suas & pecuniarum suarum acervos ostentanti, ac dicenti: ecce Thoma, non possum cum D. Petro dicere, aurum & argentum non est mihi, respondit: Ideò etiam (sanctissime pater) non potes cum eodem dicere, surge & ambula.

Adhæc, qvòd, ipsum Ecclesiæ columnam & petram esse, dicunt; ex malè intellecta Christi ad Petri confessionem responsione: ex ipsius Petri verbis (qvi proculdubio sui ipsius optimus est interpres) liqvidò respondemus. Is disertè in 1. Epist. cap. 2. pronunciat, CHRISTUM esse Petram; siqvidem gustastis, inqvit, qvòd benignus est DOMINUS, ad qvem accedentes, qvi lapis est vivus, ab hominibus qvidem reprobatus, apud DEUM verò electus, p. 998.

biberunt potum ſpiritualem.

Itaqve Chriſti verba ad Petrum de petra, accipi oportet de ipſo Chriſto, qvem Petrus confeſſus fuerat DEI viventis filium. Aſtipulatur nobis Auguſtinus, eadem verba enarrans Serm. 13. Qvibus Chriſtus petra, inqvit, Petrus populus Chriſtianus. Petra enim principale nomen eſt: Ideò Petrus à petra, non petra à Petro, qvando non à Chriſtiano Chriſtus, ſed à Chriſto Chriſtianus vocatur. Tu es ergò, inqvit, Petrus: & ſuper hanc petram, qvam confeſſus es, ſuper hanc petram, qvam cognoviſti, dicens: Tu es Chriſtus, Filius DEI vivi; ædificabo Eccleſiam meam, id eſt, ſuper me ipſum, Filium DEI vivi, ædificabo Eccleſiam meam: ſuper me ædificabo te, non me ſuper te. Simili modo Hieronymus in commentar. ad 7. Matth. Caput, ſuper petram Chriſtum, ait, fundatam Eccleſiam, & ab ea petra etiam Petrum ſortiri nomen.

Deniqve, qvod de clavibus, uni Petro conceſſis, objiciunt, ex Auguſtino reſpondemus, tract. in Joh. 118. Cùm omnes Apoſtoli eſſent interrogati, inqvit, ſolus Petrus reſpondit: Tu es Chriſtus, Filius DEI vivi. Et ei dicitur: tibi dabo claves regni cœlorum: tanqvam ligandi atqve ſolvendi ſolus acceperit poteſtatem, cùm & illud unus pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus, tanqvam perſonam gerens ipſius unitatis, acceperit: ideò unus pro omnibus, qvia unitas eſt in omnibus.

Nec etiam Petrus ſolus oves Chriſti pavit, nec ſolus ordinavit Epiſcopos, ſed reliqvi Apoſtoli omnes idem factitârunt. Ita non Petrus Timotheum & Titum ordinavit, ſed Paulus. Qvi poſtea hos qvoqve oppidatim presbyteros conſtituere voluit: imò qvod amplius eſt, nec Petrus, nec Paulus, nec qvisqvam Apoſtolorum alius ampliſſimas Antiochenam & Romanam Eccleſias, ſed horum diſcipuli plantaſſe leguntur. Ac, ſi inſpiciantur Apoſtolorum res geſtæ, ſi accuratè expendantur omnia ipſorum ſcripta, in his omnibus comperimus, omnes inter ſe fuiſſe pares, nec ullo modo Petrum ſe prætuliſſe aliis, nec alios ſuperiores agnoviſſe.

Gregor. 14. Pp. 236.

1591. PApa Romanus Sfondrato, dictus Greg. 14. confœderatis Gallis in auxilium miſit agnatum ſuum, Franciſcum Sfondrato, Ducem Montis Martiani creatum, cum 6000. Helvetiorum & 1000. Italorum peditum, qvibus juncti erant eqvites mille, qvi ex Italia ſimul venêre, ſeriùs tamen, qvàm ut Germanos tranſitu prohibere poſſent.

qvo idem diploma, ſeditioſum, verbo DEI & SS. decretis contrarium, Galliæ Eccleſiæ libertati adverſum, ſcandali ac erroris plenum declarabatur.

Concluſum ergo eſt, ut id à carnifice laceraretur, & ante palatium exureretur. Præterea ſancitum, ne qvis id haberet vel legeret, ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis, amiſſioneqve privilegiorum. Adhæc eundem Papam hoſtem Regni Galliæ: turbatorem pacis Chriſtianæ; & ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Religionis; auxiliatorem & amicum conjuratorum, tam adverſus præſentem Regem Henricum 4. qvàm poſtremum Henricum 3. nefariè adeò interemtum. Qva propter in poſterum omnibus Romam abire, qvacunqve etiam de cauſa, interdixerunt. Poſtremò ubicunqve dictus Marcellus, Pontificius legatus, vivus vel mortuus inveniretur, juſtitiæ traderetur. Eâdem, qvâ præſcriptum eſt, formâ dictum diploma Pontificium in elata pyra & alibi exuſtum eſt. Imp. ut ſuprà, Rud. 2.

Idem. Gregorius XIV. ſingulis annis qvater dat annos ducentos indulgentiarum, Roſarium, vel Coronam, qvam vocant, recitantibus; & remiſſionem peccatorum omnium, in mortis articulo apud ſe Roſarium & grana conſecrata habentibus, & nomen JESU pronunciantibus: ut ex diplomate ejus apparet, excuſo Romæ apud Paulum Bladum.

Antichriſtus triceps. 1592.

EDidit hoc tempore Johannes Prætorius Saxogallenſis libellum hoc titulo: in qvo probare nititur; Papam, Alcoranum, & Calvinum, tricipitem Antichriſtum eſſe: ut apud eum.

Gregorius Iordanus. 1592.

HIc Prophetias qvasdam edidit hoc tempore: ſed qvia plerasq; ex Abbate Joachimo, & aliis, qvos multò perfectiores ſuprà habemus; deſumſit, eas relinqvimus.

Nicodemus Turlupinus in Anti-Choppino. 1592.

OMnes iſti Papæ moderni habent cor obduratum, & aures obturatas, & maximè qvòd ipſi ſunt creaturæ Regis Hiſpaniæ, ſine qvo Cardinales non audent ampliùs facere Papam: tantum poſſunt regales & ducati de Hiſpania, juxta Poëtam: *Qvid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?* p. 993

Et qvia certo certius eſt, qvòd Vice-Rex de Neapoli ſemper habet literas Regis Philippi Domini ſui paratas, qvas non aperit,

in iis mittitur ex Hiſpaniâ usq; in Italiam, incluſus ſub bono ſigillo.

Sed qvia aliqvæ novitates poſſent intercidere, qvatenus inter os & offam multa cadunt, & ne literæ illæ ſint nimis vetuſtæ, ſolet Rex Philippus eas renovare de tribus menſibus in tres menſes, & ad ſummum de mezanno in mezannum, atq; in iis ad plenum voluntatem ſuam declarare; qvæ eſt certè benè nova forma, & multùm differens ab antiqvâ electione, qvæ practicabatur olim in Eccleſiâ, incipiendo ab Apoſtolis, qvando Mathiam in locum Judæ per ſortem elegerunt, Actor. i. & continuando per tempora primitivæ Eccleſiæ usqve ad decretum factum in Concilio Lateran. ubi ſtatutum eſt, ut Papa eligatur ab omni clero, & populo; & ab Imperatore confirmetur, & qvòd, qvi alio modo & viâ ſe intronizaverit, anathema apoſtaticus, non apoſtolicus reputetur, ſine regreſſu & ſpe reſtitutionis.

Et paulò pòſt. Iſta tamen electio moderna eſt prudenter adinventa à Conſilio Hiſpanico; qvia ſi in electione novi Papæ oporteret ſemper expectare voluntatē præfati Regis Hiſpaniæ, ſæpè alius eam præveniret (ut fortè jam factum eſt) propter longitudinem itineris, & magnam intercapedinem terræ & maris inter Romam & Hiſpaniam, licet non ſit ſecundum antiqvum modum: qvia Reges Hiſpaniæ volunt jam habere ſuum cambium pro tot Papis, qvi facti ſunt Avenione, in duobus ſchiſmatibus, ad devotionem Regum Franciæ: ut patet per Platinam in vitis Pontificum: qvòd permulti ex illis erant Gallici, non autem Hiſpanici, vel Italici.

Super qvo non poſſunt tacere iſti Olybrii, & dicunt: ſe verificaturos, qvòd Domini Cardinales moderni ſunt omnes perjuri (dico de iis, qvi ſe immiſcent electioni Papali) ut patet ex formulâ juramenti, qvod faciunt, qvando ingrediuntur ad conclave, ut procedant ad electionem novi Papæ:

Ego N. Cardinalis, juro & promitto omnipotenti DEO, Patri, & Filio & Spiritui S. & B. Petro Apoſtolorum Principi, eum eligere in Pontificem, qvem credam Eccleſiæ univerſali in ſpiritualibus & temporalibus utilem: nec illi vocem dare; qvem veriſimiliter ſcivero, promiſſione, aut datione alicujus rei temporalis ſeu prece, per ſe vel per alium interpoſitâ, aut aliàs qvalitercunq; directè vel indirectè pro ſe electionem procurare, electoq; in Pontificem non priùs obedientiam facere, qvàm juret juxta formam decreti Concilii Baſilienſis: ita me DEUS adjuvet, &c. Guimier. in gloſſ. Concord. cap. Sicut. §. Ego. de auct. ſen. Con-

ci, qvia ipſi nunqvam dixerunt, qvòd Concilium Hiſpanicum eſſet cœlum.

Sed per DEUM, hæc non eſt magna novitas apud vos ligatores, qvi non recognoſcitis alium patrem, qvàm Papam: alium ſervatorem, qvàm Regem Hiſpaniæ: alium Spiritum ſanctum, qvàm pilloletos Italicos, vel duplones & qvadruplones Hiſpanicos. O qvando iſta mirabilis forma eligendi Papæ diſcooperta fuit, & qvòd apertè ille Gregorius intravit in hanc Ligam cum Rege Hiſpaniæ, & cum rebellibus Franciæ; & de facto, qvòd miſit Nepotem ſuum Sfondratam de Montemarciano cum exercitu in Franciam, & ſatis qvàm plurimis aliis actibus iteratis declaravit ſe hoſtem Regis, Coronæ Franciæ, & qvòd iſti Papæ ſunt omnes icti ad eundem cuneum: tunc Parlamenta & ordo Eccleſiaſticus prædicta iila arreſta, & declarationes fecerunt, qvas in pulchrum Latinum convertiſtis, ſtatim in fronte libri veſtri.

Et profectò mirum eſt, qvòd iſti Catholicoregaliſtæ non fecerunt adhuc pejus ad exemplum Regis Angliæ Henrici VIII. & aliorum ſatis Regum, qvi Papam, & jugum ſuum excuſſerunt: & ab eo tempore ſemper vixerunt in pace prædicti Hugonotti, alligantes lepidam hiſtoriam (& credo ſi eſt hiſtoria, qvòd non eſt fabula) apud Appianum, de qvodam paupere Agricolâ: qvi conducens ſuum aratrum, ſentiebat pediculos in ſuâ camiſiâ; qvam illicò deſpoliavit, & interfecit tantum, qvantum potuit: poſtmodum cùm reverteret ad laborem, ſenſit iterum alios, qvi illum mordebant, & pro ſecundâ vice adhuc exuit camiſiam, & occidit pediculos: ſed tertiâ vice qvando vidit, qvòd hoc impediebat ſuum laborem, & qvòd hæc erat una perpetua moleſtia: tunc ultimo exſpoliavit ſuam camiſiam, & eam conjecit in ignem.

Pari modo qvia veraciter ſcio, qvòd dominus Papa & Curia Roman. habent nimis magnum intereſſe in conſervatione amicitiæ Coronæ Franciæ; aliàs qvòd ſua Sanctitas perdit pulchriorem plumam de ſuo pileo, ſeu magis pretioſum rubinum de ſuâ triplici coronâ: mihi videtur, ſecundum meum obtuſum intellectum, qvòd prælibata ſua Sanctitas & Reverendiſſimi domini Cardinales Italici deberent iſtam parabolam mentetenus ediſcere, & ſemper ſibi eam ante oculos repræſentare: qvia nihil p.1000. eſt dulcius agno: ſed tamen ſi eſt moleſtatus, etiam commovetur & ferit: juxta mythologiam qvæ eſt in fabulis Faërni:

Furor ſit læſa ſæpius patientia.

Qvin imò dominus Papa deberet cogi-

Pasce, Pasce: non autem Occide, amazza, interfice: & dictum est Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Si ab hominibus qvod certè manifestissimum est, & meridie clarius ex omnibus historiis, qvòd Carolus Martellus, Pipinus Carolus Magnus, Ludovicus Pius, & alii satis Imperatores & Reges Franciæ liberárunt Papam à suis inimicis: dederunt sibi territorium, qvod vocatur B. Petri: concessérunt sibi multa jura, & magna privilegia 63. dist. ego Ludovicus.

Deniq; fecerunt sibi plus honoris, qvàm ulli alii Reges & Principes: & insummâ, dederunt sibi omnem ferè potestatem, qvam habet, tam temporalem, qvàm spiritualem: & tumet Choppinus ipse reples tres, aut qvatuor integras paginas libri tui, meritis & beneficiis Regum Franciæ erga Papam: in qvo tu nimis stultè facis, qvatenus hoc facit contra te: & ita tu es unus prævaricator, & proditor causæ tuæ. Nam si tu ipse fatearis, qvòd Reges Franciæ sunt auctores tantorum benefactorum: profectò seqvitur, qvòd non data est illis tanta potestas, ut eâ insolenter abutantur in donatores, prout aliqvando fecerunt Bonifacius VIII. Benedictus XIII. Julius II. & alii satis Papæ Romani, de qvo habemus singulare consilium Baldi in cap. olim. extr. de Rescripto, qvòd contra Papam, nedum inferiorem Principem, suâ potestate abutentem, primò utendum est verbis, secundò herbis, tertiò lapidibus: & qvòd, ubi non sufficit virtutis ingenium, ibi valet armorum præsidium.

Nam videmus, qvòd, si alicui tribuitur plenum arbitrium: non potest propterea ex tali plenitudine potestatis contra rationem aliqvid indiscretè facere. Panorm. in cap. 1. de constitutione Card. flor in tract. de unione Ecclesiæ. Ubi vehementer insurgit contra istos blanditores, dicentes, Papam posse omnia: & dicit, eum posse, non qvod libet, sed qvod licet: & qvòd ex his blandimentis infiniti surrexerunt errores. Et Gerson in tractat. de Eccles. Potest. dicit in terminis: Meminerit summus Pontifex, datam sibi potestatem summam in Ecclesiâ, ad ædificationem, non ad destructionem: juxta qvod unus Ambasciator Franciæ semel dicebat domino Papæ Syxto nuper defuncto, qvòd revera Papa potest omnia: id est, Papa potest facere bonum & malum.

Habet enim tantam authoritatem in Europâ, qvòd potest, si est malus, eam replere bellis, flammis, & furoribus: & si est bonus & les & seditiosos Franciæ regni ad obedientiam Regis sui legitimi, atqve naturalis: potest (tanqvam pater omnium) ostendere omnibus bonum exemplum pietatis, mansvetudinis, & sanctimoniæ; & per alios modos procedendo, qvàm qvi huc usqve practicati sunt; pacem non tantùm in regnis temporalibus, sed etiam in Ecclesiâ Catholicâ, in regno spirituali D. N. JESU CHRISTI ponere, firmare, stabilire: finaliter potest hoc præstare, qvod nemo prædecessorum suorum facere voluit, id est, reformare abusus, tollere errores & superstitiones ex Ecclesiâ, & ponere finem huic importuno & diabolico schismati, qvod jam turbavit & afflixit Christianitatem per amplius septuaginta vel octoginta annos.

Sed revertendo ad propositum de istâ plenitudine potestatis, de qvâ Card. flor. dicit, qvòd tanti nati sunt errores; volo tibi enumerare pulchram historiam: qvæ tamen est satis vulgaris, qvæ accidit eo tempore, qvando Papæ habebant sedem suam Avinione, & erant omnes ferè Gallici (nam fuerunt tres Vascones & qvatuor Lemovicenses, creati in Papas, qvi regnárunt ordine) de Lemovicensibus, qvi cùm audirent, qvòd Papa erat vicarius Dei, imò qvòd ipsemet erat Deus (ut patet per Canonistas) & qvòd, sicut tu dicis, ipse habebat potestatem *in cœlo, & in terrâ, sperantes*, se reperturos gratiam *in oculis domini* Papæ, qvia erat *ipsorum compatriota*; miserunt sibi legationem, ad demonstrandam paupertatem patriæ suæ Limosinæ, in qvâ ferè *nihil* crescit præter rapas, & castaneas, & parùm bladi pro diebus Dominicis; qvatenus attentâ paupertate prælibata, sua sanctitas vellet fructificare patriam suam, & sibi concedere, ut bis in anno facerent messem!

Dominus Papa, audita legatione, rem ad consilium retulit, & post longam & maturam deliberationem, concessit eis petitionem suam, sua eâ tamen conditione, ut in posterum non amplius XII. sed XXIV. menses computarent in anno: de qvo boni Limosini exhilarati, in patriam suam festinantes reversi sunt: & credo, qvòd adhuc gaudent isto suo privilegio: prout ritè & rectè. Imper. 120. Rudolph. 2. Pp. 237. Clemente 8.

Ordines Belgici.

p. 1008 1598 *

HOc tempore Hollandi nummos cuderunt, in qvorum priori latere ancilla, Hollandiam repræsentans, dormiens in

TA SALUS BELLO. Imper. 120. Rudol. 2. Pp. 237. Clem. 8.

Eodem anno Geldri, Hollandi, Seelandi, Frisii, Oberisselani & Utrechtani, numismata cudebant, qvibus ab unâ parte insculptæ erant duæ manus invicem connexæ, adjunctis sex telis firmiter coadunatis, hac inscriptione latinâ; DEO JUVANTE: ab alterâ parte columna unica, magno libro (cui nomen Religio) insistens, & eidem super impositus erat pileus, libertatis signum. Columna hæc à manibus sex virorum (qvi sex illas provincias unitas, videlicet Geldriam, Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, Transisulanam, & ultrajectensem ditiones signabant) tenebatur: additis his verbis: HAC NITIMUR, HANC TUEMUR: qvasi dicere vellent, unanimes ac concordes Religioni innixi, libertatem conservamus. Imp. & Pp. ut suprà.

1592. *Matthæus Sutlivius.*

SCripsit librum de Catholica, Orthodoxa, & vera Christi Ecclesia: & è contra, qvaliter Pseudo-Ecclesia Romana miseros mortales jam multos per annos ludificârit. Affirmat, omnia mala, qvæ in Europa longo tempore evenerunt, ab uno fonte Pontificiæ malitiæ profecta, susceptа, & perfecta esse: majoremqve ni DEUS avertat, tempestatem aut jam adesse, aut saltem impendere: ut non tam Pontifices, qvàm carnifices dici mereantur. Cætera Imperia aut jure, aut armis constituta esse: pontificiam verò potestatem, ex omnium generum rapinis conflatam, & auctam fraudulentia & perfidia stare: ut ibi. Imperat. 120. Rudolp. 2. Pp. 237. Clemente 8.

Idem. Nulla sunt apud nos publica Lupanaria: hæc Romanæ religionis sunt ornamenta: mores Massylienses & cinædicos detestamur: isti diligenter colunt. Apud nos Magistratus abominanda ista
p.202. flagitia maximis suppliciis coërcent: qvæ isti aut non curant, aut una dispensatiuncula condonant, imò ex lupanaribus & usuris sub nomine montium pietatis magna vectigalia habent: nulli apud nos licet aliena rapere, nec in alienas possessiones invadere; hoc non tantùm apud istos licet, sed summo honori est: maximè enim laudantur, qvi pontificis hostes ulciscuntur, eorumqve fines latissimè igne & ferro vastant, nec ullo alio jure Hispanus regnum Navarreum, aut Siculum possidet, nec præter pontificis donationem ullum in Indiis victos supplicio afficimus; isti veneficiis Johannem Navarræum, Principem Condensem, Saxonem, & Landgravium, multosqve nuper illustres & bonos viros: imò & se invicem tollere solent: non solemus nos indemnatos trucidare, nec ad infantulos innocentes patrum apud nos noxiorum extendimus pœnam, isti hostes non judicio, sed latrocinio tollunt, unaqve infantulos & senes, virosq; inermes æqvè, ac armatos, imò innoxios trucidant, fruttatimq; more barbaro conscindunt.

Fidem nos datam servandam docemus, isti perfidiam docent: nos fidem sanctissimè colimus; illi turpissimè violant. Nam, præterqvàm suis nulli (imò vix suis) fidem servant: nam si servassent, Philippo Hispano patriam perduelles Galli prodidissent, sicut sæpius promiserant, & juraverant: non agimus nostram causam mendaciis, nec nitimur calumniis aut convitiis: isti in omnes passim debacchari solent, eæqve artes & maximæ vulgatæ & qvæltuosæ apud istos esse solent: nihil apud istos blasphemiis familiarius; apud nos nihil odiosius: nusqvam plura, qvàm apud istos reperiuntur avaritiæ, & Persici fastus exempla; apud nos nihil hujusmodi.

Nolo reliqva persequi, hoc tantùm dixisse sufficiat; Romam, ut olim superstitionis, sic nunc sceleris & flagitii esse epitomen, omniumqve malorum sentinam; cujus urbis si qvæ apud nos similis esset; non negarem, illam dignissimam esse, qvæ cum urbe Romanorum, Sodomorum instar, incendio conflagraret. Libertinorum & Anabaptistarum spurcitiem animo aversamur: isti licet verbo simulent se odisse, vitâ tamen Sybaritarum & Libertinorum referunt mores.

Idem. Nec, si plura impuritatum & portentosarum libidinum, propter qvas maximâ jampridem infamiâ Pontifices laborârunt, exempla proferre liberet, unqvam deesset oratio. Mores Alexandri sexti Guicciardinus, qvi & ipse Romanæ erat Ecclesiæ Cardinalis, testatur fuisse impurissimos: Lucretiam enim filiam magis amavit, qvàm decuit patrem: pluresqve habuit ille ex diversis meretricibus spurios, qvos ille ut filios publicè habuit, & agnovit: licet alii Pontifices, ut velarent infamiam, spurios suos nepotes appellârint. Hujus filius Cæsar Borgiæ, patri in amore filiæ rivalis erat: utriqve omnium indicio, propter libidines nefandissimas & turpitudines, infames erant; hic sororis occi-

rum ille gregibus se tentatus est esse patrem. Julius 2. ex vagis suis libidinibus unam tantùm habuit filiam nothamnomine Fœlicem, callidam nempe & fœlicem meretricem. Leo 10. qvia cæculus erat, sororem suam Magdalenam ab alia distinguere non potuit: huic ille qvæstum indulgentiarum pro incestu præmium persolvit; erat illa, ut fertur, timidiuscula, & propterea cum fratre cubitavit; timens cubare sola.

Omnes autem reliqvos superavit verpus ille Priapus Julius tertius: iste enim suos amores adeo parùm celavit, ut puerum sibi amatum Cardinalitio galero ornârit. Innocentium de monte appellabant Itali: Romani sibilis prætereuntem excipiebant: famosus enim erat. Paulus ex muliere qvadam Aneonitana, qvam perjuriis suis decepit, genuit sibi similimum filium Petrum Luisium.

Nec sanè honori duxisset. Clemens 7. si à priscis patrum moribus degenerasset: ipse spurius genuit spurios; ita alios enim nati erant ejus pleriq; majores. Henrico 8. facultatem concessit, ut cum consangvinea in secundo, cum affini in primo gradu contraheret matrimonium, etiamsi cum alio antea illa contractam matrimonii iniisset. Sunt enim & neqvam, & magistri neqvitiæ.

Sed qvid ego plures commemorem, cùm pleriqve Romani pontifices in amoribus liberiùs versari soleant, adeoqve non turpis videatur incestus, ut facilè dispensent? Duxit Ferdinandus amitam suam ex dispensatione Alexandri sexti. Philippus Hispanus, ex dispensatione pontificis, neptem nunc in matrimonio habet. Tertius Martinus autem Papa dispensavit cum eo, qvi duxit in uxorem germanam suam sororem. Ex Julii secundi dispensatione contendunt Pontificii, legitimas fuisse Henrici octavi cum fratris uxore nuptias.

p.1003. Habent igitur Pontificii causas gravissimas, cur aliis incestum objiciant. Qvanto enim communius est crimen, tantò minùs grave videtur: eadem de causa etiam adulteria aliis objiciunt: nam exiguam habent illi matrimonii legitimi rationem, utpote cùm vulgò adulterium committant, & adulteria inter minora crimina numerentur.

Præterea facilè separant illi matrimonia; cum Carolo Magno dispensavit Pontifex Romanus, ut, repudiata Desiderii filia, aliam duceret uxorem. Eandem facultatem concessit Alexander 6 Ludovico 12. Gallorum Regi: minùs enim peccatum

Hæc ex historiis constant hue usqve; & ab iis narrantur, qvorum maximè intererat, talem turpitudinem celatam esse. Hujusmodi testimonia cur non proferunt contra Henricum octavum? cur inqvam tacent? sciunt illi, ideò illum repudiasse Catharinam, qvòd incestas horreret conjunctiones: hujusmodi autem apud istos copulæ peccata non habentur: lupanaria enim publicè probantur, scortatioqve istis pro ludo est, & joco: apage igitur istos non nauci homines, qvi propriorum vulnerum abjecta cura, alienæ innocentiæ turpitudinis notam inurere conantur.

Idem. Papa Romanus Galliarum Regi Carolo Nono hoc dedit consilii: qvò possent è medio tolli Hugenotti: scilicet, ut connubio jungeret sororem suam Principi Navarræo, & ad nuptias invitaret hospites omnes Hugenottos, qvoqve posset illos in nassam pertrahere, publicum conductum sub fide Regia illis polliceretur salvum. Qvòd si verò eos in sua habeat ditione, omnes interficeret: hæreticis enim non esse servandam fidem. Se verò (Papam) ipsum ab hoc scelere absoluturum, & omnium peccatorum plenariam remissionem ipsi indulturum, & certum facturum, qvòd hoc facto sempiternum consecuturus esset præmium, & angelis in cœlo sanctisq; DEI æqvalis futurus.

Carolus igitur sororis nuptias, ad qvas sub Regia fide hospites invitaverat, ingenti cæde fœdavit, cùm tot homines innocentes, inopinantes & inermes, qvi se regio promisso tutos arbitrabantur, miserè interficeret. Qvod factum adeò Pontifex approbavit, ut in aula sua illud in duabus tabulis depictum, spectandum omnibus proposuerit. Imò ex consilio legati sui, hoc scelus & susceptum & perfectum, & ex primo ejus rei nuncio universa Roma in lætitiam effusa est. Qvod mirum non est, cùm nec suis qvidem fidem servet. Imperatores enim Græcos primùm, deinde verò & Germanos, qvorum opera ille ejectus fuerat, perfidia sua ex Italia pepulerunt: possunt enim fidem datam violare, & pacta ac conventa rescindere.

Recitat deinceps hic Sutlivius exempla plurima, qvibus fidem datam turpiter violaverunt Pontifices: & id eis convenire & licere refert.

Idem. Qvidam Decanus Ecclesiæ Moguntinæ vixit temporibus Imperatoris Caroli qvarti, qvi de peregrinatione terræ sanctæ reversus, cogitans de Ecclesiæ insigni labe, istas effudit qverelas. Magistratus (inqvit) omnes Ecclesiæ, & uni-

rector navis in medio maris dormiens, & qvasi sopitus gubernator, amisso clavo, inter tempestates jactatur.

Qvemadmodum (inqvit ille) custos civitatis carens gladio, canis non valens latrare, speculator absqve buccina: sic pastor, & idolum, qvidcunqve perfunctoriè agens. Dicit præterea, non subtitanea ruina defeciſſe, Ecclesiam, sed per incuriam præsidentium, & prælatorum paulatim, virtutibus & exercitiis primis decedentibus, & per hoc sensim vitiis crescentibus, tam miserabili concidisse casu. Sordes, litigia, & omnia genera vitiorum, qvæ in Ecclesia regnabant, persequitur.

Cumqve multa complexus esset, ita concludit. Recessit lex à Sacerdotibus, à Principibus justitia, consilium à senioribus, à populo fides, amor à parentibus, à subditis reverentia, charitas à Prælatis, religio à Monachis, à juvenibus honestas, à clericis disciplina, à Magistris doctrina, studium à scholaribus, à judicibus æqvitas, à civibus concordia, timor à servitoribus, à rusticis communitas, veritas à mercatoribus: à nobilibus virtus, castitas à virginibus, à viduis humilitas, dilectio à conjugatis, à pauperibus patientia. O tempora, ô mores: tempora turbatissima, tempora damnatissima: mores reprobi, mores perditi, & clerici & populi.

Idem. Qvæ adversus alios nunc parantur arma, eadem, si alios subjugare poterunt, adversus vos etiam distringentur, si nihil aliud cavere volueritis: at cavete venena & sicarios, similes Monachorum istorum, qvi pernitiem optimo cuiqve machinantur, tuqve etiam Philippe cave. Nam licet senectus te ferè extra aleam periculi constituerit, magnaqve Pontifices Romani circumstantia pericula, nunc ne qvid in te, tuosqve moliantur, deterreant: magnum tamen tuis posteris impendet periculum, ne aut regnum Neapolitanum, aut ducatum Mediolanensem amittant.

1004 Provincias enim istas ne nunc qvidem secundis pontificibus ipse tenes: sin adversi venti flare inceperint te mortuo, cogita, qvàm facile istis erit, qvi transferendi regna sibi jus postulant, hæc tua regna à tuis posteris, aut ad alios transferre, aut sibi tanqvam Dominis legitimis vendicare.

Idem. Qvem enim nisi planè scurram & sycophantam non puderet, nostram religionem à diabolo profectam dicere? at, inqvit ille, Lutherus & Zvvinglius apertè

tum, nec librum sanè legisse videtur, unde leves qvidam scurræ hujus calumniæ materiam desumserunt. Est enim scriptus Germanicè, qvam ille lingvam non intelligit; etiam malè testibus istis, qvi ista narrant, convenit.

Profert Rosseus librum Lutheri Latinè scriptum, è tomo septimo librorum ejus Wittenbergæ excusorum: Ulenbergius tomum sextum citat, verbaqve in Germanico libro Jenæ excuso reperiri confirmat, è qvibus unum vos videtis mentitum esse: nos utrosqve mentitos esse, non dubitamus. Nam qvòd cum Luthero diabolum collocutum narrant, primum est mendacium: nam per somnum tantùm sibi, diabolum secum colloqvi visum (ut est in libro) dicit. Pungebat enim Lutherum conscientiæ stimulus, qvòd tot annos missas dixisset, diaboloqve ea in re operam præstitisset.

Secundum autem est mendacium, qvod, de universa religione diabolum cum Luthero egisse, asserunt, (nam tantùm de missa agere visus est:) tertium autem est, qvòd fingunt, Lutherum à diabolo didicisse, missam rem esse malam: (nec enim qvicqvam didicisse se per somnium narrat) contrà enim Lutherus dicit, sibi, qvi multò ante, missam rem esse pessimam, sciret, diabolum visum esse objicere, qvòd tot annos rei malæ operam dedisset, ut vel bonam esse missam fateretur; vel in desperationem abduceret, qvòd ex re pessima tam diu vitam sustentasset.

Qvartum est mendacium, qvòd Lutherum diabolo cessisse memorant, nam contrarium ex narratione constat: fortiter nempe illum diabolo restitisse, qvi illum ad missæ antiqvum usum retrahere, aut saltem in desperationem abducere conatus est.

Sed qvid ego reliqva mendacia ponam, cùm præter mendacia nihil habeant, qvod dicant? exploratissimum certè est, eos à diabolo didicisse: est enim ipse & mendacii pater, & mendax spiritus in ore hominum mendacium. Lutherus autem nihil aliud peccavit, qvam qvòd, ut homo Germanus, & non ita pridem Monachus, qvi has de diabolorum apparitionibus monasticas fabulas è mente adhuc non ejecerat, somnium narrat crasso filo, & Monachis familiari.

Qvare si nullum aliud habeant hujus calumniæ fundamentum præter somnium, qvod ipsi etiam malè detorqvent: nihil est, qvod aut Rosseus narret, aut pingat Ver-

Ideò pinxit Verſteganus diabolum fraterculi habitu, & reſti ſuccinctum, tanqvam bellum aliqvem Franciſcanum. Non meminerat ille Jeſuitarum, nam ſi meminiſſet, proculdubio palliatum pinxiſſet: iſti enim maximè ſtrenui ſunt Diaboli miniſtri.

Mirum autem profectò non eſt (ut ſentit qvidam doctus in hac re de Luthero) eum tam graviter fuiſſe afflictum à Satana, propter tot miſſarum celebratarum flagitia: cùm enim Lutherus DEI gratia viderit, qvanta Idololatria & ſe polluerit, & DEUM offenderit: conſcientia angi cœpit, & dolore carpi: igitur ἐπιχαιρέκακος humanarum miſeriarum ille, pluribus telis eum & anguſtiis fatigare cupiens, Idololatriæ Miſſarum iniqvitatem pluribus amplificavit, eiq; exprobravit: recenſitis enim omnibus humanæ imbecillitatis deliqviis, majus peccatum illo invenire non poterat ipſe, qvo turbatum Spiritum adoriretur. Igitur qvod omnium arripere potuit maximum, atrociſſimum, & abominabile, ei ob oculos ſtatuit, qvò magis ipſius conſcientiam ferire, & ad deſperationem adigere poſſet.

Ut enim moris eſt Diaboli; primùm blandè, & ſvaviter, ac ſpecioſè inſinuat (qvod teſtatur applauſus, qvo Miſſæ idolum fuit exceptum è gremio Satanæ à circumventa his dolis Eccleſia) impietatem peccatori; verùm ubi in retia collapſum videt, crudeliſſimè ei inſultat, & omni in eum conſurgit niſu, qvò æternæ ſalutis DEIq́ve ipſum gratia defraudet.

Idem. Multa veteres de Antichriſto, licet (ut de re futura) obſcurè, tamen ita commodè loqvuti ſunt, ut niſi ad Roman. Pontificem, ad nullum rectè detorqveri poſſe videantur. Irenæus, nomen ejus λατεῖνος futurum fore, retur. In Latio autem Pontifices iſti dominantur. Huic ſuffragatur & Sibylla de temporibus ultimis loqvens: venturum enim dicit Regem, alba infula inſignem, qvi à ponto nomen ductum habebit, qvi magnas opes coacervabit, qvi omnes errorum fontes, & arcana magica aperiet: & ejus interitum & regnum deſcribit, prope Tyberis ripas.

Præter Pontifices, qvis habet nomen à Ponto? Qvis alius eſt alba infula inſignis? Qvis tam latè in mundo imperavit? Qvis inqvinatiores habet aut pedes, aut manus? & qvis pedes, præter illos, maximi muneris loco protendit oſculandos? Qvis plures in Chriſtianam religionem induxit errores? Qvis arte Magica & diabolica majora effecit miracula? Deniqve ſi hos exceperis, nullus per multos annos juxta Tyberis

qvan DEUS eſſet, ita ſe convertit, teſte Irenæo. Jubebit (inqvit) ſeipſum pro Deo coli, & in templo collocari, non Hieroſolymitano, ſed in Eccleſia: in templo DEI (inqvit Hieronymus) ſedebit, vel Hieroſolymis, ut qvidam putant, vel in Eccleſia, ut veriùs arbitramur. Antichriſtus ſe & ſuos cupiet videri Templum ſpirituale DEI, & veram Chriſti Eccleſiam, ut ait Auguſtinus. Chryſoſtomus, Hieroſolymæ non, ſed in Eccleſia Chriſti Antichriſtum ſeſſurum, dicit.

Qvis autem templum DEI occupavit, & ſe pro DEO colendum, præter pontifices Romanos, per hos ſuperiores annos oſtentavit? Templum illi Chriſti invaſerunt, ſibiq́; divinos honores arrogârunt. Illi enim, ſe pro Chriſto in terris Eccleſiam regere, profitentur, & coram illis qvocunqve incedunt, cuncti procidunt, tanqvam numina aliqva adoraturi. Babylonem Hieronymus Romam interpretatur. Qvis igitur dubitet, qvæ de Babylonis everſione Johannes Apocal. 18. vaticinatur, ad pontificium in urbe Roma regnum pertinere?

Gregorius non dubitat, eum, qvi ſe univerſalem Epiſcopum dixerit, Antichriſti præcurſorem vocare. Certum eſt igitur, Antichriſtum, qvi illo tempore inſtabat, jam veniſſe: cùm ante multos annos univerſalis Epiſcopi nomen, à Gregorio & Synodo qvadam Carthaginenſi damnatum, Pontifex Romanus ſibi vendicârit. Dicit præterea Gregorius, Antichriſtum Judaicas ceremonias revocaturum, cui ſuffragatur etiam Sedulius. Hoc autem Antichriſti opus jampridem abſolverunt Pontifices Romani.

Bernardus ex turpi qvæſtu, qvo Eccleſiam undiq; fœdatam conſpexit, argumentatur, fore, ut brevi Antichriſtus revelaretur. Cùm igitur in infinitum excreverit illa turpitudo, multaq́; alia ſcelera pontificiam ſedem deformârint, proculdubio nunc Antichriſtus potentiam ſuam & regnum inchoavit. Synodus Wormatienſis & Brixiana, contra Gregorium 7. habita, eum ut Antichriſtum averſata eſt. Nec ab eo tempore unqvam de Antichriſto deſtitêre concionatores loqvi.

Sed qvid alia conqviram adverſus iſtos teſtimonia, cùm ipſos pontifices propria conſcientia accuſet & convincat, ſe Antichriſtos eſſe? Nam niſi ipſos conſcientia argueret, qvæ cauſa eſt, cur nullas de Antichriſto conciones, aut ſermones ferre poſſint? Profectus eſt Româ Paſchalis ſecundus, vel ut alii dicunt, Sixtus 4. Florentiam, ut Epiſcopo cuidam ibi de Antichriſto concionanti, ſilentium imponeret. Cùm [illegible] quidem Papali

tari, sentiunt.

Qvare si nobis non credit Bellarminus, pontificem Romanum esse Antichristum: at saltem credat Pontificibus suis, qvi nihil magis metuunt, qvàm concionatorum suorum de Antichristo ejusq; adventu liberas voces.

Qvæ, tantum à Romanis pontificibus depellendæ invidiæ causa, disputat ille, leviora sunt, qvàm ut vim argumentationum nostrarũ sustinere possint. Dicit, Antichristum unum tantùm hominem fore, eumq; ex tribu Dan nasciturum: nondum autem venisse: sed cùm tandem venerit, Henochum & Eliam occisurũ esse: & postqvàm aliqvot menses Hierosolymis regnârit, interfectum iri.

Ridicula pleraqve & falsa. Partim enim authoritate scripturæ, partim rei evidentia & patrum sententia, hæc omnia convicta sunt. Scripturæ sacræ affirmant, multos futuros Antichristos, licet propter summam eorundem contra Christum conspirationem, unus illi omnes dicũtur Antichristus. Audistis (inqvit Johannes) qvòd Antichristus veniet, & nunc Antichristi multi facti sunt. Dicit præterea Christus; Multos in nomine suo venturos esse, dicentes, se Christos esse. Nec obstat, qvòd Apostolus Antichristum hominem peccati, & filium perditionis vocet: nec qvòd sub bestiæ bicornis agno similis, & loqventis ut draco, aut sub meretricis unius nomine Antichristus adumbretur.

Nihil enim freqventius in sacris literis, qvàm ut sub singulari numero plures ejusdem speciei comprehendantur. Plures fuerunt Imperatores Romani: omnes tamen sub nomine unius pardi designantur. Similiter per Danielis singulas bestias singula intelliguntur regna. Hæ qvatuor bestiæ (inqvit Propheta) 4. regna sunt. Similiter per unam illam fœminam, qvæ fugit in desertum, omnes particulares designantur Ecclesiæ. Sub uno, qvi in prælium exiit, Apoc. 6. multi designantur, qvi in eodem militiæ genere militant. Nec adeò cessârunt artes Satanæ ejusqve potentia, ut unum tantùm habeat hominem perditum.

Præterea dicit Apostolus, apostasiam futuram, & mysterium tunc temporis operari cœpisse: & Antichristum omnibus impiis patres pro capite futurum dicunt, qvæ ad unum tempus & unum hominem pertinere non possunt. Atq; ut sit aliqvis unus in hoc numero, propter impietatem singularis, nihil tamen hoc impedit, qvò minùs pontifices Romani sint Antichristi. Antichristos (inqvit Hilarius) [illegible]

unicam justitiam nostram, prout ab Apostolis prædicatus est, non agnoscunt, constat esse Antichristos. Misera igitur hæc est Bellarmini pro suo pontifice excogitata defensio, cùm nec qvod affirmat probet, nec probatum juvet.

Idem. Multæ in legendis feruntur prophetiæ, de uberi proventu caulium: aut de donariis, qvæ monasteriis suis à nonnullis donata iri, Monachi distenti somniârant; & hujusmodi suorum monasteriorum commodis aut incommodis: vatesq; apud istos ille habetur optimus, qvi de re conventus sui, & commodis fratrum optimè vaticinari potuit. Sed multum interest inter DEI Prophetas, & istos pseudoprophetas: illi enim de Christo ejusq; regno, de regnis etiam, & populis, & Ecclesia, rebusq; maximis, Spiritu sancto præditi, multa præviderunt & prædixerunt, isti de sua culina, & ollis, & scutris, multisqve hujusmodi nugis, licet nihil prævideant, prædicunt tamen. p. 1006

Dicit Possevinus cum aliis, apud Anglos mulierem summum esse Pontificem: at omnes nôrunt, hoc summum est mendacium: neqve enim mulieres apud nos, aut verbum tractant, aut Sacramenta, aut munere aliqvo ecclesiastici ministerii funguntur: nec illa, in qvam ista tela diriguntur, aliqvid in se suscepit, qvod non jure regio sibi conveniat: Reges enim tabularum divinarum custodes sunt, & leges suis præscribunt, & supremo jure jus dicunt: &, ut cuncta fiant in Ecclesiâ decenter, præcipuam curam gerunt: nec aliqvid Elizabetha suscepit, qvod non Mariæ sorori, qvam summè laudant Pontificii, ante ipsam competebat. Romæ autem mulier qvædam olim non tantùm summus erat Pontifex, sed etiam summa meretrix: publicè enim peperit, publiceqve ministerio functa est.

Idem. Alexander 6. duos alios habuit qvæstus modos, insigniter nefarios, & impios. Nam in morientium invasit bona, hæres non nominatus; qvosqve ipse veneficio sustulerat, eorum bona diripuit. Opulentissimum (inqvit Onuphrius) qvemqve in aula Sacerdotem, & in his aliqvos Cardinales exteris ditiores, veneno tollendos constituit, ut eorum opibus in fiscum redactis potitus, profusissimè largiretur. Præterea ex Maranis, & Judæis magnum tributum collegit. Qvem modum qvæstus posteriores etiam retinent Pontifices. Judæos enim Christi professos hostes Romæ alunt, eosqve privilegiis augent. Desinite igitur

enim qvæsitus genus: hoc postremum à Judæis didicerunt, illud prius à Carpocratianis habent: hoc tamen sunt illis turpiores, qvòd, ut in rebus sua opinione licitis, nullum exegerint illi pro turpitudine ista pretium: isti ex oblationibus meretriciis in sanctuarium Rom. illatis diteſcant. Præterea tanta arte Canones Pontificii pleriqve conditi sunt, ut instar hamorum qvicqvid adhæserit statim capiant. Sanctiones Pontificiæ (inqvit Budæus) non moribus regendis usui sunt, sed propemodum dixerim, argentariæ faciendæ authoritatem videntur accommodare.

Idem. Jactitant Jesuitæ de Japonia, India, & novis Insulis conversis, & ampliato Romanismo: sed cùm consideraverint, altera parte Angliam, Scotiam, Hiberniam, Daniam, Norvvegiam, Saxoniam Pomeraniam, Germaniam, Galliam, Belgium, Poloniam, defeciſſe, & inde nihil ampliùs in illorum ærarium inferri ut olim, auri & argenti, imò potiùs araneorum qvàm nummorum plenum esse; & mercatum fraudesq; indulgentiarum planè detectas, parum de Regni illorum ampliatione gloriari poterunt.

Idem. Nostros non legitimè ordinatos, dicit: sed qvaliter qvæso Johannem 12. putas suos ordinasse, qvi hoc in stabulo eqvorum feciſſe dicitur: secundum Luitprandum, & alios. Ubi non puto infulatos, sed loco eorum cum strigilibus eqvisones.

Idem. Constat, Clementem 7. hastâ propositâ in foro tres Cardinalitios galeros venales feciſſe, plurimum offerentibus, pro auro bono & præsentario.

Ibidem. Cùm canones Spurios à sacerdotio arceant; Clemens 7. subornatis testibus perjuris, se legitimo natum matrimonio probavi: Romana enim Ecclesia fons est perfidiæ, & schola perjurii: fidemq; vitiosâ nuce viliorem habet. Petrarcha.

Idem. Sic enim ipsorum Palingenius:

Ut meritò (inqvit ille) *possit mundus spelunca latronum*
Dicier: en, Reges, sub honesto nomine, necnon
Pontifices spoliant populos: en depeculantur
Certatim cives, laniantes viscera matrum.
Qvid tot stupra loqvar, sunt cuncta libidine plena.
Et passim prostant, & clàm fodiuntur ephœbi.
Qvis non mœchatur? mystæ, vafriq; cuculli:
Qvos castos decet esse, palàm cum pellici-

cones, priapos, veneros nepotulos, ganeones, & puerorum, & viduarum corruptores, ut oculos sibi erui optaturus sit, ne tam turpem sociorum suorum catervam conspiciat: omnesq; facilè agnoscant, illos non tam Ecclesiam, qvàm Sodomorum cloacam esse.

Idem. Neqve enim aliud plerique Pontifices hos 600. annos fecerunt, nisi ut lustris & luxui operam darent. Petri Palatium est nunc pædiconum & cinædorum lustrum: non est illa Ecclesia, sed ganeum & popina: non sunt illi Romani antistites pontifices, sed pæderastæ: hîc cinædis & prostibulis honores habiti, pudori nullus locus: Lateranense palatium nunc, inqvit Luitprandus, est prostibulum meretricum, Ecclesiæ hujus militia lenocinium: moriuntur isti, non ut olim martyrio, sed libidine, luxuq; marcidi; vivunt ut edant, ingurgitant se, ut amori sufficiant. p. 100

Qvo igitur istos nomine appellem, gurgites, helluones, lurcones, ganeones? Qvæ igitur hos intemperies agitat, ut verbi ministris honorabile conjugium exprobrent, cùm eos ut summos venerentur pontifices, qvi lustra, popinas, omnesq; seqvuntur impuritates? Aut qvid Verstegano in mentem venit, ut conjuges pudicas ministris pro maximo probro objiceret, & ante oculos nostros poneret, cùm domi haberet verpos illos pontificios priapos, & pontificum cinædos, & prostibula, & popinas, & lustra, puerorumqve infames amationes? Cùm tanta esset pontificum Romanorum turpitudo, qvid opus est in nostris argumentum qværere?

Idem. Germani non tantùm legitimam, sed & honorariam habuêre causam, cur se Carolo qvinto Imper. opponerent. Adversus enim hostes externos (Italos & Hispanos) lares, uxores, liberos, libertatem patriæ & suam defendebant. Nec illi qvidem adversus Principem suum, sed adversus Imperatorem, cui præter vectigal aliqvod & obedientiam qvandam ex pactis nihil debebant. Cur ipsi Imperatoris facta improbarent, justas habuêre causas: cur Germanorum fœdus condemnaret, nullam ille habuit. Nec legibus ille, sed armis superior fuit: isti armis victi, causa fuêre superiores, ut ipse testatur Carolus.

Ibidem. Vigilate vos Christiani Principes, & hanc infinitam Pontificum Romanorum ambitionem, unde tot manârunt seditiones & rebelliones, maturè coërcete. Videtis, qvid doceant, qvid moliantur, se judices constituunt, & arbitros vestri juris.

tificiadversus alios militant.

Vaticinium memorabile.

1593. HOc loco nonnullos Scriptores Germanicos video posuisse qvoddam vaticinium, hoc anno in Italia inventum: qvod, ne defraudemus eo Lectorem, nos etiam hîc inserere voluimus.

Ajunt, D. Petrum Paulum Abbatem in Calabria, dum in suo Monasterio veterem parietem demoliretur, ut novum denuò extrueret, fundamentum altius fodi præcepisse; inventum autem inter fodiendum sepulchrum lapideũ, extrinsecus vario marmore fornicatum, in qvo cruces, & qvædam passionis Dominicæ mysteria sculpta videbantur. Apertum est sepulchrum hoc, præsente Abbate & Monachis, Secretario qvoqve, & Vicario domino Angelo: inventumqve cadaver penè consumtum, capillos nihilominùs adhuc in capite, & barbam canam promissamqve, in manibus verò laminam argenteam habens, cum hac inscriptione: Cùm sancta civitas fulgebit splendore stellæ, Sol iterum me videbit. Hoc est corpus Abbatis Werdini Hydruntini, sepulti 6. Kal. Nov. an. 1279. à virgineo partu. Sed & sub capite illius cadaveris reperta est ex marmore arcula, & in ea capsula plumbea, cum membrana, in qva antiqvis characteribus seqvens scriptum erat cum epigraphe vaticinium.

Ego Abbas Werdinus Hydruntinus, ab Angelo meo custode admonitus tempus resolutionis meæ instare, qvæ mihi priùs revelata fuerant, ventura in apertione sexti sigilli, ista in hac membrana scripsi, & in ista capsula marmorea servavi, mandans in virtute sanctæ obedientiæ, Jacobo Hydruntino, & Mauro Panormitano discipulis charissimis, ut ipsam in hoc sepulchro, unà cum cadavere meo deponerent. Cùm in sede Petri fulgebit stella coruscans, præter hominum expectationem electa, in maxima electorum controversia, cujus splendor universam Ecclesiam irradiabit, sepulchrum cadaveris mei aperietur. Hic bonus pastor custoditus ab Angelis, multa reædificabit. Ejus vigilantia & solicitudine elevabuntur altaria, & Ecclesiæ discooportæ cooperientur. Tunc gratiosus juvenis de posteritate Pipini veniet peregrè, ad videndum hujus Pastoris claritatem, qvi pastor mirificè collocabit hunc juvenem in Gallicana sede, hactenus vacante, eiqve imponet Diadema Regni, ipsumqve in adjutorium regni vocabit. Non post multos annos stella cadet, eritqve luctus ingens: nam cum eo tunc temporis sepelietur Aqvila se-

multiplicabitur. Itaqve indies per universa cubicula clericorum transibunt, & dignitates sacerdotales in maxima sangvinis effusione pervenient, eruntqve angustiæ & fames per universa mundi loca, in tantumqve major pars gentium mortem clamabit.

In illis diebus multæ solennes civitates peribunt per direptiones tam internorum qvàm externorum, potissimè in Italia, tam in regno Neapolitano, qvàm Hetruria: timenda, tremendaqve sunt, qvantum credi posset. Hydruntina patria mea iterum à Dracone Mahumetano vastabitur. Roma singulariter concutietur. Florentia qvoqve concucietur tunc, expectans vindictam sub Duce suo Apostata: & nidus Philosophorum æqvaliter concutietur, & Genua hostium tribulationes incurret. Sic mihi ostendit DOMINUS.

Turcæ cum lingvis futuris Venetiam polluent, & hîc non spectantibus prælium intentabunt. Totum regnum Siciliæ peribit. DEUS propitius sit servis suis. Multa monasteria corruens, ob venenum Aqvilæ Septentrionalis, maximus sangvis effundetur, ob duas pugnas Gallorum & Batavorum. Utinam avertat DEUS iram suam. Refert M. Jansonius Doccomensis Frisius, in Mercurio Gallobelgico, de qvo plura infrà. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

Monstrosum, ex Ioanne Pontano.

p. 1008 1593.

MUlier hoc tempore qvædam paupercula in Rhœlbek, novæ Marcæ pago, tribus à Regio monte milliaribus, noctu peperit masculum, habentem uti bos, dependentia palearia, undiqve eminentia circa collum, ex solidis carnibus, sed in formam lascivientis nunc hominum ætatis collarium; suis solliculis egregiè & mirificè, longèqve & latè explicatorum, qvod attolli & deprimi potuit. Circa tempora cincinnos ac fimbriatos crines gestabat, qvemadmodum nostri reguli & centauri faciunt: in vertice frontis arduæ capilli conspiciebantur erecti, qvomodo & juvenes delicatiores nostri ævi cura & arte capillos sursum pectunt; & instar puerorum Turcicorum, qvi cuti frontis perforatæ pennas gruis insertas gerunt (qvales aliqvot Sinan Bassæ Budæ, anno Christi cIↃ. IↃ. LXXXIV. qvi fuit Mahumetis D. CCCCXCI. Henrico Baroni in Lichtenstain & Nicolspurg, Legato Cæsares Budæ exhibuit) componunt.

Monstrum hoc à diversis cujusvis ordinis hominibus conspectum, & jussu Johannis Pontani Pastoris Regiomontani, ad vi-

hoc anno 28. Martii natus, ventrem habuit protuberantem, nodisqve distinctum, & prolixè defluentem ultra umbilicum; inferiori item parte acutiorem, qvo modo nunc thoraces, aliæqve vestes viriles conficiuntur.

Qvæ omnia qvorsum, DEO permittente, fiant, nisi ad ludibrium nostræ stoliditatis & vanitatis, non video. Sacrum, pulchrum, perfectumqve animal homo est, ad imaginem & similitudinem DEI conditum: nullo eget fuco, nullo externo vestium apparatu, in qvo qvi gloriam qværunt, qvid aliud agunt, qvàm fur qvispiam, qvi in cruce, aut furca, à qva suspenditur, gloriatur: non enim ad ornatum nobis concessæ sunt vestes, sed ad necessitatem, in signum & memoriam nostræ prævaricationis, primiqve in Paradiso peccati. Ex eodem Merc. Gallobel.

1593. *Portentosum.*

EOdem hoc tempore Judenburgi in Stiriâ, cœlo sudo, in Solis corpore nigra, stella apparuit de die, ex opposito verò aliqvot machinæ bellicæ, è qvibus magnæ qvantitatis & fumigantes pilæ in solem jaciebantur: qvæ umbras in terris dedêre, colore similes iridi. Circum solem visa qvoq; sunt multa Turcarum capita, replictis pileis Turcicis, & fasciis inde dependentibus tecta, collis autem oblongis. Ingens qvoq; ciconia, cujus pedes ferreâ catenâ stringebantur, conspecta fuit; ibidemqve media nocte Cometes ardebat: vide Bartholomæi Huberi, Erfordiensis Medici librum, in qvo perqvàm digna memoratu de Cometis, eorumq; portentis hoc anno scripsit. Idem Mer. Gall. Imp. & Pp. ut suprà.

1593. *Elias Hasenmüller.*

ISte Elias, omni artium genere cultissimus, ab initio qvidem singulari in Jesuitas affectione movebatur, eorum vitæ, moribus ac gestis acerrimè intendens, pactisq; hostium ejus acqviescens, ratus, eo haud se vanam operam in vera religione esse positurum. At verò arcana eorum expiscatus probè, in viam, unde exorbitaverat, aspirante DEO, rediit: & qvæ antea (Lutheranos oppugnandi gratia) pugillaribus suis inseruerat, ea deinde contra ipsos Jesuitas eorumqve sectam in medium attulit: DEO immortales gratias agens, qvòd, ipsum suam ante mortem illorum hominum technas percontari & agnoscere, concessisset. In libro ipsius, qvem nominavit historiam ordinis Jesuitici, variæ & elegantes scilicet

JESU zu wider/ qvò tendis, nonnè ad ad Diabolum? Illi autem qvasi surdi & muti transibant, probè sibi conscii, qvòd tales essent, qvales hi illos decantabant. Et certè si tales pueri silerent, lapides locuturi essent.

Itali, qvorum cordibus lux Evangelii Jesu Christi aliqva ex parte affulsit, eos vocant pultrones, cattivos tristos, bestias: hoc est, perditissimos nebulones, æterno carcere dignos, nec in rerum natura ferendos.

Cùm Romæ versarer, ex nobilibus viris, qvi stemmatis & generis sui claritatè à Cæsare & Octavio deducunt, unde & Cæsareani & Octaviani dicuntur, hujusmodi sermones audivi: Jesuitæ, seu, ut ipsi loqvebantur, Compagnia di Giesu, etiamsi summa videatur Pontificis Romani columna, hoc tamen aliqvando effectura est, ut Papa dejiciatur, & ipsi Jesuitæ rerum potiantur. Maturè igitur Pont. Rom. evigilare & de remedio cogitare debebat, anteqvàm Jesuitarum secta majores, qvàm olim Templatiorum vires acqvireret. Imp. 110. Rud. 2. Pp. 237. Clemente 8.

Idem. Landspergæ (oculatus testis hæc refero) erat auriga, qvi parochum accedens dixit: Aliqvoties me Satan ad tuas usq; januas comitatus est: sed neqve ipse ingreditur, neq; ingredi patitur. Cumq; aliqvandiu hac fraude uteretur, atqve tandem in furta incideret, deprehensus ait, se à dæmonio agitatum hæc fecisse, & insaniam finxit. Vocantur Jesuitæ, qvi dicunt illum obsessum; adhibent igitur varios exorcismos, verùm nihil proficiunt, qvò etiam plura adhibent crucis signa, eò majorem ille fingebat insaniam.

Tandem Rector Landspergensis, multis preculis & characteribus adhibitis, à tergo agnum cereum illi alligans, imperat dæmoni, ut in nomine B. Mariæ egrediatur. Dæmon respondit Crusio: (sed hoc nemo nisi ille audiebat) non egrediar, nisi hominem hunc vestris intercessionibus à fune liberaveritis. Hoc autem omnes astantes furem dicere audiebant: citò sanarer, si à patibuli pœnâ tutus esse possem. Postqvàm igitur Jesuitæ pollicerentur, se suis intercessionibus illum liberaturos: ibi continuò convaluit, qvietus sedit, & risit.

Cùm verò Magistratus secundum juris rigorem cum ipso agere, illumq; supplicio afficere vellet: Jesuitæ misso ad Principem supplici libello, illum à reste liberârunt. Qvi liberatus ipsemet confessus est, se omnia ista finxisse tantùm, qvia liberationem ipsi Jesuitæ promisissent. At Jesuitæ hoc pro mira-

Idem. Ne autem qvis fuitis vel aliqvam saltem facere injuriam, cùm absqve dubio votum castitatis, qvo se obstrinxerunt, fideliùs sint observaturi: ex plurimis duos tantùm hac vice producam in medium, qvi verbis qvidem castitatis votum voverunt, factis autem illud negârunt. Primus est Melchior Stor, Romæ Theologiæ Doctor creatus. Is ut salvus & incolumis in Germaniam redire posset, vovit, se societatem ingressurum. A qvo proposito multis amatoriis literis eum Abbatissa qvædam, ipsi non ignota, dehortabatur, rogabatqve eum, ut præsulem Monasterii potiùs ageret. Se enim sine illo vivere non posse. Qvid hæc sibi velint, divinate vos, ô fatidici patres Jesuitæ!

Alter est Fridericus Sommerman Doctor, qvi eadem, qvâ alter, fortunâ Jesuita factus, sic votum castitatis servavit, ut in Monasterio qvodam monialium non procul à Lucerna sito, cùm sororem qvandam, qvæ se à dæmonio agitari conqverebatur, liberaret, dæmoniumqve ejiceret, effecerit, ut nescio qva virtute umbræ illius Patris, in locum Satanæ infans intrârit. Id qvod mihi ipsi Landspergenses Jesuitæ retulerunt.

Idem. Ego sanctè & verè testari possum, me in Italiâ & Germaniâ inter centum non qvinq; reperisse sacrificulos, qvi sese ab impuro meretricum tactu continuerint. Taceo, in Italiâ plerosqve sacrificulos, addo etiam nonnullos Episcopos, ex meretricibus esse natos: & Ecclesiæ Pontificiæ non præsidere Episcopos unius uxoris viros: sed scortatores, adulteros, Sodomitas, masculorum concubitores, & ipsius Romanæ bestiæ amatores & negociatores.

Ex qvibus omnibus, non solùm impietas voti Jesuitici, de compulsæ castitatis coactione apparet: sed & luce meridianâ manifestius est, Jesuitas furiis infernalibus agitari: qvòd honesto, casto & sancto conjugio suis Sacerdotibus & fratribus interdicant: nec ullis precibus, nec ipsa naturæ vi, nec scandalorum multitudine moveantur, ut soluto laqveo hoc conscientiarum, & sublata turpitudine suorum spiritualium, qvi exemplaria gregis esse debebant (ut & nomen illorum & professio exigunt) ipsis legitimum conjugium inire permittant. Si qvis verò interim castè, legitimè & absqve offendiculo cum propria conjuge vivere cupiat: eum non ab officio tantùm, sed etiam ab arbore suspendant. Qvam tyrannidem & crudelitatem inauditam Filium DEI in illustri suo adventu, perpetuis ignis infernalis cruciatibus

nem infidelem vel hæreticum, in peccatis mortuum, suffragiis & missis suorum, ex damnatione liberari, & salvari posse. Hoc dolo fraudeqve, hodie Jesuitæ à Gentilibus, & eorum hæredibus in Indiâ maximas opes corradunt: dum, etiam non conversos, & ante aliqvot centum annos in ἀπιστίᾳ defunctos ipsorum Majores suorum meritis salvari posse, comminiscuntur.

Idem. Romæ aliqvando fœmina obsessa p.1010.
à dæmone, Lojolam secuta est, & clamavit: Tu solus me liberare & juvare potes. Tunc Ignatium conversum, dixisse hunc Virgilii ajunt versum:

Speluncam Dido, Dux & Trojanus eandem.

Qvâ voce audita Dæmonem mulierem prostravisse, ac egredientem vociferasse: O Fili Lojola, tu ceu Leo, me ad Speluncam inferni abire cogis. Sed rogo te, ne me æternæ speluncæ injicias. Tunc Ignatium dixisse: Vade qvocunq; volueris, modò nullum ampliùs hominem obsideas. Sicq; Dæmonium magno cum strepitu egressum, fœminamq; liberatam: qvæ deinde per omnem suam vitam (verbis utor Jesuitæ Turtiani) Ignatio Lojolæ devotissima fuerit.

Idem. Certè, si Christus JESUS visibiliter appareret, Jesuitas consimili modo, qvo Samaritanam est allocutus, perstringeret, eosq; impuritatis convinceret; in hanc fortè formam: Jesuitæ, vocate uxores vestras, & venite huc. Responderent illi utiqve, & dicerent: non habemus uxores: JESUS autem responderet; Benè dixistis, non habemus uxores: qvia istæ, qvas habetis, non sunt vestræ. Qvid hîc responsuri essent Jesuitæ aliud? qvàm, DOMINE, videmus, qvia Propheta es tu: Patres nostri idem fecerunt. Sed rogamus te cùm Gargesenis, ut de finibus nostris exeas, ne fortassis cum illorum porcorum grege ad barathrum gehennæ præcipites feramur.

Idem. Ignatius etiam Lojola, prostitutæ pudicitiæ fœminis Romæ xenodochium extrui curavit, in qvibus aluntur istæ, qvæ vel per ætatem, vel propter Gallicum morbum, nec veneris castra ampliùs seqvi, neqve Pontifici Romano censum offerre possunt: in recompensationem puto longè diuqve usurpatæ earum operæ.

Idem. In templo dum sedent carnifices conscientiarum in cathedra propter confessionem nihil exigunt: si qvis autem pecuniam super altare ponit, tacent, eamq; hominibus absentibus auferunt. Si qvis in illorum manus vult mittere confessionis sortem, eam recipere nolunt: dicunt autem, si

oportuiſſet: ibi hoc aucupio aliqvot florenos, vel alia, ex qvibus lautè vivere poſſunt, venantur. Egregii ſanè hominum rudium deceptores, qvorum hæc Maxima eſt: Non recipio mercedem. Sed inde inferunt: Ergò debes mihi hoc loco eleemoſynæ. Item: gratis tibi laboravi: ſed, debes mihi tot florenorum eleemoſynam. O vos impoſtores, perfidos, & deceptores ſacrilegos. Qvomodo hujus veſtræ hypocriſis rationem aliqvando reddetis DEO, juſto Judici?

Idem. Ad eundem modum Jeſuitarum confeſſarii nummum confeſſionalem (ut vocant) à nemine in templo recipiunt. Hortantur autem, ut eleemoſynas ad illorum collegia mittant: ſicqve pro nummo uno aut altero ſæpè florenum unum aut plures recipiunt. Nemo enim facilè, loco eleemoſynæ, ad illorum collegium nummum ſaltem miſerit. Sunt tamen etiam nonnulli confeſſarii inter illos, qvi clam, hoc eſt, inſcio Rectore nummos confeſſionis recipiunt, inter qvos unum nomino Patrem Johannem, Auguſtæ ædilem, qvi cùm aliqvando in hoſpitio, non procul à Landsperga ſito, pro octo ſociis ſymbolum ſolviſſet, & interrogatus, unde eam pecuniam haberet, reſpondit: ſunt antiqvi nummi confeſſionales, ſed ST. fratres, ſilentium præſtare, alioqvin oportet me reſtitutionis ſubire pœnitentiam. Sic ergo Jeſuitæ & Rectores ſuos, & eos, qvi illorum miniſterio Antichriſtiano utuntur, decipiunt.

Idem. Si ergo (dicat qvis) nihil recipere audent ab aliis: unde tot illis collegia? unde tot redditus? Verum eſt, nihil, dum in templis ſedent, accipiunt: præſertim ſi qvid loco mercedis illis offeratur. Sed ſunt hac in parte Jeſuitæ, ut qvidam in ipſo jocantur, participii partis. Partem enim capiunt à Pontificibus Romanis, Cardinalibus & Epiſcopis: partem etiam à laicis: ſed certo fine, qvem hoc exemplum monſtra.

Eſt Auguſtæ concionator in Eccleſia Cathedrali, inſignis Sophiſta, & Jeſuitarum Auguſtæ degentium Rector, nomine Gregorius Roſsphus, ob jocoſam loqvacitatem præcipuis in ea urbe, Pontificiæ Idolomaniæ addictis, maximè gratus. Hic, ut dixi, in primaria urbis æde conciones habet. Cùm autem Canonici & reliqvi, qvi ipſum audiunt, pro concionandi laboribus ei offerent loco mercedis in ſingulos annos 500. florenos: reſpondit, hac conditione mihi eos recipere non licet. Nam mihi regula eſt, ut, qvæ gratis acceni, gratis communi-

Sicqve ſingulos in annos in die nativitatis Chriſti ad illorum collegium deferuntur 500. floreni, qvos iſti gratis recipiunt, pro gratuitis, vel potiùs fruſtraneis Gregorii concionibus.

Idem. Solent Jeſuitæ Bavariæ Principi Guilhelmo, ſtrenæ loco qvotannis mittere catalogum: in qvo ſignificant illi, qvas pœnitentias illorum fratres, pro ipſius Celſitudinis, conjugis & filiorum incolumitate, facere velint. Nempe hic ſicerdos vult pro ipſis miſſas celebrare 2. alius 3. hic frater Roſaria centum: alius Pſalterium Mariæ: alius officium Mariæ: alius hortulum animæ recitare: alii volunt 4. alii 12. facere diſciplinas, hoc eſt, toties ſe flagellare, &c. Pro his plerunqve ſolet Princeps ipſis gratitudinis ergò divites ſtrenas mittere.

Anno tamen 1582. cùm Landſpergenſes hujusmodi xenium miſiſſent: neqve circa Bacchanalia remunerationem recepiſſent, ajebat Cruſius Rector Landſpergenſis: Noſtri fratres hoc anno non tam benè, qvàm p. 121. ſuperiori, ſuam locârunt ſtrenam. Nam præterito anno accepimus à Principe loco ſtrenæ bovem, qvo cum ſplendidè peregimus Bacchanalia: hoc anno carere cogimur. Sic ergò Jeſuitæ & tauros, & boves, & ſi maximè non coronas; tamen coronatos, imò domos, agros, templa, ſcholas, & omnis generis bona recipiunt. Digniores certè, qvos homines, (ſicuti poſtea Gentes, mutatis animis, Barnabæ, & Paulo facere volebant) lapidibus exciperent eò, qvòd lapidem illum Eccleſiæ angularem, Chriſtum JESUM reprobant.

Idem. Neophytus Jeſuitarum Schrenck Landſpergæ retulit mihi, ſe Romæ audiviſſe à Societatis Profeſſis, Jeſuitarum ſocios Romæ ſervum qvendam Alexandri Farneſii Cardinalis, ſingularis Societatis hujus fautoris, at acerbiſſimi & capitalis omniū Evangelicorum hoſtis, à dæmone obſeſſum Monachos liberare conatos fuiſſe: verùm fruſtra omnes omnia exorciſmatum genera adhibuiſſe. Tandem igitur Patrem qvendam dæmonio dixiſſe: Qvare non egrederis? Reſpondiſſe eum: Non priùs egrediar, qvàm poteſtate filii Lojolæ fuero ejectus. Mox ergò Lojolam, vocatum; verùm dixiſſe Lojolam; Non mihi ignotus eſt hic dæmon: me, ut & vos ridere præſumit: ſed decipietur.

Fratri ergò de ſuo Roſario dat granum, ſeu globulum ligneum, olim à Pio 5. conſecratum, & dicit fratri: Tu à tergo hominem obſeſſum accede, & hoc grano ipſius tergum attinge, voceq; ſubmiſſa his verbis alloqvere dæmonem: Adjuro te in nomine

nec Lojolam vidisse. Admirantibus autem dæmonem dixisse: Granum Lojolæ fortius est omnibus vestris exorcizationibus. Sicq; hominem liberatum, & ad Societatem conversum, eos filios DEI pronunciasse. F. Anno 1570.

Idem. Erat Landspergæ novitius, nomine Johannes artificio sartor: hic cum reliqvis novitiis animi recreandi gratia in campum procedit. Obviam fit illi pater senio confectus, qvi filium, qvem intra annum non viderat, alloqvi & salutare cupit. Filius verò faciem avertit, horrendum videt, & ne patrem audiat, gressus promovet. Pater senex filium inclamat: hoccinè est mihi nutricationis gratiam referre? At ille surdus & mutus pergit. Pater ergò justa indignatione percitus, ait: Faxit, ut ita fugias, ne in æternum redeas. Addit insuper reliqvis Jesuitis, qvi pariter silentium præstabant, audientibus: Hæc est pietas, qvam Jesuitæ suos docent: qvod malum istud consceleratum hominum genus Germaniæ invexit? Vosné Jesuitæ sitis? Non estis Jesu fratres, sed filii Satanæ, qvi tantam impietatem filios docetis. Vadar ergò in nomine diaboli filius iste meus degener, non se talem gessit, qvalem Christianum decet.

Ubi domum deventum est, res ad Rectorem defertur. Rector filii ingrati, potiùs fuste & stigmate, qvàm laude digni, factum probat: Benè fecisti, ait, mi, fili, qvi patrem tibi elegisti patres Societatis, qvos te magis qvam patrem tuum amare decet eò, qvòd hic secularis sit, ille spiritualis.

Idem. Ignatium Lojolam, primum Societatis auctorem, ipsius vitæ scriptor, placidè defunctum scribit. Sed Turrianus Jesuita mihi notissimus sæpè dixit: illum in Cœna, Prandio, Missa, in recreationibus etiam ita à dæmonibus exagitatum, ut in magna copia frigidissimum mortis sudorem fuderit. Bobadilla dixit: illum sæpius conqvestum, se nunqvam & nullibi à dæmonibus tutum esse posset. Octavianus Jesuita, Romæ minister, seu novitiorum Oeconomus, retulit mihi dicens: Sanctus erat noster Pater Ignatius: sed circa agonem ita tremebat, qvasi febri esset correptus, & suspirans dixit: Multa bona contuli in Ecclesiam Romanam: multas nostrorum provincias, multa collegia, domos, residentias & opes nostræ Societatis vidi: sed hæc omnia me deserunt: & qvò me vertam, ignoro.

Turrianus dixit: ipsius Comitem assiduum, usqve ad Missæ aram, fuisse dæmo-

stibus omnibus Jesuitarum Professis, ipsius cadaveris ossa non sunt inventa: fingentibus ipsis, ea esse per Angelos forsitan translata: qvod ego non negaverim: si angelos malos intelligant.

Idem. Multi eorum imagines secum portant, qvarum beneficio se præterita scire, futura prædicere, & cuncta nosse gloriantur? Sic Jesuita Peltanus, qvem doctissimum putabant Augustæ, suo in musæo mihi monstravit imagunculam, & dixit: se nunqvam illam salutasse, vel coram ea genu flexisse: qvin eorum, qvæ voluerit scire, notitiam variamq; gratiam fuerit adeptus. Sic senex qvidam Jesuita Romæ apud S. Andream, nomine Julius, qvi postea ad Turcarum fines est emissus, ostendit mihi imaginem, cujus virtute se futura scire, & ulcera sanare posse dixit. Erat tunc frater, qvi ulcus habebat in fronte, super illud qvàm primùm posuit istam suam imaginem, illicò pus & sangvis effluxerunt. Hi sunt revera Magi, sortilegi, superstitiosi, signa diesqve eligentes. Sed qvis horum Doctorum artes malas & neqvitias, vel mente concipere possit, nedum verbis dignè exponere?

Idem. Jesuita Fabricius Romæ mihi in faciem dixit: Ego mallem Sodomiam exercere publicam, qvàm contra Papæ mandatum inire matrimonium.

Idem. Ille qvoqve Jesuita Andreas, Romæ apud S. Andream Jesuiticorum novitiorum infotmator, dixit: Non minùs peccat Sacerdos, si uxorem ducat, ac si cum mula rem habeat.

Idem. Anno 1584. bubulci filia gravissimè à dæmonio exagitabatur, & aliqvoties seipsam & suspendere & transfodere conabatur. Pater filiam offert Jesuitis, qvi pro more suo Pontificio, dant illi imagines benedictas, suspendunt à collo illius Evangelium S. Johannis: & agnos cereos. Verùm illa hæc omnia adjiciebat, dicens: Hæc sunt res mortuæ, nihili, stultitiæ, qvæ me juvare non possunt. Nec temerè hoc faciebat. Diu enim Augustæ Evangelicas conciones audiverat, & falsitatem istarum rerum cognoverat. Jesuitæ verò pergebant suis exorcizationibus, sed absqve profectu. p. 1012.

At verò mulierculæ qvædam astantes. Nicodemi instar clàm fidem suam habentes, dicebant; Omittamus has res: neqve enim illa eas suscipit, aut in eas credit: qvin procidamus in genua, & oremus DOMINUM CHRISTUM JESUM, ut liberet eam. Qvibus auditis, virgo illa ait: Dicite Jesuitis, ut abeant, illi enim me non juvant, sed magis excruciant. Puella ergò

dentes, scripserunt ad alia Collegia, sua ope puellam à dæmone liberatam.

Idem. Alexander Farnesius, truculenta illa bestia, Germaniam impetitura, dixerat: Sic Germanos & Protestantes Ecclesiæ Romanæ reconciliabo, ut eqvus meus ventrem-tenus in sangvine Protestantium incedere possit. F. Anno 1534.

Idem. Dicunt, eos, qvi ipsorum religionem ingrediantur, Christi fratres effici, ac eodem jure, qvo Christus, regnum cœlorum possidere. Ehem, qvæ blasphemia major excogitari potest, qvàm asserere, se eodem jure regnum cœlorum cum Christo possidere? qvod absqve jure gratis tantùm datur credentibus.

Idem. Qvidam autem sunt omninò lutei, hoc est, tales, qvi qvidem in aurea nostra societate vivunt, sed cogitationibus & mente rebus luteis, id est, parentibus, amicis, & opibus adhærent. Hinc dubium non est, nostram societatem, ut subitò cœpit, ita subitò interituram: qvia qvotidie in pejus ruit. Neqve nostris tam curæ est, ut Societas bonis, qvàm multis qvibuscunqve augeatur. Tale, fratres, spectaculum sumus.

Idem. *Annón Sacerdos est Jesuita? Ita.*
Et socii ejus boni Antistites phani? Vani.
Qvale igitur est eorum Sacerdotium? Otium.
Atqvi freqventes sunt in Ecclesia. I. A.
Et qvotidie DEO offerunt sacrificia. Vicia.
Legem qvoqve urgent formidolosè. Dolosè.
Ac proinde in tollendis vitiis insignes. Segnes.
Conciones insuper habent utiles. Futiles.
Evangelium cum Apostolis proponentes realiter. Aliter.
Et tradentes DEI verbum incorruptum. Corruptum.
In extirpandis hæresibus sunt violenti. Lenti.
Ex sua parte stantem habentes Paulum. Paulùm.
Inde multùm occupati sunt circa bona opera. Æra.
Et in plantanda pietate studiosi. O, si!
Vultum qvoqve fingere possunt severum. Ferum.
Cùmprimis amantes homines continentes. Nentes.
Hinc omnes homines eorum mores probârunt. Parùm.
Qvia diligenter observant suas regulas. Gulas.
Atqve strenui sunt defensores Papæ. Papè.
Ejus gratia in periculis constituti. Tuti.
Ac propterea meritò in Eccesia sunt primi. Imi.
Sperant enim Principes, ipsis multum profuturos. Ut uros.
Certè tu Jesuitas rides. Vides.
Qvales ergò sine [illegible] commonstra?
Et vix habere panem qvotidianum: Ah non.
Ut qvos sola pascat lectio divina! Vina.
Qvo igitur salario hi Suicerdotes digni? Igni.
Atqvi in hoc mundo amplos habent honores. O res!
Ergò in inferno merces ipsis est reposita. Ita.
Interim Deus compescat hoc crabronum examen. Amen.

Idem. Meo tempore Landspergæ frater qvidam Jesuitarum, Johannes nomine, qvi veritatem Evangelii agnitam reliqverat, & Jesuiticum ordinem ob ocium ingressus erat, miserabiliter planè vitam cum morte commutavit. Nam qvod vidi & audivi, nullam prorsus consolationem admittere voluit. Afferebant ad ipsum Jesuitæ agnos suos orbiculares, rosaria, grana, imagines, ligneas cruces, signa benedicta, hostiam consecratam, monstrantiam, in qva DEUS eorum impanatus incarceratus sedebat: promittebant illi preces, rosaria, Missas, suffragia: hortabantur illum, ut confideret fratrum omnium sanctorum meritis: verùm frustra inania fundebant verba.

Ille enim vicissim dicebat: Removete hæc omnia. Nam propterea, qvòd his credidi, jam damnabor. Dicebam ego ipsi: Crede in JESUM CHRISTUM. Respondit miser: in hunc credidi, sed turpiter illum negavi. Mihi ex JESU factus est damnator. Non possum salutem conseqvi. Et Petro Hispano dixi: Qvæso, aut me interficias, aut da mihi cultrum, ut me ipsum transfodiam. Nam totus flammis infernalibus ardeo. Qvæ audientes Jesuitæ, ob oculos illi ponebant crucis signum, & herbas benedictas corpori admovebant. Ille verò ait: Removete ista qvibus oleum igni additis: nihil præterqvam dæmones meam animam ungvibus apertis expectantes video. Illis jam sum traditus. Nam DEUM, & verba ejus abnegavi. Qvæ Jesuitæ percipientes: fratres, ne offenderentur, discedere jubent. Sicqve iste miserè in desperatione obiit.

Noctu paratum ipsi est sepulchrum. p. 101
Cumqve manè Sacristanus aqvam benedictam, priusqvàm corpus humaretur, foveæ infundere vellet, niger canis de ea prosiliit: qvo viso, frater Sacristanus aufugit territus, reliqvis annuncians, se dæmonem vidisse. Cui Jesuitæ ajebant: si illum aqva lustrali aspersisses, te terrere non potuisset. Ille verò respondit: Omnem etiam aqvam in sepulchrum effudi, nihilominùs me terruit.

Idem. Qvin & experientia testatur; qvanta puritate (scilicet) & perfectione, castitatis votum observent: dum neqve castè,

lorum, qvibus cives Dillingani pallia surripuerunt. Nota est Landspergensium cœlibatus, in qvo coqvas, habitu Jesuitico indutas, extra jejuniorum tempora, habent. Nota est virginitas Jesuitarum Augustanorum: inter qvos Jesuitica infantem lactare visa est. Nota Leonardi coci Jesuitici Landspergensis continentia, qvam Comitis Svveickhardi conjunx, ob scandalum, manifestare coacta, multas mulieres, netrices & lotrices, infamia notari curavit. Nota historia, de qva Christiana Echo ita canit:

Hos fratres agitné qvæstus? *Æstus.*
Non carent furioso amore? *More.*
Spiræ perplacuitné vultus? *Ultus.*
Et coma mulierculæ fulva? *Vulva.*
An Fulda hæc pia corda torret? *Horret.*
Sartricem unamné ibi farsit? *Arsit.*
Virgis casané Jesuitis? *Ictus.*
Cui prodest Satanæ ille follis? *Ollis.*

Qvid? Qvòd in Bavaria palàm ferunt, Jesuitas dolium in collegium subvexisse, è cujus fundo effracto, meretrix in publicas plateas prolapsa sit. Hæc cùm Ingolstadii & Gregorio de Valentia & Bonaventuræ exprobrarem, responderunt: Illi sunt rumores vani de nostris, qvos nobis Socertatis hostes & hæretici affingunt. Si Veneri operam dare vellemus, haberemus utiqve occasiones multas: sed scimus, nostros esse puros & perfectos, aut si qvi ex nostris lapsi, non statim omnes qvoqve tales esse oportet: qvia gratia adjuti se continere possunt. Homines sumus, non Angeli, dicebat alter; qvasi diceret: si votum hoc non servamus castè, facimus tamen illud cautè, neqve ita publicè, ut reliqvi Clerici, qvos concubinas habere oportet propter res domesticas, qvibus ipsi præesse non possunt. Hi dicunt, Angeli non sumus: at Ignatius Lojola, primus illorum inventor, angelicam puritatem ab ipsis exigit. Qvàm belle igitur hæc inter se conveniunt?

Idem. Qvamobrem ut historiam hanc, qvàm bona fide recitavi, sicuti eam & audivi & vidi, dum rebus Jesuitarum interfui; tandem concludam: omnes, & singulos per Christi misericordiam, & propriam animarum suarum salutem, oratos & obtestatos volo, ut hosce socios, lupos, & pseudoprophetas, divino nomine tectos, Jesuitas dico, fugiant, & omnibus qvibuscunqve possunt modis devitent. Nam sunt Antichristi devotoria mancipia: qvi animas falsa doctrina inficiunt; qvi corpora inutilibus macerationibus consu-

sanctificant.

Imò ut rem dicam propriis verbis (qvibus tamen veniam dari peto) omnia turpissima Papæ stercora, nescio qvibus foliis involuta orbi Christiano pro aromatis vendunt, & per vim etiam falsa pro veris Christianis obtrudunt: qvi omnem Pontificis & assectarum ejus, plus qvàm Sodomiticam turpitudinem, ceu res divinas, defendere conantur: qvi verbum DEI calumniantur: qvi totam TRINITATEM blasphemant: qvi Christi Personam discerpunt: qvi Christi officium negant: qvi testamentum Filii DEI violant & mutilant: qvi Baptismi virtutes sui ordinis ingressu annihilant: qvi omnes fidei articulos corrumpunt: qvi Legem Decalogi abolent, & transgrediuntur, locoqve ejus traditiones inutiles & impias Ecclesiæ obtrudunt: qvi Ecclesiæ claves in tyrannidem vertunt: qvorum deniqve proprium est Judaizare, Gentilizare Sodomizare, & apertè Antichristianismum profiteri.

Taceo hîc damna, qvæ Rebuspublicis & œconomiis Christianis hæ Harpyjæ inferunt: dum filios in parentes armant, eos ad religionem suam trahunt, & ita abalienant, ut etiam parati sint, fasciculos, & ligna, ac lapides ad parentum trucidationem comportare, carnifices juvare, vel etiam sponte sese in parentum cædes offerre: sicuti in Hispania nunc aliqvoties factum ipsi Jesuitæ testantur. Taceo, illos viduarum domos devorare. Taceo, illos clandestinos proditores Germaniæ, dulcissimæ nostræ patriæ esse. Taceo, illos ad hoc unicum destinatos, ut omnibus, qvibuscunqve possunt, artibus, Principes Evangelicos, ac eorum subditos seducant, prodant, & perdant.

VVitgiftus.

HIc, in Ecclesia Anglicana supra 10000. Ecclesiarum parochialium, in omnibus autem non sexcentos Idoneos ministros, sed multos indoctos asinos & inhabiles esse: ac plerosq; ex mœchanicis opificibus desumtos, scribit.

Carte VVrightus.

p. 1014. 1593.

ILli, in qvibus jure patronatus est beneficia Ecclesiastica conferendi potestas, ea plerumqve circumcidunt; agros qvos possunt auferunt, magnam fructuum partem avertunt, & Simoniacis deinde pactionibus qvod restat, addicunt ei, qvem minimo pretio possunt conducere, ut Ministri personam gerat. Unde vir doctus Holliu-

beris non sufficiant, latrocinentur, atqve eripiant viatoribus boves, qvorum ipsę noverit aliqvot, publicis judicum sententiis infurcas fuisse sublatos. Et Harchibal. Hamilion scripto demonstrat; paucos inter Ministros Regni Anglici reperiri, qvi non negociandi simul & fœnerandi artibus incumbant.

1593. *Georgius Hekelius.*

SCribit Hekelius iste, solere Jesuitas acerrimè in Monachos, Prælatos & Canonicos, aliosqve juxta se clericos animadvertere: eoqve extremè niti, qvònam modo omnium in ipsos odia concedare valeant: ac magnoperè contendere, nihil eos ad rem facere, nihil adferre momenti, nullum movere lapidem: sed torpere ocio, voluptatibus & neqvitia diffluere, asseqve ad omnes libidines & scortationes divulgatos: orare itaqve & rogare, uti à cœnobiis & præbendis suis arceantur omnes, relegentur, & dispellantur. Non ob hunc sanè finem, ut de abusu tollendo loqvi videantur: sed qvò ipsi in nidos illos monasticos pingves atqve affluentes ponantur, ibidemqve cuticulas curare suas, latamqve alvum ducere in ætatula mundana valeant.

Utqve hæc & alia de re sua obtineant: mirum in modum insinuare sese nosse: conciliare sibi subfragia Principum: inducere in sententiam suam nobiles: ludere vulgus, & fallere: hominumq; penè omnium animis glaucomam offundere: ipsi autem Papæ circulum in nares ponere, eumqve in labyrintho ducere, sursum & deorsum rapere: Adolescentes deprunare & corrumpere, ac eos ad horrenda flagitia qvævis, & ad Sodomiticas abominationes destinare. Qvæ longiùs author ille, adductis inauditæ neqvitiæ exemplis, contaminatæ juventæ crimen maximè perstringentibus, in libello germanico exposuit: unde unum excerpere libet.

Est & hoc, inqvit, inter alia considerandum maximè, qvod Turrini Sabaudiæ oppido, flagitiosè in nobili adolescente à Jesuita est perpetratum. Innotuit exsecrandum & infandum scelus: & Sodomitam ad pœnas poposcêre judices. Alii ejus farinæ Jesuitæ pro sodali suo intercedere, hominemqve ferinæ libidinis dimitti, facinus celari atqve supprimi, rogare & postulare. Sed illi nefas esse duxêre, hominem, qvi naturæ vim intulisset, absolvere: ideoqve eum ad triremes, & perpetuam vitæ acerbitatem legavêre. Nunc agunt Jesuitæ, non sine DEO factum hoc esse. Non potuisse enim in intaminata sua socie-

celerius, qvàm ipse vellet, morte calamitosa & horrenda velut Angeli sui flagello, percussisset, atqve sustulisset: qvandoqvidem, post mortem ejus arcana cum pontifice pacta esse revelata, dicunt; jam pridem, cruentissimam civilis belli sangvinis effusionem haberemus. Imp. Rud. 2. Papa Clem. 8. ut suprà.

Idem in libro de Missa, non sine maximo mysterio fieri, ait, qvod Missa gratiarum actionem publicam non habet.

Contributio adversus Turcam. 1594.

JEsuitis (ajunt) usitatum esse illud, ut, in expeditionibus contra Turcas, Lutheranis Ducum munia non committenda esse, dicant: ne omnia infeliciter cedant. Sed heus Jesuita? Si hoc est, cur non etiam pecuniam eorum, qvæ non minùs tibi, qvàm illi (nisi avaritia obstaret) exosa esse posset, infaustam arbitraris: Sed benè se res habet. Nam cùm spes sit, Lutheranam religionem mox in aurum conversum iri, qvis dubitat, qvin illos firmos Lutheranos illicò simus habituri?

Daniel Cramerus. 1594.

REstat adhuc, qvòd defendendum tibi sit Romanum Imperium à calumniis, ut qvòd nemo vituperare possit Compagniam Jesuiticam, qvin simul vituperet omnes mundi Monarchas, Imperatores, p. 1015.
Reges, & Principes. Hic miror insignem tuam & Jesuitarum impudentiam, qvi se tam arcto cum Imperatore, Regibus, Principibus, Ducibus conjungunt vinculo, ut nihil dici in Jesuitas possit, qvin id statim in ipsos Principes redundet. Parùm abest, qvin vos fratres germanos, affines, consangvineos tantorum Dynastarum faciatis. Unde, qvæso, isthæc cognatio? Qvid audio? qvi majestatem Jesuitarum lædit, is reus sit læsæ majestatis. Attendite vos Protestantes, cavete cavete, ne qvid duriusculè in Jesuitas scribatis, aut loqvamini, si ea est Jesuitarum majestas, Stevarcio teste. Parùm erit, ut, qvi solium suum exæqvant soliis Imperatorum, & Regum, illis se eminentiùs præferant.

Sed inferunt, qvia nos fovemur à Principibus; qvòd si tales Alastores essemus, illi participarent nostra vitia. Heus tu, non statim qvales Principes alunt, tales etiam ipsi sunt. Nam alunt etiam Moriones, nec sunt tales, nec participant illorum stulticiam. At qvod ais: aut amant, aut igno-

Scimus ita esse, negari neqvit. Multi, qvi vos amant, amant personas, qvatenus illæ addictæ sunt religioni Romanæ, & oderunt in vobis scelera. Ita nec ignorant vestra scelera, nec amant illa, ferunt tamen patienter vestras personas religionis ergò, cui se dicaverunt. Et ita nihil adhuc proficis tuo hoc dilemmate, qvo inducere conaris, fieri non posse, qvin etiam ipsi Reges & Principes tangantur, si Jesuitæ petantur. Imper. Rudolpho 2. Papa Clem. 8.

1594. *Friderici, hodierni Palatini Electoris Confessio, in proxim. Comitiis Regenspurgensibus oblata, ex Meterano.*

A Religione patris mei, bonæ piæqve memoriæ, qvæ in scriptis Prophetarum & Apostolorum fuit, non recessi; credidit, dum viveret, non in Martinum, sive Jacobum, sed in Christum. Idem Symbolum (eadem fidei fundamenta) constanter qvoqve servo, servaturusqve sum. Arrii, Nestorii, Eutychii, & Anabaptistarum errores Pater meus abnegavit; eosdem & ego filius abnego, & detestor ex animo. Sacramentorum errores (qvi duplices sunt: alii eorum, qvi ex Sacramentis idola faciunt, & signa pro re signata venerantur ac æstimant; non observantes aut considerantes Sacramentorum sententias: alii eorum, qvi ea pro nudis & simplicibus habent signis) detestatus est pater; hos & ego detestor filius.

Accedo propiùs. Calvinismum & Zvvinglianismum rejecit pater; idem facio ego filius, si modò verum est, qvod Ubiqvitarii & Flacciani fingunt, nimirum, si veritas aut omnipotentia, sive tota Christi præsentia in terris abnegaretur. Sed hoc in errore feliciorsum patre, qvòd, sub nomine Calvini, à seditiosis & ambitiosis in Germania, veram orthodoxamqve Religionem contaminari, & conviciari, sciam. Qvod tandem pius Princeps, Pater meus cognovisset, si DEUS ipsi diuturniorem largitus fuisset vitam: qvemadmodum & hunc dolum ac fraudem potentissimi duo Saxoniæ Electores animadverterunt, Augustus pater, & Christianus, filius, Principes certè prudentissimi, & omnium scriptorum summa laude dignissimi.

D. Lutheri scripta non minoris facio aut æstimo, qvàm bonæ memoriæ pater meus. Sed rectè eos imprudentes judico, qvi omnia, qvæ ipsi ut homini exciderunt, pro auro gemmisqve habent & deosculantur.

gustum, cujus rei utinam minus qvereiarum publicarum, utinam minus vulgo esset exemplorum, qvæqve ad omnem etiam durabunt posteritatem, dum crudelissimi plagiarii jucunda illa pignora, imò verò partem viscerum, parentum avellunt amplexibus, eosqve adeò frequenter extorqvent, qvi sunt familiæ suæ aut solidum subsidium, aut solum columen: sicut accidit Vicario rerum Criminalium civitatis Andeganensis Airoldo: cui cùm septem essent liberi, Jesuitæ nostri præripuerunt eum, qvi natu erat maximus, ideoqve jam potuisset in patris decrepiti locum substitui, fratribusqve insuper ac sororibus junioribus parentis præstare vicem.

Subduxerunt autem, cùm annum ageret XIV. detinentqve sive in Italia, sive in Hispania, nec qvidqvam interim de eo rescire pater potuit, qvanqvam crebris monitis ac censuris Ecclesiasticis Jesuitas illos de eo interpellaverit: derident enim hæc talia, sustentati, imò tuti, unica Absolu- p. 1016.
tione, transmissa à Generali suo homine Hispano. Interim tamen non omittent Jesuitæ, ubi fato concesserit Airaldus; qvin poscant Jus primogenituræ, neqve enim unqvam paupertatis urgent votum, nisi cùm jam omnis spes successionis planè evanuit, ac tunc qvoqve, cùm profitentur ac sodalitatis subeunt Sacramentum, bona sua priùs Collegio resignant.

Idem. Sed & non ita pridem interceptus est Jesuita sicarius in Flandria. Is in morte testatus est, alium item submissum ab Hispano ex ipsis Hispaniis, maturandæ Regis neci: & qvid scimus, si non ille idem intra mœnia atqve in sinu urbis, in Jesuitico (inqvam) occultetur Collegio, tempestivam exsecutionis suæ opperiens occasionem? Nam ut convincam, Jesuitas non posse, non agnoscere pro sociis eos omnes, qvæ scelera ista suscipiunt Regum interficiendorum: imò verò Jesuitis nihil magis honorificum, qvàm fovere, producere, exstimulare hanc gentem sicariam, eamq; inter martyres collocare, si qvi forte facinus suum morte luant:

Sunt ampliùs qvàm tria hominum millia, qvi uno testabuntur ore, Comoletum concionantem postremo Natali Dominico, in templo S. Bartholomæi, thematis sumsisse loco caput tertium Judicum, ubi sermo est de qvodam Aod interfectore Regis Moabitarum. Is itaqve Comoletus, ut pluribus differuerat de nece Regis defun-

opus est, sive ille fuerit Monachus, sive miles, sive cacula militis, sive adeò bubseqva qvis, nihil interest: opus solùm nobis Aod! nec nisi unicus defit ictus, ut res nostræ votivum sortiantur effectum.

Videte Domini, ac ter qvater considerate, ad qvem usq; gradum nostra stupiditas, aut nostra veriùs ignavia atqve oscitantia (ignoscite ita loqventi, justo enim abripior dolore) provexerit audaciam, insolentiam, temeritatem, impudentiam talium proditorum, talium emissariorum Hispanicorum, talium homicidarum; ut jam scilicet audeant DEI illam cathedram occupare vocibus, qvæ ad Regum nefandissimam necem etiam gelidissimum qvemqve inflamment: qvanqvam alioqvin hoc ipsum istorum pura puta est doctrina; idq; peculiari expressit libello Allinus, Principalis Collegii Seminarii, qvod est Rhemis. Et qvia inibi sum, libet attexere historiolam.

Cùm Guilhelmus Parirus supplicio adjudicaretur: palàm præ se ferebat declarabatqve, Benedictum Palmium Jesuitam persvasisse sibi: omnimodè permissum esse, occidere atqve assasinare Reges omnes & Principes, qvos excommunicasset Papa. Qvàm rem cùm postea communicasset cum erudito Sacerdote, nomine Vates; asseverasse illum, tale dogma falsissimum esse; Parriumqve infernalibus damnandum pœnis, si tale qvid exeqveretur: qvibus dictis constitutus in consiliorum qvasi salo, rem omnem confessione auriculari patefacit Annibali Cadreto Jesuitæ, habitanti Parisiis (illi scilicet, qvi libello qvodam impresso Lugduni apertè scribit, Societatem Jesuiticam suum inde nomen habere, qvoniam à DEO adsciti sint Contubernales, datiqve Filio ejus JESU CHRISTO, qvi ipsos individuo suo sibi assumserit comitatu) idem ergò Codretus dicere Parrio: Vatem illum certè esse hæreticum: atqve affirmare insuper, nullum ipsum aggredi posse opus meritorium magis; ac tale qvidem, ut eo peracto, Angelorum humeris ocyus ad cœlos usqve perveheretur.

Qvid nunc, Reges ac Principes terræ? estnè, qvòd ampliùs securi degatis à metu percussorum, sive in Aularum vestrarum penetralibus, sive inter apparitorum satellitia, si diabolicum istud dogmà, qvodq; Infernus è penito sui evomuit fundo, hominum animis porrò influat? non est sanè: at interim tamen illud ipsum iisdem inculcant instillantqve Jesuitæ per auriculares suas confessiones: & cur non? cùm vel ei rei Regulorum suorum vi tantùm non obligentur, qvarum una habet: Sum const-

illi oculum adjecerat Philippus: sed plus nihilo erat eam occupare velle, Rege incolumi, & parte potissima nobilitatis: qvid ergò fit? Adhibet Jesuitas, qvi circa Regem Sebastianum, qviqve ibidem locorum sanctimoniæ opinione taliter conciliaverunt sibi homines, ut vocarentur speciosissimo nomine Apostolorum. Ii ergò mille artium cuniculis, fidissimum qvemqve atqve veterrimum removerant Aulicorum, interqve alios etiam Petrum Alcassonium, regno à Secretis; Regi persvaserunt, trajiceret in Africam adversus hostem, infinitis modis ipso potentiorem. Suscipit profectionem; sed adeò infeliciter, ut & vitam is amitteret, & Portagalliæ nobilitas penè tota.

Idem. Et liqvidò qvidem affirmare possumus majestati vestræ Catholicæ, vota & desideria omnium Catholicorum in eo versari, ut videant, Catholicam vestram majestatem occupare sceptrum hujus regni, & dominari nobis: qvemadmodum etiam libenter ac meritò nos jacimus infra majestatis vestræ brachia, veluti parentis nostri: aut certè, ut ipsa vestra majestas alium qvemdam stabiliat constituatqve, qvi sit de progenie ejus. Hæc excerpta sunt ex epistola qvadam Jesuitarum in Galliis ad Regem Hispanum, Parisiis scripta anno 1591. 2. Novembris.

Idem. Anno 828. imperante Ludovico Bono, ut Gregorius IV. jam itineri se accinxerat, Regis excommunicandi causa, Ecclesia Gallicana significari jussit, rediret, unde malum attulerat pedem, & rediret qvidem ipse excommunicatus. Simile prorsus accidit tempore Caroli calvi adversus Papam Adrianum. p.1017.

Idem. Ut primùm innotuerat electio Papæ, etiamnum superstitis, Comoletus, cùm de pulpito descendisset, iterum statim ascendit, inqve hæc erupit verba: Audi Policite: nova scies, Papam habemus; qvem qvæso? probè Catholicum: qvid ampliùs? probè Hispanum: ito Politice, & suspende te.

Idem. Ne qvid videar addere de meo: audite decreti Sorbonici ipsissima verba, paucis sanè describentia pestem illius sectæ.

Hæc nova Societas, insolitam nominis JESU appellationem peculiariter sibi vendicans, tam licenter & sine delectu qvaslibet personas, qvantumlibet facinorosas, illegitimas, & infames admittens; nullam à secularibus Sacerdotibus habens differentiam, in habitu exteriori, in tonsura, in horis Canonicis privatim dicendis, aut publicè in templo decantandis, in claustris

tibus donata; præsertim in administratione Sacramenti pœnitentiæ & Eucharistiæ, idqve sine discrimine locorum aut personarum; in officio etiam prædicandi, legendi, & docendi: in præjudicium Ordinariorum, imò etiam Principum & Dominorum temporalium; contra privilegia Universitatum, in magnum populi gravamen, religionis monasticæ honestatem violare videtur, studiosum, pium & necessarium virtutum, abstinentiarum, ceremoniarum, & austeritatis enervat exercitium: imò occasionem dat, liberè apostatandi ab aliis religionibus: debitam Ordinariis obedientiam & subjectionem subtrahit; Dominos tam temporales, qvàm Ecclesiasticos suis juribus injustè privat; perturbationem in utraqve politia multas in populo qverelas, multas lites, discordias, contentiones, æmulationes, rebelliones, variaq; schismata inducit.

Itaqve his omnibus atqve diligenter examinatis & perpensis, hæc Societas videtur in negotio fidei periculosa, pacis Ecclesiæ perturbativa, monasticæ religionis eversiva, & magis in destructionem, qvàm ædificationem.

Idem. Jesuitarum votum est: obedire per omnia & in omnibus Generali suo ac superiori, qvi semper est Hispanus, electusq; suffragio Hispanici Regis: cujus rei testimonium esto vel experientia. Loyola enim primus Generalis, Hispanus erat; ut & secundus Laynes: tertius Everhardus, Flander qvidem erat natione, sed jure tamen Hispanus: Borgia qvartus numero, item Hispanus: Aqvaviva qvintus, etiamnùm superstes, ortu qvidem Neapolitanus est, at etiam jurisdictionis Hispanicæ. Cæterùm verba voti illius qvarti mira prorsus sunt, imò horrenda: eò enim usqve procedunt, ut in illo Christum velut præsentem agnoscant:

Si JESUS Christus homicidium juberet, factum oportuit. Ergò si Generalis ipsorum Hispanus imperet, occidere, aut curare, occidi Regem Galliarum, necessariò faciendum est.

Et paucis pagellis pòst: Nonné Varadius, Jesuitarum Principalis, pro tali sanè selectus, tanqvam qvo nemo esset aut homo melior, aut melior Jesuita: nonné, inqvam, Varadius selectus fuit electusqve, ut qvocunqve verborum lenocinio induceret exhortareturqve; atqve animaret homicidam illum publicum? nonné affirmavit inter alia, nullum fieri ab ipso posse opus meritorium magis, qvàm si regem obtruncaret, qvamvis etiam esset Catholicæ religio-

scientiam suam ut detegeret, jussit confiteri cuidam Jesuitæ, cujus ignoratur nomen, qvi tamen fortassis adhuc in hac urbe, similibus intentus occasionibus: delitescit.

Qvid amplius? impii isti, & exsecrandi Assasini nonné communierunt Barrierium illum in Regiam necem, exhibitu Sacramenti, rei sanctissimæ, rei pretiosissimæ, sacerrimiq; adeò Christianæ religionis mysterii? O qvàm maluissent patrati, qvàm incepti facinoris rei esse! O officinam Satanæ, in qva fabricati sunt omnes Assasinatus, sive attentati per Europam, sive patrati ab hinc annis 40.? verè successores Arsacidum atqve Assasinorum: per qvos periit Comes Raimundus Tripolitanus: per qvos Marchio Montisferratensis Conradus: per qvos Edoardus Angliæ Regis filius, aliiqve plures & re & nomine Principes.

Et paucis pagellis pòst: Percunctemini Marchionem Pisanum, & fidem vobis faciet ab anno LXIV. qvo veluti Legatum egit Gallicum cùm in Hispania, tum in Italia, nullum unqvam habuisse se in manibus majoris momenti negotium, cui se non mox adversario opposuerit animo aliqvis Jesuitarum.

Idem. Liberalitas & favor, qvibus Rex Philippus eosdem Jesuitas prosequitur, satis produnt, haberi ipsos ac foveri tanqvam optimi subditi, & devoti clientes; nec non apposita admodum dominationis suæ instrumenta. Grandis illa navis Jesuitica, qva ab Indis aurum & merces ipsorum advehuntur (ubiqve enim hamus illis pendet, pro incremento thesaurorum, qvos habent & Romæ, & in Hispaniis) grandis, inqvam, illa navis nullum vectigal qvintanum Regi pendet: qvo ipso comparcunt triennio qvoqve ultra ducenta coronatorum millia.

Jam verò, pro parte præmii, ob occupatam communi commilitio Portugalliam, concessit iis idem ille Philippus munus illud, qvod tertio qvoqve anno Portugalliæ Regiæ offerebatur ab Indiæ occidentalis regulis, cujus muneris aurum, uniones, aromata facilè qvadringentorum scutatorum conficiant millia. Qvare & ipsi qvoqve gratitudinis ergò, & in remunerationem tantæ liberalitatis, haud aliter de eo loqvuntur, qvàm de Principe optimo maximo, qvi est, qvi fuit, qvi erit, supergresso longè vires Romani Imperii antiqvas, qviqve ipse unus amplius possideat terra mariqve, qvàm reliqvi Reges universi. p. 1018

Idem. Ludovicus XII. cognominatus

nullos non in ipsum concivit hostes, Hispanos, Germanos, Helvetios, Anglos. Sed enim anno 1510. idem Rex Concilium indixit Turoniæ, in qvo solenni modo decretum fuit, Papam armis castigandum, qvod ipsum deinde mox confirmatum alio Concilio habito Pisis. Unde factum, ut Papa Regem, nec non omne regnum ejus excommunicaret, concessa absolutione qvorumcunqve peccatorum eis, qvi Gallum hominem vel vi, vel fraude occidissent. Aliis igitur fines adjicitis, alios agris mulctatis, aliis vectigal imponitis, regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: sed unde vobis ista auctoritas? Certè DEUS dixit, regnum vestrum non esse de hoc mundo.

Idem. Scitur, qvale Jesuitæ testamentum extuderint Præsidi Godrano Divionensi, qvo sororem germanam, unicam alioqvin hæredem, dimidio coronato (proh contumeliam) contentam esse jusserit, relictis interim qvotannis Jesuitico ordini septem librarum millibus. Palàm qvoqve est, qvomodo involârint domum laresqve Bollaniorum, qvæ familia una est de opulentissimis Burdegale. Jamqve etiam recenter admodum, loco juris primogenituræ, abstulerunt familiæ Domini Præsidis de Largebaston terram Fajolensem, eamqve distraxerunt XII. scutatorum millibus: qvod precium ocyus in Hispaniam ablegârunt, thesauri sui accessionem scilicet. Nam in Gallia sanè nihil sibi servant retinentvé rerum immobilium, nisi qvæ sub conditione ea legata sunt, ne alienentur. Notissimus præterea est raptus ille sceleratus fratris unici, Domini Marchionis Canillaci, cui jam modò cedunt octo millia librarum annua; spe verò substitutionis, qvadraginta qvinqve ampliùs millia

Arrestum supremæ Curiæ contra Johannem Chastelium Scholasticum, studiis operam dantem in Collegio Jesuitarum; ob parricidium, qvod intentavit ipsi Regi.

Auctoritas breviter prolata è monumentis Curiæ.

UT vidit Curia, congregato majore ac minore Auditorio, processum criminalem, intentatum primò à Præfecto Regii Palatii, seu Judice Prætoriano; peractumqve deinde, petitu Procuratoris Generalis Regii, actoris atqve accusatoris, adversus Johannem Chastelium Parisiensem, non ita pridem studiis operatum in Collegio Chastelii super publicum istud parricidium, tum etiam Johannis Guereti Præsbyteri, dicentis se de Societate Jesu, antehac Præceptoris dicti Johannis Chastelii; nec non Petri Chastelii, & Dionysiæ Hazardæ, parentum suprà nominati Johannis: consideratis deniq; Procuratoris Generalis conclusionibus, cæterisqve rebus omnibus: dictum volumus, eandem Curiam declarasse & declarare Johannem illum Chastelium, argutum convictumqve reum læsæ Majestatis divinæ atq; humanæ, gradu supremo, sceleratissimo illo ac detestabilissimo parricidio, qvod intentavit ipsi Regi.

Ob cujus criminis expiationem, Curia condemnavit & condemnat Johannem illum Chastelium *in* mulctam honorariam, hoc est, uti se sistat, tectum solummodò indusio, præcipuæ portæ Templi Parisiensis, tenentem manu facem ceream duarum librarum, ibidemqve genibus inflexis dicat declaretqve, se nefariè ac proditoriè attentasse inhumanissimum atq; abominabilissimum parricidium, & læsisse faciem Regis cultro: falsis item ac damnandis imbutum institutionibus, dixisse pro Curia; permissum esse occidere Reges: Regemqve Henricum IV. hodie regnantem exclusum Ecclesiæ gremio, donec eum Papa approbaverit: qvarum rerum omnium ac singularum pœnitere ipsum, & veniam exposcere DEI, Regis, ac justitiæ.

Qvibus peractis, ducatur ac conducatur humili veha ad locum suppliciis destinatum: ibi forcipe candenti perurgatur brachia ac femora; manus autem dextra, cultrum eum prætendens, qvo connisus est illud suum parricidium, præcidatur. Post id, corpus ipsi distrahatur ac laceretur qvatuor eqvis: membraqve inde ac corpus conjiciantur in ignem; ac redigantur in cineres vento dispergendus. Declaravit & declarat eadem Curia, bona ipsius universa ac singula, acqvisita & confiscata Regi. Anteqvàm tamen lege in eum agatur, arripietur dictus Johannes Chastelius ad torturam ordinariam atqve extraordinariam, uti constet de complicibus ejus, aliisqve rebus nonnullis, ex judicio isto resultantibus. p.109

Inhibuit præterea atqve inhibet curia omnibus personis, cujuscunqve sint qvalitatis ac conditionis, idqve sub pœna criminis læsæ Majestatis, ne suprà dictas voces aut publicè, aut privatim, clàm palàmvé ullo modo proferant, utpote qvas Curia declaravit, ac hisce declarat scandalosas, seditiosas, contrarias DEI verbo, da-

laſtici ſtudioſiqve collegii Clarǽmontani, omnesqve alii, qvi ſe dicunt ejusdem Societatis, tanqvam corruptores juventutis, perturbatores qvietis publicæ, inimici Regis ejusqve Imperii, habeant abire atqve exire, intra diem tertium à ſignificatione præſentis Arreſti, urbe Lutetia; aliisqve civitatibus ac locis omnibus, ubi ſua habent Collegia: qvindecim verò pòſt ſeqventibus diebus toto proſus regno Galliarum, ſub pœna, ut, ſi termino eo finito alibi fortè reperiantur, in eosdem mox animadvertatur, veluti pariter reos læſæ Majeſtatis. Cæterùm adhibebuntur bona ipſorum tam mobilia, qvàm immobilia ad uſus pios, diſtribuenda juxta Curiæ ſententiam. Qvæ Curia inſuper vetat, ne qvis ſubditorum Regis, liberos ſuos extra regnum alibi mittat ad Collegia ejusdem ſocietatis, ſtudiorum cauſa, ſub eadem pœna læſæ Majeſtatis.

Sed & ſtatuit eadem, extracta ac breviaria hujus Arreſti transmittantur ad Præfecturas ac Diœceſes, qvæ iſtius ſunt jurisdictionis, uti formam ac tenorem ejus Arreſti ocyus exſeqvantur, imperatqve Præfectis qvibuscunqve Provinciarum, Baillivis, ac Seneſchallis, eorum item Vicariis, Generalibus juxtà ac particularibus, ſententiæ hujus executionem urgeant ac proſeqvantur, à die ſtatim dilatio vis ibidem conceſſæ: qvod uti promtiùs fiat, qvi ſubſtituti ſunt Procuratoris Generalis, omne ſuum item auxilium atqve operam adhibebunt, inqviſitione facta in contravenientes ac refractarios, & inſinuando Curiæ hanc ſuam ſaltem diligentiam, ſub pœna planè privationis officiorum.

Subſcriptum Du Tillet. Pronunciatum dicto Johanni Chaſtelio; deqve eo ſupplicium ſumtum die Jovis, 29. Decembris, cIↃ. IↃ. XCIV.

1594. *Libellus ſupplex Univerſitatis, eidem ſerviens fini.*

NOſtris dominis Curiæ parlamenti ſupplicant ſubmiſſè Rector, Decani, & Facultates, Procuratores nationum, Suppoſiti & Scholaſtici Univerſitatis Pariſienſis: dicentes, jamdudum factum, qvòd qverelas ſuas detulerint Curiæ, de magna confuſione in eadem Univerſitate, ob novellam ſectam, ortam in Hiſpaniis ac vicinis locis: qvæ inſigniat Societatem ſuam ambitioſo nomine Jeſus: qvæq; ſemper qvidem antea, ſed præcipuè tamen poſt turbas tumultusq; poſtremos, tota ſe in Reipubl. perſpicuam perniciem adglutinaverit factioni Hiſpa-

Theologicæ tunc interpoſito: cujus erat tenor, novellam hanc ſectam introductam, ad diſſolutionem omnis ordinis politici atqve hierarchici Eccleſiæ, præcipuè verò dictæ Univerſitatis: utpote qvi recuſarent obedire Rectori, qvodqve magis, etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, Paſtoribus, aliisq; ſuperioribus Eccleſiæ.

Jam autem triginta ſunt anni, ex qvo ſuppoſiti ac clientes ejusdem ſocietatis, qvæ prætendit nomen JESUS, cùm nondum venenum ſuum infuderant aliis paſſim Galliæ urbibus, ſed iſta ſolùm urbe, exhibuerint ſupplicationem, eo fine, ut incorporarentur membraqve fierent Univerſitatis noſtræ: qva controverſia aliqvandiu ultrò citroqve agitata, tandem ita utrinqve convenit interceſſu Conſilii, uti res manerent in ſtatu, hoc eſt, ne Jeſuitæ qvicqvid aggrederentur aut novarent, in præjudicium illius Decreti atqve arreſti: cui tamen illi minimè ſteterunt: ſed qvod amplius eſt, intermiſcentes negotiis publicis practicas ſuas pernicioſas, conſiliaqve nefaria, tota palàm ſe geſſerunt Gallia pro miniſtris atqve emiſſariis partium Hiſpanicarum, qvemadmodum omnibus ſatis conſtat.

Qvæ ipſa inſtantia in conſilio pacti ac conventi ſtatim deſerta eſt: adeò qvidem, ut neutra pars litis inſtrumenta apud Acta depoſuerit, eoqve modo obſoleta atqve emortua fuerit. Qvibus conſideratis, Domini noſtri, placeat vobis, uti iſta ſecta exterminetur non ſolùm dicta Univerſitate, ſed toto regno Galliarum: petimusqve ad eum finem adjutorium Domini Procuratoris Generalis Regii: hoc ipſo benè feceritis. Subſcriptum Le Royer; ad latus, d'Amboiſe, Academiæ Rector; ſignatum verò cera rubra.

Ecqvid nunc, Reges atqve Principes orbis Chriſtiani, ex publica iſta & ſolenni actione vobis videtur de ſacrato illo Jeſuitarum, poſt tot (uti conſtat) graviſſimas contradicentium ſententias, ægrè tandem approbato & confirmato ordine? Annè, uno atqve altero exacto ſuo originis luſtro, nefarii & infeſti ſceleris, ac flagitioſæ vitæ ſatis de ſe dederunt ſpeciminum? adeò, ut nullâ penè ſecta & difficiliùs incepiſſe, & celeriùs & flagitioſiùs ſub ſanctitatis & religionis inſignibus adoleviſſe, atqve in inmenſum usqve excreviſſe videri qveat? Vosnè exiſtimabitis, qvenqvam ita impudentem fore, niſi illos ipſos omnis pudoris & verecondiæ expertes, qvi auſit accuſationis hujus præcipua capita inficiari, vel à ſe in alios derivare? Neqve enim hæc in remotiſſimis Americæ regionibus: p. 1020.

sentaneum, qvòd toties advocatus ille Regem suum, de fraudibus illorum & insidiis, vix ulla satis diligentia (nisi regno exctis, aut qva alia, qvam merentur, severitate punitis) sibi cavendis, haud inanis vates admonuit & obtestatus est? Qvid enim tot in medium allata exempla corruptæ pueritiæ & juventutis, cui unicè operam dant; adolescentiæ perditæ & dissolutæ, patrimoniorum dissipatorum, hæreditatum expilatarum, atqve familiarum funditus eversarum?

At ista fortassis inter privata qvis referat incommoda: qvin publicè graviora longè, provincias integras & regna, turbata & perversa novimus, ubicunqve, qvam sibi vendicant, autoritatis & potestatis vim obtinent: induciarum conventiones, fœdera sacrosancta si violanda, aut bellorum incendia (qvibus, proh dolor, Christiana Respubl. nimiùm ardet) conflanda; ipsorum opera, ipsis internunciis, auctoribus atqve flabellis, hæc fieri hodie, videmus. In Reges & eos, penes qvos rerum summam leges esse volunt, non minùs illi, qvàm olim domini in servos, vitæ atq; necis arbitrium & potestatem sibi sumunt, ac etiam exercent, neqve verò illud ex juris, & religionis præscriptio, sed impotentis animi libidine, & ad commodum Hispanicæ Monarchiæ.

Hinc nuperrimè Galliarum Regem in summum vitæ discrimen adductum scimus, non à militari aliqvo homine, aut aliqva injuria lacessito, vel lue hæretica polluto: sed ab eo, qvi Jesuitis præceptoribus usus est, & naturæ pravitati ac insitæ malitiæ, disciplinam illorum & institutionem, qvò perfectior evaderet furcifer, conjunxit, cui spes omnis impetrandæ scelerum veniæ (qvòd nec matri suæ, nec sorori pepercerat, qvin in istam nefarias manus conjiceret, in hanc turpia designaret) ademta fuerat: nisi in verba Jesuitæ confessoris jurasset, & omnium detestabilissimo interficiendi Regis sceleri se astrinxisset, & tandem diabolicis artibus instructus, facinus tam audax, in præsentia tot procerum, honoris & gratulandi causa concurrentium, aggressus fuisset.

Sicciné ex schola Jesuitarum, tanqvam ex eqvo Trojano, prodire experimur sicarios, grassatores, & veneficii omnis atqve flagitii artifices? Neqve verò qvis objiciat, unum tantùm atqve alterum ex Jesuitico ordine facinoris hujus fortè conscios fuisse: qvin nullum non participem extitisse, hinc probabile fit, qvòd vultu atqve gestibus, qvò minùs desiderii & mente conceptæ lætitiæ signa proderent, temperare sibi ne-[illegible] perhibentur. Huc facit, qvòd Hel-

[illegible] qvem ad Calendas usqve Januarii superstitem non futurum, exploratum haberent.

Verùm qvo ordine res ista gesta sit Lutetiæ in ipso Regis conclavi, qvàm insigni misericordiæ exemplo, frustrato facinore, DEO Optimo Maximo Regis & afflictissimi regni saluti & incolumitati consulere visum sit, pluribus nunc verbis explicare nostri instituti non est, cùm toti terrarum orbi publica illa summi Senatus & Judicii Parisiensis sementia, supplicio de patricida nuper sumto, & Jesuitis regno omni excedere jussis, fides rei gestæ comprobata sit: qvàm sententiam hîc adscribendam putavimus.

Nunc itaqve denuò, uti ab initio etiam fecimus, vos Reges atqve Principes appellandi nobis estis, & ex vobis qværendum, num dubitare ampliùs possitis, nisi vobis ipsis & subditis vestris adversus istam generis humani pestem qvàm maturrimè prospexeritis, qvin idem vitæ & fortunarum periculum & exitium certissimum, qvasi fatum aliqvod, singulis vos momentis maneat? Qvamobrem vos per salutem vestram, si modò illa vobis curæ est, rogamus & obsecramus, ut Jesuitarum sodalitium qvàm longissimè à ditionibus, liberis atqve charissimis conjugibus vestris remotum esse, velitis.

Resolutio Academiæ Parisiensis, solenniter ac legitimè convocatæ 18. Aprilis, M. D. XCIV. pro supplicatione, de ejiciendis omninò Jesuitis. 1504

ANno DOMINI 1594. die Lunæ 18. mensis Aprilis, convocata universitas omnium ordinum hujusce incliti studii Parisiensis, apud ædem S. Maturini, pro supplicatione peragenda ab Academia ad ædem S. Capellæ Regalis Palatii Parisiensis, ad reddendas gratias altissimo DEO, pro deductione felici hujusce almæ urbis, prosperitate & felicissimo successu Christianissimi & invictissimi Domini nostri Henrici qvarti, Regis Francorum & Navarræ, conservatione dictæ urbis sub ditione & protectione dicti Domini nostri Regis, ac pro qvàm pluribus aliis rebus ad Academiam spectantibus, atqve super supplicatione facta à Domino Magistro Laurentio Bourceret, artium Doctore, de vocando in jus Jesuitis, ut omninò ejiciantur.

Dicta universitas debitè, ut moris est, hora solita convocata, ex consensu unanimi omnium Doctorum & Magistrorum singularum qvatuor facultatum, & qvatuor Procuratorum nationum, nemine re-

mnino. Eam ob rem celsitudo illiversitas, ex singulis ordinibus nominandos aliqvot selectos viros, qvi ea diligenter curent, qvæ ad litem contra Jesuitas movendam pertinent.

Unde facultas Theologorum nominavit Dn. Magistrum Adrianum d' Amboise, summum regiæ Navarræ moderatorem; & alium Doctorem, qvem dictus Dn. d' Amboise voluerit eligere. Facultas decretorum, qvæ acta sunt, approbavit: & qvia unicus tantùm Doctor, nomine dominus David Son aderat, promisit, se nominaturum aliqvem alium ex suis Doctoribus. Facultas autem Medicorum ordinavit Dn. Magistrum Jacobum Cousinot. Postremò facultas Artium nominavit dictum Magistrum Laurentium Bourceret, & Dn. Georgium Criton. Sicq; statutum fuit unanimiter & concluſum, nemine reclamante, per Dn. Jacobum d' Amboise, Academiæ Rectorem; totamq; Academiam, anno & die prætatis.

Subscriptum Du Val, & ad Latus; visa per nos ad Rectorem, Jacobum d' Amboise, & signatum cerâ rubeâ.

1534. *Conradus Schlüsselbergius.*

PHilippus Melanchthon solebat dicere cũ gemitu: qvòd oporteat mundum pœnas tam horrendæ ac terræ Idolatriæ, qvæ est in Missâ Pontificiâ, & prophanatione idolatricâ cœnæ Dominicæ. Solebat qvoq; referre cum lachrymis, initia atq; incrementa Tyrannidis Turcicæ, tam subita atq; præpropera, pœnas esse idolatriæ ejusdem. Qvia eo ipse tempore, qvo decretum de transsubstantiatione factum, & cultus idoli publicâ authoritate sancitus est: Ottomannica potentia primùm seſe commovit, & incredibilibus successibus extulit in Oriente versus Occidentem: ubi hujus idoli cultus præcipuè viguit.

1594. *Iacobus Colerus Doctor.*

QVid Berlini, duobus Spandaviâ milliaribus oppido, per hos dies acciderit, D. Jacobus Colerus prolixo scripto Germanico prosequitur, cujus hæc est summa.

Octavo post festum Michaëlis die, fama Berlini increbuit, Angelum cuidam puellæ apparuisse, cui cùm ipse Colerus initio fidem adhibere non posset, fama autem qvotidie magis magisq; invalesceret, puella ab Electrice in arcem vocata est. Aderant Electoris filii, Lunenburgensis & Brunsuicensis Ducissæ, coram his, aliisqve pluribus puella rogata & examinata est. Colero his auditis, cœpit etiam qvæ[illegible] [illegible]ulam nomine, ad se vocat, & in complurium pastorum conſessu examinat. Hic puella pia, modesta, verbi divini studiosa, præcibusq; dedita confessa est, 28. Septembris, stylo Juliano, nocte inter 11. & 12. horam se evigilasse, vidisseq; ad se venientem Angelum. Dormivisse qvidem secum in eodem cubiculo patrem ac matrem, sed eos nec vidisse qvicqvam, nec audivisse: profundissimo namqve somno sepultos fuisse.

Initio splendore qvodam, instar fulminis, cubiculum illustratum: qvi splendor continuatus noctem in diem convertit. Inde Angelum sine ullo strepitu ad se in lectum venisse, & ad pedes illius constitisse: candidum eum fuisse, qvasi camisia indutum, sed discinctum. Faciem ejus instar pulcherrimi adolescentis, sed ad modum solis rutilasse, notata nihilominùs â se in facie membra singula, nares, oculos, aures, os; crines flavos, circa tempora cincinnatos, cætera lævos. Nudum dextra tenuisse gladium, sinistra pectori admota: tandem clara & distincta voce se compellâsse, atq; dixisse:

Audi hominis filia; Ego sum Archangelus Dei Michaël, seu Raphaël [præ timore enim & perturbatione distinctionis hujus erat oblita] à Deo missus, ut tibi annunciem, & tu ad alios referas, Germaniam brevi gravissimis cladibus puniendam: cùm alias ob causas, tum maximè ob intolerabilem superbiam, qvam in oblongis collaribus, in exoticis vestibus, in muliebri mundo homines ostentant, vultus suos componentes, & facies suas stibio & purpura fucantes, indigni profectò, qvi faciem Dei conspiciant. His de causis dira manet Germaniam vindicta, horrendum supplicium. Deus arcum suum tetendit, & gladium suum exacuit: & virgam colligavit, veniens veniet, & non tardabit, vindictæ tarditatem ultionis gravitate compensabit.

Multò plura locutum esse, ultra horam sibi adfuisse, omniaq; disertè idiomate Germanico pronunciasse: sed se in ista trepidatione, metu, & terrore, omnia observare non potuisse.

Post hæc puella, capite in aliud latus reflexo, vidit immane monstrum, virum atrum juxta se stantem, cujus oculi haud aliter qvàm ignis ardebant; aures non habebat, sed aurium loco duo cornua oblonga, recta, nusqvam inflexa; in fronte extabat aliud minus, sed incurvatum. Hunc Angelus gladio suo percussit, dicens: qvid [illegible] hæc cruenta bestia? & mox disparuit.

lanâ mollior, nive aut glacie frigidior, &
p. 1022. dixit: ter ad te veniam, evigilabisq́; , & tecum agam latiùs. Deniq; ter rotans gladium suum, ter exclamavit, Væ, Væ Germaniæ; qvo dicto, non visus ea nocte est ampliùs, disparuit lux, & prioribus tenebris nox denuò in horruit.

Seqventi nocte idem Angelus absqve ullo strepitu ad puellam reversus est, minori tamen cum claritate, & absq; gladio; sed manibus complicatis. Affatus puellam, interrogavit eam, an, qvæ pridie ad ipsam locutus esset, divulgâsset: aliisq́, nunciasset? cumqve puella respondereret, se ea nemini, præter patri & matri, revelasse, ait Angelus: qvin potiùs hæc omnibus communica: noli tacere, aut secreta Dei abscondere: si hoc feceris, eris æternæ hæreditatis filia: si tacueris, non impunè feres. Et ter ingeminans. abiit. Mane cùm puella surgeret, lectoq́; se levaret, eum inmodum trepidavit, totoq́; corpore tremuit, ut, cùm thoro descenderet, in terram corruerit: & nec ire, nec pedibus insistere potuerit: sed opem aliorum imploraverit; qvi accurrentes corripuerunt eam, & ad focum portantes igni applicuerunt. Refert Mercur. Gallubelg.

Adhuc de Colero idem Mercur. Spandavia oppidulum est electoratus Brandenburgensis, ad Havelum fluvium, sex circiter à Brandenburgo distans milliaribus. Hîc (ut Colerus asserit) anni hujus mense Septembri, die decimo tertio, circa qvartam horam vespertinam Dæmon specie humana visibili, juvenem qvendam, nomine Grabielem Crummerum, arte pileonem, natione Leupscheitzium, sub ditione Marchionis Ansbachaii, accessit: offerens illi opes & divitias multas, si, suæ potestatis se in posterum futurum, polliceretur. Juvenis exterritus: Propitius, inqvit, sit mihi Deus, ne hoc faciam: Christi sum, ejus ero semper: is animam meam ditabit; qvæ opes mihi sufficiunt. Qvò autem acriùs eum tentaret Dæmon, eò se magis contrà armavit, & divino illi verbo restitit juvenis.

Tandem discedendi à Magistro suo Melchiore Hartmanno imperata venia, Francfurtum ad Oderam abiit, & operam suam Joanni Samueli elocavit. Nocte autem intempesta venit ad eum Angelus, vestimento amictus candido, præcipiens illi, ut Spandaviam reversus, populum ad agendam pœnitentiam hortaretur. Cùm autem juvenis Angelum, qvis esset, trepida & tremula voce interrogâsset, respondit Angelus: se illum esse Angelum, qvi Virg. Mariæ, ipsam esse concepturam & paritu-

Confestim Angelus disparuit.

Juvenis hoc Angeli mandato contemto, aut neglecto, ulteriùs Furstenbergum profectus est. Hîc verborum Angeli memor, cœpit animum advocare, secumq́; perpendere, fieri posse, ut si Spandaviam non revertatur, & Angeli præcepto non satisfaciat, à Deo graviter punieretur. Spandaviam igitur reversus, ad antiqvum Magistrum suum divertit. In profesto S. Martini, media circiter nocte venit iterum Dæmon, & ejus lecto humana forma, oblonga lupi pelle tectus astitit, eumqve adeò exterruit, ut occlusis faucibus, vocem nullam posset emittere. Mox Angelus illi denuò apparuit, habens in manu sua falcem: qvo adveniente totum cubiculum admirabili claritate illustratum est. Dæmon nihilominùs carbone nigrior ex adverso perstitit.

Alloqvitur Angelus juvenem, eumqve bono animo esse, & metum jubet deponere. Juvenis verò ex veste, literis in pectore exaratis, ex aurea cruce illi à collo pendente, & à corolla capiti ejus imposita agnovit, Angelum eundem esse, qvi sibi Francfurti apparuerat. Interea Dæmon propiùs accedens, juvenum graviter oppugnavit adeò, ut lassus inopsq́; animi penè succumberet. Sed Angelus flatu suo Dæmonem fugavit, gladioqve aureo, ex ore suo procedente abegit. Deinde decerpta corollæ suæ particula, juveni in nomine Jesu Christi commedendam dedit, candidissimoq́; linteo, in cujus medio crux intexta erat, totum juvenem involvit, qvo facto confestim vires omnes pristinas recuperavit, & jucundissimam harmoniam audiit, Canticum Ambrosii & Augustini primò, deinde Treishagium illud Propheticum: sanctus, sanctus, sanctus, &c.

His absolutis, Angelus juveni præcepit, confestim lecto surgeret, & ad Superintendentem, seu summum pastorem, M. Albertum Colerum se conferret, eiqve diceret: populum severioribus verbis & majori zelo, qvâm hactenus, ad pœnitentiam exhortaretur. At juvenis somno gravis, iterum obdormivit. Paulò pòst Angelus reversus, juvenem denuò excitavit, eumq; rogavit, cur mandato suo non paruisset; surgeret, atq; officium faceret, futurum enim, ut nisi populus pœnitentiam agat, à septentrione in meridiem Væ & lamentatio audiatur: & mundo tali obventura supplicia, qvalia ab hominum memoriâ, visa, nec nec audita sunt.

Cùm autem pridie profesti S. Martini, qvò hæc acciderunt, post vespertinam concionem multi Dæmoniaci, energumeni, &

ter miseros illos homines obambulantem? Negante id juvene, sed affirmante, se Dæmonem cum lupina pelle super ipsorum capitibus saltantem & exultantem conspexisse, & sibi laqveum injeciisse, sed stringere non potuisse, ait Angelus: se tunc Dæmoni restitisse: sine sua ope horrendam in templo tragœdiam excitatum iri: & Deum permisisse Diabolo, ut præter illos, plures obsideret ac exagitaret; sed si continuis precibus Deo supplicaverint, fieri posse, ut iram, ipsius multitudine peccatorum provocatam & exasperatam, mitigent: decretamqve in se sententiam avertant.

p. 1023. Die Lunæ post festum Martini, octava circiter hora vespertina, cùm juvenis ad dormiendum se composuisset, & Deo se commendâsset, Diabolus eum denuò vehementissimè oppugnavit. Adfuit mox eadem qva hactenus forma Angelus, qvi eum compellans dixit: Gabriel surge ocyus, & accedens Comitem Spandavienſem, dic illi, ut jubeat suo Magistratui, & Ecclesiasticis hominibus, singulis diebus hora septima vespertina novas preces instituant, & majori campana signum dent, ut Deus per hujusmodi supplicationes exoratus, imminentes plagas à populo avertat. Qvod nisi fiat, & populus pœnitentiam non agat, habere se in mandatis, ait, hac falce, qvam manu ferebat, probos & pios demetere, & naturali morte ex hoc mundo auferre, ne dira supplicia, qvæ Germaniæ præparata sunt, videant, aut experiantur. Neqve preces istæ, istaqve campanæ signa in hoc solùm oppido, sed & in toto territorio, omnibusqve pagis decernantur.

Hac cùm dixisset, addidit: juvenem posthac ipsum carnalibus oculis non visurum: nihilominùs bono sit animo, præcipit, adfuturum se illi modo invisibili, consolaturum, & adversus Diaboli infestas tentationes opem se laturum, pollicetur. His dictis evanuit. Hæc Colerus, & cæteri superiùs nominati Spandaviæ, qvarto & ultimo Decemb.

Placet autem hanc materiam (inqvit porrò Mercur. Gallobelg.) Coleri verbis concludere. Postqvàm ille admonuisset homines, ut se à nimia & prodigiosa abstineant superbia; peregrinas, Hispanicas, Ungaricas, Belgicas, aliasq; exoticas vestes; spiras præsertim collares oblongas, qvalibus Diaboli Spandaviæ collo cincti incedunt, detestentur; thoraces monstrosis ventribus prominentes extuberantesq; tis, perjuriis, execrationibus diris, veneficiis & mendaciis se temperent: tandem conqveritur & detestatur pessimum patriæ abusum, qvo, si qvid affirmandum est, mox in hæc verba prorumpitur: nisi verum sit, hic & ille Diabolus me tollat. Si cui malè precari velint, optant ei multa vasa, multos in ventre Dæmonum modios, & firmissima claustra, qvibus objectis, nullus exeat.

Hinc, inqvit, nunc Spandaviæ, Fridbergi, & aliis in locis Dæmones clamare; Diu nos invocastis, tanto jam tempore nos invitâstis, semel veniendum est, ecce adsumus. Abstinete, ait, ab inobedientia vestra, qvam Hypodidascalis, Magistratibus & pastoribus vestris hactenus protervè nimis exhibuistis; clamant modò Spandavienses Dæmones, Præfectis vestris hactenus obedire noluistis, nunc nobis obedire cogimini, idqve absqve mercede, absqve gratiarum actione, absqve ulla retributione. Nunc nos vobis pœnitentiam commendare, & ad eam vos exhortari debemus, licet inviti illud agamus. Hinc enim multarum animarum jacturam facimus. Sed qvid agemus? volentes nolentes cogimur vobis concionari. Si liberum nobis esset, mallemus profectò tacere & vos minimè inqvietare.

Cùm autem Diabolus Spandaviæ obsessam puellam vellet submergere, eiq; proponeretur exemplum Gerasenorum Dæmonum, qvi porcos mergere, nisi accepta priùs à Christo facultate, non potuit extendens Dæmon digitos; Vos, inqvit, estis proci isti: qvando ad vomitum usq; vorastis & potastis, ego in vos potestatè habeo.

Alii rogati, cur creaturas Dei exagitent? cogimur, inqviunt, facere: Altissimus præcepit nobis. Audire, obedire, credere, orare non vultis; ideo vos cruciare debemus: pœna nobis & dolor est, qvòd vobis ad salutem inservire compellimur; resipiscitis nunc, & orationibus solito diligentiùs vacatis: id circo nunc vis animæ tres in casses nostros incidunt, cùm decem & ampliùs antea comprehendere soleremus. Angelorum verò conciones & admonitiones ubiqve eædem sunt. Hortantur populum ad pœnitentiam, conversionem, orationem, peccatorum fugam, & superbiæ detestationem; de oblongis & monstrosis collarium spiris, de syrmatis, de fastuosis amictoriis & castulis, de striatis cycladibus, de latis subductisqve pileis, de ventriosis thoracibus, follicantibus brachiis, &c. concionantur. Hæc Deo displicere; dissimulare

mundi fundamenta, qvasi ligna & stipulas arsura. Hactenus recensuit rem gestam: ut à prædictis scriptoribus idiomate patrio commemoratur. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 237. Clem. 8.

1595. *Remigius Nauntelius Danus in Rationali Jesuiticorum.*

SOlebant ante tempora principis Parmensis Jesuitæ bellis non interesse; imò etiam alios religiosos apud milites degentes censere inhonestos, discolos, & irregulares. Sed Parmensem in Galliam secuti sunt ideò: qvòd sperarent, si Parmensis vicisset, & Regnum Gallicum subjugâsset: habituros se magnam honoris partem, ut per qvorum orationes, & præsentiam, Deus inimicos prostrasset; & maximam etiam portionem prædæ. Hinc illorum multi vexilla Parmensium seqvuti, currus in militiam expediebant onustos, atq; ornatos: qvibus etiam more principum insignia sua [qvæ fuêre nomen Jesu] ad latera ambitiosè affigebant. Sic qvoq; ex instituto suo profitentur, se non procuraturos aut accepturos Ecclesiasticas dignitates: qvasi non conveniant humilitati religiosæ:
p.1024. & tamen acceptant clanculùm & captant, ubi sunt insigniores qvædam & pinguiores præbendæ: qvemadmodum, acceptasse eos Cardinalatum, constat: ubi licet finxerint, parumper se cunctari & hærere; placuit tamen, atq; animum vicit tandem titulus ille, Reverendissimus & Illustrissimus. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

Idem. Sixtus qvintus Jesuitarum lasciviam comprimere inceperat, cosq;, si vixisset, ad normam monasticæ religionis cogere decreverat, aut penitus abolere.

1595. *Eustachius Poyssel.*

HOc tempore edidit scripta varia Eustach. Poyssel, de clave David, de fine mundi anno 1623. futuro, mutatione temporum, & alia. Producit autem ex vocabulis & numeris multa mystica. Ubi inter cætera vide, qvænam ex Roma, Wittebergâ, Heydelberga, Luthero, Rudolpho, & similibus nominibus cogat & eruat. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

ↄCIXI. I 35 ↄCIX

V.

CUM anno supra sesqvi millesimum nonagesimo qvinto, in mense Aprili

storis se ingerere conata, tam diu & multùm ab iisdem repulsa fuisset, donec labore victa & fessa, tandem ad fores ædium Pastoris delabi necesse haberet, ibi à puerulis capta stabulo qvodam inclusa fuit. Pastor autem, hoc ex puerulis audito, iterum libertati suæ restituit Ciconiam, & dimisit: hæc verò statim super dolium qvoddam cerevisiarium ante ædes consedit, ibiqve ovum peperit; qvod videntes Pastor & conjunx ejus, ovum contemplati sunt, & primùm sanguinolentum esse conspicati: postmodùm ablutum totum albuit, & retulit has depictas numerorum figuras & signa, ex omni parte atra, & tam perspicua, ac si data opera manus humanæ illa sic inscripsissent. Hoc ovum Pastor præfecto Klempenovii, & aliis multis contemplandum exhibuit: & è Pomerania ad nos attulit vir excellenti virtute & doctrina præditus, Nobilis Olvvaldus Suafe, amicus singularis, Illustrissimi Principis Palati. D. Philippi Ludovici consiliarius. Imperat. Rud. 2. Papæ Clemente 8.

Calvinus Iudaizans. 1595.

HOC tempore librum hoc titulo edidit Ægidius Hunnius, Professor Academiæ Wittebergensis, in eo Joannem Calvinum Theologum arguit, qvod dicta & testimonia sacrosanctæ scripturæ de Trinitate, divinitate & adventu Messiæ, aliisqve locis, more Judæorum pervertat & depravet: qvomodo autem, & qvaliter, videat apud eum lector.

Idem conqvestus fuit edito libro Henricus de Homeliis, Anno 93. qvem videitidem.

Deplorandum. 1595.

HOc tempore (ut qvidã primarij Theologiæ Doctor, audivisse se ex illustri viro, retulit) in loco N. qvidam manuarii opificii juvenis, cùm in concione ad mentionem nominis Jesu (meritò enim in nomine Jesu omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infetorum: Philip. 2.) Salvatori suo debitum exhibuisset honorem: à concionante propterea vehementer increpatus: & cùm non parêret, à lictoribus prehensus, ac per triduum in carcerem detrusus fuit. Hæc est ultimæ senectæ perversi hujus mundi, & in reprobum dati sensum pervicacia, ut homines impietate &

repertur, qvòd diabolus anqvando ingressus templum, & videns, qvendam ad pronunciationem nominis Jesu non incurvare se, nec aperire caput; alapam ei infregerit, & summam ingratitudinem turpiter exprobraverit.

Interea tamen, si qvis ejusmodi concionatorem fortè in platea obviam haberet, aut compellare vellet, & non aperto humiq; demisso capite prolixam ad pedes usq; deferret ei reverentiam, annón putas apud eum statim anathematis reus fieret? cujus ergo spiritus filii sint istiusmodi Christomastyges, pius Lector judicet: & videbunt illi tandem, in qvem pupugerunt.

I. N. Doctor.

1595. REtulit qvidam utriusq; Juris Doctor, vir fide dignus: Syndicus civitatis Imperii N. qvòd cùm ante hoc tempus in Italia magnæ qvidam authoritatis homo uxorem duxisset, eaq; infœcunda planè sterilisq; esset: hoc pro acqvirenda prole consilium (ne suis olim amicis, qvibus invidebat clanculùm, sua bona cederent) cum uxore inierit: ut nimirùm viro cuidam aptiori concumberet.

p. 1025. Illâ ab initio ex pudore reluctante, sed tandem affatim assentiente; qvidam ex Germania oriundus atq; nobili satus stirpe juvenis, ac ætate florentissimus, ad fabulam agendam, ut qvi eo loci literis incumbebat, occasione commoda adducitur: qvi qvidem haud multa moratus, in id facilè consensit, qvodqve suarum erat partium, gnaviter est exsecutus. Ideoq; illa concepit, & filium peperit: unde factum est, ut & postmodum fœcundissimam se præberet marito, sobolemqve abundè generaret.

Hoc cùm vir animadverteret, & jam bonis externis, suisq; facultatibus, qvas amplissimas habebat, instruere filios averet: illum autem primogenitum, suum non esse, exploratum haberet: miserum in Ecclesiasticum ordinem detrusit: qvi tamen ita profecit, ut brevi temporis intervallo fieret Episcopus, & deinde Cardinalis, ac tandem, ne qvid homini benè nato deesset, Papa crearetur. Sedens igitur jam, & Petri vices hoc modo agens, à matre, qvam conscientia ad pœnitentiam urgebat, fit certior, de vero patre suo.

Huic cùm Pontifex omninò gratiam referendam esse: putaret, Romam eum, qvi in Germania jam Canonicum agebat, citavit: eumq; cum matre primùm ab omnibus peccatis absolvit, & Episcopum ac Car-

Jacobus Franco.

1595. DEfuncto Sebastiano, Rege Lusitaniæ, qvidam audaculus, qvi faciem regis ad amussim repræsentabat, auxiliis & Consiliis malè feriati cujusdam monachi, ordinis Augustini, Rex fieri voluit: sed à ministris Hispanicis hoc aditu gloriæ prohibitus est, & maturè contossus. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 237. Clem. 8.

Idem. In Anglia Londæ, mense Julio, duo Jesuitæ pœnas dedêre sub carnifice: qvòd immani facinore se obligassent, ut Reginam sclopeto trajicerent. In id ipsum qvoq; conspirârunt alii octo, uti fatebantur adhibiti qvæstionibus, & torturæ, de qvibus alibi locorum meritum supplicum sumtum est, eorumqve rasa capita præacutis sudibus ob oculos omnium infixa fuerunt.

Idem. Posteaqvàm Turcarum Sultanus, exercitus sui lustrandi gratiâ qvem contra Christianos innumerabili copiâ conscripserat, urbe Constantinopolitanâ egressus est: ea derepentè vehementia venti cœliq; intemperies ingruit, ut in unum peditesqve eqvitesqve horrendâ strage conjecerit; unicuiq; verò Turcæ crux sanguinea vestibus inhæsit, ut haud unqvam elui potuerit. Extemplo turbati animi; simul ipse, cum acie confusâ, Cæsar in urbem se recipit, & præ angustiis in declivi grabato membra trepidantia demittit.

Hic verò ut obdormivit, virum qvendam insolitæ proceritatis & magnitudinis somniat, qvi super excelsâ turri Constantinopoli pedem unum statuens, alterum cis mare in aridam defigat. Illius ubi mirandâ proportione stupet: ecce gigas iste pede suo turrim impellit, qva ruinam trahens, atrium & templum intenso fragore subruit: & videbatur etiam unâ solem, alterâ manu Lunam virille ingentibus ausis amplecti. Præsagiebant arioli & magi, futurum esse, ni summâ vi, ceu ventus ille, eos omnes, qvibus illapsæ sint cruciculæ, Christianos expediat, ut regnum ejus irâ Mahometis arsutâ concidat. Ibi fertur Imperator perjuros elevasse digitos, & impernitiem mox omnium Christianorum juravisse. Sed omen in ipsum vertat Deus opt. Max.

Idem. In Martio, Capuzinus Monachus, & Victor, qvi nobilem simulabat, in necem Henrici 4. Regis Galliæ, & Navarræ, sodalitium inière: ut egredientem templo protinus contrucidarent: sed qvia prodire co-

chus ad dignum facto supplicium, qvestionesq; severiores, est in squalore vinculorum reservatus.

Idem. Anno eodem Archiater Angliæ Reginæ Doctor Lopes à comite de Fuentes, & Stephano Divarra 50000. coronatis inductus, una cum perjuris aliis, nimirum Emanuele Loji Vinaco & Stephano Ferera de Hannâ, immane facinus, hoc anno, mense Majo, aggressus, obtruncare Reginam voluit: atqvi deprehensus exqvisito supplicio occubuit.

Ab eodem comite de Fuentes, Emanuel de Andradâ, compellatus amplissimis præmiis, & eò usq; solicitatus, ut promitteret, se velle tenui veneno rosam inficere, qvæ Regem Galliæ solummodò olfacientem enecet, institituto fine caruit.

Idem. Anno eodem qvidam etiam sacrificulus Namurensis, nomine Michaël Rechons militem mentitus, interficere clandestinâ nece conatus est illustrissimum Principem Uraniæ, Mauricium, ejusqve filium decennem, in Academiâ Leydensi literis incumbentem. Ut superioribus annis Hispanica inqvisitio tanqvam fovea latronum existens, alium qvendam de stirpe Uraniæ, contra jus gentium, contra jura, libertatem, & privilegia ejus nationis, è matriculâ Lovensis universitatis abripuit, & sicariâ nace contrucidavit.

Idem. Carniolæ circa Labacum Selagi, cùm templum esset de novo funditus extrendum, jamqve adeò terra foderetur: ecce qvidam fœtus, uti fungi solent esse, aut spongiæ, eruitur, humano capiti non p.1026. absimilis, cui duplicatum collare, & tiara velo devincta, forma serpentis, erat: occipitis verò loco caput aliud lupinum eminebat, hiante palato, oculisq; vibratis torvè prospiciens: inferiùs autem porrigebatur brachium, hujusmodi literis insigne; VV. N. VV. virgarumqve fasces in manu tenebat.

Idem. Subinde passim anno 1595. novi qvidam aurifabri & adulteri Chymistæ capiebantur à magistratibus. Inprimis autem mentio fit cujusdam monachi Cappuzini, Marci Bragadini, qvi cum in Europâ vagabundus obambularet aulas principum, eosqve falsariâ arte deciperet, ut pro illustrissimo qvodam haberetur ab omnibus: incidit non sine fato in Bavariam, & suis præstigiis inducturus Principem, aulam petiit, & sanè solemniter acceptus est, ubi verò fraudes ejus patuêre technæq; diabolicæ, conjectus est in vincula homo illustrissimus iste, & desperatus Monachus, & postmodum 29. Julii, posito

lagi rhythmi qvidam sunt inventi, qvi futura ad annum usqve 1600. protendunt; ut:

Anno 1590.

Hoc anno video; si qvid præsagia possunt:
Qvòd doleat magnis Austria tota malis.

Anno 1591.

Saxonia impurâ qvia religione laborat:
Erigitur summi morte repentè viri.

Anno 1592.

Qvin etiam Turcæ rabies, & multa potestas,
Insulam in Oceano sub sua jura trahet.

Anno 1593.

Pura palatinis hoc, atq; sequentibus annis,
Religio, & circum prædia lata, sonat.

Anno 1594.

Hassia fulgenti privari fertur ocello,
Et decreta novi Gallia regis habet.

Anno 1595.

Practica perjuri luget Germania Papæ
Consilia, & mista mellea dicta nece.

Anno 1596.

Hinc duo de pacto cedunt Helvetia jure
Mœnia, Nam dispar jurgia fœdus habet.

Anno 1597.

Et vir, qvo non est alios præstantior ullus,
Debet ob Hæreticam morte perire fidem.

Anno 1598.

Rhenus in hoc anno, multis venientibus undis;
Cum stabulis secum multa jumenta rapit.

Anno 1599.

Sanguineo magnus deflagrat crine Cometa:
Nulla fames orbem, sed fera bella manent.

Anno 1600.

Tum modò de terris Turcæ gradientur Eois:
At puto non illos posse redire domum.

Idem anno 1590. qvinto die septembris, Vienna Austriâ, omnisqve circùm regio horribili terræ motu contremuit. Etenim hora 5. pomeridianâ, & ab hac usqve ad horam primam intempestæ noctis, magnâ animorum consternatione, & inaudiatâ clade violentus ille motus terrenæ molis intumuit: oppidum totum concussit: muros disjecit: templorum apices ad medium, & nonnunqvam ad horologia usqve præcipitavit: unde fornices & laqvearia contremuêre: altaria rimas egêre: ex alto verò qvadrati lapides, aut potiùs saxa projecta fuêre, qvibus homines & pecudes, in stabulis & diversoriis, aliisqve ædibus, penè ad internecionem miserrimè comminuebantur. Homines ignari, qvò fata ferant, ubi sistere detur, ex urbe fugiebant, & sub dio non pauci desperabundi jacebant: ipse qvoqve Archidux Ernestus, qvi illis fortè diebus Viennam venerat extra pomœria oppidi nocte terriculosâ pro-

re? Qvatuor in milliaria circumqvaq; ſerpebat hæc intemperies, & irrecuperabili damno deſæviebat, eruendo funditus uno turbine triginta domos, alibi integram arcem demoliendo, pagos diripiendo, cauponas unà cum hoſpitibus abſorbendo, molas à fundamento ex aqvis elevando, & in aridam reponendo, pilces excutiendo fluminibus. Infra Viennam autem terra dehiſcens immanem exhalabat mephitim, qvam nemo hominum accedere fuit auſus.

Eodem menſe hinc inde, præcipuè verò Baſileæ in Cathedrali ſede, Burgundiâ ſuperiori, & Galliâ novum genus muſcarum, raræ magnitudinis, & præſentiſſimo veneno armatum apparuit: cui turpe caput, & toto corpore longior erat promuſcis, oculi protuberantes, cornua 2. 4. alæ membranaceæ, ſex pedes, & pollicem viri craſſa cauda, in vertice preſſa corona, color ater, albus, & cinereus: ipſæ vero muſcæ trahebant alvum per octo pedis uncias exporrectam, & aculeo ſuo qvemcunq; hominum & pecudum & icêre, infuſo mox humore viroſo, letho dabant.

Idem memorat qvoqve in relatione hiſtorica, qvòd anno 1595. N. & N. duo Syndici civitatis N. ſuſpecti de religione, dum alios qvoqve in ſuam opinionem pertrahere, & novam illam Eccleſiam inferre conarentur; ex urbe ante Solis occaſum migrare compulſi ſint. In qvo maximoperè ſanè dolendum eſt, qvosdam politicos reperiri in Imperiis, qvi, mera ambitione & avaritia impellente, ſoli arbitri eſſe volunt, p. 1027. non tam in mundi, qvàm etiam religionis Deiqve negotiis, ab ipſorum vocatione, notitia, & profeſſione longè remotis: qvive ſuos Principes, civitates, atqve Magiſtratus (qvorum illi non capita, ſed pedes; non domini, ſed ſervi eſſe debebant) eò deducere nituntur, ut flamma ferroqve credere & approbare cogant ſuos, qvod illis placet, ſive bonum ſive malum, ſeu pium aut blaſphemum ſit. Imò verò, ut & alios ſecum in exitium abripiant, eò dementiæ, audaciæ, & temeritatis deveniunt, ut auſint animam oppignorare pro confirmatione: veriorem & ſalubriorem eſſe ſuam opinionem. Et tamen hoc non obſtante, ex meræ κενοδοξίας cùm alibi ſpes affulget majoris dignitatis & authoritatis, illicò relicta priore, in qvam ſanctè juraverunt, perfidè pinguiorem ſectantur: ita ut, ſi animam pignoris loco pro qvavis religione reprobata relinqvant diabolo, ampliſſimis jam pridem animarum ſpoliis a-

unqvam, mutent vel religionem vel rempublicam, miſerisqve ſubditis gravent conſcientiam. Nam profectò omnium ſangvinem, qvi ſeducti perierint, in extremo aliqvando judicio ab ipſorum manibus reqviret Dominus. Graviùs enim, ut inqvit Catharina Senenſis, punientur; nempe pro ſe, & ſubditis ſuis pœnam luent. Qvod idem qvoqve monet Clariſſ. D. Andreas Cludius I. C. Profeſſor in Academia Helmſtadienſi, in Præf. tractatus de ſeqveſtratione, nimirum ut maximè hoc tempore, ubi omnia in pejus ruunt, Principes ſingulari circumſpectione vitent tales Sinones & Iſcariotas, qvorum impulſu vidimus etiam optimos, prudentiſſimosq; in fraudem illectos, inq; extrema pericula & vitæ & fortunarum præcipitatos.

Hujuſmodi Peſtes Principum & rerum publicarum qvaliter etiam virosbonos traducant, & à cutiis auliſqve, ut ſoli imperent, & ipſorum neqvitia minùs fiat manifeſta, abigant; reperies apud annum 780. ſub titulo, Paulus Diaconus: & apud annum 1590. ſub titulo de calumnia & Apelle: & in libello Friderici Futii Ceriolani de conſiliariorum reqviſitis.

Monſtrum. 1595.

BAccharach oppidum eſt in ipſa Rheni ripa, inter Confluentiam & Maguntiam ſitum, qvod qvidam Bacchiaras vocant, ex vini præſtantiſſimi nobilitate longè lateqve celebre. Hîc tunc natum eſt monſtrum horrendum, & maximè prodigioſum, anteriore ſuperioreqve parte homini, poſteriore inferioreqve ſerpenti ſimile, caudam habens tribus ulnis longam, nec diutius vixit, qvàm qvoad munere ſuo, propter qvod miſſum erat, perfunctum eſſet. Cùm enim pater homo impius, contemtor Dei & hominum, ebrioſusqve Dominica 25. in cauponam abiiſſet, ut ſecundum conſuetudinem ſuam ad vomitum potaret, ludereqve aleis, & omnem improbitatem exerceret, uxor verò illius partui vicina eum ſecuta admoneret, ut ab iſta impietate abſtineret, homo impius non tantùm monitricis verba contemſit, ſed eam miſerè percutiens præcepit, cum vivo ſuo Dæmone, qvem utero gerebat, & qvi illi in partu opitularetur, domum concederet; ſi non pareat, ſe gladium ſuum capulotenus in ventrem illius impacturum. Illa verò: Eja, inqvit, mi vir, egóne vivum gero dæmonem? eſto igitur; nec plura locuta, domum reverſa eſt: maritum inter combibones aleatoresq; relinqvens,

pleſſet, & ipſe domum rediit; ingreſſusqve eſt, ubi & puerpera & partus jacebat: tunc monſtrum inſtar falconis in eum illatum ſibilans, caudæ ſuæ implicatum hominem venenoſis ictibus eum in modum pupugit, ut toto corpore tuberibus, contuſionibusq; pleno, paulò pòſt infelicem animam exhalaverit. Marito mortuo, puerpera qvoq; extincta eſt, & tandem monſtrum vivere deſiit. Mercur. Gallobelg. Imp. & Pp. ut ſuprà.

1596. *Mira.*

HAbuit Fridericus Myconius ſomnium, in qvo ipſi perſona Lutheri anno 1510. oblata fuit, anteqvàm ille docere incipere. Item reperta fuit imago Lutheri Norimbergæ, falcem & Roſam in manibus geſtans. Tom. Luth. epiſt. ad Lincum. Et Sebaſtianus Befelmajer in hiſt. obſidionis Magdenburgenſis narrat, Angelum S. Michaëlem perſonaliter hoſtibus pugnantem viſum fuiſſe. Refert Petrus Clemens Rugianus in breviario, ſive tractatu, qvem de Pontificia purpurata, & Lutherana Philadelphica Eccleſia ex Apocal. Ab. Joach. & S. Berhardino tract. de ult. jud. Nicolao Collado in meth. Ap. Georgio Mylio de veteri & nova Babylone, & aliis ſcripſit.

1596. *M. Janſonii Doccomenſis Friſii Mercurius Gallobelgicus.*

INitium anni 1589. auſpicaturo, primùm mihi occurrit mors Cath. Medicææ. Laur. III. Medices, Ducis Urbini, ac Magdalenæ Bononiæ, Averniæqve Comitis filiæ. Hæc
p. 1028. poſtqvàm ad decrepitam penè ætatem perveniſſet, Galliamqve multis, iisqve funeſtis toto imperii ſui tempore ſeditionibus commoviſſet, variisqve cladibus affeciſſet, poſtqvàm tres filios ſuos diademate inſignitos vidiſſet. totum Franciæ regnum conſiliis ſuis rexiſſet, & nunc à Guiſiis & Catholicis, nunc à Navarræo & hæreticis clàm ſtetiſſet, mulier vafra, & ad fundendum ſanguinem nata, ſexto tandem hujus anni die Epiphaniæ profeſto: naturæ debitum reddidit.

Huic ab Aſtrologiæ peritis prædictum refert Guicciardinus, natam eſſe ad deſtruendum illius Principatum, ad qvem connubio perveniret, qvod ipſum & Paul. Jovius Clem. VII. Pont. Max. ejusdem Catharinæ avunculum. Imp. Carolo V. retuliſſe teſtatur.

Ferunt autem Hugonotti, eam, cùm in extremis eſſet, Regem filium ad ſe vocaſſe, qvietisqve Navarræi, aliorumqve Regii ſanguinis Principum conſiliis acqvieverint, ſed Guiſios (ſub prætextu religionis Catholicæ, Romanæ promovendæ: Calvinianæqve extirpandæ, Regi inſidias ſtruentes, Regnumqve affectantes) ſeqverentur, & promotos cuperent. Sperare tamen ſe, eosdem Principes, omnesqve ſubditos ad ſaniorem mentem redituros, præſertim cùm non propria perfidia, ſed interfectorum Guiſiorum perſuaſionibus à Rege defeciſſent. Interim ſeſe jam ingraveſcente morbo penè oppreſſam, mortiqve vicinam hæc ultima Regi monita relinqvere.

Primò, Regem Navarræum, omnesqve Principes Regii ſanguinis, verè Francos & indigenas, cujuscunqve religionis ii ſint, accerſat, & ad ſe attrahat; ut perpetuò cum Rege ſint, eumqve auxiliis & conſiliis ſuis adjuvent: eos enim nunqvam non fore fideles, qvi tot bellis à Rege propter religionem laceſſiti, nunqvam à fide, qva Regi erant obſtricti, defecerunt. Secundò, cùm jam pridem in Germania, aliisqve locis compertum eſſet, inteſtina bella propter religionem mota, componi non poſſe, niſi cuiqve ſua religio libera permittatur: monere ſe Regem, ut idem faciat, qvò pacem hoc modo, & tranqvillitatem Regno reſtituat. Hoc ſi à primo pacis edicto obſervatum fuiſſet, feliciorum nunc Reipublicæ ſtatum fore, aſſeruit.

Qvòd ſi tandem aliqvando, mi fili, ait, hoſtibus tuis victoriam extorqveas, pacem cole: Principes tibi ſanguine propinqvos, aliosqve ſubditos, qvi tam dura hactenus paſſi ſunt, tuère, & omnem in Regno abuſum tolle. His dictis Regi hæreticos, qvos ſemper bello erat perſecutu, commendaſſe, & pacem, qvam ipſa nunqvam vivens amaverat, moriens perſuaſiſſe dicitur.

Idem. Legatus Pontificius, poſtqvàm vidiſſet, Guiſios fratres in liberis comitiis trucidatos, Cardinalem Borbonium, Archiepiſcopum Lugdunenſem, Epiſcopum Ambianenſem, aliosqve magni nominis Principes captos, Regem per literas ad pœnitentiam facti admonuit, & ne ſimile qvid in futurum perpetret, ſeriò hortatur: niſi caveat, fore, ut Pontifex eum anathematis fulmine feriat. Reſpondet Rex: ſe Pontificis fulmen ne flocci qvidem facere, neqve ſe credere, ſuam ſanctitatem qvicqvam hujusmodi in ſe auſuram: cùm Pontifex in Francia nullum ſe excommunicandi jus habeat: præſertim cùm ea, qvæ

tis fuæ 42. in vivis esse desiit, prognosticum seu vaticinium in hanc ferè sententiam edidit:

Post mille expletos à partu virginis annos,
Et post quingentos rursus ab axe datos,
Octuagesimus octavus mirabilis annus
Ingruet, & secum tristia fata trahet.
Si non hoc anno totus malè concidet orbis,
Si non in nihilum terra fretumq; ruat;
Cuncta tamen mundi sursum ibunt atq; deorsũ
Imperia, & luctus undiq; grandis erit.

Eadem Joannes Stœfflerus, insignis Astrologus: & nostro seculo generosissimus Heros Henricus Rantzovius, in suo de annis climactericis & imperiorum periodis libello, vaticinatus est. Quorum vaticinia quàm veros eventus sortita sint, ipsi hoc anno vidimus. Nam etsi pauca, quæ admiratione digna, & eorum vaticiniis congruentia sunt, à nobis, qui Gallica precipuè & Belgica promittimus, in hoc libello recenseantur: in omnibus tamen regnis & Imperiis maximas rerum mutationes, imò totius orbis paroxysmos conspeximus.

Annòn insolens inauditumque, quod unicum Poloniæ regnum intestinis procellis & bellis miserè excarnificatum, 4. uno eodemque tempore Reges hoc anno habuerit? [rem inauditam narro, attamen veram] Sigismundum Suecum, Maximilianum Austriacum, Henricum Valesium Gallum, profugum Regio Poloniæ titulo, ad ultimum usque agona utentem; & Stephanum Bathoræum, tum temporis inhumatum. Sequitur Suecia, quæ similiter dicto tempore tumultuum incendiis flagrat, arces aliquot bello pridem captas amittit: Moscus mente licet paululùm remotus, amissa recuperat. Daniam, Rege Frederico II. demortuo, relictoque undecenni filio, interreges quatuor gubernant. Scotiæ regina à propria consanguinea, mulier à muliere, contra datam hospitalitatis fidem, damnatur, & suppremo supplicio afficitur.

p. 1029. Anglia, fugata classe Hispanica, mirabilem victoriam obtinet. Hispanus classem præpotentem amittit, & variis à Draco modis infestatur. Persa moritur. Turca infeliciter in Ungaria cum Christianis pugnat. Ungari crebris ejusdem incursionibus molestantur. Maximilianus Austriacus à Polonis captus custodiæ traditur. Italia à Bannitis plurimùm vexatur. Germania veteri lethargo sopita, nunc hanc, nunc illam religionis faciem exosculatur, atque (ut compendio dicam) ab ortu solis illam in oppidulo Hollatiæ Apenradio, quæ quinque dierum interstitio geminos, mense hujus anni Februario, peperit: quinque soles in Dithmarsia eodem mense visos: Xiphiam, seu piscem gladium, variis literis & signis, puta crucibus, gladiis, vexillis, ligone, pugionibus, equorum capitibus, & navigiis insignitum, Gryphisvvaldiæ, celebri Pomeraniæ urbe, vigesimo secundo Maji captum: solem Vinariæ vigesimo sexto mensis Junii, aëre sereno repentè obscuratum, totoq; eo die cum gladii stricti figura in ore conspectũ: rupem Culmerbergensem prope Salsfelt prodigiosè sese aperientem, disruptam; panes secundarios à quodam tenacissimo Euclione, cujus genus, nomen, & avaritia nobilis reticetur, prope Rodopolin furno immissos, palaque rursum extractos, sanguinem miraculosè lachrymantes, & paulatim in cineres resolutos.

Idem. Elizabetha Angliæ Regina, cùm ut opem ferret Antonio Lusitaniæ notho, qui sibi Regnum Portugalliæ jure deberi venditabat, & Gallos primùm, deinde Anglos invocabat, tum etiam ut se de Hispanis vindicaret, eorumque vires frangeret, novam hoc tempore classem instruebat, qua æstate proxima Regem oppugnaret: Hispaniam totam, quasi jam amissa classe desolatam & inermem, spe devorans; an verò suis, an aliorum etiam Principium sumtibus, incertum est: nam & fœdus illam cum Turcarum Imperatore pepegisse, tunc constans apud multos fama erat. Augebant suspicionem hanc literæ Imperatoris Othomannici ad Reginæ legationem responsoriæ, quæ tunc Latino Germanicoque idiomate Ingolstadii excusæ typis circumferebantur, in hunc modum:

Honorata à Domino legis Christianæ Matrona, culmen castitatis, inter castissimas fœminas populorum, qui serviunt Jesu, ornata splendore dominationis ac regiminis, Regnorum domina, magnitudine & laude maxima in Nazarena natione reputata, Elizabetha Angliæ Regina, cui felicem & prosperum finem exoptamus. Ex litteris nostris sublimibus & Imperialibꝰ ad te datis intelliges, quemadmodum orator vester, residens in excella mea & sublimi aula, præsentaverit throno magnitudinis meæ scriptum quoddam, in quo nos certiores fecit, quemadmodum à quatuor jam elapsis annis, bellum intuleris Hispaniarum Regi, ad minuendas & frangendas vires eius, quibus minas intentat omnibus

qvæ in Indiam proficiſcuntur, & inde redeunt, impediantur in poſterum ab hac navigatione, in qva ſingulis annis deportantur in Hiſpaniam gemmæ, aromata, aurum & argentum, multis millionibus æſtimata, qvibus rebus, ut etiam magna pecuniæ ſumma, prædictus Rex ditatus eſt, habetq; commoditatem moleſtandi qvosvis alius Principes Chriſtianos, qvam ſi continuaverit, ſeipſum indies validiorem efficiet, talemqve, qvi non facilè debilitari qveat.

Deinde dictus veſter legatus noſtræ amplitudini ſupplicavit, ut ineunte vere mittam Imperialem noſtram claſſem, cùm ſit certum, Regem Hiſpaniæ ei non facilè reſtituturum eò, qvòd à veſtra claſſe ingentem jam cladem acceperit, & cùm tibi ſoli vix reſiſtere poſſit, futurum, ut, ſi à compluribus partibus invadatur, neceſſariò ſuccumbat, cum omnium Principum Chriſtianorum emolumento, & etiam noſtræ ſublimis aulæ. Ad hæc cùm prætatus dominus Antonius, ut, antea dictum eſt, vi ſit pulſus & privatus regno ſuo, ut nos, noſtrorum anteceſſorum felicis memoriæ exemplo, qvorum Deus ſepulchra illuminet, eis, qvi recurſum habuerunt ad ipſorum ſublimen aulam, ut & nos opem noſtram & auxilium ſubminiſtremus, fuit noſtræ aulæ excelſæ conſultum viſum.

Idem. Venetia habet Inſulas viginti qvinq;, prochias ſexaginta duas, monaſteria qvadraginta unum, pontesqve publicos qvadringentos comprehendit, qvæ qvotannis è ſolo vectigali vicies centena ducatorum millia capit.

Idem. Hoc loco obſervandum eſt obiter, qvod qvidam annotavit, fatale qvodammodo Pontificibus Rom. eſſe, eos ut plurimum tot annis in gubernatione vivere, qvot numeros continet adſumtum ab illis in electione nomen. Alexand. enim II. ſecundo; Clemens III. tertio; Victor IV. qvarto; Pius V. qvinto; Leo X. decimo; Gregorius XIII. decimo tertio Pontificatus anno finito, ex hac vita migravit.

Idem. Pariſienſes, imperii Regis ſui Henrici pertæſi, libellum ſupplicem ſuo Gubernatori offerunt, orantqve, ut in conſeſſu Theologorum & Jurisconſultorum hæ duæ qvæſtiones ventilentur & decidantur: Primò, an ſubditi & incolæ regni Gallici, ob impium & immane Regis latrocinium, & qvæ in perniciem Regni, religionisqve molitur, fide Regi debita, & Sacramento

Congregatum eſt itaqve collegium Sorbonicum, aliiqve Doctores numero 70. omni diligentia, ingeniiqve acumine qvæſtiones has diſcutientes, ponderantesqve: tandem poſt multas in utramqve partem p. 1031.
diſputationes compertum eſt, cauſam Regis iniqvam eſſe: hanc ſententiam ſacræ ſcripturæ, juri poſitivo, civili & Eccleſiaſtico eſſe conſentaneam. Concluſum itaqve eſt, populum ſacramento eſſe ſolutum, & licere ei contra Regem ſuum pecunias colligere, confœderationis inire, arma ferre, pugnare. Ut autem hæc majore cum autoritate fiant, petunt à Legato, ut aliqvem ex ſuis ad Romanum Pontificem mittat, qvi hujus concluſionis approbationem impetret, ut tutiori cum conſcientia ad Catholicam Rom. religionem, qvæ non parùm morte Guiſii erat labefactata, tuendam, & hæreſin omnem radicitus extirpandam hæc exeqvantur.

Poſtqvàm omnia, qvæ Blæſis, & paſſim per totum Regnum acta erant, certis nunciis Romam eſſent perlata, magna fuit Pontificis, omniumqve Cardinalium conſternatio. Pontifex purpuratorum omnium ſenatum cogit, & in eorum conſeſſu ſummum animi ſui mœrorem declarat, ob barbarum, inauditum, deteſtandum & impium ſcelus in Gallia, ab ipſo Rege, in Guiſios fratres, præcipuè autem in Cardinalem perpetratum: qvem, inqvit, non obſtante, qvòd Dei Sacerdos, qvòd Cardinalis, qvòd Arciepiſcopus, qvòd Gallorum Regum unctor eſſet, indicta cauſa, absqve ulla juris aut juſtitiæ forma, perfidè trucidavit, atqve profanis armis, ſine conſilio, authoritate, conſenſu, & ſuo & ſedis Romanæ, cujus ille membrum erat, necavit: haud aliter, qvàm ſi nec Pontifex, nec Romana ſedes, nec ulla jurisdictio Eccleſiaſtica in terris eſſet.

Divinis legibus cautum eſſe, nemini licere qvendam occidere. Ab hac lege neminem, ne Regem qvidem ipſum exemtum eſſe: niſi fortè Princeps aut Magiſtratus legitimus, juxta præſcriptum legum & conſtitutionem, prævia judicum ſententia, qvempiam è medio tollat; hoc enim homicidium non eſſet, ſed juſtum ſupplicium. At Cardinalis hic, ait, absqve ullo judicio, absqve ulla cauſæ cognitione, non auditus aut damnatus, ſine noſtro conſenſu interfectus eſt: haud aliter, qvàm ſi laicus fuiſſet, nulla ejus, in qva conſtitutus erat, Eccleſiaſticæ dignitatis habita ratione.

Idem. Auguſtæ, Trevirorum, Oſnabur-

dives, & celebris IV. Doctor Flattensis, Electoris & Archiepiscopi Treverensis Consiliarius, qvi post sex mensium custodiam, Maji 16. publicè in rogum missus, & combustus est: nec non perversissimus qvidam præstigiator, de qvo in oppidulo Bebber, tria millia passuum Colonia distante, sub comite Warnero à Rifferscheid, supplicium sumtum est.

Qvi, præterqvàm qvòd insolitis aëre sudum fulminibus ciere, tonitru, grandinem, & tempestates insperatò excitare, homines detrimento gravi afficere, fruges excantare, segetem aliò transferre, maribus virile robur adimere, etiam se ex homine in lupum, cingulo (qvod remunerationis loco, abjurata Christo fide, à Dæmone acceperat) cinctus, toties qvoties voluit; convertere potuit: in qva sua metamorphosi seu Lycanthropia tredecim homines laniavit & devoravit.

Ianus Iacobus Boissardus

1596. *Gallus.*

NUnqvam fieri potest, ut illum mortalem piè ac sanctè revereamur, qvem pollutum, turpem & sceleratum novimus. Sic soror, qvæ suum fratrem ad incestum provocavit apud Ovidium, crimen suum ita excusavit: *Qvid deceat* (inqvit) *nescimus adhuc: nos* enim *cuncta decere credimus*, qvia *sequimur magnorum exempla Deorum.* Sic hodie qvoq; Papæ & Cardinalium ejus facta imitari licebit. Imp. 120. Rud. 2. Pp. 237. Clem. 8.

Meteranus in Annal. Belg.

1596. EX hoc authore habes, qvid sit inqvisitio Hispanica, nempe illa, qvam Reges Hispaniarum, ad subjugandos Saracenos, Judæos & Æthiopes, priùs in Hispania instituerant: & qvoq; in Belgas absq; ullo respectu hodie convertere conantur. Ad qvam stabiliendam anno 1559. & 1560. tres Archiepiscopatus, & alii novi Episcopatus à Papa, contra jura & privilegia patriæ, ordinati, & Inqvisitoribus attributi fuerunt. Imp. & Pp. ut suprà.

Levinus Hulsius Gandensis in Coronolog.

1596. TErræmotus horrendus Ferrariæ (qvam Mathilda fœmina Pontifici dono dedit) contigit, in qvo duodecim cœnobia corruerunt, & incolæ ex civitate aufugerunt. Imp. & Pp. ut suprà.

Idem in Chronologia describit, qvas regiones & urbes in Ungariâ Turca occupa-

Arabia, Argia, Armenia, Asia minor, Attice, Atëja, Atholia; Bathami, Bethania, seu Botania, ibi est sepultura Turcarum; Bœotia, Bosna, Bulgaria; Cappadocia, p. 1031. Caria, Ceneositia, Chalcidia, Chamogena, Characia, Cilicia, Croacia, Curis, Cyprus; Dacia, Dalmatia, Dardania, Decapolis, Doris; Epidaurus, Epirus, Eubœa; Galilæa, Getia, Græcia; Habartissena, Horsena; Illyria, Jonia, Isthmus, Istria, Judæa, Idumæa, Insulæ omnes; Laconia, Lania, Lemnos, Lesbos, Liburnia, Licaonia, Licia, Logus, Lydia; Macedonia, Melitena, Melogna, Mesena, Mesopotamia, Migdonia, Miletus Inf. Milia, Misia superior, Mœonia, Mœotides paludes, Monenia, Monitis, Moræa, Mulda; Natolia, Nigropontus, Ordacia, Palestina, Pamphilia, Pannonia, Peloponnesus, Phœnicia, Pisidia, Pontus Insula, Proconeso; Raonia, Rhodes; Samaria, Sclavonia, Servia, Seudoris, Symplegatus, Siria; Thessalia, Thracia, Trapezuntis regnum universum; Wallachia, & aliæ terræ regnaq;, nobis partim incognita, partim recenti bello ditioni Turcarum subacta.

Urbium insignium nomina: Adrianopolis, Alcairum, Alexandria, Anticlira, Antiochia, Apollonia, Asatus, Ascalon, Athenæ; Barudum, Bella, Bethlehem, Blomais; Cæsareæ duę Calcedonia, Cirogia, Constantinopolis, Corinthus. Corsica; Damascus, Diannosiapolis, Diasopolis, Duratum; Emaus, Ephesa, Epidaurum; Gaza; Hebron; Idonia, Jericho, Jerusalum, Joppe; Libisa, Lidda, Listum; Medostum, Mego, Melona, Metonia, Mistum; Nicea, Nicomedia; Olympia; Patres, Pera, Phillipolis, Prusia; Rama; Sebastia, Sebastipolis, Schmirnet, Schutaurum, Sodon, Siria; Tharsus, Tarrachrum, Tirus, Tripolis; aliaq; urbes Græcorum, Ungariæ, Pannoniæ, Sarmatiæ, Transsylvaniæ, aliarumq; terrarum.

Nomina Montium celebrium: Amanias, Atris, Carmelus, Lasius, Libanus, Parnassus, Pelion, Olympus, Ossa, Sinai, Taurus.

Magna & ampliora maria: Asphaltites, Carpatis, Cesis, Cilirius, Eugus, Euxinus pontus, Jonium, Pamphilæum, Rubrum mare, cum multis centenis insularum & oppidorum; & alia 60. maria, vasta, qvorum qvodlibet singularia gaudet nomine, & hic descripta nimis longum foret.

Insignia flumina; Erfisus, Euphrates,

riorum esse.

Olim tantùm ex effossione æris in Macedoniâ singula talenta singulis diebus Alexandro pendebantur. Alex. ab Alex.

Babylon regi Persarum singulis diebus singulas argento plenas artabas solvebat. Idem Alexandr. ab Alexandr.

Leptis in Africa tantum vectigalibus valuit, ut singula indies talenta Carthaginensibus penderet. Idem Alex. ab Alex. Ubi notandum est: talentorum diversum esse valorem. Est enim talentum vulgare, regium, templi, Atticum, Alexandrinum, Neapolitanum, Syracusanum, Euboicum, Achajum, Ptolemaicum, Syrium, Antiochenum, Babylonium, parvum & magnum de qvibus singulis reqvirere potest lector rationem ex Budæo, Lazio, Prisciano, Alexandr. ab Alexandr. Buntingo, & aliis.

Turpis Caligula (ut & hodierni Papæ) ex prostitutis, qvantum unaqvæq; uno concubitu mereret, accepit vectigal. Idem Alex. ab Alex.

1596. *Effigies monumenti, in reproborum Rabinorum & Judæorum apostatarum, confusionem & ignominiam, ad VVittebergensis Templi oppidani murum versus ortum antiqvitus positi.*

QVid dicemus de hac profunda Judæorum ἀναισθησία. Venerat Filius Dei salvare populum suum, ad sui eum non agnoverunt: venit Dominus in propria sua, & sui eum non receperunt: ad instructas nuptias rex cœlestes vocavit Judæos; at illi cœperunt se excusare. Dignatus illos fuerat Deus vita æterna: verùm illi se indignos vita æterna fecerunt. Elegerat Deus semen Abrahæ in populum suum, ut essent sancti, sicut Deus ipsorum sanctus est; at illi per incredulitatem exciderunt: vocati erant, & ad id electi, ut Dei essent, qvod replere suo verbo gestiebat Dominus; sed illi ora obstruxerunt Deo infundenti omnia bona, & diabolo aperuerunt os & omnes sensus, qvi eos implevit omni mendacio, impietate, & blasphemia. Qvia enim amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideò efficaces
p. 1032. deceptiones illis misit Deus, ut credant mendacio, & damnentur omnes, qvi veritati credere noluerunt; sed potiùs acqvieverunt in injustitia.

Degeneravit primùm illud sanctum Schemhamphoraſch, non est ampliùs nomen Dei, expositum sancta Trinitate, non objecit. Est Schemhamphoraſch, ad profanitates adhibitum, extra mysticum usum freqventatum, ad magiam usurpatum (qvo omnes angelos in ordinem cogere, ut confestim omnia eis pro illorum lubitu faciant, & Deum ipsum illigare conantur) nihil aliud qvàm שם Scham, qvod est ibi, & הפרש stercus, & fœtidum animalium excrementum, qvod Satanas Judæis excæcatis lingendum & degustandum apponit, ut saturentur excrementis fœdissimis, qvi nauseabant ad fercula mysteriorum divinorum.

Hanc fœditatem abusus fœdissimi Schemhamphoraſch, ut religiosi Christiani Judæis sibi cohabitantibus ob oculos ponerent, atqve illos à suis aris & ritibus arcerent, néve sacras ædes ingressi, adversus sanctam Trinitatem, adversus Christum unigenitum Dei Filium nascentem, patientem, & ad cœlos adscendentem, adversus Mariam castissimam Christi genitricem, blasphemias ejacularentur, scrofam aut porcam saxo incisam aut pictam in frontispicio portarum aut Templorum collocabant, & eorum conspectui objiciebant. Didicerant enim ex Lege Dei Christiani, scrofæ non solùm esu interdictum esse, adeò ut, qvi comederent carnem suillam, inter maximos Legum divinarum contemtores haberentur, qvi qvotidie Deo in faciem peccarent: sed etiam sacrificium suillæ carnis fuit prohibitum. Qvi enim sanguinem suillum offerebat, ille summa ignominia Deum afficiebat: ideò sacrificia porcorum non inter concessa sacrificia, sed gentilium legibus, in ignominiam veri Dei introducta fuisse alibi legimus.

Cùm ergò Christiani scirent, non solùm esum & sacrificium porcorum, sed etiam imaginem suis, in loco sacro Judæis esse invisam: ideò locis sacris, qvæ intacta ab accessu Judæorum blasphemorum esse volebant, scrofas apponebant, non ut sacrum locum fœdarent, vel Deum in suis sanctionibus illuderent, aut qvædam sacrificia probare, nonnulla improbare viderentur: sed ut loca divinis cultibus dicata, impuris Judæis invisa redderent, ut porcæ imagine ab eorum ingressu arcerentur. Judæi enim hodierni non solùm Christianos: sed & loca, in qvibus convenitur ad præstandum Deo cultum, extremè oderunt & abominantur. Hæc fuit causa scrofæ templo Witteberge affixæ, cujus imaginem paululum [si placet] intuebimur.

Cùm te iter à collegiis publicis per cra-

plicatum audiviſti: ſed qvem poſteriore Oratione ſum perſecutus. Eam ob cauſam non nuda ſupra porcam ponitur inſcriptio *Schemhamphoraſch*: ſed adjectum eſt vocabulum, *Rabinorum*, per qvos non antiqviſſimos, eosqve religioſiſſimos Doctores Judæos, qvi religioſiſſimè de Jehova, & ejus expoſitione ſentiebant: intelliges: verùm per Rabinos intelligendi tibi veniunt Doctores Judæi illi reprobi, excæcati, & infenſiſſimi Meſſiæ hoſtes: qvi virtutem edendorum miraculorum Chriſto ereptam, in blaſphemum & mendaciſſimum ſuum Schemhamphoraſch, cum ſumma ignominia DEI, & extrema ſua pernitie transtulerunt.

Sed qvid occurrit ſub inſcriptione illa? offertur porcæ ſculptæ imago: videas ibi, ingentem ſcrofam mammillis dependentibus ſtare, non alio modo, qvàm cùm porcæ lactantes, grunnitu ſeu ſereatu blandiore lac nutrimentale porcellis propinant. Habet verò hæc porca ſub ſe tres puerulos Judaicos, qvorum duo averſa facie ex ſcrofæ fugunt mammillis, tertius verò horum, aperta facie ſub alvo ſcrofæ ad ſpectatores proſpectat. Sub collo verò ſcrofæ accurrit porcellus, ut cum pueris mammillas ſuis unâ fugat.

An nihil præterea cernere eſt? Immò, in parte ſcrofæ poſteriore videbis grandæviorem Judæum, mitrâ profeſſionis Rabbinicæ ornatum; hic accumbens, videtur ſiniſtrâ porcæ caudam elevare, & dextrâ pedem dextrum ſuis, non in codicem, ſed in ejus podicem limis oculis proſpectare; & meditabundus intentis ſenſibus, neſcio qvæ myſteria in Thalmud ſcrofæ rimari, tumultuantesqve inteſtinorum flatus audire, ut horum oraculis edoctus, novi qvippiam ad ſuos auditores Judæos referre qveat. Poſtqvàm imaginis ſingulas partes, contemplatus fuiſti, ſiſte nonnihil gradum, & ſingularum partium interpretationem meditare.

Totam hanc ſculpturam in odium Rabinorum, oſorum DEI & blaſphematorum Meſſiæ, & ejus ſanctiſſimæ matris, eſſe collocatam, certum eſt: qvi cum grege Judaico nihil divini ſapiunt, nihil oraculorum divinorum Sacris Bibliis comprehenſorum intelligunt, ſed mera Rabbinica, ſeu potiùs Ethnica & diabolica tradunt & hauriunt dogmata: qviq; pro ſcaturientibus aqvis in vitam æternam, fugunt lac ſuillum: qvi pro articulis Evangelicis, qvi & ipſis in ſalutem cedere debebant, ſi Meſſiam natum illorum Doctores, porculatores. Qvam enim porcam pii Judæi olim ad eſum & ſacrificium non admittebant, illam hodie Judæi ignari, magiſtram ſibi conſtituerunt: qvi, relicto ſacro codice, occupantur in magiſtræ ſuæ podice. Nec juniores Judæi ſalubrius lac fugunt, qvàm grandiores ſuppeditant. Qværunt hi omnia ſua myſteria in Thalmud porcino: fugunt illi omnem impuritatem ex mammillis porcinis. Sic reſecti ab olea & vite Chriſto per incredulitatem, non niſi impuriſſimas fœditates ſectantur. Deſerto Chriſto, adhærent ſcrofæ; ſpreta doctrina Meſſiæ, ſtercora vorant; neglecto verbo vitæ, lac ſuum lutulentarum ſorbent. Hæc voluerunt Chriſtiani religioſi hoſtium Judæorum hoſtes, hac porcaria imagine & Judæis & fideli populo ob oculos ponere.

Sed qvis eſt primus inventor hujus picturæ? non certè Divus Lutherus, qvi hanc ſaxeam ſcrofam, cùm Wittebergam veniret, Wittebergæ invenit, & de hac in ſuis Polemicis ſcriptis adverſus Judæos ita ſcriptum reliqvit:

Eſt hic Wittebergæ ad templum Parochiale porca ſaxo inciſa, ſub qva procumbentes porcelli & Judæi fugunt: poſt porcam eſt Rabinus qviſpiam, qvi porcæ pedem attollit dextrum, ſiniſtra verò manu caudam illius elevat, & inclinato corpore, ſummo ſtudio, ſub caudam ſuis, in Thalmud proſpectat, non aliter, ac ſi qvippiam eximii atqve acuti cognoſcere atqve legere ibi conſtituiſſet. Ex illo procul dubio ſcrofæ Thalmud habent hodierni Judæi myſteria ſua Shemhamphoraſch.

Nam ante hæc tempora in his regionibus qvàm plurimi habitaverunt Judæi; hoc demonſtrant nomina oppidulorum, vicorum, civium, & ruſticorum, qvæ Hebræa ſunt etiamnum hodie. Conſentaneum igitur eſt vero, virum qvempiam religioſum fuiſſe, cujus conſilio & ſvaſu hoc porcæ ſimulachrum fuerit ſculptum: qvi impuriſſimorum Judæorum hoſtis fuit. Ita enim conſvevimus apud Germanos de illis, qvi ſeſqvipedalia verba ſonant, & turgidam ſapientiam, absqve re oſtentant: unde huic tanta ſapientia, ubi legit hanc? in Podice (ſine verecundia ſatis ruſticè) ſcrofæ. Hæc Lutherus de ſcrofa.

Unde manifeſtum, jam olim hanc ſaxeam ſcrofam hic fuiſſe. Sic enim illi, qvi nomen Chriſti profeſſi erant, Judæos nominis Chriſti hoſtes perpetuos, laceſſere, & à ſuis focis arcere conſveverant. Hoc

irrideri, dum & matrem JESU blasphemari etiam in sacris Templis audiebant. Jam enim olim, cùm in his regionibus dominaretur Antichristus Romanus, ex indúltu Pontificis Romani, & qvorundam Principum, multi habitaverunt in his locis Judæi, non solùm Judaismum propalantes: sed juxtà, Christianorum sacras Ceremonias irridentes, qvi non rarò solebant in eorum irruere templa, & suas blasphemias eructare.

Hoc fine etiam apud nos Witteberga sus lapideus templo adhæret: eadem de causa in antiqva Soraborum urbe, in ducatu vicino Anhaldino, columnæ templi exteriori suem lapidi incisum spectamus: talem scrofam Judæos lactantem videre licet Magdeburgi in templo magno Canonicorum, in sacello, in qvo versus occidentem, Imperatoris Romani Othonis primi sepulchrum ostenditur: hujuscemodi porcam videbis in Bavaria Salisburgensi curiæ incisam, in ignominiam Judæorum, qvi aliqvando hostiam cœnæ conseeratam, & emtam à Monacho, ibi conscidérunt: & procul dubio in aliis locis, ejusmodi porcæ plures imagines reperire licebit.

Tales verò Porcarum sculpturas, in ignominiam Judæorum efformatas, publicis locis, ut portis, & templis apponere cœperunt, imitati exemplum Hadriani Imperatoris, qvi circa annum Christi 139. non solùm legem tulit, ne qvis Judæorum in Ierusalem, à se de novo restauratam, & à suo nomine Æliam dictam, ingrederetur, cùm urbem solis Christianis inhabitandum concessisset: sed etiam, ne qvis illorum ex locis sublimioribus & longinqvis terram Palæstinam spectaret, severè interdixit: & qvò magis ab accessu & introitu in urbem, Judæos deterreret, in publicam gentis Judaicæ ignominiam, portæ, qva Bethlehem itur, ante annos 1450. plus minus, annis ab hoc 96. retrò computatis, suem marmoreum imposuit.

Hoc terriculamento à locis sacris Judæos abigendi, ab eo usqve tempore Christiani uti cœperunt, & ex Judæa in Græciam, ex Græcia in Germaniam transtulerunt, qvo signo publicè professi sunt, se alienos à Judaica religione, & optare, ne ab impiis Judæis in suis ritibus turbentur; qvové tutiores esse possent à sannis & blasphemiis Judæorum in suis templis, illos hac suis sculptæ imagine à cœmiteriis, à foribus & aris templorum suorum arcere voluerunt. Horum ardorem pium, in tuenda doctrinæ Christianæ veritate, & propulsanda doctrinæ Judaicæ, & aliarum sectarie humanarum opinionum inficiatur, svadet ipsa pietas, flagitat grata posteritas, hortatur præsentis seculi conditio, & futuræ salutis necessitas. Hæc Laurentius Fabritius Hebrææ lingvæ Professor Witteberga, in oratione de Schemhamphoraseh usu & abusu.

Causæ, cur Belgæ cum suo Rege pacem inire nolint: ex Meterano.

pag. 1596.

Juxta Salomonem namqve, iram Regis indubitatum esse mortis initium.

Christianum, Daniæ olim Regem, ob Tyrannidem regno pulsum, iterumqve conditionibus jurejurando sancitis receptum: Regnum per aliqvod tempus mansvetè administrâsse: verùm tandem in celeberrimo qvodam convivio proceres, nobilesq; præcipuos amantissimè principiò exceptos, mensis nondum prorsus remotis, capite truncari Carnificis manu, & infantes qvoqve aliqvot trimos & qvadrimos crudeliter necari jussisse.

In Gallia neqve duorum annorum inducias, neqve nuptias sororis Regiæ, neqve juramento firmatam pacem obstitisse, qvin vindictam horribilem Rex etiam in multos innocentes homines sumserit.

Maximilianum, Carol. 5. avum, post intercessiones Electorum, eorumqve manu signatam & juratam pacem, Brugenses nihilominùs ita ultrò esse, ut rei narratio audientibus etiam hodie terrorem incutiat.

Seriò nunqvam pacem facturum Regem, sed tantùm in eum finem, ut postea tantò faciliùs, positis armis, inermes eos opprimat.

Licet pax constituatur, & juramento firmetur: tamen illam (instigante Papa) iterum rumpi, & Regem à juramento absolvi, dicente Papa: Hæreticis nullam esse servandam fidem: imò Reges, nisi cum periculo æternæ damnationis, pactis talibus stare non posse.

Regem esse mortalem: eo mortuo, faciliùs & tutiùs firmam pacem successuram, & constantiùs permansuram.

Unam salutem esse vitæ, nullam speranda salutem.

Exempla esse præ oculis nostri temporis, Protestantium in Germania & Gallia, Ducem Saxoniæ & Landgravium, qvos constet nimiùm fidendo fuisse deceptos: neminem, nisi qvi nimiùm fidit, unqvam fuisse deceptum, aut decipi posse. Contrà verò illos, qvi constanter se defenderunt, & in DEI misericordia, suæq; causæ æqvitate spem collocârunt, inter qvos sint Magde-

bis & promissis, ut matres infolos pomis & piris, attrahere, qvos deinceps fallere licitum sit, & illis regni causa fidem frangere. Sic Johannem de Austria de pace tractasse, sed interim altera parte cruentum & tragicum exitium illis parâsse, id qvod literæ illius interceptæ ostendissent.

Eodem fuco Albanum decollâsse Egmondanum & Hornium.

Ex Machiaveli schola promanâsse: Regem ex pacto non ulteriùs teneri, qvàm sit utile: ad honestum minimè obligari. Reliqva plura similia habes apud Materanum.

1596. *Iohannes Rheinoldus Anglus, de Romanæ Ecclesiæ Idololatria.*

Illustres & pii Heroës ejus ordinis, qvi Insigne gerunt Georgii, Draconem interficientis, non Georgium illum Papisticum Cappadocem, sed Symbolicum intelligunt. Qvo monentur & excitantur ut virginem, hoc est, Ecclesiam à Dracone, hoc est, Romano Antichristo animosè defendant. Imp. Rud. 2. Papa Clem. 8.

1597. *Iohanes VVernerus Gebhart.*

Item & hic ex navigationibus Indicis M. Mont. lib. 3. cap. 6. multas, & alicujus certè pensi rationes affert: ob qvas omninò fieri posse negat, qvòd umqvam ad ditionem atqve jura Regis Hispaniæ Belgæ redire aut possint, aut velint. Idem etiam censet, perqvàm utile futurum fuisse, si nullum planè aurum ex Indiis umqvam exportatum esset: idq́ve suis etiam causis confirmat. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

Ex Iohanne VVernero Gebhardo, & aliis diversis authoribus de Jure-Consultis, Causidicis, Advocatis, Procuratoribus, Consiliariis, Syndicis, &c.

Cum ferè in hoc Opere, de Ecclesiastico statu ejusdemq́ve defectibus, & qvibus modis emendari possit, ac in melius restitui, dictum sit satis superq́ve: & apud hunc autorem alterius qvoqve, qvo administratur hic mundus, Politici scil. ordinis, deq́; ejusdem abusibus fiat: placuit, nonnulla, qvæ hac de re etiam alii prodiderunt scriptores, coacervata huc in unum locum referre, in qvo tamen de bonis non est sermo: illi enim, sive Politici sint, sive Ecclesiastici, non egent reformatione: nec est, cur in hisce se innocentes noxiis admisceant: sed eò tantùm omnia hæc tendunt, ut rei ejus habeant speculum, & incitamentum ad meliora.

qvo inter alia etiam refert, qvod Barones, Nobiles, Eqvites aurati, & Doctores, paucorum annorum spacio adeò increbruerint, ut propter multitudinem vilescant. Si cupit Lector sedulus, de hoc apud illum plura reqvirat. Nunc de Juristis.

Methodius in glossa: Nec Juristæ, inqvit, qvi benè judicant, constituuntur; sed qvi judicium pervertunt: qvi jura secundum voluntatem, & largissimè exponunt: cerea facientes jura, ut ad qvamcunqve partem velint, flectant. Eligunt enim, qvod ipsis placet; & qvod contra eos est, omninò tacent. Certè non dicuntur Juristæ, sed pervertistæ. Illi enim præ aliis eruditis volunt vocari Doctores, & Rabbi: & qværunt salutationes in foro, & adulatores in curiis Dominorum Episcoporum, & Prælatorum. Unde Seneca: Nihil pejus, qvàm adulatores in curiis Prælatorum. Amen dicitur de illis, qvod receperunt in hoc seculo mercedem suam. Tales enim foventur, & nutriuntur, & pro Secretariis, atqve intimis consiliariis in curiis Episcoporum habentur præ cæteris, & qvi multa beneficia possident. Alii verò viri scientifici, parum vel nil possidentes, ab Episcopis spernuntur.

Livius eos Forenses canes, & togatos vultures appellat; apud qvos cessante lucelli specula, & rubiginosi aura marsupii, cessabunt & causarum indagamenta: sic misericordiæ totius exortes esse & humanitatis.

Seneca ait: Juridicos, veluti canes acerrimos, non nisi oblato cibo mansvescere.

Hieronymus inqvit: Juridici lincibus & leonibus crudeliores, ore rabido tam diu deprædandi memoriam non perdunt, qvàm diu venter est vacuus.

Petrus Blesensis in epist. 140. inqvit: Verba siqvidem lepida plerumqve habet censura civilis: sed sunt folia sine fructu, nugæ canoræ, & Syrenes usqve in exitium dulces. Mentior, si unqvam videris, illius scientiæ Professorem, in ipsius exercitio, felices exitus habuisse.

Fasc. temp. S. Ivo Britto Doctor, canonisatur: qvia fuit advocatus pauperum, & sanctæ vitæ. Hic solus inter Juristas modernos, sanctus computatur.

Arnoldus Ferronus. Dixit sæpius Ludovicus XII. Rex Galliarum, optimum esse ad oculorum sanitatem remedium: non multos videre Juristas & Procuratores. Item, leges Juris-Consultorum habere se instar corii sutorum. Ut enim hi corium, si brevius aut densius sit, qvàm conveniebat, dentium morsibus fricant, stringunt & distendunt: si & Juristas suas leges distrahehere, fingere, contorqvere, & artibus mi-

hieroglyphico; legum notat inæqualitatem propterea, qvòd veluti muſcæ & volatilia alia puſilla, ſi in eas inciderint, capiuntur & pereunt; fortiora verò animalia, perrupto texto facilè, qvoqvò libuerit, elabuntur: ita leges imbecillam & tenuem plebeculam cohibent atqve caſtigant: potentioribus verò nihil adverſantur, qvi eas ex arbitrio tollunt, ſcindunt, abrogant & refigunt. Hoc eſt, qvò pollutior vita, eò præclarior, qvò plus ſcelerum, eò plus præmii & gloriæ. Sicut Diomedes pirata comprehenſus ad Alexandrum ait: Ego, qvia uno navigio latrocinor, accuſor pirata: Tu, qvia ingenti claſſe id agis, vocaris Imperator: Me rei familiaris anguſtia, Te faſtus intolerabilis & inexplebelis avaritia furem facit.

At non ita Antiochus tertius, qvi civitatibus ſibi ſubditis ſcripſerat, ſi qvid unqvam per literas mandaſſet, qvod legibus adverſaretur, ne curarent, tanqvam illud eſſet ſe neſciente ſcriptum. Neqve ſic Rex ille, qvi Præfecto aulæ ſuæ gladium præbens, dixit: Hoc in adminiſtranda juſticia utere, & ſi ego qvoqve eam neglexero, in me diſtringito.

Forum muricibus ſterni, Cato dixit. Plutarchus.

Philo inqvit, Sis intactus à contentionibus, veritatem inqvire, & *nihil* præter eam admitte, longè aliter qvàm iſti, qvi accepta ſemel qvaliacunqve dogmata obſtinatè defendunt, ſive probata, ſive improbata; cauſidicorum mercenariorum morem imitantes.

Ut antea flagitiis, ſic nunc legibus laboratur. Tacitus.

Publicæ mercis nihil tam venale, qvàm advocatorum perfidia. Idem. Venali verſutiæ Juridicæ arte non infructuosè uſus eſt Demoſthenes, Orator ille Græcus. Nam Harpalus, qvi Alexandro Magno theſauros abſtulit, ut Athenis tutum conſeqveretur hoſpitium, Demoſtheni 12000. coronatorum, atqve poculum dono dedit, qvòd pro ipſo cauſam dixit. Ejusmodi γλωσσοχρυσῶργοι poſſent adhuc plures recenſeri, niſi freqventia occurrerent qvotidie in lectione hiſtoriarum exempla.

Thurinum Verconium Alexander Severus Imperator gravi exemplo fumo enecavit, qvia ſimili arte fumos vendidit, hoc eſt, reſponſa Imperatoris, accepta pecunia, cùm cauſas nunqvam ad Imper. retuliſſet, effinxit, & ſæpe ab utraqve parte munera accepit. Juſſit autem Imperator præconem clamare; fumo punitur, qvi fumos vendidit: & cùm fraudes conſiliariorum ſuorum animadvertiſſet, ſæpius hunc recitavit

probrefient, qvantum emolumenti adferret ad hanc vitam feliciter degendam, nemo ſanæ mentis ignorat.

Cominæus: Nam & ſua inqvit, qvadam ſponte Principes eò propendent, ut, qvod libet, licere ſibi putent, & qvi ſunt circum ipſos, qvoniam aucupandæ modò gratiæ ſunt intenti, planè ſerviunt, illorum cupiditatibus; & ſi qvis ad meliorem frugem aliqvando hortetur, magnas tempeſtates excitat. Temperare mihi non poſſum hoc loco, qvin gravius aliqvid dicam in Principes imperitos & ignavos. pag.

Habent ſibi pleriqve familiares aliqvot Jurisperitos, & qvosdam, qvi longiori veſte diſcernuntur ab aliis: & rectè qvidem, cùm ſunt viri boni, ſed periculosè admodum, & magno cum detrimento, qvando ſunt vitioſi. Cujuscunqve rei ſermo inciderit, illicò legem aliqvam, aut hiſtoriam adferunt; plerumqve & ſæpenumero præter rem, dum ad ſuum ſenſum & affectum omnia detorqvent, idqve eò crebriùs faciunt & audaciùs, cùm Princeps *ipſe* nullam habet rerum cognitionem, qvi ſi vel ingenio valeret, vel librorum lectione qvæ ſitam haberet aliqvam prudentiam, non temerè circumveniri poſſet, nec ſic ludificationibus aliorum eſſet expoſitus.

Hoc enim certò ſtaduendum eſt. DEUM non condidiſſe regna, ut gubernarentur ab hominibus ineptis & ſtolidis, qvi frivola qvadam, & miſera jactatione ſolent dicere, ſe, qvòd uſum literarum non habeant, ſuis familiaribus & neceſſariis omnem actionem committere, ac deinde nulla probabili adducta ratione, cur ita loqvantur, totos ſeſe dedunt voluptatibus. Si benè fuiſſent à teneris annis educati, longè aliam viam ingrederentur: & hoc darent operam, ut homines benè & præclarè de ipſis ſentirent.

Liber de dictis & factis memorabilibus Lutheri. Jurisconſulti vident, qvotidie multa iniqva committere Principes ſuos. Qvòd ſi igitur vellent digni eſſe nomine, qvod ipſimet arrogant ſibi Sacerdotum juſticiæ: non ſic connivere ſubinde deberent ut muli, dicam muti: ſed dicere, Illuſtriſſime Princeps, hic peccatum eſt, hoc iniqvum eſt, hoc contra leges divinas & humanas pugnat; V. C. hoc omittat, hoc avertat, iſtud fugiat; aut ego officium meum reſignabo, veſtroqve valedicam muneri. Sed non adeò multos reperias ejus candoris & integritatis, qvi hoc faciant.

malis immunes essemus.

Verùm appositè Lutherus idem dicere potuisset & de Theologis suis.

Nonnulli enim, tametsi qvorundam in aulis & civitatibus dominorum, qvibus sunt à confessione, enormia sæpe, & indigna Christiano nomine crimina & vitia noverunt: tamen ad ea (ne eos offendant, aut ab mensa aulica vel curiali abstinere cogantur, & qvò pedem alterum in suggesto templi, alterumqve in curia retinere qveant) impiè & turpiter connivent; approbant, & indulgent omnia, adblandiuntur, adulantur, & admittunt ad communionem & absolutionem levissimè: sed ò factum malè, imò verò pessimè!

Nam si & illi officiis vel renunciarent, vel, ut decet, satisfacerent, & ejusmodi peccatores non reciperent, nisi dixissent priùs (ut Nathan Davidi) Tu es ille, qvi fecisti malum: & [ut Johannes Herodi] non licet tibi uxorem habere fratris, & (ut B. Ambrosius Mediolani Episcopus, Theodosio Imperatori, cùm Ecclesiam intrare vellet) siste gradum, te enim hominem propter peccata prophanum, & manus in noxio sanguine commaculatas habentem fas non est, anteqvàm pœnitentiam agas, ad divinorum mysteriorum communionem admittere; &c. & seriò castigassent eorum delicta, omitterentur certè plurima scelera & peccata, qvorum culpa penes neminem est alium qvàm Theologos & Jurisconsultos, qvi & de illis olim gravissimam tenebuntur reddere rationem severo judici Deo: Sanguis enim pereuntium de illorum manibus [teste Propheta] reposcetur.

Ibidem. Dixit etiam Lutherus, se cogi, ut in argenteos Juristas, qvi Principes ad iniqvissima sæpè incitent, librum scribat & emittat: omninò enim nimiam esse ipsorum in malè suadendo improbitatem.

Abbas Joachimus libros Decretalium Vitulo, qvem Aaron populo Israëlitico adorandum confecerat, comparat: ut in qvibus omnis dolus & calumnia perseveret: ac curiam sedis Petri nullum pontificare, qvi hujus simulachra non adoret, affirmat. De qvo suprà in relationibus ex hoc Joachimo plura.

Antonius tit. 24. cap. 9. Joannes Florentinus cùm esset Jurisperitus, & in civitate Castellana Judex, respiciens aliqvando per fenestram, audivit, porcorum pastorem, porcos includere non valentem, his verbis incantare eos; Porci porci, intrate in stabulum vestrum, sicut judices & Juturba, relictis & contemtis omnibus, cum filio, Minorum Ordinem intravit: cujus mox Generalis factus, sanctam adeò gessit vitam, ut, cùm ordines visitandi essent, illud faceret nudis pedibus.

Fratris Joannis Junioris in Scala cœli verba ad Juristas sunt hæc: Venite advocati mei, qvi viliores estis qvàm meretrices, vendentes viliorem partem, vos autem meliorem. Item viliores usurariis, qvi lucrantur in temporalibus: vos autem sapientiam & intelligentiam vendidistis, viliores estis omni creatura, emti Christi sanguine, cùm res venerabiles exhibueritis ad omnem injusticiam. p. 1037.

Item ad Idem. Qvidam habuit filium, & venit cum eo ad qvendam sapientem, & dixit ei: domine, pauper sum, & vellem ditari: & qvia Advocati summè ditantur, si consulitis, vellem, filium meum fieri advocatum. Cui sanctus senex respondit: Qvicunqve fit advocatus, statim ponit sibi ad collum unam scalam duodecim graduum, qva mediante, descendit ad damnationem æternam. Cujus latera sunt honor & avaritia.

Et primus gradus hujus scalæ est: non subvenire miseris, qvia qvi non subvenit, tollit. Secundus gradus est, injustam causam suscipere, & defendere desperatam. Tertius gradus est, sustinere causam, qvam in processu cognoscit injustam. Qvartus est, in ducere ad compromissum, qvoniam sciunt injustam causam. Qvintus est, per ignorantiam vel negligentiam perdere causam justam, vel detestandam. Sextus est, immoderatum lucrum accipere. Septimus est obtinere injustas dilationes. Octavus est, odium contra aliam partem. Nonus est, falsa allegatio testium, instrumentorum, vel legum. Decimus est, venditio scientiæ. Undecimus est, inanis gloria. Duodecimus est, infidelitas: & ideò, cùm isti talibus malis sint onerati, consulo tibi, qvòd damnationem æternam non præponas salvationi animæ filii tui.

Secundò Jurista est Ecclesiæ destructor: legitur enim, qvòd qvidam advocatus mortuus portabatur ad Ecclesiam. Cùm autem esset juxta portam Ecclesiæ, portæ clauserunt se, nec poterant ipsum introducere ad ecclesiam. Cùm autem qvidam sanctus rogaret Deum, ut revelaret causam hujus, apparuit ei beatus Petrus, & dixit: Isti sunt destructores Ecclesiæ, & plus nocent Ecclesiæ, qvam raptores omnes unius terræ: qvia auferunt prælationem à justo & bono, & dant alteri indigno. Plus nocent Ecclesiæ, qvàm Dæmones:

lit, & introducit Dæmones; machinam erigit ad destructionem Ecclesiæ, & tanqvam sagittarii dæmonis, cum arcu falsitatis veritati nocet; pejor est, vel æqvè malus, sicut hæreticus. Nam ille corrumpit fidem; iste opera fidei; ille peccat ignoranter, credens, se benè credere: iste scienter. Qvare non est dignum, ut tales beneficia Ecclesiæ recipiant.

Tertium est, linguæ præcisio: Unde narravit mihi ante paucos menses aliqvis sacerdos de Saxonia, dicens: Nuper in terra nostra qvidam Decretista, & nominatus advocatus mortuus est, qvi cùm hiaret, lingua in ore ejus defuncti non est inventa. Et meritò linguam perdidit moriens, qvi illam sæpè vendiderat vivens; licet in illo divino examine, ubi aperti erunt libri, nullus advocatorum neqve pro se, neqve pro aliis assignare peterit aliqva falsa loca ex legibus sive decretis: justo tamen Dei judicio, ad tribunal Christi iturus, linguam, qva multos vel injustè accusârat, vel temerè defenserat, amisit.

Qvartum est, misericordiæ Dei deprivatio: unde Jacobus de Vitriaco dicit: qvòd qvidam advocatus in morte existens, petebat à Deo inducias pœnitendi: tunc vox audita est: Advocatus summè similis est dæmoni: qvia sicut ille vult litigium, & odit pacem: sic tu in causis inducias non dedisti, nisi ut adversarium gravitate temporis fatigares: qvare vade ad tuum similem, qvia non es dignus misericordia: & tunc mortuus est, & à dæmonibus deportatus.

Qvintum est, proximi deceptio. Duo homines tradiderunt cuidam mulieri depositum, cum ista conditione; qvòd nulli redderet, nisi ambo essent simul, processu temporis alter accessit ad eam, qvam verbis decipiens, recipiebat depositum. Cùm autem secundus venisset post multos dies, reqvisivit pecuniam traditam: qvæ stupefacta, ad unum Advocatum accessit: tunc ille dedit talem responsionem: in pactis est, qvòd simul ambo adesse debeatis, qvando reddetur depositum: & ideò adhuc socium tuum, & restituetur tibi: qvi non potuit adducere socium, qvia jam depositum habuerat.

Sextum est, peccatorum cumulatio: qvidam advocatus solennissimus intravit ordinem Cistertiensem, & factus procurator monasterii, omnes causas perdebat. Cùm autem interrogâssent eum monachi, qvæ esset ratio, qvare omnes causas perderet, ex qvo esset in monasterio, cùm nullam perdidisset causam existens in seculo? Respondit, qvando jam eram in seculo,

Septimum est, in morte infatuatio: legitur, qvòd qvidam advocatus jacens in lecto ægritudinis, dum Eucharistia præsentaretur sibi, dixit: Volo, ut judicetur, an debeam recipere, an non? Cùm autem Sacerdos moneret eum ad pœnitentiam, dixit: Appello, tunc diabolus accedens suffocavit eum.

Item ad idem: Advocatus qvidam tantæ superbiæ erat, qvòd vix loqvebatur cum hominibus, & hoc propter subtilitatem suam: qvi divino judicio ad tantam devênit miseriam, qvòd infirmatus venientibus ad videndum eum dicebat, se esse cattum, ponendo se subtus scamnum & bancas.

Item ad idem: Qvidam advocatus tempore charistiæ, ne audiret voces pauperum, accessit ad qvandam hæreditatem suam juxta aqvam, ubi tamen nec dum defuit populus clamans fame oppressus: qvorum voces cùm audiret, respondit: Non durabo cum istis canibus: & fecit poni mensam in alia camera: & statim qvidam armatus in porta pulsavit, & dixit: Nuncius Dei sum, & volo loqvi cum domino vestro; & statim servus de mandato domini asserebat, eum ibi non esse: at ille ait, mentiris; in illa camera se abstulit, ne audiret voces pauperum: & nunc cito eum, ut compareat coram Deo, reddere rationem de commissis: & statim infirmabatur, & exhortabatur ab amicis, ut confiteatur: renuit, & finaliter ad æternam damnationem pervenit. p. 1038.

Item ad idem: Rusticus qvidam advocatum rogavit, ut doceret eum, qvid esset melius verbum juris? & ille daret sibi par anserum: tunc advocatus: domine, non est verum. Cùm autem peteret ab eo, qvod promisisset, respondit rusticus: domine, non est verum.

Franciscus de Rosieres in libro Stem. Lotharing. Non contemnimus, inqvit, Jurisprudentiæ religionem, sine qva civilis nexus, communisqve societas subsistere neqveunt: sed rabularum forensium ineptitudinem, eloqventiam fastuosam: sordidum qvæstum, & ut plurimùm barbarismum, qvo tumidiores cæteris vel negotium facessere, vel legem conantur imponere. Præda victitant, ut accipitres. Si consulantur, vel adeuntes suspiciunt, adulantur, in aures insusurrant; falsa, vera negligunt, tum plerumqve superbia, qvæ est ignorantiæ magistra, efferuntur.

Doctor Felix Malleolus in libro de gradu Doctoratus in stultitia, varia qvoqve de abusibus I. C. scribit, & concludit pòst

Baldus colum. lib. 1. Sine cauſidicis ſatis felices olim fuêre, futuræqve ſunt & eſſent urbes: ſit enim per eos, ut legibus fundata civitas, legibus evertatur. Plin. Paneg.

Idem colum. Et cur diſſimulem? Europæ peſtis eſt caninum hoc ſtudium, qvod haud temerè qviſpiam conceſſum latrocinium dixit.

Modicæ conſcientiæ Jureconſultos eſſe, affirmat idem Baldus, ipſe inter omnes ſummus Jureconſultus. l. ab Anaſtaſio, c. mandati. Advocatus dicitur parùm conſcientiari: & præſumitur, qvòd omnia mala cogitet. Auth. de exhib. reis. §. ſancimus.

Sunt enim docti plerumqve mali, ut refert Cebes Thebanus, Joannes Camers, Lactantius, Cicero: & in eandem ſententiam Bias; οἱ πλοῖοι κακοὶ. Artibus etenim ſi qvi malè utantur, latam feneſtram ad neqvitiam aperiunt. Plautus. Et doctrina bonos effectus habet, ſi in bonam naturam cadit; ſi in malam, malos. Cominæus. *Sincerum enim eſt niſi vas, qvodcunqve infundis, acceſcit.* Ajunt, cauſam horum ex philoſophorum doctrina eſſe hanc: qvòd ab extremo ad extremum ſine apto medio nemo pervenire poſſit.

Franciſcus Petracha apud Sqvârzaſicum, cùm eum Cynus I. C. ad juris ſtudium adhortaretur, reſpondit: Studium, ad qvo me hortaris, ſervile officium reputo, & mancipium omnibus ſe præſtare, qvi illo utitur. Et ſi paterna non foret reverentia, ſi poſt me curreret, qvia libertate uti cupio, non acceptarem. Qvis eſt qvi non dicat, hæc jura venalia eſſe? & ad benè rectèqve vivendum longè aliis ſtudiis eſſe inferiora. Qvid ad faciendum virum bonum iſta conveniunt? Sed qvis non videt, ad virtutem conſeqvendam nihil pertinere? ac cupidum magis, mendacem, iracundumqve hominem reddere? Qvid mihi eſt de aqva arcenda diſputare? qvid de ſtillicidio? qvid, ſi ancillæ partus in fructibus cenſeatur? qvid, ſi qvis legata perſolvere teneatur? Cùm, etiamſi teſtamentum ſeptem teſtibus caruerit, executioni mandetur, cùm iſta à legumlatoribus luculenter explicata ſint. Vos veſtris commentationibus omnia pervertitis, ſunt commenta ſuper commenta, qvæ indies novi legulei ſcribunt, ut jam eveniat ex hoc id, qvod ait Comicus, Ne intelligendo nihil intelligant. Sed ut dignitati tuæ, & paterno amori morem geram, perſeqvar, &, tempus non inutiliter me triviſſe, oſtendam.

Sed qvis naturam [illegible]

cendo perſeveraret, ut ſui temporis omnes ſuperaret, & ſe indubiè antiqvis adæqvaret. Creſcebat indies ejus laus & fama, & ut aliqvid dignum laude promeret, à multis incitabatur; ſicuti ille, qvi jam Ciceronis fundamenta & diſciplinam intelligebat.

Patri autem, qvæ de filio ferebantur, non placebant, qvanqvam laudaretur; ſed excandeſcens ira, Bononiam pergit, & filio diris verbis increpato, qvid Cicero? qvid Virgilius? qvid ſcriptores hiſtoriarum, & poëtæ deniqve omnes ſibi facere poſſent, dicebat, cùm ad aſſeqvendas opes non valerent, ſed ut fabellæ & ſomnia eſſent: Juri autem civili ſtuderet, qvòd ampliſſimum inde honorem & fructum haberet; hortabatur, & commonebat.

Poſtea ignem accendi juſſit, ut, qvotqvot filius haberet libros Ciceronis & poëtarum, omnes combureret, & cùm jam aliqvos ita igni mandaſſet, & Rhetoricam Ciceronis & Virgilii opus manu teneret, ut in flammas mitteret, non ampliùs ferre potuit egregius juvenis, innocuos talem injuriam pati, genibus flexis, lachrymisqve precibus admixtis, ut tantum nefas ne faceret, & à tanta indigna re abſtineret, & ſi qvid eſſet peccatum à ſe, non ab illis claris viris pœnas exigeret, exorat, obteſtatur, adjurat, patrem amplectitur, oſculatur, pollicendo non ampliùs illos legere, ſed ſtudium ſibi impoſitum ſeqvi.

Ex iis patris iram placuit, atqve deinde, qvoad vixit pater, juri civili diligentiùs operam dedit. Solebat ipſe admodum ſenex hanc hiſtoriam incundiſſimè narrare. p. 1639.

Cùm ſecundum & vigeſimum haberet annum, matrem amiſit, de qva tanto dolore conſternabatur, ut per aliqvot menſes ſteterit, qvòd conſolari non poterat. Non defunctæ matris transacto anno, patrem diem clauſiſſe extremum, audivit. Indoluit fatis; ſed cùm ſciret, ſemel moriendum eſſe omnibus, & reſolvendum eò, undè manavimus; & imbecillem hominis ſtatum longâ meditatione cogitaſſet, eo mœrore ſe æqviore animo ſuſtulit. Cùm ſui juris factus eſſet, ſtudia legum, qvæ oderat, poſuit; & qvos amabat, poëtas & oratores in manus reſumſit.

Corn. Agrippa. Huc ſpectant etiam vaſtiſſimi illi gigantes, qvi nobis, contra Juſtiniani edictum, tot gloſſarum, commentariorum, expoſitionum, ingentia innumeraqve volumina, unoqvoqve illorum aliter & aliter interpretante, genuerunt. [illegible]

illorum Jurisperitorum prr singulas periodos & (ut vocant) paragraphos nomenclatura pudorem suum obstringunt, ac si non potiùs rationibus constet veritas, qvàm confusis testimoniis, ex tam nugantium opinatorum colluvie adductis, penes qvos tanta laus est contentioni atqve discordiæ, ut qvi non dissenserit ab aliis, qvi nescierit novis opinionibus aliorum dictis contradicere, ac judicata omnia in dubium revocare, & bene inventas leges per ambiguas expositiones ad sua figmenta adaptare: is parùm, vel nihil doctus habeatur.

Hinc tota illa juris prudentia facta est consilium perversum, & subdolum rete iniqvitatis: hæc sunt ingenia, hæ artes, qvibus hodie regitur orbis Christianus, qvibus constituuntur imperia, & regna, & principatus populorum, atqve ex his nebulonibus deliguntur Principum Pontificumqve officiales, atqve Parlamentarii, isti senatores & præsides, ac si qvi iniqvi hactenus fuerint advocati, æqviores futuri sint judices, atqve tandem capita regnorum sunt. Hi etiam regibus suis, ut soni qvondam Titanes, formidabiles.

Porrò ex his prodeunt tandem Cæsarum regumqve ventricosi isti archiscribæ, ac circumpurpurati cancellarii, qvibus rerum summa commissa est, qvi Principum placita, dona, beneficia, officia, dignitates, rescripta, diplomata: præterea jus, fas, leges, æqvum & honestum, omnia venalia habent, & abs se mercari compellunt. Ex qvorum arbitrio regum numerantur amici & inimici, qvos pro libidine sua nunc fœderibus jungunt, nunc rursus funestis bellis committunt.

Atqve cùm ipsi ex infima plebis fece sordidissima vocis prostitutione ad tantum dignitatis culmen conscenderint, ad tantum simul audaciæ scelus evehuntur, ut audeant nonnunqvam proscribere Principes, & vel absqve senatus consulto, ac vel indicta causa, damnare capitis, & mutare regnorum status, ipsi interim tumentes furtis & latrociniis suis.

Joannes Bodinus recitat, qvòd Ferdinandus rex Hispanorum, cùm Proregem in Indiam Orientalem mitteret, in mandatis ei dederit, ne I. C. aut causidicos eò deduceret, ne litium semina, qvæ in regionibus illis nulla erant, importarentur.

Idem. Matthias Corvinus Rex Ungariæ I. C. & causidicos ex Italia magna mercede accersivit; sed litibus crescentibus, populo rogante, iterum ejecti

ficiat, precium interveniens omnia intervertat.

Rodericus Episcopus Zamorensis, in speculo humanæ vitæ de I. C. & consiliariis loqvens ait: Ad consulendi munus non nisi sacramento admittuntur Consiliarii, sed toties dejerare videntur, qvoties Senatum ingrediuntur.

M. Cato, Cicero, & Zamorensis. Sic consulendum est Reipublicæ, non ut placeas, sed ut prosis, utilisqve sis. Sed qvomodo utilis sis, tristis eventus ostendit: qvo illa indies fit pauperior, tu ditior. Non tam consulis qvàm consumis, non tam regis qvàm premis, non tam protegis qvàm lædis. Civibus imponis gravissimas collectas, non reipublicæ, sed tibi imbursandas; consulis non Reipublicæ, sed tibi: gaudent Consiliarii hoc nomine, à cujus re & effectu plurimùm sunt alieni. Pauperum domos evertunt, ut suas construant; miserorum capellas, agros, atqi prædia subhastant, ut ipsi viliùs emant; & qvæ seqvuntur.

Idem Zamoren. Difficilis conditio I. C. Neminem enim juvare potest, qvin alterum lædat: commodius est neutrum juvare, qvàm alterum gravare. Ubi desinunt Advocati, ibi qvoqve litigia desunt: ubi verò Advocatorum turba strepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardet, nec domus aliqva á litigio vacat: tolle cupidos litigandi ministros, simul tolles & lites. De pace non cogitat, qvi cum bello lucratur. Advocatus dissidendo, litigando ditescit: qvi mendicaret, si qvietissimè omnes viverent. Qvomodo opes litigando qværere possumus licitè, qvi nostra proximis offerre jubemur? Charitatis ordo per Advocatos perit.

Minùs pernitiosum foret, aliqvos injustè opprimi ob advocationis defectum, qvàm plurimos: imò ipsam Rempublicam, ejusqve qvietem tot tantisqve [ut cernimus] litium perturbationibus concuti atqve subuerti, qvæ veluti qvædam incendia cunctas Respublicas adurunt, atqve confundunt. Non tantùm justiciam, sed & ipsam injusticiam vendunt: veritatem vilificat & inhonorat, qvi eam precio exponit & vendit. Seculo aureo laudabilis erat ars, laudabile exercitium, nunc verò, qvia ad precium exponitur, meritò in sordibus computatur. Servus est justiciæ, qvæ virtutum Regina est atqve domina: qvi ergo dominam suam vendit, ut proditor judicandus est. p. 1040.

O qvot litigia & mortales contentiones susciant, qvæ sopiri per Christianum de-

& Jurisperiti fallaces, dum cupiunt ditari; vix prævaricationis periculum fugiunt; controversias actionesqve causarum contra ipsa jura vertunt: & ut adversarios coërceant, jussionibus legum; ad illudendos judices, exqvisitis exemplis, multiplices intellectus, & cavillosas à legibus eliciunt conjecturas. Qvid igitur in eis laudem, non facilè invenio; vendunt enim lingvam suam, qvæ Spiritus sancti donum est.

Idem inqvit, Forma in eis est litigiosa: hoc ipso laudabilior, qvò fraudulentior. Fateor enim utilis est juris scientia: si ejus Professores intra ejus limites agerent, & legum terminos non transgrederentur. Sed illis abutuntur, & falso legum intellectu, & novis interpretationibus, sacris legibus illudunt. Qvod si secus agerent, pauperes admodum & inopes; fateor tamen, felices viverent.

S. Bernhardus. Rursus, nisi fallor, fallitur qvisqvis, qvi litigandi officium assumit, & longè magis fallitur, qvi artes litigandi & contendendi eligit; in qvibus propter nocendi facilitatem, qvantò qvis doctior, tantò neqvitior evadit; ut de aleatoribus Polycratus ait.

Jethro Socer Moysis, Exod. 18. cùm Moyses gener solus regeret populum Israël: dixit illi: solus hoc non poteris sustinere, sed adjunge tibi viros timentes DEUM, in qvibus sit veritas, & qvi oderunt avaritiam. Rara avis. Talibus virtutibus utinam omnes, qvi Reipublicæ præsunt, essent ornati, inqvit Andr. Osiander super Biblia: ubi poterat addere, & Ecclesiæ.

Fridericus Imperator factus, per Antonium de veteri prato Bononiensem J. C. librum de usibus feudorum renovari, fecit, etsi Jurisperitos non nimiùm dilexit, qvòd, juris æqvitatem ab eis inverti, justiciamqve fœdari, diceret.

Memoratu dignum est de Trajano Imperatore, qvòd, correptus ab uxore Plotina, calumniis & malitia suorum Procuratorum provincias divexari, detestari eos cœpit, & improbos vocare fiscilienes: usurpans verbum hoc memorabile, qvod in præcordiis omnium Principum utinam esset reconditum. Nam qvadam egregia similitudine fiscum vocabat lienem. Sicut enim crescente in corporibus nostris liene, artus reliqvi tabescunt: ita turgente Principis fisco, reliqva civitatis membra macrescunt & ægrotant. Ita uxor hæc bonæ frugis, maritum suis præceptis juvit, ac corripuit, ne suæ laudis foret incuriosus: & ad honestiorem reduxit ordinem. Cuspinianus.

Imperatoris narrat, qvi raptus ad inferos, vidit ibi & suos, & patris sui consiliarios, dicentes illi: Heu nobis Carole! Vides enim, qvàm gravia habeamus tormenta, propter nostram malitiam & superbiam, malaqve consilia, qvæ Regibus nostris & tibi dedimus, propter cupiditatem. Integram historiam habes apud Vincentium.

Iohannes VVolfius Iur. Conf. autor Operis hujus, de Jurisprudentiæ usu & abusu, ad Amicum.

JUrisprudentiam rebus humanis necessariam, & magna apud veteres semper veneratione excultam esse, cùm omnium penè testimonio constat, tum cumprimis perspicuum est ex Cicerone cùm ait: legibus duodecim tabularum, ex qvibus reliqvæ omnes fluxerunt, omnium Philosophorum Bibliothecas superari: viros Juris-Consultos dignos esse, qvi laudibus in cœlum efferantur, qvorum domus oraculum sit civitatis: esse deniqve Jurisprudentiam senectutis ornamentum atqve perfugium. Est enim hæc divinarum atqve humanarum rerum notitia, justi atqve injusti scientia: hoc est, ipsa ἐγκυκλοπαιδεία, cujus complexu omnes ferè artes continentur.

Eam cùm Ulpianus multò concisiùs nominat boni artem & æqvi, Salomonius in eam sententiam accipit, ut Jurisprudentiam ex actione existimari velit, id est, ex officio boni æqviqve viri. Neqve enim in Jurisconsulto satis est, nihil ignorare, qvod legibus scriptum, moribus receptum, prudentumvé authoritate confirmatum est: qvod homini mediocri ingenio assidua lectio afferre potest: neqve rabula in Jure-Consulto reqviritur, sed vir ejusmodi, qvi, ut Cicero inqvit, divinitus sit ad nos delatus, per nos non partus, justaqve cognoscat, & faciat. Qvod ipsum Aristoteles affirmare videtur, dum in Ethicis ait, non cognoscere justa & injusta, sed facere illa, hæc fugere, sapientis esse: cùm res, de qvibus leges loqvuntur, non ita sit magni negocii, intelligentia atqve animo complecti, sed facere longè maximi. Proinde ab Ulpiano, sanctissimo encomio ornantur, ut Sacerdotes justitiæ nominet, id est, æqvitatis, justitiæ, veritatis, & omnis boni, recti, honesti laudatiqve cultores: cùm justitiam colere debeant, & boni atqve æqvi non tantùm notiam profiteri, sed etiam cultum reipsa testari: ut æqvum ab iniqvo separent, licitum abjungant ab illicito: & in omnibus veram Philosophiam, non simulatam affectent, atqve imitatione exprimant. p.1041

Hæc juris sanctimonia olim veteribus

facilius consuli posset) Q. Fabio, Sex. Ælio, P. Attilio, Catoni, Bruto, Mutio, Crasso, Sulpitio, Gallo, Aqvilio, Cajo Labeoni, Trebatio, Ulpiano, Modestino, Paulo, Papiniano, Proculo, Celso, Pomponio, Marcello, & aliis pluribus, qvi non solùm ex peritia juris, sed multò magis summa justitia, æqvitate, vitæ honestate, ac Reipublicæ administratione, vivi ad amplissimos summi splendoris, maximæqve dignitatis gradus ascenderunt: & mortui ad immortalem perpetuamqve totius posteritatis memoriam fuerunt consecrati.

At ab horum hominum innocentia (DEUS bone) qvantum hodie pleriqve absunt, non solùm plebeji, sed etiam majorum gentium Juris-Consulti: ut videri penè posset antiqva Jurisprudentia, à nostri seculi luce & consvetudine longissimè peregrinari, nisi in paucorum honestissimis animis retineretur. Qvotus qvisqve enim est hodie, qvi omnes suas rationes ad justum & æqvum dirigat, eoqve animum solum tanqvam ad scopum intendat? neqve aut pecunia, aut alio qvæstu, à recta conscientia transversum ungvem discedat?

Sed contrà qvot in aulis Principum sunt, qvi sub Juris-Consultorum nomine (probos semper excipio) non tantùm jus pervertunt, & in omnibus ad sensum & voluptatem, atqve adeò ad nutum dominorum turpissimè assentantur: sed etiam non dubitant, omnia in reliqvo vitæ cursu veteratoriè, simulatè, interdumqve fatui aut bardi personam susc ipere, & qvasi hesterni convivii nondum exhalassent crapulam, omnia joculatoriè & scurriliter ludere, ut Principum gratiam captent! qvi sese in Principum mensas & servitutes dedederunt, non ut jus interpretentur, aut servandi juris sint Principibus authores, sed ut res injustas verborum pigmentis & turpibus involucris convestiant, & commentitiis præstigiis inobscurent veritatem; neq; ad justitiam & æqvitatem, verùm ad lites, dolos, fraudes, & juris cavillationes Principibus aditum patefaciant, aperiantqve viam.

Deinde extra aulas, qvanta est eorum ubertas, qvi lingvas qvasi flabella controversiarum vendunt, & ne fame emoriantur, ipsi lites ferunt, & pecuniam magis qvàm jus respiciunt: item qvi planè (ut apud Græcos olim causidici declamatores) non pro æqvitate, sed commodo atqve lucro, juris tractationem exercent, & ad illiberalem turpemqve qvæstum affixi, jus in injuriam, æqvitatem in prædam commutant: & veterum justas probatasq; sententias petulanter convellunt.

impostoram & vanitatem: qvod idem hodie in qvosdam Juris titulum circumferentes non absurdè, teste Jur. Cons. Fr. Duareno, dici posset: qvi singulari artificio, planissimas atqve explicatas causas mirabilibus tenebris & dubitationibus involvunt, & unius simplicis atqve expediti negotii tractationem, conqvisitis verborum & rerum fucis, supra hominum memoriam, in longissima multorum annorum intervalla producunt. Ex qvo qvidem ipsi plurimum colligunt lucri: verùm miseri clientes fortunis opibusqve omnibus dispoliantur: qvas illi in convivia & comessationes, in qvibus symphonia canit, & maximis poculis ministratur, vestes, & vitæ hujus splendorem atqve luxuriam impendunt: dum aliàs, ut est in veteri proverbio, *Curios simulant, & bacchanalia vivunt.*

Qvod tanto nobis majorem doloris sensum afferre debet: qvòd videntes, istorum hominum improbitatem & culpam reliqvis etiam honestis viris nonnunqvam imputari, totiusqve artis authoritatem dedecorari, & proscindi maximis verborum contumeliis omnes artis cultores: & planè in hoc idem usu venire qvod Poëta qveritur:

Εν δ' ἴσῃ τιμῇ ἐς ἡμᾶς Ἐσθλός τε καὶ κακός.

Sic enim vulgus solet, ut omnes unius rei atqve artis sectatores ex paucorum sceleribus existimet, neqve aut pravos ab improbis discriminet, aut artem à magistrorum vitiis abjungant.

Cæterùm etsi res ita habet, tamen nos ab officii nostri cursu aliorum improbitas dimovere non debet, qvin amplissimos honores, tributos arti nostræ, honestissimo totius vetustatis Judicio, summaqve diligentia conservemus: neq; peritiæ tantùm, sed actæ & honestè & laudabiliter vitæ exempla de veteribus Juris-Consultis imitatione in nos transferamus, &c.

Ex Iohanne Matthæo Theologo

de Jure-Consultis.

QVod restat, vos Jurisperitos & politicos viros alloqvor, qvi res Theologicas præter vocationem vestram, ad vestras consulationes trahitis, & Theologis servis CHRISTI, ac si servi vestri essent, præscribere non verecundamini, qvid concionibus publicis & scriptis reprehendere, & qvid approbare debeant: qvi talia consilia agitatis, & Principibus viris inculcatis, per qvæ Calviniſmo omnes valvæ, & fenestræ aperiuntur: si modò vobis consultoribus obedirent: vos, inqvam, alloqvor & fideliter hortor, ut exempla illorum, qvi ante

tanquam ἀλλοτριεπισκόπους, alienarum rerum inspectores, 1. Petri 4. horribilibus pœnis affecerit. DEUS, qvi ordinis, non confusionis DEUS est, non vult, politica à Theologis tractari, nec Theologica à Jurisperitis. Nota sunt exempla recentia illorum Theologorum, qvi seipsos rebus politicis intruserunt: vel passi sunt, res politicas sibi imponi, qvàm tragicè perierint. Nota sunt exempla recentia Jurisperitorum sapientissimorum, qvi pessum iverunt, ob res Theologicas, qvibus sese implicuerant.

Anné existimatis, vos prudentiores esse antecessoribus vestris, qvorum prudentiam DEUS tam horribiliter confudit & evertit? Consulti à dominis vestris de rebus Theologicis, remittite eos ad Theologos, qvorum officium divinitus ipsis traditum est, ut de rebus Theologicis respondeant. Vobis hoc munus non est datum, ut ipsi scitis. Si hortationi huic obtemperaveritis, benè vobis erit, & res vestræ prosperabuntur: sin verò eam spreveritis (ad qvod fortassis fastus vester vos instigabit) ante fores pœna vestra jam præstò est, & vos in medio consiliorum vestrorum curriculo opprimet, ac perdet.

Conveniebant Rex & Archiepiscopus, & stipatus erat uterqve magno grege J. Cons. qvos ex diversis locis summo studio conciverant, ut canones sibi non pro veritate, sed pro Episcopi voluntate interpretantur, & causam ejus, qvoniam veris non poterant, sophisticis allegationibus corroborarent. Lambertus Schafnaburgensis, Monachus Herfeldensis. vide p. 1. fol. 307.

Ribbi Gamaliel (ut est in veteri Hebraico libro, cui titulus est, capitula patrum) F. Ribbi Jehudah Principis, dicit: Qvicunqve occupati sunt negotiis Reipublicæ, debent hoc ipsum facere propter DEUM: sed præceptum hoc vetus Hebræorum nunc ferè exoleviſſe, videmus.

Alexander ab Alexandro Jur. Consultus Neapolitanus excellens, ob Jure-Consultorum qvorundam excessus, avaritiam & ambitionem, relictis legum & causarum studiis, ad historias & alia se convertit: ut apud eum in libro genialium dierum lib. 6. cap. 7.

Hieronymus Porcarius etiam, qvaliter & qvibus modis ab iniqvis judicibus & Jureconsultis litigantes iniqvissimè frustrentur & deludantur, refert apud Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 14.

1597. *Guilhelmi Reginaldi Calvino-Turcismus.*

Hic edidit librum sub hoc titulo: in qvo inter alia varia, Turcicus Imper. in aliis plerisqve omnibus.

Et postea ait: Legatus Turcicus ad Poloniæ Regem missus, illic Calviniſtarum causam agens, disertè fatebatur, suum Imperatorem valdè probare doctrinam Calviniſtarum, veluti cum Religione Turcarum prorsus congruentem: paucis articulis exceptis. De hoc Neusero habes suprà plura.

David Herlicius Mathematicus. 1597.

Numerus eqvidem nihil potest: est enim res abstracta, immateriata, & mathematicum qvid: nec esse potest causa, vel principium interitus vel ortus ullius rei naturæ. Adde: qvòd Politiæ & Imperia mundi constitui solent secundum hominum judicia varia & mutabilia: nihil adjuvante ulla numerorum vi, seu ἐνεργείᾳ: etiamsi esset numerus numeratus, seu numerosa conversio cœli: qvod tamen nulla vi cogere animum & voluntatem humanam potest: qvia non est medium inter cœlum & mentem: stellam, & voluntatem agendi, ac patiendi hac ex causa: cœlum enim est corpus, anima verò & voluntas spiritus.

Accedit & illud, impium esse, certas Imperiorum periodos ad fatum ac numeros alligare, &c. Item, qvòd secundum providentiam DEI, qvi naturæ mediis utitur pro arbitrio, scientia illa, & consideratio illorum mediorum nobis hominibus cæcis non est concessa. Vide Peucerum de Divinatione: Garcæum de Tempore: Casam in Politica Aristotelis: Bodinum in methodo historica: Chytræum super 11. & 13. cap. Apocal. Johannis: & Aristotelem in Politicis, & Methaphysicis. Imp. Rud. 2. Papa Clem 8.

Idem. Referunt monumenta historicorum: Turcas in arcanis suis habere libros, in qvibus hæc inter alia legantur: Qvòd cùm Mahometes, illorum patriarcha, decursa vita graviter ægrotaret, nuncqve animam ageret: Mysterium autem qvoddam adhuc in animo repositum teneret, idqve suis revelare magni interesse putaret: sibi p. 1043. verò alio modo complicatam animi notionem evolvere non licet, nisi gestu qvodam, persentisceret: qvòd (inqvam) ille vates, ad Imperii à se inchoati durationem significandam, utraqve manu extensa, decem porrexerit digitos: atqve ita nihil ulteriùs agendo decesserit. Idcirco Proceres adstantes expalluisse, regno suo metuentes, ut qvi dubitarent, utrùm id ex sententia Prophetæ, saltem 10. diebus annis mensibus, an annis sit in flore futurum: & proin-

Anno 631.

At verò jamjam illorum imminere annorum fata, si prodigiis habenda sit fides, vel ex eo conjicere licet. Cùm anno Domini 1572. 5. Martii qvodam terræmotu marmor excuteretur: effigies in eo Turcarum Cæsaris est conspecta, juxtaqve hebraica scriptio, in hunc sensum: qvòd nempè tempus affluxerit, qvo sub uno Pastore una per Baptismum Ecclesia sit congreganda, unumqve ovile constituendum: ac proinde mandari tibi, (Turce) ut baptizêre. Hanc enim esse æternam voluntatem. Ex qvo apparet, brevi eradicatum iri Mahometem.

Turcæ porrò Arabicos habent, à motu Lunæ computatos, aqve Juliano nostro discrepantes annos: ut qvi singuli diebus 11. & horis aliqvot, illis arabicis sint ampliores. Ideò mille Arabici 970. Julianos, appositis præterea diebus 74. efficiunt annos: hacqve ratione à nativitate Mahometis, ab anno nimirum salutis 597. arabicè computati 1000. anni decurrunt usqve ad annum Domini 1592. diemqve Septembris 6. secundum Julianum verò Calendarium descripti, finiuntur anno labente 1597.

Alia apud hunc etiam prophetia extat: qvando regnabit R. veniet Turcus Imperator: & qvando denuò regnabit R. Romanum qvassabitur Imperium.

Idem. Licet etiam astrologica qvadam conjectura de ruina Turcis imminente, præsagire. Poterit illa desumi ex doctrina Trigonorum, & conjunctionum magnarum Saturni & Jovis in Ariete, qvæ qvidem in qvavis triplicate bis, anteqvàm ipsam mutent, accidere solent: qvas, observatum est, hinc ab exordio Mundi, variis rerum, Imperiorumqve vicissitudinibus insignes fuisse. Earum autem conjuctionum ab orbe condito sex jam fuêre, ut nunc in septima versemur. Aut, qvemadmodum antiqvi volunt astronomi, respicientes cœli, noviter à DEO facti, faciem, in octava, septem retrò decursis illis conjunctionibus, hæc rerum natura fluctuat.

Primus autem trigonus Igneus, seu Conjunctio magna Saturni & Jovis in ipsum modò recentem orbem incidit: estqve notabilis horrendo lapsu parèntum nostrorum, promissione Seminis, & Cæde, qvam in fratre suo Cain perpetravit.

Secundus, Anno Mundi 789. qvo Prophetæ officio defunctus est Enoch, & Caini gigantes omnibus injuriis filios DEI afflixerunt, accidit.

Tertia Conjunctio, seu Trigonus igneus anno Mundi 1583. recurrit, qvo tempore Noah, pœnitentiam agendam, & pietatem Mundi 2377. tempore Moysis & Aaronis: cùm in Ægypto indignissimè haberentur, Israëliticæ matresqve masculos suos infantes in Nilum projicere adigerentur: Ægyptus autem postea decem illis sævissimis plagis à DOMINO percuteretur: Israëlitæ gloriosè ex captivitate redimerentur: Pharao cum universa militia sua in mari rubro concideret: & DEUS in deserto miraculis inauditis Legem humano generi pronunciaret.

Qvinta Conjunctio facta est anno Mundi 3171. qvo tempore Roma est exstructa, & Israëlitæ per Salmanassarem Assyrium sunt dissipati: & deinceps ipsa qvoqve sancta civitas Hierosolymorum est eversa. Judæis in Babylonem abductis, & captivitati mancipatis.

Sexta Conjunctio ascendit anno Mundi 3965. qva labente, Filius DEI natus est homo, passus, & mortuus pro peccatis universi mundi, qvi sibi Ecclesiam Evangelio suo congregavit: eo etiam tempore extremum excidium passi sunt Judæi, ex qvo ne hodierno qvidem die respirârunt: tum etiam passim in toto orbe terrarum bellis omnia conqvassata fuerunt.

Septima Conjunctio ingruit anno Mundi 4759. Christi verò 789. qvo tempore Concilium Nicænum est celebratum, & Carolus Magnus acerrimè militavit: Imperiumqve Occidentis & Orientis singulare fatum sustinuêre.

Octava porrò, & ultima nostra Conjunctio magna fiebat anno Domini 1583. qvo tempore Gregorius Papa Calendarium fecit, idqve toti mundo obtrudere conatus est. Et hic animadvertendum est, qvid rei sit, unde fiat; casuné, annè certa DEI voluntate, qvòd, cùm hic ipse annus à mundo condito, nempe 1583. numeraretur, eo inqvam, diluvio omnis caro perierit: jamqve, à Christo nato si tot etiam computemus annos, Conjunctio magna hæc incidat, qva sit metuendum, ne ruina qvædam singularis immineat?

Cæterùm hæc Conjunctio trigoni aqvei qvando mutabitur in igneum, id qvod aliâs singulis 800. annis solitum fuit accidere, fietqve nostro seculo, anno 1603. certè ultima rerum vicissitudo, mutatio, & subversio Imperiorum mundi tum incidet: & jam Natura currit ad finem suum.

Nunc, ut hac ratione Turcis etiam operam aliqvam præstemus, eisqve de rebus suis aliqvid dicamus: hanc Mathematicorum habeo regulam: Statuta, & Imperia florent sub illis triangulis, in qvibus cœperunt. Ergò haud immeritò colligendum est: qvòd, qvia Romanum Imperium in

mum, sed longè maximum Turcæ Imperij exitium sit illaturus. At, quia mox, anno 1603. trigonus igneus accelerat, Romanoque imperio plurimùm arridet, ut quòd in eo cœperit: Turcæ penitus, ut confido, eradicabuntur; & nos sperata pace fruemur.

Iosephus Scaliger.

1597. INterpretatur iste Hebraicum illud Apoc. 16. Geddon Harma, Harma-Geddon, id est, excisio Excelsæ, sive Romæ: vide ibi. Imp. Rud. 2. Papa Clem. 8.

Idem Scaliger in lib. de emendatione temporum scribit, Reges Babyloniorum olim omnes, ad Imperium accedentes, nomen mutare solitos fuisse. Hoc ergo quia usitatum fuit veteribus Regibus Babyloniæ; cur Novis, qui hodie novam Babylonem, priore eversa, hoc est, secundum patrum scripta, Romam inhabitant, sceptraque ibi tenent, non idem sit licitum? Habuit enim, & habebit etiam, quoad initium & finem, Roma cum Babylone semper similia omnia; ut referunt Paulus Diaconus, & Otho Frisingensis alibi in hoc Opere. Sic itaque mutatio illa nominis Paparum non ad putidum illud Os porci, ut quidam putârunt, sed longè aliud multò sublimius, Regium scilicet initium referendum est. Nam

Magnos magna decent: Papas sic nomina Regum.

1597. *Prodijt hoc tempore sequens admonitio, Theutonica linguæ scripta idiomate, ad laudatam Germaniæ nationem, de occultis Iesuitarum virtutibus; in omnium piorum & bonorum, tam summi quàm infimi status, Germanicæ Nationis hominum utilitatem; præcipuè verò Omnipotentis Dei gloriam: à quodam veritatis studioso adornata: & à docto viro, Erhardo Cellio, Tubingâ nuper ad me, in Latinam ab ipso translata linguam, missa.*

I. Reg. cap. 22. Propheta Micha ad Regem Achabum inquit: Propterea audi sermonem Domini: Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris, & à sinistris; & ait, Dominus: Quis decipiet Achab Regem Israël, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba huiusce modi, & alius aliter. Egressus est autem Spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus: In quo? Et ait ille: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce, dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum istorum, atque devitet: qui vanissimis mendacijs, & impostoris, ac inaudita, horrenda, insatiabiliique tyrannide, & sanguinis effusione, miserorum, simpliciumque animas, corpora, & fortunas, in perpetuum simul, & temporale exitium præcipitare; dulcissimam nostram patriam in durissimam Pontificis, & veri Antichristi servitutem conijcere conantur.

Totus Christianorum cœtus, omnipotenti, indivisæ, divinæ Trinitati gratias debet maximas; incorrupto, pio, & devoto corde, complicatis manibus, & flexis genibus peragendas: quòd illa ultimis his temporibus, post clementem suæ iam patefactæ voluntatis declarationem, & gratiosi fœderis, dudum per Antichristianos neglecti, & humi depressi restitutionem, suos & sacrosancti sui verbi, Ecclesiæ, huicque adhærentium membrorum hostes tanta claritate in lucem produxit; ut iam non modò doctrinam illorum falsam, & verbo Dei adversam perspici, sed etiam ex eorundem vita, actionibus, proposito, & deliberationibus colligi oporteat: eos non à Dei spiritu, sed illo, qui humani generis hostis, id tam in hoc caducum, quàm illud perpetuum adducere summoperè gaudet, ac delectatur, & in eo noctes, diesque omne studium suum impendit; agitari.

Nam Christi quidem Domini nostri (qui veritas ipsa est) verba fallere nequeunt, quando expressè dicit: ultimis temporibus Pseudoprophetas, sub vestitu ovium in Christianam Ecclesiam obrepturos esse: hos à fructibus, & actionibus dignoscendos, ac meritò tanquam detrimentosos homines fugiendos, vitandos, doctrinamque eorum sequendam non esse.

Quòd igitur omnipotens Deus mirabiliter lupos eiusmodi, hypocritas, & impostores miseræ suæ Christianæ Ecclesiæ revelet, & digitis notatos eos omnibus demonstret: manifestum est ex historijs, quæ in Gallico regno, anno 94. nuper elapso, acciderunt: ubi perniciolæ huis Iesuiticæ sectæ instinctu, quidam adolescens, illorum curæ, ac scholasticæ disciplinæ commissus, falso æternæ salutis consequendæ prætextu, persuasus est, ut Regem Galliarum iam regnantem latronis instar, crudeliter enecaret.

Quod tamen immutabili Dei providentia, ex voto illorum, & animi sententia in opus non perductum; sed eò solummodò (Deo sit laus) directum fuit; ut non tantùm illorum (Iesuitarum) immane propositum in apricum prolatum: verum etiam illa huc usque fallax, & pharisaica quadam insolentiâ tradita doctrina, apud

illos tanquam omnium hactenus malorum, accepti damni, cædium, incendiorum, diffidentiæ, & totius suæ patriæ devastationis authores, è laudatissimo Galliarum regno (quod iam modò tranquillitatem, pacem, & concordiam conservare studet) eiici, & exterminari.

2. Quod quia in vicinia Germanicæ Nationis, non solùm memoriâ dignum, sed etiam nobis exemplo esse debet; hoc fine, ac consilio, ut probè exploratum habeamus, nobis non minùs, quàm regno Gallico illos damnosos latrones, inexplebilia avaritiæ mancipia, & pseudodoctores, diligenter cavendos, maturè omittendos; ficque; plurima imperscrutabilia malorũ onera, & detrimenta, divinâ ope, ab humeris nostris avertenda esse.

Ut autem simpliciori vulgo exitialis Iesuitarum secta innotescat; hæc omnia Germanicâ linguâ literis mandata sunt: ut manifestũ, & planum fiat, quibus machinationib9 sub initium non minùs in nostram, quàm Galliarum, & Angliæ regionem, falso quodam, & hypocritico simulatæ pietatis colore obrepserint; ac quid, & quantum damni, dissidij, ac pertubationis, exitiales, & sangvinarij illi homines, ex quo in Germanica Natione tolerati sunt, concitârint, & attulerint.

¶ Sicque initium capiamus ex procemio illius Transactionis Anthonij Arnoldi, Iurisperiti, & Advocati supremi Senatus Parisiensis, sicut & defunctæ Reginæ, nomine Universitatis ejusdem, Procuratoris, ut Actoris contra Iesuitas reos: in quo horum (IESUITARUM) origo, & adventus; dein etiam quomodo se, ex quo in Gallia vixerant, gesserint; ac tandem quid vel emolumenti, vel damni pepererint, clarè perspicietur.

Insuper etiam quindàm in Germania factitaverint; unde ortum sumserint; quid animo intenderint; in quid elaborârint; quid inde natum; quivdè adhuc quotidie imminentis periculi ab illis expectandum sit, explicabitur.

3. Principiò quidedem, quod originem illorum attinet, cùm ex historiis tum propria eorum Confessione patet; quòd Galli urbem Pampelonam, anno redemtionis nostræ 1521. obsidione cinxerint. Qua in urbe Hispanus quidam erat Dux bellicus, nomine Ignatius Layola: qui fortiter & animosè, ut magnanimum decet Heroa, decertans, tandem utroque crure tam graviter læsus, & vulneratus fuit; ut officio suo ampliùs defungi non posset, sed militiæ valedicere cogeretur.

Hic, cùm ipsi ad vindicandum se de Gallis nulla alia supereſſet facultas, depravatidoneus fuisset. Imò etiam si apertissimus hostis bellum conflasset: imò si pestis venenum, famis sævitiam, & omnia ærumnarum, plagarumq;, quibus Deus peccata hominum punire solet, genera in manibus, & potestate sua habuisset; ac ijs unicuique pro libera voluntate nocere debuisset: plus tamen Gallorum Regno, quàm factum est, incommodare non potuisset.

Quibus apparet, hujus Sectæ authorem non pietatis ductu: sed vindictæ cupiditate, ac extrema desperatione adactum, huic se ordini devovisse. Nam DESPERATIO facit Monachum.

Et inter alia hoc admiratione maximè dignum est; quòd, etiamsi aliàs natura immanibus, terribilibus, & tyrannicis beluis, ut leonibus, & id genus aliis, hoc quasi peculiare, ac propriũ indiderit; ut in omni vitâ, unũ tantùm fœtũ, nec plures suscipiant: tamẽ omnipotens pernicioso huic tyrannico, & sangvinario hominum generi frena non iniecerit; sed potiùs ita laxârit; ut hæc secta, quæ sub initium non ultra sexaginta cõstabat, brevi temporis spacio, ultra decem millia adaucto numero; postea prætersapsis triginta annis, in centena millia accreverit.

Sic immundum hoc Iesuitarum examen, quemadmodum vermiculi, ac tarmi pingues caseos, non solùm optimas nationes, & regna; sed totum fermè terrarum orbem falso, & efficto suo cognomine fœdârunt, & polluerunt.

4. Neque verò vel in Germaniam, vel in Galliam se catervatim intulerunt; sed solitarij, tenuique apparatu obrepserunt: seque apud Ecclesiastici ordinis Magnates, Romanam sedem magno suo fructu, & lucro venerantes, subdolè insinuârunt: Pharisaicamque vitam simulârunt: donec tandem animos eorum, quibus cum versabantur, explorârunt; & fucato suo prætextu, ac sallaci denotione simplices eluserunt; ut cùm propter externam civilis vitæ integritatem, tum similiter singularem diligentiam in tenera ætate informanda, ac linguis, & liberalibus artibus tradendis, adhibitam, fermè pro angelis habiti fuerint.

Inde consecutum est, ut Pontifex Roman9 eos primarijs Germaniæ Principib9 commẽdârit, eosq; promoveri serio præceperit.

Quia verò in toto Christianorum cœtu apud commune Presbyterium crassa ignorantia, tam in collegiis, quàm monasteriis, ut etiam provinciarum parochiis, cum detestando vitæ luxu conjuncta, proh dolor, invaluerat: ac inde multi pij sese gravatos deprehenderent; his alijsq; de causis ferè in dubium vocantes, annè Sacerdotum religioni cum verbo Dei aliqua intercede-

cordiam ejus fide,ad partem verè agnoſcere, & acceptare nolimus] excitavit: quæ errores antea dudum miniſtrorum negligentiâ immiſſos,novis coloribꝰ pinxit;& facunda ſua (quantumvis mendaci] garrulitate miſeram plebem à vera via ad falſam,& ad orcum declivem abduxit.

5. Ut autem in tota Chriſtianorum univerſitate aliquam ſibi conciliare poſſent authoritatem, propoſiti ſui periculoſi, & crudelitatis pleniſſimi, apud teneram,charamque juventam initia fecerunt. Nec eſt de nihilo, quòd eam principiò in omnibus linguis, & liberalibus artibus magnâ diligentiâ informaverunt adeò, ut etiam Scholæ & Academiæ,quæ tum temporis magnoperè decreſcentes, in ipſam terè barbariem inciderant; illis temporibus reſtauratæ, magnum ſumſerint incrementem.

Quoniam verò noſtra non ſolùm interest,linguas ut ſciamus,& artes: ſed eò potiùs ſpectandum, & laborandum; ut pietas, quæ omnis ſapientiæ initiũ eſt,alatur, propagetur, & conſervetur: agite, accuratiùs expendamus,an hæc Ieſuitarum diſciplina & inſtitutio, ſtudioſæ juventuti utilis,ac ſalutaris fuerit: & an fucata illorum opera, & hypocritica pietas, Eccleſiæ Dei, & communi patriæ adiumento, & utilitati fuerit; nec nè.

Eſt igitur initio verùm: Ieſuitas ficta quadam devotione, & ſingulariter ſimulatâ pietate, apud floridam & tenellam ætatem, ſpecioſo quodam titulo ac ſplendore, inſtitutionis ſuæ primordia cepiſſe. Illa namque primò omnium magnificis Miſſarum pompis adeſſe, attendere; omnia precibus,& ſanctorum defunctorum invocationibus ordiri; adhæc caſtam & moderatam vitam agere, certis temporum intervallis ieiunia inſtituere,& largiter ſacrificia offerre coacta fuit.

6. Deo autem omnipotenti querela hæc facta cordi ſit: dulciſſimam noſtram patriã, & florentiſſimam juventutem ab hiſce verbi divini corruptoribus,& ipſorum veneno falſoq; dogmate in tantum infectam,& ſeductam eſſe: ut jam via veritatis, Jeſu Chriſto,derelicta,fictis hominum commentis, ne quidem ullo cœleſtis veritatis fũdamento, ac Domini mandato ſuffultis,ſalutem aſſequi ſatagant.

Quid enim omnipotenti magis moleſtũ eſſe poteſt, quàm,ſalutari merito dilecti ſui filij Jeſu Chriſti (quem ἀντίλυτρον, & reconciliationem humani generis in mundũ dedit: & acerbiſſimam in crucis patibulo mortem pati voluit]homines non acquieſcere? ſed ſibiipſis aliud reconciliationis ge-

inquinant,venti circũ agitant] venditãt,colunt,circũferunt,auro,argentoq;exornant?

Adhæc honorem officii mediationis, Chriſto ſoli debitum, ſanctis defunctis adſcribunt, & è beatis emortuis ſanctis Deos alienos, & vana efficiunt numina.

Etquid aliud commonefactionibus ſuis, & ad vitam moderatam adhortationibus quæſiverunt, quàm aliquem errori ſuo ſtabiliendo colorem, & patrocinium? quaſi homo ſuis viribus, & vitæ rigidioris obſervatione, cœlum, & æternæ vitæ beatitudinem, abſque Chriſti merito & ſatisfactione,adiſpici valeat. Ex quibus faciè deprehenditur, ipſum fundamentum ſuper quod turrim & totum ſuum ædificium extruere moliebantur; falſum & putridum,imò planè ruinoſum eſſe.

Hoc ſuum lethale, & pernicioſum animæ venenum dilectæ juventuti, ſub dulciſſimo mellis liquore ita inſtillârunt: ut illud, proh dolor, non perſenſerit; ſed ei potiùs totum inſederit, & ita inveteraverit; ut ſine ſingulari Dei gratia [cujus manus nunquam præcluſa eſt] difficulter auxilium, conſilium, & remedium malo huic inveniri queat: atque hac ratione multi cùm hoc temporali, tum illo æterno exitio, ab ejusmodi occultis impoſtoribus involvantur, & implicentur.

7. Cùm igitur ex divini verbi corruptione nihil aliud, quàm Idololatriæ ſcelus,cui reliqua omnis vitia adhæreſcunt, enaſcatur: attendite, quæſo, quos ſeductores iſti frivoli miſerandi juventuti, poſtquàm jam in ſtudiis ſuis aliquos fecit progreſſus, laqueos ponant, ut eam intra ſepta in obedientia & officio coërcere poſſint.

8. Quam primùm verſuti & callidi ingenij hominem deprehendunt, ſummis eum deprædicant laudibus: amplas ei & ſplendidas faciunt promiſſiones, ad magnos honores, prælaturas, dignitates,& annuorum proventuum ubertatem adiſpicendã. Hinc inſcia, & mundanarum rerum avidiſſima juventus, eos facilè voti ſui (ad ſuffugiendum egeſtatis onus] reddit compotes,petitioni annuit, & ſibi perſuaderi patitur; ut omnia juſta, quàm horrenda etiam, quàm inaudita, & planè tyrannica ſint,ac nominari poſſint, ipſo opere cum gaudio, & delectatione perficienda ſuſcipiant: ſicut hoc ipſum deinceps exemplis quibusdam fide dignis demonſtrabitur.

Hæc verſuta ingenia jurisjurandi fide ſibi, ſuisque primatibus arctiſſimè obſtringunt; quam ſi non facto ipſo ſanctiſſimè ſervent, in corporis & vitæ pericu-

examinare posſit, hunc ad vilem & miseram paganæ parochiæ functionem ablegant; ubi vix vel panem habet, quo corpus nutriat: sed, non secus ac ignavæ & rapaces volucres hrebis, & emortuis cadaverum ossibus pascuntur; sic ille defunctorum facultatibus, & recitatione ac demurmuratione precum, ac maledictarum aliquot missarum pro animabus defunctorum, victum sibi quæritare cogitur.

Et si quando ei de annuo victu, ac salario aliquid residui sit; miris id consiliis, & rationibus ad se derivant: sicque miserrimus ille, asinus illorum ac bajulus esse, & manere cogitur; nisi & planè à sibi commissa functione removeri, & victu suo privatus, in perpetuo metu fluctuare malit.

Ex his itaq; clarum & liquidum est; insatiabilem hanc sectam institutione sua nihil aliud quæsiviſſe, quàm ut ordo suus extollatur, ditetur, & adaugeatur.

9. Præterea è tali sua floridæ juventutis institutione ingens faciunt lucrum: siquidem non facilè quidquam gratis, sine precio, & mercede faciant. Primùm enim quasi per lucrum devinciunt & conciliant sibi animos parentum; qui summoperè gaudent, liberos suos non modò in omni studiorum genere benè institutos: sed etiam cotidie ad majora honorum fastigia evehendos esse; adeo, ut faciles ac propensi sint, Iesuitis splendida munera, vel ultimis suis voluntatibus adornandi: ita quidem, ut reliquis superstitibus liberis politicæ societati addictis exigua hæreditatis portio sæpe relinquatur. Ac si videant parentes quidem opulentiores, sed ad erogandum minùs propensos: juventutem miseram & imperitam æternæ salutis promissione (quæ tamen in eorum potestate haud quaquam sita est) tam vafrè circumveniunt; ut postea bona per hæreditatem accepta ad ipsos transferre oporteat; sicq; debita hæreditatis pars legitimis hæredibus subtracta insaturabili illi Iesuitarũ sectæ impendatur.

Notum etiam, & manifestum est, illos hoc medio in regno Gallicano magnam pecuniarum, & bonorum copiam sibi acquisiviſſe: imò etiam in Germania Natione, parentibus quibusdã honestatis amantibus, dulcissima sua pignora spe patriæ illorũ hæreditatis aliquando ad se attrahendæ, subripuisse, in peregrinas terras abduxisse. Atq; ita piissimi parentes & liberi non modò suis facultatibus, sed etiã liberorum, fratrum, & propinquorum optatâ præsentiâ, & con-versatione in summis suis angustiis; & extrema senectute privantur.

Quibus de causis etiam omnipotentem

scè in dilectos parentes vindicare; ac porrò etiam damna illis dare conaretur.

10. Præter hæc omnia, quando simpliciori juventæ persuaserunt, ordinem suum Iesuiticum omnium sanctissimum esse; in quo & Deo omnipotenti, & Ecclesiæ ipsius optimè placere ac servire possint; ac inde etiam caducâ in hac vita emunerationem expectare: hæc appendicis loco annectunt; his de causis magis impios & pernicioſos homines non inveniri; quàm eos; quos odioso nomine Lutheranos, & Calvinianos nuncupant. Quapropter juventutem extimulant, ut hoſce omnibus, quibus fieri posſiit, mediis ac modis, sive justis sive injustis, imò etiã falsò effictis calumnijs, veneno, cæde, igne, ferro, malisq; consiliis & machinationibus persequi collaborent: ut sic omnem apud vicinos principes, dominos, aliosq; invidiam, offensionem, & inclementiam, odio sinceræ nostræ religionis (quam Iesuitæ nugamentis suis hereseωs arguunt, & tanquã exitiosam damnant) accendant, ad impatientiam adigant, & tandem in extrema quæque pericula conjiciant.

11. Quisquis igitur in hoc illorum opere ac proposito, ad sustentandũ & propagandum Romanum Antichristum, dirigendo artifex est: & studium operamque suam omnium diligentissimè offert, ac confert: is eò plus laudis & gratiæ meretur. Qui verò stimulante conscientia, vel commiseratione erga proximũ, hoc idem facere recusat; vel virtute Dei ab intento & negotio suo retrahitur: illi nil, nisi mala quæq; persecutio, cõtumeliæ, ac probra imminent. Siquidem in rei veritate, magistri & impulsoris sui Satanæ naturam sequantur; qui jurata sibi mancipia, Magos & Ariolos, ad nocendum hominibus instigat; quod si non fecerint, verbera, & plagas infligit; ut magistrum suum probè agnoscere discant.

12. Ad summam: informant, docent, & instituunt juvenilem ætatem ad nihil aliud, quàm manifestam Idololatriæ turpitudinem. Hinc charitas erga proximum elangvit: hinc cædes, jurgia, & diffidentiæ malum apud Germanos originem traxit.

Quicunque ergò generosam juventutem in immaturâ sua ætate; & (ut sic dicam) imperitiâ seducit, ac tot, tantisq; scandalis onerat; illi quidem expediret, molam asinariam de collo ejus suspensam, ipsumque in profundum maris demersum esse.

13. Quocirca malum ad hoc antevertendum; charissimæ nostræ patriæ, ac ejus gubernatoribus maximè necessarium; & cò totis viribus contendendum est: ut verè

Gog, & Moloch immolemus; nosq; ipsos, & totam nostram posteritatem, intolerabili Papisticæ, & verè Antichristianæ servitutis jugo submittamus) in nos, inqvam, nostrumqve caput redundet; & tandem unâ cum illis cœcis Ducibus in profundissimã æternæ damnationis abyssũ præcipitemur.

14. Cùm igitur avidissimum hoc genus hominum vidisset, se institutione & doctrinâ suâ, qvâ studiosam adolescentiam imbuerat, & informârat, magnam apud universos aucupatum esse laudem, & gratiam; sicqve propositi suibona feciſſe initia: adeò, ut ab omnibus viri boni haberentur, & qvæ ipsi laudarent, laudanda; qvæ contra vituperarent, vituperanda censerentur: mox adolescentes disciplinæ suæ commissos Magnatibus obtulerunt; & pro diverso illorum in studiis profectu, merces suas in his literariæ mercaturæ nundinis, splendidè venales exposuerunt.

Hos primùm in Grammatophylacia; postea supremum Consiliarorum ordinem intruserunt. Cùmqve, ad naturam præceptoris sui, versutiæ ac Pharisaicæ hypocriseos pleni, multa simularent; ad hæc temperantem vitam viverent; insuper in cõsiliis dandis præ aliis eloqventes, singulari artificio res suas promtiùs & disertiùs, ac alii, proponere possent: non immeritò à Magnatibus aliis prælati; eisqve potiùs, qvàm reliqvis arcana commissa fuerunt. His mediis callidi Jesuitæ Principum, & Dominorum deliberationes ac consilia; judicia, item naturas, animos; sicut & opes annuosq; illorum proventus facilè percontari & explorare potuerunt; ac inde conjecturam face-
p. 1048. re; qvomodo ea omnia, qvæ ad Papistici Antichristianissimi propagationem facerent, in opus perducenda: & contra ea omnia, qvæ detrimentum eidem afferre possent, maturè vel dolo, vel vi removenda, & avertenda forent.

Hoc ut facilius obtinerent, magnum erat eis adjumentum prædicta illorum studiosa juventus, qvam à consiliis habebant, lethali suo illo veneno totam perfusam, atqve pollutam. Tam arcto enim fidei vinculo illis hæc obligata est; ut corporis, vitæ, honoris, bonæqve famæ jacturam & damnum pati malit: qvàm minimum etiam, ad Papatus nocumenta spectans permittere, multò minùs adjuvare.

Qvæ sic in Consiliis Principum & deliberationibus Rerumpubl. proponuntur, Jesuitas non latent: imò anteqvàm Senatus conveniat, suos jam de ferenda sententiâ instruerunt, qvid approbandum, qvid ptionem, aut ad minimum amotionem ab officio, & pristina dignitate, si Ecclesiastica persona sit, minitantur: sin Politica; vicinos Principes, ac Dominos, aut etiam ipsam Cæsaream Majestatem in ejus caput instigant: imò ad gravissimas persecutiones adigunt; qvemadmodum hoc pluribus exemplis demonstrandum, & planum faciendum esset.

16. ¶ Postqvàm igitur pedes suos tam in Curiam, qvàm in suggestum & scholas intulerunt; animadvertentes, se ferè pro Diis haberi, coli, & adorari; non potuerunt, non (& id qvidem ex singulari providentia & immutabili decreto DEI) lupinam suam immanitatem prodere; & rabiem suam sangvinariam; piorum persecutionem, ac propositam animo tyrannidem in apertum opus referre.

17. Et primùm qvidem horribilem illam Inqvisitionem (HISPANICAM nominant) excogitârunt, è qva in omnibus Christianismi provinciis ingentes, ac inauditæ persecutiones & cruentæ interneciones ortæ sunt: velut hoc ipsum tam in Gallia, qvàm inferiore Germaniâ, & locis vicinis; multò magis autem in Hispaniâ, & Italiâ, magno rigore, ipso facto & opere completum est: & inde tot locorum devastationes, sangvinis effusiones, diffidentia, negociationum & commerciorum abolitiones, & id genus infinita mala, qvibus, proh dolor, etiamnum hodie non omninò liberati sumus, profecta, & subsecutata sunt.

Expendatur animis historiæ priùs memoratæ: perspicietur tum, horribiliora tyrannidis specimina inter Christianos nunqvam edita fuisse: qvàm cùm Jesu-adversi potestatem suam, subdolè ac fraudulenter ad se raptam, exercuerunt.

Annón verum est, in Galliarum & Belgii ditionibus omnes eos; apud qvos vel Biblicum volumen lingvâ maternâ editum; vel alius qvispiam liber, Christianæ doctrinæ corruptelas detegens, domi suæ inventus & deprehensus fuerat; continuò durissimis vinculis constrictos, & vel ad conscientiæ suæ reclamandum adactos; vel si fortè renuerint, horribili cruciatu, igne, ferro, laqveo; confiscatis item bonis; uxore, ac liberis in exilium projectis, de vita ad mortem raptos, mactosqve fuisse?

18. Insuper Satanici illi, & sangvinarii carnifices, ne hoc qvidem exariati fuerunt; qvòd Magristratus permissu, miseros illos, insontes, & ad serviendum DEO ardentissimos homines, prædictis rationibus, sine judiciali processu, & qvæstione habita, ad-

nimirum Philippum regem Hiſpaniarum eò rompulerunt, ut ſuum unicum ſuperſtitem filium, qui ſuper Belgio, propter ſæviſſimam in eo exercitam tyrannidem ſingulari commiſeratione ducebatur, & intimè cendolebat: interficipatere ut.

Nec hoc etiã nefario facinore inſatiabilis eorum, & cruenta libido expleta ſait; verùm nec ipſi regi pepercurunt: cùm regia ejus majeſtas ex paterno, innato, & radicitus in hærente amoris affecta, ſuper filio ſuo neci tradendo, ingenti dolore, ac mœrore afficiebatur; judicium inde fecerunt, ipſum quoque patrem Lutheranæ, ut vocant, hæreſeos contagio infectum eſſe; regemq; eò pertraxerunt; ut venam ſibi in fronte incidi pateretur; quò hæreticus ille ſangvis hoc modo è regia ejus majeſtate, exſorberetur; nec ampliùs affiueret, & adaugeretur.

19. Non abſimili idem modo in Germaniâ, Imperatore quondam invictiſſimo Cæſare Ferdinando; lautatiſſ. recordationis, in ejus dilectiſſimum filium Maximilianum, tum Romanum Regem conſtituerant. Nam absque omni fuco veriſſimũ; ac proculdubio adhuc in Cæſareæ Majeſtatis Aula manifeſtum, & cognitum eſt; quòd poſt diſceſſum ex hac vitâ Cæſareæ qvondam Majeſtatis, honorificentiſſ. memoriæ Ferdinandi; ejuſdem chariſſimus filius Maximilianus, hæres, & electus Romanorum Imperator; in ſui domini patris, beatiſſ. record. relictis ſecretioribus literis, & monumentis epiſtolam invenerit. à quodam Ieſuita, nomine Petro Caniſio, ad ſuum dominum, patrem piiſſ. mem. datam; inqua inter alia, & hæc referantur, SE Caniſium certò exploratum habere, Maximilianum Filium, Lutheranis vel Auguſtanis Confeſſoribus ſeſe addicere, conſtituiſſe.

Quoniam igitur hoc modo Catholica Romana Eccleſia [quam vocat] in periculum; & magnũ detrimentum incidere Puſſit; ſuum eſſe conſilium; Cæſaream Majeſtatem matute imminenti huic malo remediũ parare; & vel filiam ſereriter in melius emendare, vel omninò è regni finib9 in exilium propulſare. Hæc modò memorata Epiſtola à Cæſare Maximiliano antè nominato Ieſuitæ præmonſtrata fuit: is ad propriæ manus ſubſcriptionem dignoſcendam ſeriò commonefactus; poſtea (præmiſſa quæſtione, quid is, qui inter patrem & filiũ, præſertim tantæ dignitatis perſonas, tanta diſſidia ſuſcidet, commerverit?) eidem prælecta.

Ex veriſſimâ hac hiſtorica naratione perſpicuũ eſt, niſi Deo omnipotens. Imperatorem Ferdinandum [qui pius, & devotus Romanus Catholicus fuit] ex hac lachryſuſcitari potuiſſe. Quæ omnia hoc ſolo fine facta ſunt; ut Pontifex Romanus regnũ, & tyrannidẽ ſuam eò latiùs extendere valeat. Quid dicendũ de inauditâ illa ſangvinis effuſione; quæ jã longo temporis ſpacio facta eſt, atq; etiãnũ hodie in regno Gallico ingraveſcit. Et hæc omnia quidẽ Ieſuitarũ inſtinctu; ut cœleſtis veritatis Confeſſoribus oppreſſis, pontificia Antichriſtiana abominatio eò magis propagaretur, confirmaretur & conſervaretur. Quis regem Henricum II. magis, ad Chriſtianorũ perſecutionẽ in ſuo regno ſuſcipiendã, ſolicitavit, quàm hi ipſi IESUITÆ, per Cardinales & Epiſcopos, quibus acceſſus ad regem & clementes ej9 aures parebant, factitârunt? Quid autẽ aliud inde conſecutũ, quàm manifeſta pœna, ultio, & textræ Dei potentia? adeò, ut in ſummis ſuis gaudiis, imò ſpe, quâ poſtero die libidinẽ ſuã in miſeris illis Jeſu Chriſti confeſſoribus (flammæ ſupplicio addictis] explere geſtiebat; improviſò capite colliſus, confractaq; haſtâ fronte læſus; incredibili dolore vitã fini erit ac interierit. Quis præclaræ indolis, & generoſi ſangvinis Regi Franciſco perſuaſit; ut crudele illud homicidiũ nocte, Anno 1560. Amboyſæ in Galliis perpetraret, quàm hi ipſi Ieſuitæ? Quid aliud conſecutũ, quàm manifeſta Dei pœna, ut nempe Leprâ, vel (quã Medici honeſtiore titulo dignantur] Elephantiaſi corrept9, & in adoleſcentiæ ſuæ flore acutiſſimis aurium doloribus confectus, miſerè perierit. Quis alius, quàm Ieſuitæ, Regi Carolo ſuaſor fuit, ad immanem illam, tam inter barbaras gentes & Turcas, quàm inter Chriſtianos in auditam lanievam, cùm ipſius Admiralij, tum aliorum etiã innumerabilium Chriſtianorũ tam fœminei quàm maſculini ſexus, Anno 72. Pariſiis faciendã? Idcircò etiã pœnam omnipotentis non cuaſit; ſed ad memorabile omnis ſangvinariæ crudelitatis exemplum, proprio ſuo ſangvine ſuffocari, & perimi eum oportuit. Quis alius Guiſium inſtigavit; ut Regis Henrici III. ultime defuncti regale affectaret diadema, & ſemetipſum regem conſtitueret, quàm Pontificæ dignitatis patroni, ſicarii Ieſuitæ? Quid aliud inde conſecutũ, quàm quòd Rex juſtis rationibus permot9, ut ſeſuũq; regnũ trãquillũ reddere poſſet, Guiſiũ vivis eximi curavit? Quis ali9 auctor fuit, ut rex Henric9; qui tamen Romanæ Catholicæ religioni ſemper addictus fuerat, per monachum, nefandâ ſub proditione miſerabiliter cõfoderetur; quàm Ieſuitæ: cum raſâ ſeâ cohorte ipſis adhærente? Quis alius iam modò imperantem Regem Henricum. IV. ab omnipotente Deo mirabiliter &

cationemque deuit, illo plane infelici æternæ salutis promissione, si nefarium propositum feliciter & ex animi sententia succederet, adversus Dei verbum, humanasq; vires spopondit, quàm exudelis Iesuitarum progenies? Quoniam igitur hæc omnia luce clariora, & ab ipsis etiam Iesuitis negari, vel everti nequeunt: meritò è regno in exilium projecti, bona illis erepta; & in meliores versus scholarum, & Nosodochiorum, pauperumque ac infirmorum emolamentum, collata & destinata sunt. Quod etiam omnibus in aliis locis imitandum est, & pernicioſi corporum animarumque latrones amninò è Christianorum cœtu proscribendi, & extirpandi. Quòd præterea laudatissimum Uraniæ Principem, dominum Wilhelmum Comitem Nassanienſem, latronum instar, Delphis, in Hollandiâ militari cormento transfigi fecerint: ex Belgicis historiis & propriâ rei confessione patebit: qui postea quoque Ceisidutinis ejus filio Comiti Mauritio aliquoties & corporis & vitæ, latronis pariter more, insidias struxit, à quo etiam debitum suppliciũ, proditoribus ejusmodi ignum [Deo sit laus) sumtum est.

Silentio insuper prædereundum non est; quænàm, rapax hoc volucrum genus, diri vultures, exitioſi falcones, imò potius noctuæ, claram veritatis lucem suffigientes, latrocinia, cædes & sangvinis effusiones; ac persecutionem, à Deo ipso ordinati & ab omnibus statibus regni Portugalliæ electi regis Anthonij, susceperint. Necessitas igitur requirit, ignaris, & historiarum imperitioribus Germanis, hanc historiam fide dignam, distinctis sæpius temporum intervallis, & diversis linguis editam percensere. Quæ ita se habet: cùm Regnum Portugalliæ; excellens & opulenta regio; tam auro & argento, quàm negotiationibus & commerciis; cum primis verò spectatâ nobilitate, & virili robore fuerit insignis ita, quòd benè digna sit, ut, qualiorum damno ditescere, & Monarcha orbis esse cupiat; regnũ ad hoc occupãdum, nihil inausum, intentatumvè relinquat: cùm præterea iam dudum Rex Hiſpaniarum in regiam hanc ditionem & oculos & animum defixisset; id autem superstite Rege Sebastiano, ipso opere assequi non potuisset: tandem immoderati, vafri & subdoli Iesuitæ pium hunc Regem, quodam sanctitatis prætextu, ad Romanæ Ecclesiæ ædificationem, quam supra omne id, quod nominari potest, extollunt; fraudulenter; senioribus aulicis Consiliariis remotis; imperijque falcibus ad se, tanquam à Deo singulariter ad hoc ablegatus, attractis; auctoritateque quasi Prophetiſa & Apoſtolica ſibi

ad paginam progredatur, & in ea ipse, una cum præcipua laudatissimæ & Heroicæ suæ nobilitatis parte, occumbit. Post mortem dicti Regis, regni Portugalliæ proceres, unanimi consensu Anthonium ad Imperium elegerunt: Iesuitæ autem, qui excellentis, fructuoſi & opulenti hujus regni gubernandi desiderio flagrabant; vafricie suâ rem eò direxerunt, ut eum brevi post regno expulsum, ij, quorum in potestate portus erant, graviter persecuti fuerint.

Etiam si autem adhuc Insulæ aliquot & ditiones, imò etiam Franciscani ordinis Monachi, & alij complures, electi regis Anthonij partes defenderint: id tamen illi effecerunt, ut iam electus Rex in fugam se conjicere, ac variatis vestibus quadraginta milliarium spacia pedes conficere coactus fuerit. Licet verò tum satis causæ fuisset, hanc proditorum turbam, vel in profundum demergendi; vel à regno omninò arcendi: eos tamen suis tantùm ædibus conclusos fuisse, tum satis erat. Quid autem porrò Iesuitæ hi moliti sunt? Ut primùm occasio data est, portas suas noctu referârunt; & illarum loco suum Deum siligineum, & Mausim, ad incutiendũ populo terrorem, substituerunt, proruperunt & mira celeritate ac calliditate sua effecerunt, ut populus à suo legitimè electo rege desciscere; & Gallos, quorum supremus Mareschallus Stroza fuit, in fugam ageret. Et insuper (attendite, rogo: hoc enim ipsæ ipsorum historiæ contestantur) una quadam die, mandato quidem Regis Hiſpaniarum; sed dubio procul latronum horum Iesuitarum incitamentis, publicè carnificis manu percussos esse præcellentium Nationis dominorum, villæ Francæ, viginti octo: aliorum generis nobilitate præstantium, quinquaginta duo: ac inter cætera memoratur, eo ipso tẽpore varii generis Eccles. personas, cũ primis verò Franciscanos, quòd in electi regis favorem nonnulla fortè dixissent: ultra quingentos miserè occisos & trucidatos esse. Ex his videre est, hos nequam homines, & latronũ confœderatos, nemimini, si vel ullũ in desperandum sit lucrum, parcere, sed tã suæ propriæ religionis consortes, quàm alios, ad extremũ, imò ad necẽ usq; insectari, & obtrũcare.

22. Gloriantur superbi, inflati & ambitioſi Iesuitæ, pro suggestu, & æditis libris; & frequenter ac effusè gloriantur; se Barbaras Indiæ gentes ad Christianam religionem adduxisse: ibidemque simul stupenda miracula, apostolicis non absimilia, edidisse.

Quâ verè ratione, ac quibus mediis ignarî

um, Mauſim adorandum compulerunt: & ut in propriis ipſorum hiſtoriis percenſentur, viribus & adjumento Hiſpanici exercitus, ultra vicies centena millia innocentium hominum, in Indiâ occiderunt.

Qvando igitur hi afflictiſſimi homines, parentes, fratres, filios, & qvoscunq; alios ſangvine ſibi junctos in tantis vitæ periculis conſtitutos viderunt; ingenito qvodam naturæ horrore mortem reformidârunt; & ad conſulendum vitæ ſuæ, Chriſtianos ſe ſimulârunt. Qvæ verò intima eorum fuerit animi ſententia, omnipotenti DEO notum eſt. Illis etiam, qvi ſe Chriſtianorum more geſſerunt, non pepercerunt, ſed hinc inde in montanas auri, argentiq; fodinas detruſos, æra fodere coëgerunt: qvi verò nihil invenire, vel efferre potuerunt, cùm illis actum peſſimè fuit, adeò, ut mori, qvàm vivere maluiſſent. Mulieres autem omni rigore aſſiduis agriculturæ laboribus exercuerunt; & tantis oneribus obruerunt; ut multos fœpius abortus fecerint; aut licet interdum fœtus ſvaviſſimam hanc lucem aſpexerint, mox tamen eâ rurſus ſint privati: adeò, ut ibidem duodecim annorum ſpacio, nulli alii fermè homines, niſi militum & Jeſuitarum ſpurii inveniri potuerint.

In regione qvoq; Pervanâ, in foro, aliisqve publicis locis, domunculas ſibi exſtrui curaverunt, in qvibus ærumnoſos illos homines pilorum funibus: ignitis, ferreis, & acutis fibulis, ac id genus aliis carnificum, torturarumqve inſtrumentis immaniniſſimè cruciârunt, & torſerunt: hisqve artibus repoſitos illorum theſauros inveſtigârunt. His inauditis cruciatibus & tormẽtis multos eò pertraxerũt, ut priùs uxore liberisq; ante oculos ſuos, ne incrudelium horum latronum manus inciderent, miſerè trucidatis; laqveo ſibi ipſis mortem aſciverint.

Si qvando calamitoſos hoſce homines in aciem producunt; tanta famis neceſſitate eos premi patiuntur; ut ad neceſſariam vitæ conſervationem abjecta hoſtium cadavera dentibus invadere, ac eorum carnibus devoratis famem depellere cogantur. Adhæc miſerorum captivorum ingentes (ſuæ propriæ utilitatis aucupio) imò tantas numero copias in naves contruſas abduxerunt; ut commeatus non ſufficeret: ſed maximâ ex parte mediâ confectæ, & è navibus ad portum ejectæ: & cadavera in multis portubus horribiliter lacerata inventa fuerint. Hæc vera Apoſtolici eorum muneris indicia ſunt; ſiqvidem, qvo loco divinum verbum, & gratioſum fœdus Evangelii Chriſti annunciandum eſſet; illi tormentis, gladiis, rotis, laqveis, & patibulis uſi ſunt, & ita compellendo intrare fecerunt.

dos, & infirmos priſtinæ ſanitati reſtituerunt; pauperibus indigentiam pane fracto levârunt: cùm hi econtra ex ſanis ægrotos, ex opulentis pauperes, mendicos fecerint, & immiſericorditer vitâ ſpoliârint.

Hæc ſancta ſunt miracula Jeſuitis familiaria, vi nimirum, & coactione perturbatiſſimos homines in ſuam pertrahere ſententiam. Deponerem aliqvid; ſi cum nonnullis eorum prædictis rationibus tyrannicè ageretur; eos brevi temporis ſpacio omnes, cum primis ſi facultatibus ſuis non exuerentur, ad Auguſtanam Confeſſionem calculo ſuo approbandam & amplectendam, adductum iri.

23. Hanc inauditam tyrannidem etiam in Chriſtianorum commnnione affectârunt: qvando REGI Hiſpaniarum falſis ſuis doctrinis, & hypocritico ſuæ ſanctitatis prætextu perſvaſerunt: ut regia majeſtas ipſius inauditum illum navigiorum & inuſitatæ claſſis apparatũ, qvi aliqvoties millies decies centenis millibus auri conſtiterat, adordinari; & in Angliam contra laudatiſſimam illam Reginam emitti, atqve deduci curaverit: hoc fine ac propoſito, ut non ſolum eos, qvi à Pontificii abominatione ſucceſſionem fecerant; verùm etiam alios omnes, ſummi & infimi ordinis homines poteſtati & Imperio Romani Pontificis ſubjugaret: nemini ne qvidem infantibus in cunabulis parſurus.

Omnipotens autem mirabili ſuo conſilio hanc eorum intentionem miraculosè ad ſuum ipſorum interitum & everſionem deflexit: eosqve (veluti Pharaonem in mari rubro) ſuffocari permiſit: nihilominùs tamen indurati & ſangvinolenti illi carnifices hoc exemplo nec deterriti, nec in melius emendati fuerunt: ſed conceptum animo furorem in Chriſtianiſſimam Reginam indies magis, magisq; effundere ſunt conati. Qvoties veneno illam enecare ſtuduerunt? qvoties crudelibus ſuis concionibus ad Reginam perſeqvendã, & regali diademate ſpoliandã, potentiſſ. Angliæ Dominos (qvorum capita adhuc hodie in Ponde Lãdano conſpicua ſunt) incitârunt? Ex qvibus ſimiliter ſangvinarius eorum animus, & immaniſſima voluntas; pervitiſſimumq; adverſus Chriſtianam Eccleſiam propoſitum, ſolummodò ad Papalis dominii amplificationẽ, & Antichriſtianæ abominationis propagationẽ directũ, animadvertitur.

24. In Poloniæ qvoqve, ac Sveciæ ſeſe regnum inſinuârunt. Qvid verò aliud ibidẽ patrârunt, & effecerunt; qvàm cruentas occiſiones, ſtatuum regni diſſidia, diffidentiã & mala qvæqve, ad perniciem & everſionẽ terrarum, populorumq; illius loci ſpectan-

vertendum, conjunctis viribus, pernicioſi hi Lupi, immanes Tigrides, Chriſtianæ religionis everſores, à vera ſalvificaq; fide ſeducentes; perturbatores itē civilis concordiæ, ac politicæ pacis; imò iræ divinæ, temporaliū & æternarum pœnarum, authores profligati, & in his regionibus haudquaquam tolerati fuiſſent. Ex his autem perſpicuum, & liquidum eſt, Deum omnipotentem juſto ſuo judicio; ob ſummam noſtrā ingratitudinem, & cœleſtis verbi deſpectū, detrimentoſam hanc Ieſuitarum ſectam in ſuam hæreditatem & vineam, tanquam pernicioſos vaſtatores apros: intromittere, iisq; ad eam vaſtandam, irruptionē permittere. Nā hæc quidem, unâ ex parte, ingēti noſtræ ſecuritate adſcribenda ſunt, nimirū, quòd patefactæ divinū voluntati non obtemperavimus; ſed ad hæc plures & varii generis idololatricas ceremonias, & ſuperſtitioſas actiones in noſtris Eccleſiis toleravimus: nec eas ad divini verbi præſcriptum abrogavimus. Inſuper etiam vitā noſtrā ad ſacra ſcripturæ normam & Dei voluntatem non conformavimus; multò minùs fraternum amorem erga nos invicem demonſtravimus.

Altera ex parte cauſa calamitatis hujus ea eſt, quòd poſtquàm Deus iis, qui Eccleſiaſtici audiunt, voluntatem ſuam, & quàm longè à Chriſtianæ fidei veritate, per verum illum Antichriſtum, Papam Romanum abducti ſint, in verbo ſuo anunciavit: ipſi tamen, adverſus conſcientiam ſuam, & verbo Dei convicti, eidem non obſequuntur: nec doctrinam, nec vitam emendant, nec ad revelatam Dei voluntatem, meliores reddūtur. Quoniam igitur omnipotens Deus, ejusmodi cæcitatem denſis tenebrarum nebulis ſemper punire ſolitus eſt: hanc cæcam, pervicacem, & malitioſam ſectam, ut indies magis magisque ad exitium, opinione citius imminens, roboretur, exoriri paſſus eſt.

26. Quamuis igitur Ieſuitæ perverſum ſuum propoſitum in Germanica Natione, tyrannide ac latrociniis ſuis, quemadmodum in aliis regionibus, ut ſuprà demonſtratum eſt, hactenus perſecuti non ſunt: eam tamē jam præparationem adhibuerunt, ut non laborioſa ſit opus ſuffitione, ad inextinguibile aliquod è parva ſcintilla incendium omnis diſcordiæ, & inde ortæ ſangvinolentæ occiſionis, citiſſimè inflammandum.

27. Omnibus etiam notum eſt, clementiſſimum Deum, poſtquàm voluntatem ſuam laudatiſſimæ Germaniæ Nationi revelavit, pacificè convenerint; neutri parti conceſſū eſſe, alteram, cujuscunq; [ex duabus permiſſis] religionis ſit, verbis vel factis offendere, contumeliisvé aut probris ullā propter religionem exhibere moleſtiam. Hinc, Deo Laus, ab eo tempore quo laudatiſſimi Cæſares, Carolus Quintus; Ferdinandus Primus, & Maximilianus ſecundus regnārunt, optata pax, tranquillitas, fides, & concordia in inclyta Germanorum Natione conſervata; omne mali & incommodi genus averſum, & generoſa Germani ſangvinis indoles omni incolumitate, divina benedictione, omnibus ex partibus adaucta fuit, & cumulata.

28. Quamprimùm autem pernicioſi, callidi, & verſuti nebulones, omnipotenti Deo, & dilecti ejus filio Jeſu Chriſto Salvatori noſtro adverſi, in hanc noſtram quietam, & dilectam patriam pedē ſuum fixerunt; ſtatim illorum cum adventu optata illius temporis felicitas mutata eſt, ut omnis in Germania fides ſublata, & contrà aliud nil niſi animorū & voluntatum diſſenſiones, & ſuſpiciones introductæ ſint & plantatæ adeò, ut etiam laudabilis ille de religione pacificatio in ſuſpicionem adducta ſita, & à Ieſuitis prætenſum, neminem ad hanc ſervandam obligatum eſſe: ſiquidē Romano Pontifici, ac ejus decretis, quæ æquē ac verbum Dei facienda tradiderit, nec opere, nec ſermone ſit adverſandum. Inſuper hæreticis [quo nomine Auguſtanæ Confeſſione addictos inſigniunt] ad fidē datā præſtandam, neminem obſtrictum eſſe; ſed contrà licitum, eam aliquandiu, usq; ad bonā aliquam oblatam occaſionem ſervare; deinde verò mutare; in pontificis, aſſeclarumq; ejo plena poteſtate ſitum eſſe. Hoc eorum propoſitum Romani pontificis Aſſentatoribus acceptum, & pergratum fuit: præſertim cùm iam longo temporis ſpacio in pace, ac tranquillitate conſtituti, à nullo vicinorū quidquam damni, & impedimenti in ſuis ditionibus, ſubditis, proventibus, & alijs rebus accepiſſent; atq; ita poſt levem rerum ſuarum jacturam aliquando factam; vel potiùs fidelem de imminente periculo avertendo monitionē, ſibi egregiè opibus undiq; corraſis proſpexiſſent: ſplendida palatia extruxiſſent annuisq; reditibus adauctis, & magno rerum cumulo congeſto, innumerabiles theſauros collegiſſent. Sic Magnates ac boni iſti domini per hoſce diſertos, callidos, Satanicos artifices, ſibi multa perſuaderi paſſi ſunt; illi autem criſtas ſuas in altum rurſum erexerunt.

pulerunt. Unde plures boni viri, aut à verbi divini auditione repulsi, aut magno sustentationis suæ dispendio, cum uxoribus, liberisque in exilium sunt missi.

Notum insuper est, multos honestos viros, fideliter, & benè de Republicâ meritos, patriæ salutem quærentes, & omni vitæ turpitudini summè infensos, è senatu, & justiciis rejectos fuisse.

30. Hisce etiam impij Iesuitæ non acquieverunt, sed domino suo insusurârunt, ut una cum vicinis, sub quorum magistratu, falsò sibi sumtam Ecclesiasticam jurisdictionẽ & Chrisma (sic enim meritò, ac rectè nuncupant) collaturas, & collegia habuerant, illud sinistrâ quadam opinione arreptum ius & dominatum, secundum Dei verbũ ab Ecclesiastico ordine prorsũ alienũ (sicut hæc iã dudũ in imperialibus recessibus. utrarumq; partium consensu, sublata & abrogata fuerant) quasi postiliminiò revocaret; & primùm quidem excommunicationem: deinde inquisitionem, quæq; sequuntur eam, cædes, obtruncationes, & parricidia, quæ omnia Politicæ à Deo ipso ordinatæ gubernationi ferro punienda demandata sunt.

Quâ intempestivâ susceptione vicinorum Magnatum animi non leviter concitati, sed tandem etiam in tantum ergo se invicem exacerbati fuerunt, ut inde omnis generis odij & diffidentiæ orta mala, indies magis, magisque radices egerint: & proh dolor, adhuc dum in pluribus locis, non sine ingenti periculo, & imminentibus detrimentis, longiùs serpant, indiesque augeantur.

31. Nec his etiã hactenus exsatiati fuerunt, sed summum Magistratum eò adduxerunt; ut iis, qui ductu Spiritus sancti, divini verbi mandato, & transactionis in negotio religionis salutariter factæ permissu (ad quam omnes imperij status sanctè servandã semetinvicẽ jurisjurandi fide obstrinxerunt) Augustanæ Confessioni, & incorruptæ Christianæ religioni se addicere vellẽt: omni vi, & ingente persecutione adito præcluderetur.

Quid igitur, & quantum calamitatum, miseriarum, & perniciei tam animæ, quàm corporis, illa inæqualitate in patria nostra exoriri posset; iam, proh dolor, initia vidimus, & peiora subfinem expectanda sunt.

32. Utque portò omnes discordias p& fensiones etiam ad majorem ordinum Imperalium animorum acerbitatem accenderent; nec in se quicquã desiderari paterentur: Iesuitæ apud Papam caput suum hoc effeceunt, ut professionem fidei [quam notissima nihil ad aliud, quàm omnis discordiæ propagationẽ conducit] approbârit; & ad eã prædicta ratione sequẽdã se obligârit.

33. Ac præter id, quòd ad varij generis horrendas abominationes [quas apostata Antichristianus Papa, per tyrannicas illorũ machinationes Christianis obtrusit] corporali juramento sese devinciunt: hoc insuper ei adiecerunt, quòd obstricti esse debeant, cum nemine sinceræ religioni [quã ipsi, licet verissimè hæretici, hæreticam, aut Lutheranam appellitant) adhærente ullum habere commercium; imò neq; cum eis vel cibum, vel potum capere; verùm potius, si eos exploratos habeant, quàmprimùm ad magistratum deferre; eosque ad necem usque persequendi ansam præbere, teneantur.

Hac fidei professione, præcellentes, summi & inferioris status homines, honestatis amantes, à collegiis, (quæ majores ipsorum constituerant, dotârant, & tunc regni Germanici cives omnia onera sustinere coacti fuerant, hisque de caussis fructibus, & usu eorũ privari nequiverant) excluduntur: idq; regnum, terra, incolæq;, omnesq; aliæ prærogativæ, & honestiora officia solis Antichristianis assignantur, & tribuuntur.

In pontificiis urbibus eò rem perduxerunt, ut ne quidem ullus sinceræ religionis cultor in senatum cooptetur, aut honestiis muneribus [nisi procuratoribus, eorumq; negotiationibus ac commertiis damno, & impedimento sint] præficiatur. Cui etiam servando, consules senatumq; juramento adstringi, aut ab officio removeri, oportet.

Quid hinc aliud expectari potest; quàm (si vi, & rigore præstiti jurisjurãdi hæc exequenda forent) immanissimæ occisiones; ac inde propinquorum hisce offensorũ ultiones? sicq; gladij nunquam in vaginas reconderentur: sed evaginati, singulis horis in manibus ad mutuas cædes essent tenẽdi.

34. Quid dicendum de maxima illorũ avaritia, & habendi cupiditate; quæsitisq; variè compendiis, quibus in omnibus terrarum partib9 ineffabiles nummorũ, opumq; copias, & acervos congesserunt? Et apparet quidem, eos mirandis fraudibus, & occultis eam ad rem artibus uti.

Nam principiò (uti suprà sub initium. in ortus & adventus eorum expositione declaratum est) pios & indigentes, qui neque bona, neque laborum suorum compensationem petant, se simulârunt: postea verò omnia necessaria, imò superflua. ab iis, quorum sub potestate erant, popposcerunt: donec fixum in patriam pedem intulerunt; & tandem domino suo, cui

nachorum cœnobia occuparunt, illis omninò in exilium profligatis?

Annón in optimis & fertilissimis regionibus, urbibus, & aliis magnificis locis consederunt; ibidemque bona undique venalia coëmerunt?

Annón Iesuitæ miseris, & afflictis hominibus auricularem suam Confessionem persuaserunt; quo medio omnia arcana explorârunt: & quæ ex marito ipso tyrannica sua inquisitione cognoscere nequiverant; ex minimis ejus servis & ancillis expiscari: sicque maiorem eis multum irrogare; & fornicosos suos acervos ditare, augereque potuerunt. Omnibus ex hac vita discedentibus, tanquam præ aliis maximè pijs, adesse voluerunt; ut ab opulentioribus in Testamentis etiam inter hæredes relati, suum inde quæstum facere possent. Sicut etiam illis ad suam, petitionem, à quadam magnæ auctoritatis persona, effœtus asinus, quem tamen non repudiaverunt, in extremo mortis agone, legatus est.

Si Episcopatus etiam, prælaturæ, aut aliorum munerum electio, & optio contingit; aut alia functio Ecclesiastica, ad ordinarium pertinens, in Pontificis mensem incidit: callidis suis consilijs inde suam quoque portionem auferunt; ut ita Romanas illas Cortisanicas, diu multumque notas pensiones accipiant: sicque indigenti mercenario vix necessarius corporis victus relinquatur, nisi corvorum escis, missis puto, pro animabus defunctorum factis, pascatur. Itaque præcipui proventus ad eos redundant, quibus facultates suas indies magno incremento, amplificare annituntur.

Constat etiam, & liquidum est; quantoperè Academiis, jam olim ab Imperatorib9 Regibusque privilegiis ornatis, dignitates suas, jura, annuos per insidias subtrahere molitisint. Hinc graves judiciariæ actiones, & processus Parisijs exorti sunt: & in Germania, nisi propositum ipsorum interversũ, & ab illis ipsis minùs consultum judicatum fuisset, eadem machinati ausi fuissent,

In omnibus Abbatiis, Prælaturis, & Ecclesiasticis dignitatibus ac ordinibus, suum quoque quæstũ consequuntur; quemadmodum apes fucis in alvearia sua mel & alimenta comportant: ipsi autem ne ulli quidem, nisi triplicis spe lucri, frigidum vini, vel cervisiæ haustum præberent.

Ceterùm hi avari homines præter technas suprà detectas, aliam quandam, qua dignitate, ac opibus præstantiorum bona sibi pararent, hoc modo excogitârunt. vinculorũ angustias conjectos: & leves ob causas, de vita ad mortem, tanquam hæreticos, ferro, laqueo, & igne condemnatos; ac insuper, cum uxoris, liberorumque detrimento ac pernicie, bona confiscata, & rasæ Pontificis cohorti tradita fuisse.

Quando igitur sua hac tyrannide miseram, seductamq; plebem eò pertraxerunt, ut etiã in minimis rebus ac verbis, omnem de religione suspicionem evitare studeat, nec de scelerată eorum vitâ; & pernicioså doctrina quisquam conqueri ausit: jam præda ori eorum voraci erepta est.

Ut verò non minùs, quàm antè, crumenã suam replere, & lucrum captare possint; ex hæretis præstigiatores fecerunt: & locupletem, opibusq; abundantiorem nacti hominem, de religione levissimè suspectum, eum accusant; quòd à Diabolo fascinatus divitias illas; ejusdem adiumento, sibi acquisiverit; nec aliud quicquam meditetur, quàm ut proximo suo, adversis motis tempestatib9, venenatis pecudũ occisionibus idq; gen9 aliis veneficis artib9, detrimentũ afferat.

Sic autẽ hujus de aliquo conceptæ suspicionis causæ investigentur, respõdent, eos ab aliis mulieribus (quæ quidem incredilibus cruciatuum tormentis, superstitiosorum hominum instinctu, ad earum etiam confessionem adiguntur, quæ in mentem eis nunquam venerant] nominatos esse.

Hoc nudè & simpliter, vel ab audacibus vetulis; vel iis, qui se forsan Satanæ [mendaciorũ spiritui, ab initio mendaci, & humani generis hosti] mancipârunt, enunciato: sine ulla porrò quæstione habita, indicatos illos vinculis cõstringunt; constrictos sine more carnificũ tormentis, & aliis inhumanis cruciatibus subiiciunt, & eò adigunt, ut ad maiores tormentorum dolores effugiendos, se veneficos, omniaque illa accusantium dicta vera esse, confiteantur. Quo peracto, sine ullo legitimo processu igne cremantur, bona eorum confiscantur, & maiori ex parte Iesuitis addicuntur. Ac insatiabiles illi Iesuitæ quibusdã in locis, ubi vivebant, à Magistratu obtinuerunt; ut potior pars mulctarum, deliquentibus subditis irrogatarũ, ipsis impetrata fuerit; quã in tẽplorũ & domuũ suarũ ædificationẽ ac usũ convertunt.

Deteriores igitur sunt Pharisaicis Iudæis; qui cõscientiâ stimulati, triginta argenteos, Iudæ proditori traditos, in sacros Deo usus, & eleemosynas impendere voluerunt: hi autem multaticia tali pecuniâ, templa domosq; ædificant; & crebris subditorum delectantur transgressionib9; ut tantùm opes

postolus Johannes in sua Apocalypsi cap. 9. testatur; quòd ex abysso inferni ascendant. ut soli humano generi non fructibus noceant. Qua de causa à spiritu sancto Abaddon in Hebræo; & Apollyon in Græco, Germanis perditores, nominantur.

Observetur, quæso; quot, & quàm magnificia ædificia in Germaniâ, omnia miro splendore & apparatu, imò munitis potiùs arcibus, quàm scholis accommodata, in præcipuis urbibus, & Ducatibus extruxerunt. Et sanè magnoperè verendum est, ne temporis successu, in illis cuniculos & occultos in urbes [neminem enim præter suâ familiâ, & ministros sibi juratos, in ædes suas intro mittunt] parent aditus: quibus facilè numerosum satis exercitũ (si modò ullo per Pontificios istis locis susciperetur transitus] recipere; cives noctu, interdiúne obruere, & eius loci dominatum sic adipisci possent.

Quamobrem meritò civitates his de causis prudenter sibi prospiciant, caveantque; ne illis ulla quidquam ædificandi, copia & potestas fiat; nisi priùs à quibusdam ad hoc officii genus deputatis, quid ædificatu necessarium, accurratè cognitum, & oculatâ inspectione exploratum fuerit; nec plus materiæ quàm præsens structuræ necessitas flagitet, illorum curæ, ac fidei committatur. Callidi. n. sunt, ad omne nequitiæ genus faciles & proclives; sibique modò latrociniis, tyrannide, ac rapinis victum comparare laborant.

Principiò quidem, quando in optima regna, & præcipuè Germaniam penetrârunt, nihil aliud ore simulârunt, quàm divitias se non appetere; sed omnia gratuitò ad Dei gloriam, Ecclesiæ incrementum, & Christianismi propagationẽ dirigere velle: verùm Philippica Anthonij Arnoldi attendatur; quæ, Iesuitas, triginta annorum spacio post suum ortum & adventum, annuos sibi reditus in Gallijs, ultra bis centena millia librarum comparasse, testatur. Quid arbitrandum est, quantum in Germanica natione, ubi, ut antea delibavimus, nobilissima loca, et fertilissimas regiones occupârunt, undique multa emerunt, & astutis suis artibus ad se attraxerunt; annuorum proventuum sint consecuti?

Et fide bona relatum est; eorum opes, & facultates adeò accrevisse; ut in Pontificis & Ligæ ejus emolumentum, decem millia instructissimorum ad pugnam militum, foris continuè in armis alere possint. Proindeque meritò talis, tam quàm detrimentosi homines sint ij, qui non sine summa contumelia in unicum & solum salvatorem nostrum, Dominum Jesum Christum, verum Deum ac hominem, propitiatorem nostrum, mediatorem & intercessorem coram Deo patri cœlesti, Iesuitas se nominant: omni mox severitate in lupos illos rapaces, simul & semel (quemadmodum iam in Anglia & Gallia, Deo gloria factum est) amovendos & arcendos, curam suam & studium conferrent.

Considerent, obsecro, & diligenter pia, inclyta Christique cultrix Germania consideret; quantorum hi homines, ex quo in Christiano cœtu tolerati sunt, & animæ & corporis malorum causæ extiterint?

Annòn verum est, dilectam veritatem verbi divini tantoperè ab illis esse obscuratam; ut ne quidem ullus Christianæ fidei articulus fictis eorum additamentis non corruptus fuerit: & ab iisdem sacra scriptura, antiqui Doctores & patres, vetustaque concilia, ad errorem sectæ suæ stabiliendum, falsò adducta & allegata?

Annòn pios illos & beatos, à Deo omnipotente ipso in hunc mundum ablegatos Concionatores, suis concionibus & divulgatis rhapsodiis, adversus agnitam veritatem, summis ignominiis prosciderunt; hæreseωs damnârunt, hisque rationibus miseram plebam, suâ Papæque Romani manifestâ Idololatriâ seductam, in illa cœcitate ad perpetuum exitium confirmarunt, & detinuerunt?

Annón verum; sanctissima Sacramenta in usus, ab authoris Christi Domini nostri institutione multùm diversos; imò potius abusus, pro arbitratu ipsorum, adhiberi?

Annnn verum est; quòd charissimæ juventuti viruleato suo dogmate infectæ, persuaserunt: ut plus de Pontifice Romano, quàm Christo sentiret; quod quidem venenum ætati juvenili sic radicitus in hæsit: ut quàm diu detestandi illi homines, de quibus duodecimus Psalmus dicit ac monet, hisce locis ferantur, haud illud eradicari possit?

Annón verum; quòd omnia dissidiorum incendia in tota Christianorum universitate inter magnates excitârint, & quotidie adhuc nutriant?

Annón verum; quòd latrocinia, & cædes hominibus, tam excelso, quàm humili loco constitutis, paraverint?

Annón verum; quòd in omnibus concionibus suis aliud nihil satagunt & urgent;

fortunis & bonis ſuis violenter exuant; & proſcribant?

Annón verum; qvòd nulli Magiſtratui, cui ſubſunt, jurisjurandi religione obſtricti ſint; ſed ſoli Romani Papæ, & Domino ſuo Regi Hiſpaniarum?

Annón verùm; qvòd per illos, eorumq; in Germania ſemper obtrantem Legatum & Nuncium; Germaniæ Principum & Dominorum, aliorumqve ſecreta, & Pontifici, ad inſtitutum commodiùs perſeqvendum; & inexplebilem ſangvinis Chriſtiani ſitim reſtingvendam; proditione nefaria detegantur, & revelentur?

Annón verùm; qvòd Jeſuitis in ſummis illis Collegiis omnis ſit poteſtas: & in electionibus formam ac modum illis præſcribere conentur?

Annón verùm; qvòd inclytam Germaniæ Nobilitatem per illam fidei profeſſionem à Pontifice introductam, facultatum, & bonorum ad Collegia pertinentium uſufructu ſpolient; eaqve ad ſe temporis ſucceſſu transferre animum induxerint?

Annón verùm; qvòd hac ratione animi erga ſe invicem exacerbentur; & ob illam inæqvalitatem, ad bella, & id genus alia mala, in chariſſima noſtra patria feneſtra aperiatur?

Annón verum; qvòd Dominos contra ſubditos, & viciſſim ſubditos contra Dominos inſtigent, & ad diſcordiam concitent?

Annón verum; qvòd per eosdem adverſus pios, & intrepidos DEI confeſſores omnis generis fœdera illorum ſvaſu ſanciantur?

p.1255. Annón verùm; qvòd Romanus Pontifex jam ante qvingentos annos, regnante laudatiſſimæ recordationis Imperatore Carolo Magno; ac poſtea ſingulis annis ad præſentem usqve horam, in id ſolummodò animum intenderit; ut in omnibus regnis, præcipuè verò in celebratiſſimâ noſtrâ Germaniæ Natione, noſtros Imperatores & Principes, ſicut & non minùs aliarum regionum, terrarumqve Reges & Magnates, ſuo jugo, & deteſtando ſervitio ſubjicere ſit annixus?

Annón verum; etiam Imperatorem Carolum V. ſe non ſolùm Pontifici oppoſuiſſe; ſed eundem etiam Romæ oppugnâſſe, & urbem occupatam ſpoliâſſe; de qvibus rebus geſtis proprii ipſorum Hiſtoriographi; ut Platina, Cranzius, Mersburgenſis, Tritemius, Paulus Jovius, & Paulus Æmilius, omnes Pontificii, teſtantur?

Annón verùm; celeberrimum Germaniæ Regnum, ab eo, qvo Chriſtianam religionem dilectam noſtram patriam ſuo veneno, & apoſtaticâ doctrinâ, fraudibusqve tam turpiter (ut, proh dolor, jam nunc ante oculos eſt) polluerit?

Annón denique verùm; omnes, qvi locum illis conceſſerunt, & converſatione ſua eos dignati ſunt, neqviter ab iisdem deceptos, & miſerabiliter per inſidias circumventos eſſe: ac ipſos Jeſuitas tandem, Magiſtri ſui diaboli more, ſummo dedecore ac ludibrio, & graveolente fœtore receſſiſſe?

Qvæ cùm ita ſe veriſſimè habeant; qvid, qvæſo, inclytæ Germanicæ Nationi aliud imminet; qvàm pernicioſus hoſce & neqvam homines eundem proceſſum, qvo in Indiæ, Portugaliæ, Galliarum, & Britanniæ regnis uſi ſunt, adverſus nos qvoqve Germanos, jam modò multis partibus diſſidentes, obſervaturos: & temporis ſucceſſu reipſa perſecuturos eſſe.

Agitè ergò, Germani optimi, diutius in utramqve (qvod dicitur) aurem non dormiamus; ſed excuſſo veterno, oculos animumqve aperiamus; & vicinorum detrimento ac pernicie ſapere diſcamus; nec permittamus, ut noſtri vicini, imò poſteri, de cæcitate, ſurditate, ac imprudentia, qvâ malo huic maturè medicinam non paraverimus; juſtè conqveri poſſint.

Agitè, non concedamus, nobis exprobari, qvibus ex cauſis dilectam noſtram juventam, ab hiſce animarum latronibus adeò turpiter ſeduci conniveamus.

Agitè, non permittamus, nobis à DEO omnipotente collata beneficia, & divinæ ſuæ voluntatis patefactionem, per rapaces ejusmodi vultures, in DEUM blaſphemos & manifeſtos mendaciorum architectos, è cordibus noſtris, æternæ ſalutis diſpendio auferri.

Agitè, fraternæ charitatis, & Chriſtianæ patientiæ erga nos invicem non obliviſcamur; nec ab ea per iſtos incendiarios nos abalienari patiamur.

Agitè, non committamus; ut hi advenæ, imò terrarum faces, bona noſtra nobis eripiant, deprædentur, ac poſſideant.

Agitè, demonſtremus, laudatiſſimam Germanicam Nationem heroicam ſuam antiqvam virtutem & animum, ad libertatem & inclytam ſuam originem conſervandam, nondum abjeciſſe; ſed ut eam contra verum Antichriſtum, Papam Romanum, tueri poſſit, omni (qvo fieri poteſt) ſtudio & labore, imò corporis, vitæ, fortunarumq; periculo contendere.

Agitè ſeveriſſimum DEI omnipotentis mandatum, ſanctiſſimo Prophetæ Moſi,

agnoverunt, nos seducere moliuntur, ad necem usqve persequamur; ut nec corpora, nec animæ nostræ perdantur; & DOMINO nostro surripiantur.

Agitè non patiamur, Nationem nostram, his latronibus & omnis mali auctoribus, receptis ac intromissis, pro spelunca latronum reputari.

Si igitur, divinâ annuente gratiâ, ea nobis voluntas & animus esset, omnipotenti DEO, juxta verbi sui præscriptum, & revelatam immutabilem voluntatem, gloriam dare; vocationem ejus sequi; ad mandata ejus actiones nostras conformare, ac ita Christianam vitam verâ fide in Christum DOMINUM fixâ ducere: tum extra omnem dubitationis aleam positum, nos in bona pace, tranqvillè ac piè vitæ nostræ caducæ periodum absoluturos, & post hanc illius æternæ hæreditatem possessuros esse.

Si verò contrà adversa pars, à nostrorum omnium vel singulorum persecutione desistere, & ab immodico suo Idolatrico cultu abstinere nolit; nec hi impii Jesuitæ omninò amori fuerint: certum est, viventem DEUM (cui nihil magis adversum est, qvàm Idolomania, & spiritualis scortatio) hanc nostram oscitantiam & ingratitudinem, multiplicibus pœnis; comprimis infensissimo illo Christiani nominis hoste, Turcico Tyranno vindicaturum, & horribiliter puniturum esse.

Extrema igitur necessitas postulat, ut vero & pœnitenti corde ad DEUM, secundum voluntatem ejus, qvam in Propheta Esaia cap. 59. exposuit, peccata nostra confitendo, ab iisdem porrò abstinendo, & vitam inculpatam instituendo, nos convertamus; tum preces nostræ ad DEI aures penetrare, ac in conspectu ejus exaudiri, acceptariqve poterunt.

Ad extremum etiam pius & candidus lector non arbitretur, hæc antè memorata, singulari qvodam & improbo zelo allata esse: sed potiùs ad laudatam Germanicam Nationem præmonendam, ut, aliorum regnorum exemplo ante oculos posito, sapere & cavere disceret; ne per exitiosos illos homines, tam in illud perpetuum, qvàm hoc temporale exitium præcipitaretur; hæc omnia composita & instituta.

Jesuitis autem id meritò eò servire debebat; ut cùm animadvertant, toti Christiano cœtui sanguinaria sua, & avara consilia innotuisse: sponte, ad DEI gloriam, &
p.1056. Ecclesiæ utilitatem, à suâ crudelitate abstinerent; ut & ipsi & alii, periculis immunes, unâ nobiscum placidam, & qvietam vitam possent traducere.

lorum regni, cùm CHRISTO capite nostro esse, aç vivere qveant, toto corde precatur.

Id qvod altissima TRINITAS DEUS Pater, Filius, & Spiritus Sanctus clementer largiatur; AMEN.

Superstitio ex qvæstu. 1597.

REtulit N. N. qvidam fide dignus amicus, qvòd non procul à pago, Siessa major nuncupato, qvi Ulmensium ditionis est, & Geislingâ ejusdem Reipubl. oppido, milliare vulgare distat, ex Ducatu inclyto Wirtembergico in Ulmensium territorium & dynastiam iter facientibus, ad sinistram, in proximo colle, vetusta capella conspiciatur, nomine Hyberspach / ad nobilem qvemdam pontificium spectans: cui antiqvitus, præter alia pontificiæ religiositatis genera, hæc peculiaris superstitio, uti admodum ridicula, ita maximoperè piis auribus & animis penitus adversa, attributa sit.

Ea est, ut, qvi aliqvando illicitis flammis pellectus mœchatus esset, subligaculo præfatæ Capellæ oblato & immisso (qvæ subligacula in summo illius Capellæ pavimento sunt asservata; & superioribus annis cuidam viro fide digno satis magnus eorum fasciculus est visus: qvi etiam, qvò sibi hujus superstitionis irrefragabile testimonium supperet, unum ex istis pecuniâ redemit) in posterum à mœchationis malo prorsus liber existeret, neqve crimini huic nefando denuò foret obnoxius.

Similiter & qvi impermissâ venere æstuaret, & de thori violatione periclitaretur, horum subligaculorum, in sæpius memoratam Capellam oblatorum, uno, suo pretio redemto, parte corporis convenienter cinctus uteretur, omne periculum malesvadi æstus Venerei effugeret, nec qvicqvam adversus conjugale vinculum admitteret. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

S. G. S. 1597.

ILle, qvi nuper Catalogum testium veritatis Illyrici auxit, nomen suum non aliter, qvàm hisce tribus literis prodere voluit. Is Johannem 8. Papam Androgynum nominat, & librum magicum conscripsisse, dicit. Item Pontificiâ pompâ supra omnes se extulisse, Lotharioq; defuncto, filio sceptrum & coronam contulisse. Hæc referenda sunt ad dicta suprà parte 1. de Papissâ illa.

Iohannes VVilhelmus Stuckius in libr. Antiqvitatum convivalium. 1597.

MUndi immundissimi, & ad occasum

& religione ſemper ferè diſſentiant, conſpicimus tamen, in Cereris, Bacchi & Pluti cultu concordiſſimos eſſe. Imp. & Pp. V.S.

1597. *Thomæ Sigfridt Vaticinium.*

FOrtuna Chriſtianorum eſt eadem, qvæ Judæorum; qvos Deus Ethnicorum Tyrannorum frenis in via retinuit, ſubqve diſciplinam coërcuit, qvemadmodum & nos jam à Turcis, & Tartaris domamur: utinam tantùm non impœnitentes nos aliqvando ab iisdem, qvemadmodum pervicaces Judæi qvondam in captivitatem fuerunt abrepti, ab hoſtibus gentilibus obruamur, & captivi abducamur. Id qvod auguror omninò metuendum, ac de nobis futurum eſſe. Imp. Rud. 2. Pp. Clem. 8.

1597. *Andreas Angelus de Mirabilibus Mundi.*

QVemadmodum DEUS ſummus mundi arbiter, ſuos undiqvaqve tueri & protegere poteſt, & ex omnibus malis ſalvos reddere: ſic & eos, qvi peccatis eum offendunt, plectere novit, ut omnes mirentur mortales. Et hoc eſſe verum, ſeqventia teſtantur exempla in Marchia viſa.

Primùm enim referunt hiſtoriæ Schopperorum Magdeburgi, anno Domini 1203. poſt reparatam à Chriſto ſalutem, in feriis Pentecoſtes, cùm Paſtor Eccleſiæ Oſſema-
1057. rianæ prope Stendelam vetuſtæ Marchiæ ruſticis ſuis luſiſſet cythara, fulmine ex DEI permiſſu ipſi dextram (qvæ plectrum tenebat) fuiſſe abſciſſam & ademtam: & cum eo adhuc alios 24. homines ictu tonitrui interiiſſe. Hoc referendum eſt ad præceptum tertium: Memento, diem Sabbathi ſanctifices.

Anno 1525. 26. Decembris, ipſo S. Stephani die, Monachus qvidam pro concione publica Coloniæ ad fluvium Spree D. Paulum Apoſtolum arguebat mendacii: at DEUS viciſſim eum ſic corripuit & animadvertit, ut illicò adhuc in ſuggeſtu conſtitutus, impiam efflaverit animam, & repentina deperierit morte. Hæc ad primum & ſecundum Decalogi præceptum ſpectant. Imper. & Papa ut ſuprà.

Idem. Anno 1551, in feriis ſanctæ Pentecoſtes, cùm plebecula in qvodam pago non longè à Witſtock convivaretur ex cereviſia, & qvædam fœmina horrendas inciperet evomere in DEUM blaſphemias, protinus illam adoritur Satanas, in conſpectu omnium, & abripit hinc per fores, ac ſubducit in auras, ex qvo omnis populus ingenti fuit perculſus horrore & metu. Nonnulli tamen ex virorum & mulierum grege ex diaboli manibus in rus decidit ipſa, & mortua inventa fuit. Ad ſecundum mandatum hoc refertur.

Idem. Anno Domini 1593. infenſiſſimus humani generis hoſtis, ſatanas omnem vim exporrexit ſuam, & Fridebergi in nova Marchia, non procul à finibus Poloniæ, plures qvàm centum homines obſedit, & miſerè vexavit, qvi omnes clamitârunt & qveritati ſunt: Janum Conſulem ejus loci, & ipſius conjugem hujus ipſis eſſe mali cauſam. Et hanc qvoqve ob rem iſte conſul cum uxore ſua aliqvandiu Cuſtrini in cuſtodiam compingebantur, deniqve tamen iterum libertati reſtituti fuerunt.

Idem mali diabolus etiam ſubſecuto anno 1594. Spandavii ſtruxit, ubi etiam ultra qvadraginta homines occupavit, qvorum multos adhuc hodie captos tenet. Primùm verò eos inſtar aucupis ineſcavit: projectis ob oculos eis variis næniis & rebus, qvas ſimulac qvis apprehendit à diabolo fuit protinus correptus. Qvæ autem miſeri illi ſe tunc expertos eſſe perhibuerint, ſilentio hic prætercunda putavi. Omitto etiam varia & monſtroſa hominum judicia de ejusmodi hominibus, & ſuo relinqvo ſingula loco & dignitati.

Hoc tamen dico, nusqvam hiſtoriarum ſimile extare exemplum: eodem in loco uno, & qvidem mediante qvarundam rerum inventione ac uſu, tantam hominum copiam una vice ſimul obſeſſam fuiſſe: niſi qvòd Wierus refert, in cœnobio qvodam Sanctarum virginum omnes Moniales, inventis & manducatis qvibusdam granis ſaccari, eodem modo à diabolo mente captas. DEUM in cœlis miſereat miſeriæ noſtræ & tribulationum: ipſe prohibeat à nobis hunc hoſtem, & omnes corporis & animæ ſalute, propter Filium ſuum JESUM CHRISTUM, beare dignetur. Amen.

Idem. Diem noviſſimum, qvo CHRISTUS JESUS redibit ſolenniter, ad judicandum vivos & mortuos, præ foribus eſſe, non ſolùm ſacra teſtantur oracula, qvorum monita & vaticinia pleraqve ſuum jam ſunt conſecuta effectum: ſed & experientia qvotidiana docet manifeſtò tot exemplis horribilium turbarum, tumultuum, bellorum hinc inde vaſtum terrarum orbem vaſtantium, item peſtium, calamitatum, & ſtupendorum miraculorum, portentorum, & monſtrorum. Qvanqvam verò & Satanas ſæpiuſculè pro ſua libidine ludat & divexet homines: tamen ejus peſſima facta qvilibet Chriſtianæ doctrinæ

(& meritò qvidem, ad admonendos pœnarum impios & securos; pios autem, qvorum proh dolor sunt pauciſſimi, consolandos: & certiſſimè DEUM vigilare, nec longè à nobis abſuturum) referre etiam, qvid Stralosunthæ, insigni emporiali qvadam Pomeraniæ urbe, Junii 16. die, anni 1597. acciderit.

Nam in aliqvibus hortis extra mœnia urbis pro porta Francica, de manè ex arboribus, herbis, floribus, graminibus & frondibus, & alibi pendebant guttæ sangvineæ: nec non & glebæ gramine carentes, erant sangvine tinctæ & rutilæ. Et ex eo sanè qvilibet conclusit, pluisse præterita nocte sangvinem, præsertim cùm & Piscatores, qvi eadem nocte aqvæ incubuerant laboribus, idem in suis navigiis & cassibus animadverterint & offenderint, & ejus rei signum manifestum dederint eorum vestes sangvine conspersæ. Idem testabantur & lapides, qvos illi ex aqvis in suis retibus elevâssent: habebant enim cruentarum notas guttarum.

Præcipuum verò indicium erat qvoddam operimentum lineum cervicalis, inventum in loco, ubi solent exponi linteа auræ & radiis solis, ut albescant, spectans ad alicujus incolæ uxorem. Hæc igitur cùm ex linteo sangvinolentas vellet eluere maculas, adhibito smigmate & aliis mediis: protinus maculæ cruentæ se dispersérunt in cruces, & qvo sæpius lavabantur cruciculæ, eò magis multiplicabantur, donec tredecim numero factæ sunt: qvarum qvælibet de nocte unum exæqvabat longitudine digitum: & tam nitidæ erant ac venustæ, ac
p.1058. si qvis summa industria & artificio eas pinxisset. Et tale hoc linteum qvibusvis, universo Senatui, & omnibus Ecclesiasticis ibidem contemplandum & ad numerandum cruces impertiebatur.

Abhinc brevi, post qvatriduum, die Junii vicesimo, qvidam Bibliopegus Stralosunthius, nomine Johannes Hermarius, ex vico, qvi dicitur Catenarum, ablegatur in qvendam pagum, interim offendit in via qvendam virum, longitudinem duorum virorum habentem, canum, nudipedem, coloris purpurei subfusci. Hunc ille conspicatus terrore perhorruit, & omninò consternatus obstupuit: & sacræ crucis signo se obmunivit. Ingens igitur ille vir tam alta & crassa, tonitru audire reputâsset, ad ipsum infit oratione, demulcens impotem animi sui placidiusculè, & sic inqviens. Noli timere, contra qvem te benedicendo munis, non sum ego.

Ex eo recollectis sensibus & animi viribus, ille denuò sustulit ea, qvæ ex hebedum dare illis mandatis: Redi, inqviebat, in urbem, & refer optimatibus, ut ab impiissima & execrabili ac inchristiana vita sua desistant, & valedicant vel tandem abominabili suæ avaritiæ, usuræ & carnificinæ pauperum: aliàs enim superba urbs 10. Augusti, qvi est Laurentii dies, omnis fumo fumabit, funditus extirpata.

Bibliopegus autem nuncium hoc referre renuens, secunda vice ab illo tam seriò, tantisqve minis admonitus fuit, qvòd nisi oppidò jussa facesseret, non habiturus esset portionem in regno cœlorum. Ideoqve descendens in se altiùs, & sagaciori expendens arduitatem negotii & salutis suæ trutina, reversus domum, illicò omnia horrore & timore pleuus, & Senatui Ecclesiasticis urbis significabit.

Ante hæc, tempore verno, non longè à Weela in Misnia, tanta aqvarum vis desuper se ex nubibus in terram effudit, ut ex illa inundatione septuaginta sex homines, exceptis pecoribus & infantibus, perierint suffocati: inæstimabile qvoqve damnum acciderit multis ædificiis, agris, & rebus aliis.

Item in Aprili in Hispaniis, Bourgeis inauditum qvoddam monstrum protulit mundus, qvod ex multorum ad varios scriptis illic & Venetiis certò constat literis. Ibi enim vacca qvædam duos vivos & integros omninò homines, masculum & fœminam, enixa est in lucem: qvibus & Archiepiscopus aliqvamdiu sacrum baptisma negabat, rei novitate, qvid faciendum esset, dubius; cùm simile exemplum neqve viderit aut audierit ipse, neqve de tali scripserit alio tempore qvisqvam: sed de hoc Legati Pontificii facultatem & permissum præstolabatur.

Hæc igitur & similia signa ac miracula, qvare his annis DEUS nobis ob oculos posuerit, jam pridem disputare non placuit: sed hisce nostrum tractatum concludemus, & ultima ornabimus coronide, sperantes: qvod in prologo dictum, hunc animum nostrum pium & candidum omnibus Christianis optimè probari, & laborem nostrum gratum fore, eosqve ista monita meditaturos pia mente. Adveni igitur, ô DOMINE JESU CHRISTE, citò, veni citò, Amen. Hæc Andr. Angelus.

Portentosum. 1598.

IN Hollandia procellosis ventorum turbinibus agitatum hoc anno, mense Februario, mare ejecit in littus grande cete: qvod loco movere, imò nec levare qvidem leviter poterant centum viri: longitudinis erat 60. pedum: altitudinis 30. ritu tanto

maximi diſploſi ſonitus audiretur ; qvod non levis momenti portentum eſſe poteſt Ordinibus Belgicis, ſi animadvertere volent. Nigrin. in ſupplem. ad Rebvvicium.

1598. ## *Lucas Antonius Reſta, Epiſcopus Andrienſis.*

HIc conſcripſit formulam generalis viſitationis Eccleſiarum, Monaſteriorum, piorumqve locorum & perſonarum, qvam pœnitet emiſſe & perlegiſſe : cùm enim conſiderarem ſcripta Matth. cap. 23. (Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qvi mundatis, qvod deforis eſt calicis & paropſidis : intus autem pleni eſtis rapina & immunditia : Phariſæe cæce, munda priùs, qvod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id, qvod deforis eſt, mundum. Item. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qvia ſimilis eſtis ſepulchris dealbatis, qvæ à foris patent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia : ſic & vos à foris qvidem peretis hominibus juſti : intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniqvitate, &c.) vidi, me operam & oleum perdidiſſe.

Unum tamen notandum maximè reperi, qvod ipſemet fatetur Reſta, multis in locis factum fuiſſe, qvòd clerici ſine aliqva lueri ſpe (juxta prophetiam Mich. cap. 3. Sacerdotes in mercede docebant, & in pecunia divinabant) ſacra adminiſtrare noluerint.

p. 19. * Hæc eſt imago Pyramidis, Chaſteliani Jeſuitarum impulſu perpetrati in Regem parricidii memoriæ ergò, poſitæ in dirutarum ædium illius Chaſtelii area Pariſiis, cui Gallica aureis literis inſculpta ſunt verba ſententiæ (illius, qvæ Latino ſermone paulò ſuperiùs, fol. ſcil. 1018. ex Arnaldi Philippica in Jeſuitas reos recitata eſt, & hoc anno 1598. cum hac monumenti ejus effigie, ſeqventibusqve carminibus & epigraphis denuò excuſa Lutetiæ, par Jean le Clete, rue S. Jean Letran, à la Salemandre avec privilege du Roy) latæ in Jeſuitas à Parlamento regio, qvibus rei criminis læſæ Majeſtatis, corruptores juventutis, perturbatores pacis publicæ, & inimici Regis atqve boni publici, convicti, judicari, & eò extra regnum ejecti fuerunt.

D. O. M.

PRo ſalute Henrici IV. clementiſſimi ac fortiſſimi Regis, qvem nefandus parricida (perniciоſiſſimæ factionis hæreſi peſtifera imbutus, qvæ nuper abominandis ter retuſo, violare auſus eſt ; Ordo ampliſſimi (ut vel terror pœnæ conatus tam nefarii, ſimul & præſentiſſimi in optimum Principem ac regnum, cujus ſalus in ejus ſalute poſita eſt, divini favoris apud poſteros memoria extaret) monſtro illo admiſſis eqvis membratim diſcerpto, & flammis ultricibus conſumto, ædes etiam, unde prodierat, heîc ſitas, funditus everti, & in earum locum, hoc ſalutis omnium ac gloriæ ſignum erigi decrevit. 4. Non. Jan. Anno X. cIↃ. IↃ. XCV.

Qvod ſacrum votumq; ſit memoriæ perennitati, longævitati, ſalutiqve maximi, Fortiſſimi & Clementiſſimi Principis Henrici IV. Galliæ & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi.

AUdi viator, ſive ſis extraneus,
Sive incola urbis, qvoi Paris nomen dedit.
Hic alta qvæ ſto Pyramis, domus fui
Caſtella, ſed qvam deruendam funditus
Frequens ſenatus crimen ultus cenſuit.
Huc me redegit tandem herilis filius,
Malis magiſtris uſus, & ſchola impia.
Sotericum, heu, nomen uſurpantibus;
Inceſtus, & mox parricida in Principem,
Qvi nuper urbem perditam ſervaverat :
Et qvi favente ſæpè victor numine,
Deflexit ictum audaculi ſicarii,
Punctusq; tantùm eſt dentium ſepto tenus.
Abi viator, plura me vetat loqvi
Noſtræ ſtupendum Civitatis dedecus.

In Pyramidem eandem.

QVæ trahit à puro ſua nomina Pyramis igne,
Ardua barbaricas olim decoraverat urbes,
Nunc decori non eſt, ſed criminis ara piatrix :
Omnia nam flammis pariter purgantur, & undis.
Hic tamen eſſe pius monimentum inſigne Senatus
Principis incolumis ſtatuit, qvo ſoſpite, caſum
Nec metuet pietas, nec Res grave publica damnum.

EX S. C.

HEic domus immani qvondam fuit hoſpita monſtro.
Crux ubi nunc celſum tollit in aſtra caput.
Sanciit in miſeros pœnam hanc ſacer Ordo Penates ;
Regibus, ut ſcires, ſanctius eſſe nihil.

D. O. M. S.

hanc urbem, & reliqvias regni hujus penè omnes recepisset; ac deniq; felicitate ejus, intestinorum Franciæ nominis hostium furorem provocante, Johannes Petri Fr. Castellus, ab illis submissus, sacrum Regis caput cultro petere ausus esset, præsentiore temeritate, qvàm feliciore sceleris successu: ob eam rem, ex amplissimis Ordinis consulto, vindicato perduellione, diruta Petri Castelli domo (in qva Johannes ejus Fr. in expiabile nefas designatum patri communicaverat) in area æqvata hoc perenne monumentum erectum est, in memoriam ejus diei, in qvo seculi felicitas (inter vota & metus urbis) liberatorem regni, fundatoremq; publicæ qvietis, à temeratoris infando cœpto; regni autem hujus opes attritas ab extremo interitu vindicavit; pulso præterea tota Gallia hominum genere novæ ac maleficæ superstitionis, qvi Remp. turbabant, qvorum instinctu piacularis adolescens dirum facinus instituerat.

S. P. Q. P.

EXtinctori pestiferæ factionis Hispanicæ, incolumitate ejus & vindicta parricidii læti, Majestatiqve ejus devotissimo.

Duplex potestas ista fatorum fuit,
Gallis saluti qvod foret, Gallis dare:
Servare Gallis, qvod dedissent, optimum.

Memorabilia.

p. 1061. 1598.

HOc tempore pervenit ad manus meas ex Justini Gobleri, Viri docti, Rectoris olim scholæ Trevirensis, Bibliotheca liber manuscriptus, seqventi titulo: Promissiones & prædictiones, per Spiritum sanctum in sacris literis traditæ omnes, omnium seculorum, ab exordio creaturæ ad finem usqve, atqve etiam ad renovationem rerum, qvod est regnum DEI, authore sancto qvodam, qvi vixit ante nongentos annos.

Habet is liber impleta jam multa, sed etiam plurima adhuc implenda, mira, & suspicienda, qvorum utinam tantùm qvædam referre liceret, sed brevitas non patitur, unum tantùm adscribam, qvod super verbis in Apocalypsi de Romana urbe scribit.

Reddite ei, sicut & ipsa reddidit vobis: in poculo qvo miscuit, miscete ei duplum; & in qvantum se clarificavit, & potestatis habuit, in tantum date ei cruciatus & luctus, qvia dicit: sedeo Regina, & vidua non sum, nec luctum visura sum. Ideoqve una hora plagæ ejus supervenient, mors, tur, qvæ temporalis est. Utiqve nomen est blasphemiæ, cùm mortales Reges in ea dicuntur Divi, eisqve supplices dicunt, numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ, &c. qvæ vanitas, non veritas tradidit, ut qvæ execrabilia sunt. Hæ enim æterno DEO debentur.

Sanè in Sacris sacrilegis, & mollibus tunc Sacerdotibus, ad fornicationem idololatriæ omnes gentes invitans, seipsam in subditis contaminavit. De qvibus sacer insonat Psalmus: Perdidisti omnes, qvi fornicantur abs te. Veruntamen qvia sunt in ea cives supernæ patriæ Hierusalem, qvi dicunt, mihi autem adjungi DEO bonum est, dicitur eis: Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum ejus, & ne perstringaris plagis ejus. Exeunt enim hi, qvi non fastus ejus, sed per humilem viam CHRISTUM seqvuntur, qvi non rapinam, sed misericordiam diligunt, qvi pacem & sanctificationem custodiunt, sine qva nemo poterit videre DEUM, qvi gemunt & dolent ob iniqvitates, qvæ fiunt in medio eorum, nec sunt jugum ducentes cum infidelibus.

Hos etiam DOMINUS in Evangelio suo exhortatus alloqvio, dicens inter cætera: Beati mites, qvia ipsi possidebunt terram: Beati misericordes, qvia ipsi misericordiam consequentur: Beati pacifici, qvia ipsi filii DEI vocabuntur: Beati lugentes, qvia ipsi consolabuntur. Beati, qvi persecutionem patiuntur propter justitiam, qvoniam ipsorum est regnum cœlorum. Testatur id & Paulus, dicens: Tantùm qvi modò tenet, teneat, donec de medio fiat, & tunc revelabitur iniqvus, qvem DOMINUS JESUS interficiet Spiritu oris sui, & evacuabit in illuminatione præsentiæ suæ. Hæc ille. Vidi qvoq; librum hunc impressum ab Henrico Petri Basileæ anno 1538.

Thomas Stapletonus. 1598

HIc Professor Lovanienſis, in libro de admiranda magnitudine Romanæ Ecclesiæ sic scribit: Romanæ Ecclesiæ principatus à DEO ortum & principium habet, ab eo suscitatum; potestas ejus, potestas divina, cœlestis, claves regni cœlorum sortita: potestas æterna, qvæ non auferetur: & cujus Regnum non corrumpitur. Regnum hoc omnium seculorum est, & dominatio ejus perpetuò durabit, est enim à Christo, &c.

Hugo Trimperg. 159

ſtatuum, & imprimis Eccleſiaſticum vehementer deplorat. Titulus libri eſt Reu ins Land. Extat apud Nobiles de Zillhart.

Raphaël Eglinus Iconius.

1599 EDidit hic tractatum cum titulo ſeqventi: prophetia halicutica, nova, & admiranda, ad Danielis & ſacræ Apocalypſeos calculum chronographicum, divina ope nunc primùm in lucem productum: qva totius Eccleſiæ militantis ſtatus, notis & characteribus ternorum piſcium maritimorum, ad latera ſtupendo prodigio inſignitorum, præmonſtratur.

Et infrà: At tertium Decembris, anno 1596. cùm fortè ad publicum conventum itaremus, exhibita nobis fuit à præcipuo hujus Eccleſiæ miniſtro figura qvædam piſcis marini, lupo lacuſtri non abſimilis; qvem alii Xyphiam, alii Cabelah eſſe putârunt, variis notis hieroglyphicis & Arithmetico-Geometricis inſigniti, capti Grypſvvaldæ à Martino Hauſatel cive, eo anno, 22. Maji; cujus deformationem duce Matthia, perlatam paulò antè Conſtantiam; eam ipſam videlicet urbem, ubi inſignes duo illi martyres DEI, Johannes Huſs, & Hieronymus Pragenſis, Anno Chriſti 1415. cremati ſunt.

Eam figuram Archidux à fratre Imper. Imperator à civitate Grypſ. habuiſſe dicebatur. Cœtu dimiſſo, cùm primùm domum repetii, cœpi reqvirere haleces Ierauciuriani inter ſcrinia librorum &c. Reliqva (ſunt enim prolixa) ut & ipſas piſcium imagines ac characteres, vide apud authorem, impreſſum Tiguri anno 1598.

Auguſtinus Brunnius Annæmontanus.

SCripſit hic librum, qvem nominavit Triadem Electoralem: ibi refert inter alia, Joachimum Brandeburgicum 2. contra Turcas, Imperatori adduxiſſe exercitum auxiliarem 1100. eqvitum, & peditum 4000. ac cùm iter ingreſſus fuiſſet, gallos vix ante biduum natos læta acclamatione totum diem ceciniſſe.

Finit Centenarius Decimus-Sextus.

Ag. 30. ante Christum.		PRIMI IMPERATORES,				
		Notabit hic Lector, nos in Imp. & Pontificum vitis in fine centenariorum, Onuphrijtin ipso contextu verò & marginalibus, Funcelj calculum ut plurimum insecutos fuisse.				
47	1	C. Julius Cæsar	4	2	15	
30	2	C. Julius Cæsar Octavianus Augusti.	43	11	18	
Post Christum.						
10	3	Ti: Julius Cæs. August. German.	22	6	26	
33	4	C. Julius Cæs. August. German.	3	10	9	
41	5	Tib: Claudius Cæs. Aug. German.	13	8	20	
56	6	Nero Claudius Cæs. Aug. German.	13	9	28	
69	7	Ser. Sulpitius Galba Cæs. Aug.	0	7	7	
70	8	M. Salvius Otho Cæs. Aug.	0	3	5	
70	9	A. Vitellius German. August.	0	8	5	
71	10	Cæs. T. Flavius Vespasianus August.	9	6	0	
81	11	Titus Cæs. Vespasianus August.	2	2	10	
83	12	Cæs. T. Flavius Domitian. Aug. Germ.	15	0	6	
98	13	Coccelus Nerva Cæs. Aug.	1	4	9	
99	14	Cæs. Ulpius Nerva Trajanus, optimus August. Germ. Dacicus, Parth.	19	6	15	
		PONTIFICES.				
44	1	Simon Petrus Cephas Apostolus.	24	7	12	
67	2	Linus Volaterranus Thuscus.	11	3	12	
68	3	Clemens Romanus.	9	4	26	
77	4	Clemus Romanus.	6	3	3	
84	5	Anacletus Athenienſis Græcus.	12	2	10	
96	6	Evaristus Bethlehemites Syrus Græcus.	13	3	0	
		CONCILIA.				
48	1	Hierosolymitanum.	Epiſ	Seſſ.	Cā.	

Ag. 31.

ORDINES.

MAGNO ET PENE INCREDIBILI LABORE, multisq; vigilijs opus illud Lectionum memorabilium & reconditarum, quod superioribus ãnis in lucem prodijt, ab autore Nobiliss. & clariss. viro, Dn. Iohanne VVolfio I C. & Consil. Palatino &c. elaboratum esse, res ipsa luculenter testatur: vt pluribus idipsum hic commendare minimè sit necessarium. Verùm quia non omnibus vacat, totum opus eo ordine, quo Autor illud concepit, euoluere; & ijs etiam qui perlegerunt, non semper in memoria recurrant, quæ pro tempore proponere vel accommodare rei præsenti velint: visus mihi sum omnibus facturus operæ precium, si vniuersa, quæ in tam eximio opere maximè præclara & relatu digna reperirentur, velut in classes & Locos quasi communes redigerem, idq; ordine Alphabetico, quo hodie plerosq; etiã doctissimos tam in Foro, quàm in Scholis vti videmus: licet veriùs hæc excerpendi ratio, Indicis nomen obtinere debeat, quo etiam in Inscriptione vsus sum. Quò autem feliciùs & promptiùs inueniri queant, quæ fortè desiderabis, breuiter hæc subsequentia, velut introductionis loco, indicare & admonere placuit.

Initiò subiectum, seu vocabulum, rem ipsam, de qua agitur, significans, sub suo quolibet Charactere collocaui: cui deinde Prædicata, item Concreta, & abstracta subiunxi: Quandoq; etiam subdiuisiones adhibui, seruato quantum licuit eodem Alphabetico ordine: quemadmodum in vocibus, Abbas, Abbatissa, Cardinalis, & similibus videbis.

Deinde Synonymorum & æquipollentium verborum rationem ita habui, vt quæ ad eandem Classem pertinerent, & tamen diuersis Characteribus siue literarum auspicijs attribuenda essent, obiter indiceram, & ita Lectorem eò remitterem, vbi pleniùs talia, quæ ad eundem communem Locum spectant, tractata inuenire posset; Qualia sunt, Pontifex, Papa, Antichristus, &c. item Clerus, Sacerdos, Sacrificus, Monachus, Cardinalis, Episcopus, Abbas, Prælatus. Quædam etiam propter rei ipsius variam applicationem, licet synonyma non essent, diuersis tamen locis, indicanda, & sum̃atim repetenda fuerunt: veluti, Ottonis Imperatoris coniunx adultera crematur; vnica quidem sententia est, sed trib⁹ in locis memorari meruit, nempe in verbo, Ottonis, Imperatrix, adultera. Idem memineris de vocabulis, Princeps, Rex, Imperator, Magistratus, & alijs id generis.

Primus Tomus simpliciter & absq; peculiari nota numeri, in Indicem relatus est: Secund⁹ verò plerunq; vulgarem notam b. ascriptam & prænotatam habet, paucissimis vocibus exceptis, vt, Christi, Mosis, &c. Ordines in hoc Indice videndi sunt sub voce, Ordo, vbi pleriq; insigniores comprehenduntur: vt & sub voce, Monachi, Portenta, Monstra prodigia, &c. Romijth, hebræa vox, numero in Indice caret, sed remissiuè ãnotatur, de qua etiam Tomo 1. fol. 379.

Præfationes Autoris in vtrumq; Tomum siue volumen, carent numeris foliorum siue paginarum: quia tamẽ multa vtilia & obseruatu non indigna continent, volui & ea in hunc Indicem comportare, quò plenior & absolutior esset. Itaq; Autoris inscriptionem secutus, qui Dedicatorias Epistolas nominauit, per notas d. Dedicatoriam primi Tomi, & per literam p. posteriorem innuere volui: additis numeris primæ præfationi, vsq, ad 17. quot in ea reperies folia: & posteriori vsq; ad 18. quot ibidem facies habentur: vnde quilibet vtriq; præfationi siue dedicatoriæ in suo libro tales numeros asscribere poterit.

Imperatorum Romanorum, item Pontificum siue Paparum, vt & Conciliorum, nec non Virorum Doctorum nomina, licet in ipso quoq; Indice suis locis plenè & cum suis temporum, alijsq; circumstantijs relata sint; tamen sub finem Indicis, peculiaribus quoq; Catalogis recensentur, quò facilius vno eodemq; loco obuia & in promptu esse possint.

Quæ literatus Lector boni consulet. Vale.

PRÆFATIO AD BENEVOLVM Lectorem.

OPTIME ET HVMANISSIME LECTOR. HVNC INdicem in opus illud insigne Cl. viri Dn. Iohannis VVolfij p.m. LL. Licentiati, M. Iohann. Iacobus Linsius, agnominatus Hagendorn, p.m. adhuc Ecclesiæ in Laufften ad Nicrum Diaconus, gener ipsi ar filij mihi charissimus, cùm in illius ipsi à me concessi lectionem incidisset, concinnauit, studio & labore, vt apparet, non exiguo, & quidem in suum suorumq; tantùm vsum. Verùm postquàm alijs quoq; hæc ipsius opera innotuit, non modò Ecclesiæ pastoribꝰ, sed etiam alijs doctis & præclaris, adeoq; Nobilibus viris, non destiterunt aliqui Indicis illius editionem petere & vrgere. Et quidem D. Ieremias Imlinus ciuis Heilbrunnensis gener & præcipuus hæres Dn. VVolfij, suis sumptibus illum prælo subijcere jam constituerat, ita vt Index tum instantibꝰ Nundinis, in Catalogo ad futuras promitteretur: sed quoniam is non longè pòst morbo correptus reb. humanis eximebatur, eumq; Indicis Autor elapsis aliquot mensibus subsequebatur, interea, interiectis aliquot impedimentis, editio hucusq; est dilata, donec præter alios Reuerendus & Clarissimus vir Dn. Philippus Heilbronner, S S. Theologiæ Doctor & Professor Lauingæ eius editionem repeteret, & ipso mediante, præclarus & laborioſus vir, de literis optimè meritus Dn. Sebastian. Myllerus Bibliopola Augustan. suam operam ad publicationem procurandam offerret. Sic igitur Index iste postlimiò tandem in lucem prodit, multis eruditis & præstantibus viris iudicantibus & sperantibus, hanc operam non fore inanem in Domino, præsertim cùm non cuiusuis sit nec etiam multorum occupationes hoc sinant, ordine, non tam vastum quàm longè vtilissimum opus perlegere. Poterit huius Indicis ad miniculo, quæ volet, prout res & occasio ipsaq; tempora ferent, sine mora & labore alioqui insumendo, omnia & singula quilibet inquirere & in promptu habere. Sic enim adornatus est Index hicce, vt etiam minutissima quæq; operis complectatur, & quò inuentu sint faciliora, non vno sed aliquot locis ea indagandi rationem monstret. Sed aliquot obseruationes Indicis vsum vberiorem indigetantes, ipsemet Autor in conspectu ponit &c. Hac ergo, Amice & candide Lector Autoris opera & studio fruere, & vale in Domino.

M. LUDOVICUS MUNSTERUS
Ecclesiastes Heilbronnensis Senior.

Aaron & Moyſen Papa diſcendo & docendo imitetur: non gladio politico vtendo. *b.* 180. vide Papa.
Abbas vel *Abbates*, vide clerus, Eccleſiaſticus, Epiſcopus, monach⁹, Spiritualis, Sacerdos, præſul, Prælatus.
Abbates adulteri, inceſtuoſi, mœchi, ſcortatores, Sodomitæ, voluptuarij. 178. 934. *b.* 582. 819. Ideò puniri. 178
Adulteros monachos armis & bellis vteri volunt. *b.* 866
Ambitioſi, elati, turgidi, ſuperbi, vide ſuperiora vocabula. 973. *b.* 145
Antichriſtũ quidam detexerunt optimè. 344
Auari. Vide Prælatus.
Bellatores, crudeles quidem, qui inſulam in loricam mutant, bellaq; inteſtina monaſtica excitant. 519. *b.* 145. 864. 866
Blaſphemi, iurant per Diabolũ & corpus Chriſti. *b.* 591
Caſti, ſcilicet, ein Brieflin chet wol. Vide Aldhelmus.
Concubinas fovent, quidam extruit arcem benè munitam, tutus vt eſſet cum ſolâ. *b.* 863
Decoctores monaſteriorum, Eccleſiæ, luxurioſi, prodigi. *b.* 583, 819
Docti quidam, aſtronomi, vates. 814
Doctiſſimi quidam. *b.* 924. 925
Eccleſiæ, gregis & conventûs commiſſi nullam ſeriam curam habent. *b.* 819
Electio horum olim optima, hodierna longè mutata in peius, impia, vana, perdita *b.* 126. 128. NB. 210. 218. 819. 403
Epiſcopi fiunt. *b.* 582
Errant, turpiſsimè: errare poſſunt, errarunt, exempla. *b.* 40. vide Eccleſ. prælatus.
Exantorantur mali, Scortatores eſſe deprehenſi, exempl. *b.* 582, 863
Faceti, ioculares, Scurræ, Hiſtriones. Eulenſpiegel / Zotten- vnnd Boſſenmacher/ halbe Schalcksnarren. *b.* 583
Faſtuoſiſsimi pompis & ornatu maxim. *b.* 577. 583. 819. 921
Fraudulenti, malitioſi, rerum malarum inventores. *b.* 145. Quidam vult nullius precij equos à clauſtrali vendi ſervo: qui dolum detegit emptoribus, reverſus culpatur: ſed facerè eum eludit. 834
Fuldenſis Abbatis & Cardinalis cuiuſdã Vlmã protectorum ob comitatum nimis magnum in ſe invicem miræ illuſiones. *b.* 921
Homicidæ, latrones, parricidæ, Cæſaricidæ, qui tamẽ parum ære liberantꝰ à debit. pœnis. 304
Immiſericordes: duri in pauperes. Vide Epiſcopus. Hatto. 932
Iniqui, dum Chriſti & Eccleſiæ bona cum alijs Eccleſiaſticis vorant. *b.* 819
Indocti aſini, iunioribus monachis doctioribꝰ infeſti ſunt, nec emergere ſinunt: ſed extrudunt. *b.* 862
Magi ſunt, malefici, incantatores, quibus familiares Spiritus, futura indicantes, edulia & potulenta advehunt, deliciasq; faciunt. Vide Trithemius, Albertus Magnus. *b.* 925 intrà venefici.
oculis privatur. p Epiſcopi inſtinctum Capuanus Abbas. Cur. 267
Pernicies, peſtes; in monaſterijs ſua impietate, lenitate, vanitate, epicureiſmo, ſcurrilitate & lenitate in conventuales. Wann der Abbt Wurffel auffſtegt oder Karten/ ꝛc. pœna. 934
Pij quidam & veri abbates Chriſtiani, non Antichriſtiani. *b.* 587. Tom. 1. 321. 221. 148. 383
Principes fiunt. 635. *b.* 145
Principibus in nullo cedunt. Das ſeind vnſers Herrn Gotts Hofjuncker. *b.* 189. 819. 921
Ornatu: veſtitu: cibo precioſiſsimi, delicatiſsimi, idq; ex denudatione, & deplumatione Eccleſiæ, ſponſæ. 633. *b.* 189
Populo ſimplici cauſa peccati, vitiorum. *b.* 819. 924
Potentia, viribus, armis, equitatu, comitatu maximi. 349. 350. 519. 635. *b.* 145. 577
Rudes, idiotæ, ignari, aſini ſtolidi, pueri, muli, pecora longis auribus. 834. 939. 940. *b.* 189. 190. 210. 576. 819
Scurræ, Hiſtriones, Eulenſpiegelij. vide ſuprà Faceti.
Seculares prorſus vel magis quàm Spirituales. hoc cùm poriſsimùm eſſe deberent, illud minimè. Vide clerus, prælatus &c. 384. *b.* 145. 189. 577. 819. 921
Tyranni crudeles, truculenti, inſanes in conventuales, alioſq; abbates ipſos. *b.* 862
Venefici, Incantatores, Magi, Nigromantici. Vide clerus, monachus &c. maleficus, ſuprà Magi.
Veneficio afficiuntur 3. Abbates per ſagæ, quæ poſtea rogo data, ſtercorà vel merdas. 930
Veri abbates vita, doctrina & alijs exercitijs qualiter ſe præbere deberent. *b.* 210
Vini potatores ſtrenui, Helden / Weinzieher/ amphoræ, Lurcones, Heluones, Ritter im ſauffen. Vide monachus, clerus.
Virulenti & vindictæ cupidi. *b.* 863
Viſitent alios abbates & monaſtic. Vide Kebo.
Abbas Vrſpergenſis quando vixerit: cantilenas contra Papatum fecit. 310
Abbatia, *Abbatiæ*, prælaturæ, præſulatus.
Abbates claudicare melius eſt quàm abbatias. *b.* 865. Vide Kebo.
Corruptionibus, dolo, miris artibus, vi acquirantur, indignis dantur, non virtute præditis, doctis, bonis, ſed aſinis Arcadicis deferuntur hi honores, plerunq;. 303. 356. 632. 677. *b.* 210. 218. 819
Electionis ad abbatiam exemplum mirabile 305. 356. NB. facta. *b.* 218. 219
Papa omnibus nauci hominibus per emptiones, nummos, amicitias dat haſce. 870. 890. Vide Papa, Eccleſia, gratiæ, Præbendæ, beneficia. *b.* 210. 218. 819
Secularibus ſubijcientur. Vat. 49
Abbatiſſæ, conſecratæ licet ſint, tamen reconſecrari oportet per ſuffraganeos, hoc. n. aneu-

pium est nummorum. b. 218. principissæ fiunt. 635
Reginæ fiunt abbatissæ. b. 912. 890. exempla.
Scortantur, pariunt: quædam delusa mitis artibus per sacrificum, præstigiosa incantatio nil efficit, NB. Vide monialis. 799
Abbatissa hortatur Melchiorem Stor Iesuitam, vt ageret monasterij præsulem, non peregrè proficisceretur: se enim absq; ipso viuere non posse. b. 1009
Abbatissa 2. Innocentium venenata sicu occidit. b. 601
Abdelmelecus fouet christianos: ijsq; benefacit. b. 425
Abdias Babylonicus Episcopus, eius inuenti libri, publicati, in his fabulæ multæ. b. 674
Abortus simul & semel ex vna muliere 22. infantium. b. 418
Absolutio. Vide remissio, indulgentiæ, peccata, Papa. Taxa pœnitentiaria.
Conditionalis apud papistas est, at mala. 836
Facilis apud ipsos in quouis maximo flagitio. 620. b. 262. 575. 576
Ære & precio. b. 663. 710. 431
Emenda maximo precio. b. 651. Vide remissio. 329
Iniquissima est ob corruptiones, numosq;. 322 b. 663. Vide Matyldis, remissio, papa absoluit. 329
Exemplum mirabile à sacrificio erga nobilem, qui impœnitens prorsus aureum monstrat, ne defraudaretur ille hôc, absoluit mirabiliter. b. 432
Abstinentia, continentia, Temperantia. Vide castitas etiam, cibus, esca, potus.
In cibo & venere. b. 51
Exemplum Sacerdotis. 357
Abundantia rerũ est causa multorũ malorũ. 137
Abundantia in omnibus fastidium parit, vsuq; rei nimius tædium cum contemptu creat. b. 182
Abusus cathol. Eccles. reprehensi Thesib°. b. 460
Abusus in Ecclesia scandalosi, picturæ lasciuæ, quæ alliciunt ad libidines & lasciviam aspectantes. b. 820
Academia.
Constitutæ optimè exemplum, à quo, quandò. 280. b. 173. Witteberga.
Hispanica docet magiam. Vide Nigromantia
Tubingensis fundator dux Eberhardus. Vide Eberhardus.
Wittenbergensis. vide b. 173
Academiæ Theologicæ vitent Philosophos miscere sacris, exemplum. b. 173
Achillis insignia quæ & qualia. d 16
Actionum omnium bonus vt sit finis, quid agendum. b. 989
Adamus, eius lapsus cũ Ena Typus Eccl. NB. 50
Adam Neuser Theolog. Heydelbergensis incarceratur: profugus est, decollato collega ibi Sylvano, venit ipse Constantinopolin, D. Gerlachio colloquitur, qui eius literas, confessionem Mahumeticam impiam, manu scriptam ipsius, secum detinet. b. 902. vide Neuserus.
Adelbertus Bambergensis proditur ab Hattone Episcopo Moguntino. b. 439
Adelberti Episcopi Pragensis digitus à carnifice amputatus in aquam deiicitur, projectus absorbetur à pisce, fit fax ardens, captus piscis, digitus in ventre inventus. b. 422
Adelberto apparet Christ°, eumq; ad animositatem excitat. b. 422
Adiaphoristæ, eorumq; consutum pallium in cõmodum & paparum, & suum. b. 882
Adolphus à Papa coronandus emit diadema, precio maximo. 550. 817. 646
Adolphi redemptio cum suis carissima Romæ.
Adolescentula mortua reuiviscit, hortat ad pietatem. 5. pôst die mortua iterum. b. 917
Admirabilia. Vide mira, Principissa portat biennium in vtero infantem, qui natus potuit loqui & ingredi. Aliud exemplum. Nobilissa concepit geminos, alterius passa abortũ, alterum parit 10. pôst septimanã, fit hoc modo, vt ablata ei feuda restituantur ab Haredibus in eam iniquiùs se gerentibus. Vide partus. b. 988
Adrianus Imperatori à se honorem nomenq; esse dicit: penes se esse demere imperium, scil. b. 258
Adrianus Papa Cæsari omnes eligendi ius dat. 336. 817. b. 633
Adrianus 3. Papa hoc ius iterum rapit impius nebulo. 865. b. 633
Adriano tenens strepã Imperator culpatur, exsibilat hic eum cachinno & facetiis. 973
Adrianus 6. est Germanus. b. 196. 197
Agnoscit Romæ ecclesiam languere, à capite ad membra declinare, ideo corrigendam maturiùs censet. b. 196. 197. 198. 695. d. 8. NB.
Ad proceres imperij Norinbergæ congregatos decretum mittit, in quo suadet, vt sentiat rectiùs Lutherus, eum vel adigendum vel tollendum, idq; exemplis & iustis causis se docere putat. b. 194. ad hoc responsio data à proceribus. Ibid. Rationes 7. cur per principes Lutherus ex Germania profligandus. b. 195. Responsio recusatoria. NB. b. 197. Celans animi malitiam fit Papa, grassante peste Romæ (omen erat malum) ius acerrimè administrat, vehemens in transgressores, sed ob auaritiam, prohibet arma gestari. in pauperes delinquentes mortis, in diuites pecuniæ mulctam inogat. Euclio, sordidissim°. Scortator nobilis, descriptio eius corporis, pessimè moritur. b. 192
Adulteri, adulteræ, adulteria, Vide fornicatio, Scortatio, Sodomia.
Atrociter Deus punit, exempla
Ottonis Imperatoris coniux. 557. 970
Filiarum de Saxis præcipitatarum. 903
Reginarum exustarum. 254. 524
Regis, Laicorum, Virorum, mulierum, decollatorum. 957

Fœminarum, quę clero iunctę, Exempla, hæc insidiata marito absenti militi per magiam, qui tamen saluatus, ipso sacrificio & mulierę miserè pereuntibus. NB. 947
Adulteræ vir parcens ex misericordia ipsa pòst deprehensus adulter ab ipsa enecatur. b. 637
Adultera moritura non vult pœnitere eò, quòd in adulterio genuerit egregios filios. 341
Adulterij, vel in hoc, innocentiæ probatio, per ferrum igneum manibus gestatum illæsis. 200. 557. 970. b. 633
Adulteri sunt Episcopi, Papę, moniales &c. Vide.
Adulter sacrificus castratur à marito adulterę. b. 423
Aduocatus durior in pauperes citatur per Angelum ad Tribunal DEI, perijq; subitò enecatus. 937. b. 1037
Advocatus malus est conscientiarius, nil nisi mala cogitat. Vide Iurista, Consiliarius, Syndicus. b. 1038
Advocari Romę mali. b. 301
Ædesius, vates, corporis volatilis agilitas huic. 138
Ægyptij sacrificij pij & sedulij. b. 974
Ægyptij Sacerdotes, rigidæ temperantię, modestiæ, laudabilis vitæ, graciatisq; singularis viri, meliores hodiernis. Exem. b. 457
Ægyptiaci à tempore Reginę Sabę circumcidunt & masculos & fœmellas, pòst hos 40. illas 80. die baptizant, simul vrentes cœnà. b. 601
Ægyptijs cœnantibus vel prandentibus ad mortalitatis recordationem in ligno mortuo simile ostenditur, regi potissimùm, vt iustè agat, vbi simul consiliarios malos diris modis execrari solent. b. 603
Ælius Lampridius. 91
Ælius Spartianus contra leges, ac si liceret, novercam formosam ducit. 92
Æneas Syluius priusquàm fit Papa, tollit concilium super Papam, esse errantem contradicendum. at pòst recantat factus Papa, nascitur ex illegitimo thoro nothus. 848. 851
Æneas ascendit gradatim ad papalem dignitatem, Orator eximius est, oppugnat papatum priùs, concilium & imperatorem honorans, at pòst deficit. b. 606
Æstas maturima, fertilissima vino & frugibus. b. 632
Æstas cum hyeme durissima, pessima NB.
Æstus intolerabilis maximus, quo exusta omnia, ova in fabulo cocta. 202. 521. Vide Hyems, prodigium.
Æstu copia aquæ magna subitò tollitur. 219. 269. vide ariditas, Siccitas, ominosa.
Causa huius cultus imaginum papisticarum defensio. ibidem.
Affectus animi domandi vt sint, liber
Aloysij vtilis Ecclesiasticis & politicis, b. 819
Agathias quis & quandò. 75
Agathon 1. Papa. b. 965
Agni paschalis benedictio, superstitiosa, reprehensa. 222
Agnus Dei quid sit, ex quo confletur Papisticè, à Papa omni septennio idololatricè consecratio fit. b. 117. 702. NB.
Tollenda, abolenda vt impia, diabolica, maximum censetur Papæ munus esse. b. 117
Agnus DEI magicus ante Constantini Magni regnum baptizatis per cereas figuras expressus, vsitatus fuit. b. 854
Agrammati vates, docti, ingeniosi. Vide illiterati. 138
Agramatos mulier Saranæ ope scit loqui græcè. b. 304
Agnes (Iohannes) Papa biennium est, impregnatur, parit. b. 108. Vide ioh. 8. Papa.
Aidexis Saga Romæ à Clemente 7. cum alijs fovetur magis. b. 350
Alamandarus Rex Saracenorum piè & facetè de altera Christi natura contra Arianos. 157
Alanotiæ Dux Brabantiæ ordinatus dato iuramento, pileo ducali, palla regia, fibula ab Vranio arctè constringitur, numismatis nouis in vulgus ejectis. b. 443
Albanus Dux (vel Duca de Alb) glorioßißim⁹ superbißimus, statuas sibi erigit plenas arrogantiæ & fastus. b. 883
Albanus confusus, auro corruptus cum Papa. Vicit verbum, religionè ipsum. b. 623
Albanus pro papatu magna fecit, regis ærarium confiscatione Luteranorum facultatum auxit summoperè, per carnifices trucidauit sexennio 18000. exceptis aciè voratis, belgicos incolas exactione enecavit, licet pollicit⁹ vitam nil præstitit, instantes reformatorum baptizatos rebaptizavit. b. 883
Albanus astutus: at alij hoc astutiores. b. 623
Albanus astutus, ridetur, luditur: victor victus à principibus. b. 622. 623
Albati seculi vltimi miseriam deplorant, multi numero tendunt Romam, at dißipantur. b. 322.
Alberßpacense monasterium, quandò extructum, à quo. Vide figuras ibi mirabiles de clericatu, papatu, monachatu. 312
Albertus Crantzius de & contra Papam. 963
Alberti Episcopi Bremenßis Nigromantici mors instans præsagijs miris, per sues, lupos, canes, bubones indicatur. 965
Albertus Fontinus vir pius, abbas probus, in Cracovia occiditur à duobus monachis conventualibus intractabilibus, qui postea decollati. b. 104
Albertus Hunger Suita, Luterum Epicuro comparat. Vide Hunger. b. 989
Albertus Magnus, divitem quàm pauperem meliùs habere, docet, in purgatorio se redimendo. 555
Magus, uvis, fructibusq; alijs delicatioribus Imperatori & principibus delicias facit Spiritus sui operâ. b. 925

Non contentus donis diuinis dat se magiæ, Episcopus fit conventualis. b. 925
Thomę præceptor est, de papali conqueritur potestate. b. 287
Albertus minorita Venet⁹ Mercatoris formosissimam coniugem (confessionarius alias clarus) ac Gabrielis futura esset cohabitatio congressioq; circumvenit, stuprat: qui carceri manciparus post. b. 606
Albertus Pigki⁹ Campanensis, tollit Ecclesiam supra scripturam, Epistolas non totum corpus doctrinæ esse. b. 115
Pro Ecclesia Romana scribit libellum. b. 115
Albertus Princeps Borussiæ corporis & mentis impotens, exaltat Scalichium malum consiliarium, cui multa donat, is bonos vt perfidos accusat, remouet, at proscribitur post deiectus per Regem Poloniæ. b. 934
Albertus Reginoburgensis Episcopus, nolentes resignare fidem Imperatori capit multos, cuius bona populantur, parere cogitur, eædem per insidias Cæsari parat, at frustrà, socij eius cum ipso puniti ideò. b. 262
Albertum 3. Imperator, Episcopus Salisburgens. Conradus hostis venena propinando facit monoculum, effuso illo inverso capite. b. 477
Alcairi templa multa Christianis sunt, eorum cultus, cœnæ sumptio vtriusq; speciei, oratio, gratiarum actio, conciones Christianorum Lutheranis non dissimiles valdè. b. 942 Vide Algeria.
Alchymistis strenuè flantibus Satan interrogatus an rectè faciant, dicit laborate, vehementius flantibus omnia euanuerunt, hortans eos ad honestos labores, annihilans hanc vanam artem. b. 846
Alciatus & Claudi⁹ Minois Gallus acriter culpant Ecclesiasticos, monachos, cleros &c. ob vitia, quòd indocti: pigri: ociosi: venerei: luxuriosi: asini: voluptuarij: Ecclesiæ desertores. b. 940
Alcoranus. 180. 187
Ex arabica lingua in latinam vertitur 187
Aldhelmus erat castus & continens cum virgine, wer weißt obs wahr ist. 357
Aleator, lusor, Dei contemptor allidit crucifixo lapidem, qui hęret, à lanio, prius podagrico, cultro in cœmiterio iusso, ter voce articulari auditâ, transfoditur, corpus rapitur à Diabolis. b. 658
Alenconius novus Brabantiæ *Dux* piè in fide Christi remotis nugis papisticis & sacrificis moritur. b. 952
Alexander Imperator Romanus idiota, ignarus, imperitus rerum, magus, bibulus, perit crapula. 334
Alexander Magnus. Huius in Sacerdotes, Deum, templum Ierusolomitanum reuerentia & pietas. 1005
Impietas huius, pro Deo coli vult, sed eluditur, non sepelitur. 996
Alexander secundus sine consensu Imperatoris Papa esse recusat, incarceratur, cibatur tenuiter per Hildebrandum. b. 711
Alexander tertius in nuptijs Regis Scotorũ videt saltare mortem. 563
Alexander tertius Papa Barbarossam pedib⁹ calcauit. b. 425. 802
Auarissimus. b. 561
Episcopis detollendis Abusibus scribit. b. 257
Iudæos habet sibi ministros, si licuit Christo, & Papę. b. 605
Alexander Papa sextus. Filius Borgias nequissimus. 948. b. 1002
Huius filius Borgias Cardinalis fit contra decreta, qui spuriũ se mentitus. b. 162. 1002
Natiuitas huius multis prodigijs prædicta. 928
Papa fit magiâ, perit horrendâ morte. 912. 915 928. b. 163. 651. Venenocum filio Borgia subitò. 169
Turrim suo de nomine Alexandriam extruit altissimam. 885
Truncat se culpantem, manibus & pedibus. b. 709
Legatos mittit in Germaniam, per indulgentias vt corradant. b. 634
Scelestissimus, nequissim⁹ nebulo in vita. b. 162 163. 1002
Cum Turca paciscitur, occidit Gemeu veneno & alios. Qui tandem & ipse perit eodem. b. 162. 648. 709
Romę Iubilæum & alibi instituit ob suum & Christianitatis commodum, scilicet. b. 323
Inter Lusitanum & Hispanum, se, ob insulas occidentales iudicem interponit, cuius legatis de diuisione terræ per circulos cœlestes collocutis puer nates ostendit, in quibus linea recta æqualius diuidens, quàm ipsorum imaginaria, facetè. b. 441
Quæstum ex veneno in Cardinales diuites, quorum se fecit hæredem. & ex Iudæis quos fouit, vt adhuc fit, Romæ facit. b. 1006
Lucretiam filiam ter viduam factam, maxima dote desponsat Alphonso, cur, hanc stuprat. b. 162. 1092
Veneno amicos, hostes, Cardinales tollit. b. 163 561. 1006
Alexander Farnesius exercitus Italici Dux equo ad ventrem vsq; in sanguine Germanorum equitare ingrediq; desiderabat. b. 690. 1012
Cardinalis fit ex fororis suæ Papæ oblato stupro contra parentum voluntatem. b. 127. 691
Alexander Severus enecat consiliarium inistam fumo, consilia vel decreta sua dum fumo vendidit. b. 1035
Alexius equo generoso insidens frangit coronã decidentem. 395
Alfonsus Hoiada Indos in orbe novo conversos vult, at recusant, ad arma ventum est, conviciantur Papam. b. 441

Algeria Turcicè corrupto nomine aliàs Iulia Cæsarea, huic præsidet Giul. *b.* 936. Vide Alcaira.
Almaracus Gallus contra simulacra, altaria, missas: quòd mera sint idololatria, exhumatur, libri eius comburuntur, doctor Parisiensis eximius & pius. 397. *b.* 847
Docet fidem in Christum certam esse debere, per Papam adigitur revocare &c. at fide in Christum seruata mox diem obijt. *b.* 823
Alumbrates, qui cum maritatis coire licere dicebant, in Hispania sectarij damnati sunt. *b.* 912
Aloysius Papæ filius damnatus. *b.* 556
Alphonsus Rex decies quater biblia perlegit cum glossis, eximius est mathematicus. 549
Alstulphus abstulit Ecclesiæ data à maioribus, cur, quandò? 641
Altaria, horum multiplicatio, cur. 576
Altmanus illegitimè natus cælibatum introducturus inter clericos abstinere cogitur, recusantibus ipsis strenuè obedientiam. Reiectus ab Ecclesia hic, legatus Papæ in Germaniam factus. In Cæsarem 4. Henricū & filium tumultuarius est, turbas excitans. *b.* 572
Amadæus Dux Sabaudiæ vxoratus fit Papa. 808. 851
Amazones, græcis olim arma dum inferebant tam turpe non erat, ac Ecclesiam hodiè regi ab effœminatis sacrificulis. *b.* 277
Ambrosius. 114. 136
Excommunicat Theodosium. 140
Ambrosij Blaueri libellus in morte consolatorius. *b.* 419
Amici novi non facilè admittantur, veteres non dimittantur, si nec vtiles. p. 17
Amor improbus vincit omnia. Exem. inæqualium. 109
Illiciti exemplum per magiam excitati, cui mala merces. 543
Amor subitus facilè in odium convertit. 510
Pœna huius atrox. Exp. *b.* 161. Vide Horrenda.
Ammonius Episcopus auriculam sibi abscindit ne Episcopus esse deberet. 139
Ammonius Philosophi asinum auditorem docet sapientiam. 43
Amphilochius Episcopus Theodosio Imperatori ferenti Arianos vrbanè occurrit & tacetè. 121
Amurates Christū pro vindictâ in fœdifragum Vladislaum invocat, iam victus potitur victoriâ insperatâ, pœnâ periurij illi iustè inflicta. *b.* 923. Vide Turca, Vladislaus, Ladislaus.
Anabaptistarum dogmata, quę manifestè falsa. *b.* 334
Anastasius Imperator Papæ legatos cum pudore remittit. 978
Anastasius secundus Papa Arianus Hæreticus est, qui in cloaca effundit intestina subitò. 824. *b.* 54. 108
Anathema, Anathemata.
Huius forma apud papistas contra sibi rebelles, decretisq; inobedientes. 340
Quandò & quibus interenda dicendaq; sint, tarò, impœnitentibus, non ob quodvis. 759 *b.* 40. 41
Causæ anathematum. *b.* 41
Ineficacia anathemata. Vide Papa, excommunicatio. *b.* 40
Quando & quandò non, in quib⁹. NB. *b.* 44. 45
Quid sint. Vide excommunicatio. *b.* 40
Andegauensis pollicitus belgicas res candidè agere, at non præstitit, pœnitet eum, moritur, reuocans & dolens acta priora, in Christo fide abiectis nugis papisticis exinctus. *b.* 934
Andradius, vult omnes traditiones in Ecclesia recipi pro articulis, cur. *b* 657
Andreas Fabricius, Imperator sanguine concilium Tridentinum vt propelleret, vtile esse dicit. *b.* 437
Andreas Proles, de Lutero prophetizat, contra Papam docet, excommunicatur ideò. *b.* 32
Andreas Dudisius Episcopus Tininiensis graui Oratione cum Bauaris in Concilio Tridentino postulat vtriusq; speciei cœnæ vsum: sed res ad Papam devoluta. *b.* 820
Andreas Lang 7. articulos contra Papam Ecclesiamq; eius in edito libello defendit. *b.* 960
Angela virgo, prophetissa. 401
Angelotus Cardinalis potius multum vini in terram effundit, quàm supplicet precariò condonari portitorium. *b.* 961
Angelus vel Angeli.
Adorandi non sunt: nec vllo alio diuino cultu venerandi. 16
Adorantium hosce pœna. 16
Custodes sunt Ecclesiæ & piorum. Ex. *b.* 428
Angeli seculis hisce apparent, vbi, cur, quibus. *b.* 1022
Angelus Hebræus de Tribu Iudæ, Propheta, de Christianis & Turcis varia. 517
Angli, anglia.
Æruicatio, expilatio Angliæ per Papas extrema. 536. 714
Angliæ Reginæ sæpius veneno insidię struuntur, at frustra per Iesuitas. *b.* 1051
Angli & Franci olim discordantes singulis annis pacem fecerunt & fregerunt, pontificem non agnouerunt. *b.* 257
Pontificem Anglis esse mulierem Posseuinus dicit esse, at falsò. *b.* 1006
Anglis surripiuntur Ecclesiastica bona, dantur agasonibus. Hinc ministri latrocinantur, furantur, sæpè strangulantur. *b.* 1014
Anglici regni vel Religionis mutationis vaticinia. 162. 163
Anglici reges infestantur à Papis crudelissimè, cur, & per quem. 984
Anglici pœnitentes Romæ magno precio redimuntur ex Papæ Ecclesiastica potestate. 646

Anglici reges aliquot clari miraculis, strumam solo tactu abigebant. Vide struma, vel Edvardus. b. 324

Anglicus sudor Germaniam invadit. b. 202. NB.

Anglix 20000. Parochiæ sunt, at non 600. veri ministri idonei; doctores. b. 1013

Anima, vel æ.

Animarum excessus, raptusvé. 528. 529

Apparitiones in Tormentis. Vide visio. 529 861. Illusio Satanica. vide Apparitio. b. 556

Immortalitas harum in papatu diu non credita. In Concilio Pisano modò decretum de hac. b. 57

Oblationes pro his vanæ inutiles. 357. 381 an? 555. b. 560. Testibus Ethnicis.

Orationes pro hisce & defunctis. 246. 555. b. 923

Animantibus cunctis vt sunt sua à natura arma secundi, ità Papistis in pios est accusatio Hæreseos, & damnatio ad strangulum, ignemq;. b. 615

Animi Brunsfeldici & Olevian de voce catholica quibus competat Epistolæ mutatæ hinc indé. b. 954

Annatæ, antiquitus permissæ in Turcas solum bonis, at pòst translatæ alios in abusus, absit. b. 212

Annatæ quid 960. b. 212. ad quid, quales. b. 202. 321. Vide vacantiæ.

Tolli supplicatur. b. 202

Bonifacius 9. autor harum. b. 917

Causæ rapinarum, furtorū, depilationum, disciplinarum malarum. b. 100. 611

Creberrimæ. 853. 918. b. 173. 203. 605

Frugiferæ Papistis vel valdé viles. b. 100. vide gratiæ, vacantiæ. 173. 198. 203. 321. 303 b. 605. 611

In Concilio prohibitæ. 904. Vide sanctio. b. 321. 403. 605

Repetuntur, iterantur ab vno & singulis sæpiº. b. 100. 173. 207. 611

Tollendæ, nam Germaniæ noxiæ, insuper diu collectæ ex his pecuniæ Romæ pessimè locatæ. b. 199. 203. 321. 605. 612

Annatæ triplicatæ tantæ olim non erant. b. 612 Signum sunt avaritiæ. b. 611

Annatæ Gallicanæ ferunt Papis quotannis ter centena millia coronatorum, hoc abrogat, Carolus Rex. b. 403. 404. 503. 504. sciud 28. Tonnen Golds. 605. 611

Gallia & Anglia nil annatarum diu exhibuit, quin prohibuit. b. 605. 917

Annatarum conditio deterior longè feudariorum & vasallorum, ab his semel repetitur. b. 611

Anni à nativitate Christi quando cœpti, à quo, quomodo, correctiones huius. 162

Annorum horum diversitas. 162

Aureus annus. Ibidem.

Annus, in quo natus Christus, quotus à condito mundo fuerit, quàm inter historicos discrepantia maxima, quis præferatur optimus calculator. 1.

Annos & tempora constituere olim Regū fuit, hodiè Papa arrogat. Ergo Antichristus. 362 Vide Tempora, Calendarium,

Anselgisi Abbatis de Caroli Magni rebus, consilijs scripta. 244

Anselmirus Eremita Sanctus habitus cognovit confessarius multas nobiliū, quod fassus, captus, scisciteto in præsentia Ducis Secretario: & tuam dicit cognoui: quod doluit. b. 431

Antipapæ, tres. 780. vide Papæ plures.

ANTICHRISTVS. vide Papa,

Quis primus. b. 383. quid, plurima vide hoc loco. b. 849

Quis qualisq;. Etymologiæ enodatio. 187. 357. 694. 745. 900. b. 714. 748. per omnia & singula. 184. 848. 849.

Etymon licet in sacris non syllabis, tamen re & sensu. b. 849

Adventus huius quandò, qualis, quibus signis. 36. 63. 64. Sib. 90. 99. 303. 335. 523. b. 184 267. 459. 460. 659. 708. 715. 748. 749 904. 905. 972

In adventu huius miracula vera cessarunt in Ecclesia, cur. 187. 749.

Adventus quandò factus putetur fictè & verè. 322. 324. 338. 614. 656. 694. b. 79. 184. 189. 267. 696. 798. 849. 1005

Revelatus sub Vrbano V. 634. 635. 636

Defectio imperij est huius adventus signum, quando, quomodò facta. 758. b. 107. 184. 1005

Antichristus, bella cùm suis geret in fœlicia. b. 850

Antichristus falsus, fictus & verus, quis, quandò. 842. b. 889

Mixti Roboam, veri Nebucadonosor Typus. b. 889

Antichristus benedictiones & maledictiones cū cæteris vendicæ, Papa facit, E. 344

Antichristus se Deum esse & dici vult, sed falsò mendaciterq;, qui credit hoc, fidem negans. 177. 303. 304. Vide Papa. b. 701. 717. 750. b. 506. 849. 1005. d. 12.

Christo & Deo contrarius. d. 4.

Christi & Antichristi antithesis. Varia videbis & egregia. b 696. 701. 714 &c. b. 183 184. 186. 187. 748.

Christus occidet. d. 12.

Christo, Deoq; se præferet. b. 850

Diabolus autor & pater Antichristi est. b. 850

Diabolus, Belial, Draco Stygius magnus, E. b. 839. 849.

Diabolo peior. 41. 119. b. 750. 849

Diabolo organa, per quæ Antichristus, falsi doctores, coadiutores erunt reges. b. 850

Doctrinam sanam corrupit. Exempl. b. 850

Doctrinam Christi & Belial vel vtrunq; hunc quidam seculo hoc coniungere volunt. b. 883
Draco magnus. b. 839
Ecclesię Antichristi splendor, potentia magna, Vide b. 566. 850
Fugiendus. b. 852
Gog & Magog affines Antichristo. b. 852
Homicida est & Latro. 134
Hypocrita est. b. 189. 750
Hæretici cognati antichristi. b. 853
Humilitate decipiet mundum. d. 4.
Imperium Dei & hominum arripuit, cur, quando. d. 12.
Miraculosus, sed mendaciter. b. 850
Monstrum monstrosissimum. 749
Multi antichristi. b. 184. 189. 849
Vnusnè sit Antichristus futurus personâ, an plures personis, vni in malitia. b. 1005
Vnicus non erit, sed totum regnum. b. 850
Mundum totum conuertere (pervertere) perolitare vult minitans interitum. 279
Notę antichristi falsa doctrina, idolatria, spiritualis regni in mundanum mutatio, prodigia falsa, seductio, persecutio in pios.
Hæc vatic: Christi, Euangel. & Apostolorum de hoc. NB. b. 849. d. 11. 12.
Notissimus esse debet omnib⁹ ex multis signis, præsertim nequitia & flagitijs nimijs. b. 549
Nomen antichristi in sacris re, si non syllabis. b. 849
Occidendus, occisus ore gladij verbalis per Dei famulos. b. 749. 750. 852. 853
Hinc furore concitus interficit sanctos. 134. argumenta firma. 694. 827. 45. 66. 69. b. 849
Occidetur papyro, mit Lumpen/lino, Sib. & adventu Christi. 99. 118. b. 853
Primatum vniuersalem acceperat. Hoc Papa, E. 163. 176. 177. NB. 184. 196. 201. 344. 614 Vide Papa. b. 184. 611. 773. 850. 1005. d. 4. 12.
Papa est Antichristus quia latinè agit Sacra, idq; vbiq; fieri vult. ex voce LATINVS, vel PAPA, Cabalisticè. 69. 389. b. 749. 750. 805. 829 840. 841. 842. Ob idolatricas superstitiones plures quàm sexcentas. b. 234. 267. 439 Ex voce MISSA.
Pedibus Christum calcat, cruce soleis calcei impictâ & osculandâ. b. 904
Pharao est Tyrannus, Tyrannide, interitu alijsq; modis. 390. 827
Politicus Antichristus. b. 982
Potestate sua superior omnib⁹ esse vult. b. 249 506. 701. 840. 850
Principes imperij ab hoc deficient. b. 852
Persona non erit vnica. Vide suprà. b. 850
Primatum dolo & exdibus qui assecutus, is est Antichristus. Ergò Papa. d. 4.
Prętereri se Deo. b. 850
Prælia & bella cum suis geret non satis felicia. b. 852
Regnum eius crescit, paulatim. b. 850
Reuelabitur per Deum in fine mundi mirabiliter occultatus per os gladij. b. 852
Nec ad vires pristinas veniet vnquam.
Reuelatus manebit ad Christi usq; aduentum. b. 852
Sedes & locus huius, in mystica Babylone. Roma. b. 2. 13. 839. 849. 850. 1004. 1005. 1006
Ex Babylone in Templum Salomonis. 310. 353. 614. 692. Vide 802. b. 840
In Ecclesia Dei. 64. 65. 119. b. 840. 850. 852. 1005
In politia, quis, qualis, politicus Antichristus quis & quando adest. b. 987
Roma vrbe. 18. 68. Sib. 119. 139. 277. 344. Triginta grauia Testim. quòd Papa sit Antichristus. b. 184. 839. 849. 852. 1004. 1005. 1006
Simon magus Antichristus non fuit. b. 505
Superbissimus, elatissimus, glorioßissimus, se super homines, angelos, Christum Deumq; ipsum locat, Christo prefert. 123. 136. 177. b. 506. 750. 840. 850
Status sub hoc in Ecclesia miserrimus, vat. 118 309. 390. Vide Ecclesia, Papa b. 708. 841. 852
Status Antichristi internus & externus depictus imaginibus apocalypticis, in membris, moribus, officijs, ciuibus, singulis adhærentibus. b. 852
Tempora & leges mutat, Papa Gregor. 13. fecit. Ergò. b. 944
Temporis Antichristi initium & finis. b. 852
Terram diuidet suis. 119. Vide suprà.
Triceps Antichristus, ex Papa: Alcorano: Caluino, liber est. b. 998
Vaticinia de Antichristo. 110. 114. 115. 118 136. 189. b. 13. 107. 576. 749. 750. 840. 848
Vaticinia de hoc per singulas notas à Christo, Euangelistis, Apostolis. b. 849
Via aperta ei restituta post obitum Lutheri in Ecclesiam, ex qua per hunc profligatus plurimùm cum nugis suis, quod dolendum concedi. b. 882
Vnus non est, sed plures. Vide suprà. b. 107 267. 505. 1005
Antiochia per Angelum album perditur tota vnico mendico superstite. 923
Terræ motu perditur. 524
Antiochus mandans quid inconsultiùs fieri, dixit, nil esto, quia insci⁹ scripsi, & feci, b. 1035 Magnatibus esto NB.
Antipapæ tres. 780
Plures, vide Papa.
Antipapa Græcus, Italicus, Germanicus, status sub his qualis, hic pessimus illis. b. 890
Antipapę tres discordant, at contra Christum concordes, quos hic interimet. b. 890

Antipapæ noxij Ecclesiæ. *b.* 913
Antistites Ecclesiæ in vita & doctrina perditi. *b.* 54. 859
Antonius Eremita suspirans fratribus prædicit religionis euersionem. *b.* 810. d. 1.
Antonius Possevinus Iesuita dicit: Augustę quid concessisse Protestantib⁹, fuisse Christum abnegare: promissa de euenda pacificatione Religionis esse Imperatori rescindenda, pœnas enim secuturas aliâs horrendas. *b.* 804.
Antonij de Vienna ordo. 312
Antonius 2. in Ægypto Monachus, ei⁹ vita. 307
Antoninus Imperator aulicis ociosis salaria abrogat, minuit. 97
Antiqui Sapientiæ secretiora occultarunt sæpi⁹ obscuritate mira: Hieroglyphicis, ne à profanis profanarentur: sic multi Papatum tectè ob oculos posuerunt sapientioribus inuestiganda. d. 8. NB.
Antiquitatum scriptores Andreas Thenetus & Leius. *b.* 591
Anus diabolo deterior, exempl. *b.* 432
Apelles, pictor artificiosissimus, eius picturæ aliquot. *b.* 983. 986
Apelles miratur Protogenis opus, at non laudare vult, cur. d. 14.
apud Ægyptium Regem accusatus delatusq; exulat, restituetus pingit artificiosè, inuidiam, calumniam spem, mendacium, ignorantiam, suspicionę &c. pœnitentiam, veritatem, innocentiam. *b.* 983
In *Africa* olim concilia multa, in quibus pij, sine præeminentia titulorum locorumq; præsidebant cum Cæsarib⁹, omnes simul fratres. *b.* 394
Apologus Vulpes non astutia sed alia arte discere vult, docta à lupo, pudefit, trucidatur. *b.* 317
Apollinis Delphici oracula ex Satana, Ibidem. Thesaurus maximus, quem tangere vel demere non licuit, qui contrà fecerunt, puniti atrociter. *b.* 602
Apostolus vel *apostoli*, æquales potestate & usu huius. *b.* 996
Epistolas scripserunt ad particulares Ecclesias pro tempore, circumstantijs alijs causis dicunt Romanenses, non ad omnes Ecclesias. *b.* 115. 349. Doctrina sufficiens ad salutem ab his scripta, negatur Papistis. *b.* 349
Ossa & reliquiæ horum à Græcis rapta in puteum abiecta extrahuntur per Papam Romam delata. 558. *b.* 235
Gratiæ apostolicæ vbi non sunt ibi Ecclesię status optimus, cultusq; meliores. *b.* 25
Potestate regiâ imperatoriâ (gladio vtroq;) vti non sunt, vtrum. 719. vide Petrus, Papa. *b.* 996
Reliquiæ Apostolorum vbi, & vt colantur, *b.* 235. Successores horum vt filij acceperunt doctrinâ, sed pauci filij parentib⁹ similes. d. 1.
Sedes apostolica obsessa & occupata à diabolo in omni malitia & impietate. vide Papa, diabolus. 363
Apostolicæ sedis Gravamina, quæ plurima Germanis non ferenda. *b.* 205
Apostolica sedes judex regnorum censetur Romanistis. *b.* 917. Symbolum Apostolorum quando, à quo singuli articuli. 925
Tempore apostolorum non Papa, Cardinales, Episcopi, nec horum reddit⁹ tanti cum templis, monasterijs splendidissimis, nec priores ritus vt hodierni. Hæc Papistę fatentur & testantur ipsi. *b.* 549
Vnus inter 12. Apostolos pessimus Iudas, hodie inter duodecies duodecim Sacerdotes non vnus Apostolus. d. 5. 6. NB.
Vita apostolorum cum doctrina longè melior Papistarum. 139. 363
Apparitiones, defunctorum, monachorum dehortantium alios ab improba vita 669. 937 938. Vide anima, visio, defuncti, mortui, sepulcra.
Apparitiones animarū & præstigiæ diabolicæ aliæ N. Ecclesiæ cum V. Ecclesiæ dogmatibus pugnant. *b.* 811
Præstigiosę, ardentes cereoli affixi cancris in cœmiterio. Hinc quæstus, at fraus detecta. *b.* 146
Appellationes.
Formæ harum. 820
Frequentes ad Papas sunt, inanes tamen. Vide Papa. 859
Inferior ad superiorẽ, non contrà appellet. 820
Ad Deum effectu non caret. 638
Parisiensis scholæ à decretis papæ. *b.* 96. vide Parisiensis.
Apuleius contra processiones, cęremonias q; papisticas. 907
Apulienſis Ducat⁹ à Cęsare & papa simul donatus. Pabst last nichts fallen / er will Maister sein. Vel solus vel cum imperatore alter. 345
Aquarum inundationes, Ex: varia, Dei ira ob populi peccata signa indubitata. *b.* 324
Aqua benedicta an talis maneret, si diabolus hanc permerdaret. *b.* 647
Aqua lustralis ab antiquis Romanis orta. *b.* 993
Aquæ saliſq; benedictio exorcistica. *b.* 117. 993
Sceleratissimi olim Ethnicorum, aquâ benedicta se ablui opinari sunt. *b.* 993
Aquæ lustralis guttulis Valentinianus conspersus in chlamyde percussit ædituũ dicens: maculare hoc est, non mundare. *b.* 993
Pro Terroribus Diabolicis utilis esse creditur. scil. *b.* 1013
Aquila Imperij Romani biceps, vnde, à quo, cur. *b.* 441. 754.
Aquila amissa, NB. tristis clades. *b.* 477
Aquilæ Romæ vetustæ (ominosum urbi erat) caput dejicitur fulmine ad ingressum Regis Neapolitani. *b.* 294
Aquilæ significatio. *b.* 441
Aquisgrani concilium de reformanda Religione. *b.* 629
Arabes vt à Iesuitis ad salutem edocti. *b.* 754
Araneis culex inhæret, camelus transit. 48
Arcana in mundo Deus homines scrutari vult. *b.* 484

Arbogastus. 189
Archiepiscopi arioli, magi, Nigromantici, vide maleficus. 568
Auariſſimi. *b.* 239
Beneficio vni, pluribus non præſint, & ſi. *b.* 170 606
Crudeles, ſicarij. *b.* 352
Cynędis & Sodomitis Ethnicis ſceleratiores & deteriores. *b.* 607
Diſcordes bellatores, ita vt à ſacris abſtinere neceſſè ſuerit. Exemp. *b.* 916
Epiſcopi aliquot ſingulis Archiepiſcopis à Papis in Germania ſubiecti ſunt. *b.* 564
Qui ad horum nutum, illi ad Papæ arbitrium vt mancipia pendent, non contra muſſitant. *b.* 563
Humiles ſint, ſed ſuperbiſſimi, arrogantiſſimi titulis, factiſq; ſunt. 932. 604. *b.* 171. 239
Litigant de archiepiſcopatibus. *b.* 239
Magdenburgenſis Emeſtus non operibus ordinis fratrum oblatis, ſed ſolo Chriſti merito mori & ſaluari voluit. 908
Magdenburgenſis &c. Ludouicus ſaltans ſubitò perit. *b.* 171. 454.
Moguntinus Archiepiſcopus, aſinis & meretricibus inſumpſit plus quàm imperator familiâ totâ. *b.* 912
Moguntinus Iacobus non de morte ſua dolet: ſed ob pallij magno precio emptionem, per ſubditorum exactionem futuram. *b.* 203
Militi magis volunt & faueant quàm clero. 638
Occiditur ſenior Archiepiſcopus igne, qui palinodiam cecinit à papatu recedens. *b.* 706
Officiales horum peſſimi: rapaces, auari, indocti, mali exempli. *b.* 219
Potentiſſimi, ditiſſimi. Quidam totum vult temere regnum. 536. *b.* 170. 565
Pallium Archiepiſcopale plurimo ſingulis emendum, tolli ſupplicant proceres Imperij Cæſari. *b.* 203. 322
Papa in Germania ordinat ſeptem ob Eccleſiæ Pontificiæ commodum. *b.* 564
Papa decurbat quoſdam de Archiepiſcopatib⁹ innocentes. 932
Seculares prorſus, in luxu, faſtu & choreis ducendis, puniuntur ideò. *b.* 171
Sedes horum in conuentibus Imperialibus certa, at non æqualis omnibus, electores ſuperiores ſunt. *b.* 565
Sodomitę ſunt. *b.* 606
Vaticiniũ cuiuſdam Moguntini Archiepiſcopi in electione Imperatoris, de per Cæſarem in Germaniam aliquandò inducendo milite libertati patrię valdè nociturò. NB. *b* 114
Architectonici ad auſtrum periſſimi, præ aliis excellentes. *b.* 316
Aretia vel Arezia, teſtatur, quòd Roma ſit Babylon. Papa Antichriſtus. *b.* 839
Aretia Sibylla antiquiſſima, vxor Noah, pientiſſima. *b.* 839
Invehitur in Papam, titulis & agnominib⁹ &c. minuendum eſſe eius regnum. *b.* 839
Arelatenſe regnum à Carolo IV. Papæ vnico prandio venditur, das iſt wolfeil. 258. 782
Areſta Eccleſiæ & impedimenta iniqua tollantur. *b.* 224
Argentinæ præbenda regalis. *b.* 629
Argentinenſium Epiſcopi non Epiſcopi ſed paſtores olim dicti. *b.* 22. 23. Vide Epiſcopi olim titulis humiles erant.
Argentinenſis templi de papat⁹ aſininitate, ſtoliditate, reliquijs Sanctorum ſignis egregijs, vulpes portatur ab Hirco & porco, à tergo ſpurco demiſſo cane. 553. *b.* 909
Aridutas, vide æſtus, Siccitas.
Ariſtoteles quis, vita, ingenio, moribus, Scortator Nobilis, 42. An ſub Ieremia propheta vixerit. 390. Ariſtoteles Ariſtultulus Lutero dicitur, cur. *b.* 993
Arnoldus Brixienſis parrhiſiaſtes, comburitur. 360. *b.* 863
Innocenti⁹ eum perſequitur, fugientem ad Heluetios in ſuam pertraxit ſententiam, docuit de deponendo faſtu, dominatu, luxu, ſuperbia, luſu clericorum. *b* 864
Arnoldus Papam & Eccleſiaſticos in magnum induxit contemptum. *b.* 864
Viſio Dei de horrendo Iudicio & ſpectaculo. 534
Arnoldus de noua villa cum Siciliæ Rege Friderico colloquitur de Religione, qui deſiderat hanc promotam ardenti animo. 56
Papatui contradicit, accuſatur ideò Hæreſeos, damnatur, occiditur. 599. *b.* 579
Arnoldus de palude vaticinatur deſolationem in Eccleſia horrendam. *b.* 811
Arnoldus Tillius pſeudo Martinus Guerra Bertrandam Rolſiam ducens triennio coniugali vita conuerſatur, tandem dolo manifeſtato accuſatur, damnatur, dilaceratur in fruſta. *b.* 762
Arnolphus Imperator cum ſucceſſoribus Eccleſiæ bona ad ſe rapiens iuri & liberis ſuffragijs in Eccleſia mala intulit multa. *b.* 946
Hauſto ſomnifero Romæ oppreſſus dormit triduum & pòſt moritur. *b.* 635
Arnolphus Pipini auus annulum abiectum in mare in piſce apportato recuperat, cur. 183
Voratur à pediculis, muribus, vermibus. 183
Arnolphus Boiorum Rex honeſtè mortuus, at ad inferos raptus creditur ſacrificis Harpyijs auaris & hiantibus ventribus. *b.* 242
Arnolphus Presbyter contra Papam docens occiditur Romæ. 932. *b.* 841.
Arrius, Hæreticus. 100. Aduentus huius ſigna, Hæreſis huius in Concilio diſſipata: damnata. 111
Mors eius miſera, deteſtanda, damnanda. 140 152
Arriani Papæ ſunt. vide Papa.
Arriani pulſi, pellendi, vatic. 188
Arrianus Valentinus ſepelitur, à duobus Diabolis effodit, cum clamore horrendo è templo eiectus & raptus. 178. NB.
Arriani negant naturas Chriſti, ſed facetè rident & refutantur. 157

Artemisia cincta lustrali aqua olim credebatur superstitiosè prodesse contra tonitrua, diabolos, suspensa in ædibus. *b.* 482
Artes diabolicæ, magicæ, Exem. *b.* 290. 394
Vide Sacerdos, magia, imago, incantatio.
Artes virtutesq; cũ pietate pro nihilo sunt jam, contraria magni æstimantur, solt einer schier nur wöllen ein Esel bleiben. 742. vide virtus, Ecclesia, indignis &c. beneficia, Fortuna, Roma. *b.* 210. 578. 913
Artium studia vt cum fructu instituantur & vt laudabilis progressus in his, Pythagoræ doctrina. *b.* 989
Artes Tritemij Abbatis mirabiles, characteristicæ, magicæ. *b.* 592. vide Ioh. Tritemius.
Articuli 17. ex qua Confessio Augustana elaborata. *b.* 337
Artifex Rochus pictor vel sculptor eximius ingeniosissimus: Mariam virginem sculpens, venalemq; faciens, accusatur per divitem quendam, qui vili emere volebat, multo ære dignam, dum maculauit faciem, ac læsisset Mariam, rogoq; datur cremandus. *b.* 509
Asinus Bileami est Ecclesia, pontifex Bileamus insidens, NB. collationem. *b.* 437
Asinus docetur sapientiam ab Ammonio Philosopho & Christiano. 43
Asinus loquitur, vide animal, brutum. *b.* 3
Hostia asini ori inditur à Minorita, vt diabolus eò faventior esset in nigromantia. 885. vide cœna. Hostia.
Asinus Pistorij in Tribunal altum ascendit ac si docturus populum magna mysteria, ruditum emittit max. non sine omine. *b.* 903
Asinus pontificius Monachicus, mirabilis pictura, 939. Romæ in Tybri inventus. Vide Papisticus asinus.
Asinius Iudæus ab Anileo fratre ex coniugis, vi prius raptæ, iussu, veneno tollitur. NB. 597
Asorum Brentius arguit mendacij, & Papam ille. *b.* 693. Asotus in Cardinalibus & Prophetis vnum spiritum esse asserit. *b.* 693
Astianassa impudicissima, de varijs concubitus generibus edidit spurcissimos & valde lasciuos libros, quam alix secutæ commentarijs benè magnis. *b.* 229
Astorgia, Exempla huius, crudelia quidem. 202. 203. 968. NB. *b.* 12. 582. 853
Astrologi vel Astronomi, Mathematici. *b.* 228 442. 513. 518. De interitu augmentoq; imperij & Romani & Turcici. *b.* 894. 1043
antiquitus, dum libri nondum erant, characteribꝰ, baculis figulsq; influentias cœlestes observabant & rustici, nec infeliciter: nec incertè. *b.* 315. Astrologica varia prædictio. *b.* 228. 517. 621. 752. 1028
Astrologus quidam Duci Mediolanensi mortem prædicit & suam, at ille vult caveri & vanam fieri prædictionem, sed elusus est. *b.* 518. alia Exempla. Astrologicæ prædictiones cladium, virorum, potentium, per Nostrodamum, & alios. *b.* 228. 296. 517. 621. 628 629. 637. 859.
Astrologus videt imperatoris & filiorum finem & Comitis Rudolp. pauperioris Imperatorios futuros honores. 511. 549. alterꝰ. *b.* 228
Gotti olim periti astronomi, baculis, literis 7. discernere acutissimè annos & tempestates rustici etiam potuerunt. *b.* 315. Peritissimi quidam Astronomi. Exp. 224. 910. *b* 228 296. 315. 442. 600. 621. 894. 895
Prædictiones ominosæ. 287. *b.* 517. 622. 926
Directiones astrologicæ quædam virorum illustrium, & Lutheri, Ioh. Austriaci. *b.* 859. 814
Constantinopolis cladis horrendæ & mutationis Imperij. 686. Ioh. Ducis Burgundici à Turca capiendi, qui pòst liberatus fuit, *b* 296
Imperij Romani finalis ruinæ. *b.* 950
Religionis per Lutherum reformationis. 962
Turcarum interitus. *b.* 895. Non semper mendax & fallax Astrologia. *b.* 315. 517. 518 622. 653. Exp. 621. 859. 926
Astronomus videns suspensionem filij vult cavere disciplinâ piâ, sed nequit, vide factũ. 796
Cardinalis de excidio non reformatione secutura. 764. Astronomiæ practicæ practicarum liber ab Iona Philognesai descriptus in multos annos. *b.* 868. Veteris Babylonicæ Romę Astrologi malè Calendarium antiquum & tempora mutarunt. *b.* 945
